




QK603

.S3

v.6



SYLLOGE

OMNIUM HUCUSQUE COGNITORUM.

DIGESSIT

P. A. SACCARDO

Vol. VI.

PATAVII

I AUGUSTI MDCCCLXXXVIII

SEMPER VICTORIS

TYPIS SEMINARII.

terum monopsum

3994

R. Friedländer & Sohn,
Berlin

SYLLOGE

OMNIUM HUCUSQUE COGNITORUM.

DIGESSIT

P. A. SACCARDO

COLLABORANTIBUS

J. CUBONI ET V. MANCINI

Vol. II.

PATAVII
I AUGUSTI MDCCCLXXXVIII
SUMPTIBUS AUCTORIS
TYPIS SEMINARII.

Polyporeæ, Hydnoæ, Thelephoreæ, Clavariæ et Tremellinæ to-	
tius orbis sec. Friesii Epicr. (1838)	species n. 927
Eadem Europeæ sec. Friesii Hymen. Eur. (1874)	species n. 947
Eadem totius orbis sec. Syllogem (1888)	species n. 3911

HYMENOMYCETÆ FR.

Syst. Mycol. I, p. LIII (1821)

Fam. 2. **Polyporeæ** Fr. Pl. hom. p. 79.

Hymenophorum typice inferum, terram spectans, porosum. Pori rotundi vel angulosi, interdum sinuosi vel lacerati, intus sporis, basidiis typice tetrasporis et cystidiis muniti. Sporæ, ut in Agaricineis, sphericæ oblongæ, fusoides, continuæ, albae, flavæ, rubentes, nigricantes. — Fungi carnosi, coriacei vel lignosi, in terris calidioribus præcipue luxuriantes. Inter Agaricineas et Hydneas medium tenent locum: cum illis junguntur *Dædalea* et *Lenzite*, cum his *Fistulina* et *Irpice*. Fr. Hym. p. 495.

Rectissime mycologi superiores nonnulli, et præsertim cl. Patouillard, genera Polyporearum antiquiora in plura dividerunt atque ea potissimum juxta sporarum colorem (ut in Agaricineis) disposuerunt, at, caractere hoc, in plurimis, maxime exoticis, adhuc ignoto, Friesianam dispositionem, pro tempore vere egregiam, sequi coacti sumus.

Clavis analytica generum Polyporearum.

- Boletus*. Tubuli in stratum facile ab hymenophoro separabile stipati, longiusculi, regulares. Fungi carnosi, stipite centrali.
- Strobilomyces*. Tubuli Boletii, sed ægrius ab hymenophoro levi separabiles, ampliores; pileus stipisque lætus eximio squamoso-squarrosi. Fungi carnosio-tenaces, stipite centrali.
- Boletinus*. Tubuli Boletii, sed ægre ab hymenophoro mucronato separabiles, ampliores, breviores, radiantes; stipis cavus pileusque flocculosi. Fungi carnosi, stipite centrali.
- Gyrodon*. Tubuli Boletii, sed ægre ab hymenophoro levi separabiles, sinuosi vel gyroso-plicati, brevissimi. Fungi carnosi, stipite centrali.
- Fistulina*. Tubuli a se invicem discreti (initio verruciformes). Fungi carnosi, laterales.
- Polyporus*. Tubuli in stratum ab hymenophoro distinctum sed non separabile stipati, præformati, non stratosi. Fungi carnosio-lenti, stipitati v. sessiles.
- Fomes*. Tubuli Polypori, sæpius stratosi. Fungi pumilus lignosi, sessiles.
- Polystictus*. Tubuli Polypori, non stratosi, plerumque a centro ad ambitum evoluti, pumilus superficialis, punctiformes. Fungi coriacei v. membranacei.
- Poria*. Tubuli Polypori v. Polysticti, non stratosi, resupinati, indefinite effusi, pileo nullo vel obsolete suffulti. Fungi cerææ coriacei, vel membranacei.
- Trametes*. Tubuli in carne pilei immersa profunditate inopides, stratum he-

terogeneum haud formantes, subcylindrici Fungi suberosi, non stratosi, sessiles.

Hexagonia. Tubuli Trametis, sed jam primitus in alveolos hexagonos dilatati. Fungi suberosi, non stratosi, sessiles.

Daldavia. Tubuli Trametis, sed sinuoso-labyrinthiformes. Fungi suberosi, non stratosi, sessiles.

Myriadoporus. Tubuli alii regulares superficiales, alii inaequales loculiformes in carne pilei inclusi. Fungi subcoriacei (resupinati), forte atypici.

Ceratomyces. Tubuli superficiales nulli vel obsoleti. Fungi subglobosi, intus locellati, sporigeri, saepius Polyporis vel Daldaviae connati, quorum immo videntur status secundarii.

Bresadolia. Tubuli spurii ex lamulis unilique versis formati. Fungi carnosissimi, laterales, forte atypici.

Cyclomyces. Tubuli lamellosi in circulos concentricos dispositi. Fungi coriacei, mesopodes et apodes. Videntur Agaricici in lamellis concentricis.

Favolus. Tubuli lamellosi in series a stipite radiantes dispositi, primitus amplii. Fungi carnosissimi saepius applanati, dimidiati.

Gleoporus. Tubuli Polypori sed gelatinosi; pileus subcoriaceus. Fungi apodes, laterales (in Polyporum transeunt).

Laschia. Tubuli Gleopori pileusque gelatinosi. Fungi mesopodes v. apodes.

Merulius. Tubuli reticulato-plicati, demum subgyrosi. Fungi resupinati, corusco-tremellosi.

Theleporus. Tubuli regulares, contigui, centro papillam teretem poros aequantem gerentes. Fungi membranacei.

Porotuellium. Tubuli in verrucis discretis immersi, distincti. Fungi resupinati, membranacei.

Solenia. Tubuli teretes vel arceolati, primo clausi, subiculo inserti (Est quasi Cyphella in subiculo congesta, hinc forte Theleporis propior).

BOLETUS Dill. Cat. Giss. p. 188. Fr. Obs. I. pag. 109, Hym. Eur. pag. 495 (Etym. *bolites* nomen graecum fungi esculenti). *Suillus* Mich. *Boleti* pars Linn. et Auctt. — Hymenium tubulosum, ab hymenophoro discretum et facile separabile. Tubuli in stratum porosum absque trama stipati, a se invicem facile separabiles. Os tubulorum sive pori rotundi vel angulati. Sporae normaliter fusiformes, raro ovales, subrotundae. Fungi terrestres, carnosissimi, putrescentes, stipitati, centrales. Paucis venenatis rejectis, in cibariis maximi momenti.

Genus nobilissimum, acute limitatum, sed species multae difficillime distinguuntur et delimitantur.

Quia sporae multorum ignotae et veterum in affinibus colore variant, dispositionem primariam, praecunte Frieso, e tubulorum colore sumimus.

Sec. I. Euchroi. Trough late colorati, vulgo lutei nec albi griseive.

A) *V. copolles*: pileo pellicula viscosa obducto. — Stipes solidus, haud but-

ostis nec venoso-reticulatus. Tubuli postice stipiti adhaer. raro soluti, aur-
colores. Retic. cognitorum sporae lutescentes (*Vivipol. is. (Pich.)*).

7. Genium, seriem contiguam sistentes.

1. **Boletus sphærocephalus** Barla t. 36, Fr. Hym. Eur. p. 198. — Cespitosus, amplus, pileo compacto, hemisphaerico, glabro, humido viscido, disco luteo-fulvo, margine crasso, involuto, flavo; stipite valido, squamis fuscis dense vestito, apice determinate albo-flavido; tubulis brevibus, e luteo demum obscurioribus, poris minutis, rotundis; sporis ovoideis, pallide ochraceis.

Hab. in pnetis Italiae, princeps Boletorum. — Ex levae stipes ex maxima parte obductus indumento subulato squamoso, prope apicem determinate abrupto, quod veli species videtur; caro primo lactea, mox vero cerulescens lineisque fuscis ferrugineisque variegata. Species peculiaris typi.

2. **Boletus luteus** Linn. Succ. n. 1217, Fr. Syst. Myc. l. pag. 386. — Hym. Eur. p. 197, Sverig. atl. Svamp. t. 22, Schaell. t. 111, Fl. Dan. t. 1135, Rostk. apud Sturm 1, tab. 1, Klotzsch Fl. Por. t. 377, Barla t. 31, f. 1-3 Harzer t. 6, Gonn. et Rab. VII, t. 6, f. 2 et *Bolet. acutus* t. 1, *Bolet. annulatus* Pers. Syn. p. 503, Kroubki. t. 33. — Pileo e gibbo pulvinato, glutine fusco secedente obliuato; stipite aequali, firmo, albo, supra anulum amplum, membraceum, albo-fuscoseentem punctato-scabro, flavido; tubulis adnatis, poris minutis, simplicibus luteis; sporis ellipsoideis vel oblongato-ellipsoideis v. fusoides, lutescenti-brunnes 6-8 \pm 3 vel 8-10 \pm 3.

Hab. in pnetis ad terram frequens in Europa, et terram per Minussinsk Sibiriae Asiaticae et in Carol. inf. Amer. bor. — Pileo 4-15 cm. latus, glutine secedente pallidior et virgato-maculatus, stipes 5-6 cm. longus, 12 mm. et ultra crassus; caro alba; in carbonibus praestans.

3. **Boletus elegans** Schum. Saell. H. p. 374, Fr. Epon. p. 109, Hym. Eur. p. 197, Sverig. atl. t. 76, Hussey II, t. 12, Gonn. et Rab. t. 5 f. 2, Price f. 110, *B. luteus* Gray. t. 183, Ventur. t. 47, f. 1, 2, *B. annulatus* Buil. t. 332, Pers. Myc. Eur. 2, *B. floriculus* Kroubki t. 34, f. 1-10. — Pileo convexo-plano, viscoso, aereo ferrugineo secedente; stipite firmo, aequali, ex auro rufescente, supra anulum rugicem, ex albo flavescentem punctato, tubulis decurrentibus, poris minutis, simplicibus, auro-sulphureis; sporis ellipsoideis vel oblongato-ellipsoideis chloro-hydris, 8-9 \pm 3-4.5.

Hab. in silvis sicuti trichostis quam caro in carbonibus praestans.

nuperius introductus et quotannis frequentior, semper sub Larice in silvis mixtis Carol. inf. Amer. bor. — Pileus 8-12 cm latus; stipes 5-11 cm. longus; lamellæ demum obscuriores; caro flavida. *B. Thecla* Schulz. in Verhandl. Zool. Bot. Gesellsch. Wien 1870, p. 178 ex descr. et loco optime convenit.

4. **Boletus flavus** Wither. Fr. Epicr. p. 410, Hym. Eur. p. 497, 4643
Berk. Outl. p. 230, Gill. Champ. c. ic. *B. annularius* Bolt. t. 169, *B. luteus* Sowerb. t. 265. *B. Grevillei* Klotzsch in Linn. VII, t. 198. — Firmus; pileo pulvinate, compacto, glutine fusco secedente flavo; stipite e luteo fuscescente, supra anulum membranaceum, fugacem, sordido flavum reticulato; tubulis adnatis, poris angulatis, luteis; sporis ovoideo-oblongis, basi acutatis, 8-10 \approx 3-4, granulosis dilute ochraceis.

Hab. in silvis Europæ, præcipue in Anglia. — Pileus 5-14 cm. latus; stipes 5-8 cm longus, 12-20 mm. crassus. A *B. luteo* simili dignoscitur poris amplioribus, angulatis. *B. luteus* Scop. Carn. n. 1587 et Lumn. Pos. p. 526 ad hunc spectare videntur, ut etiam *B. collaris* Pers. Myc. Eur. 2, p. 126. Conferatur *B. luricinus* inter Favosos.

5. **Boletus pulchellus** Fr. Hym. Eur. p. 497 et Icon. t. 178, f. 1. — 4644
Pileo convexo-plano, glabro, viscido, absque glutine secedente, virente-luteo; stipite curto, aquali, levi, luteo, annulo angustissimo; tubulis adnatis, aureis, poris linearibus, integris, simplicibus, aureis.

Hab. in silvis ad Femsjö Smolandiaë (LINDBLAD). — Stipes 2½ cm. paullum superans, annuli loco linea obscuriore modo cinctus; pileus 4 cm. latus, tenuiter viscidus; pori oblongo-lineares, fere Trametis gibbosæ, sed confertiores; caro pallida, interdum rubella. Ut *B. elegans* ad *B. luteum*, sic *B. pulchellus* ad *B. flavum* et *B. mitis* ad *B. bovinum* accedunt.

6. **Boletus flavidus** Fr. Obs. 1, p. 110, Syst. Myc. 1, p. 387, Hym. 4645
Eur. p. 498, Sommerf. Lapp. p. 272, Weinm. Ross. p. 295, *B. velatus* Pers. Myc. Eur. 2, t. 20, f. 1-3, Krombh. t. 4, f. 35-37. — Tenuis; pileo e gibbo plano, viscoso, livido-flavescente; stipite tenui, subæquali, pallido, supra anulum mere viscosum glandulis fugacibus adperso; tubulis decurrentibus, poris amplis, angulatis, compositis, sordide flavis; sporis oblongato-ellipsoideis, rectis, subhyalinis, 8-10 \approx 3,5-4.

Hab. in paludosis Europæ borealis et alpinæ et ad terram in silvis prope Minussinsk Sibiriaë Asiaticæ. — Distinctissimus inter affines, gracilior, velo mere glutinoso ab omnibus recedens; pileus

3-5 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, 4-7 mm. crassus; caro pallida: ab hoc longe distat *B. flavidus* Venturi t. 47, f. 1-3, Rost. l. c. t. 2 (*B. flavi*, ut videtur, varietas expallens). Formam americanam, pileo sæpe rubro-maculato, tubulis plorantibus, senio nigricantibus etc. sub nom. *B. americani* distinguit cl. Pæck in Arth. Bull. 3, Work. Minnes. p. 27.

7. **Boletus sphaerosporus** Peck Torr. Bot. Club. vol. XII, n. 4, p. 33, 4646 t. XLIX, fig. 1-2. — Pileo glabro, viscido, brunneo-rufescente, vel castaneo, 7-10 cm. lato; tubulis latis, angularibus, adnatis vel leniter decurrentibus; stipite brevi, circ. 3,8 cm. longo, prope basin annulo volvaceo distincto prædito; sporis globosis vel late ellipticis, vulgo uninucleatis, 7-9 μ . long.

Hab. prope Wisconsin Amer. bor. (W. TRELEASE).

8. **Boletus collinitus** Fr. Epicr. p. 410, Hym. Eur. p. 498, Berk. et 4647 Br. n. 1284, Quél. p. 242, *B. circinans* Pers. et Alb. et Schwein. pro parte, *B. inunctus* Krombh. t. 76, f. 10, 11 hujus loci videtur, sed tubuli virides. — Pileo pulvinate, levi, glutine fusco secedente pallescente; stipite firmo, deorsum attenuato, exannulato, ex albo fuscescente, squamulis adpressis subreticulato; tubulis adnatis, elongatis, poris didymis, e pallido luteis, nudis.

Hab. in pinetis Europæ rarus, solitarius. — Hic statura et colore *B. luteum* refert, sed absolute exannulatus est et pori vulgo in duos minores divisi; caro alba.

9. **Boletus granulatus** Linn. Suec. n. 1249 (optime), Fr. Syst. Myc. I, 4648 p. 387, Hym. Eur. p. 498, Sverig. Atl. Svamp. t. 23, Wahlb. Suec. n. 1978, Weinm. p. 296, Lenz f. 31, Letell. t. 604, Barla t. 31, f. 4-12, Rostk. t. 3, Gonn. et Rab. VII, t. 6, f. 1, Kickx p. 239, *B. flavo-rufus* Schaefl. t. 123, Krombh. t. 34, f. 11-14, *B. lactifluus* Sowerb. t. 420, *B. circinans* Pers. Syn. p. 505. — Pileo convexo-expanso, e glutine collinito fusco-ferrugineo eoque secedente lutescente; stipite exannulato, flavido, sursum punctato-granuloso; tubulis adnatis, brevibus, luteis, poris simplicibus granulatis; sporis fuscoideis, luteo-citrinis, 8-10 \approx 2-3.

Hab. in pinetis locis graminosis, campestribus vulgaris in Europa, in silvis prope Kanygno Sibiriae Asiaticae et in Carolina Amer. bor. — Vulgo gregarius, sed minus caespitosus quam *B. bovinus*, pileus 5-8 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 12 mm. crassus, sursum sæpe attenuatus; caro flavescens; plane diversus a *B. luteo*, quocum confundunt Klotzsch alique; in cibariis præstans.

10. **Boletus Boudieri** Quél. in Soc. bot. de Fr. 1878, t. 3 f. 3. — Pileo 1649

ileo convexo, molli, glutinoso, albo-fuscescente, margine citrinello 10 cm. lat.; stipite tenui albo-citrino, sanguineo-verrucoso; carne uida, dulci, alba dein citrina; tubulis curtis latiusculis, sinuosis, 1 cm. long., flavis dein fulvis stipiteque resinoso-lactescentibus; sporis ellipsoideis, angustis, 10 μ . long., ochraceis.

Hab. sub Pinn halepensi pr. Menton Galliae (B. uol. ex). — Huc spectat, teste Quélet, *B. Bellini* Inz., sed coloribus, stipite tubulisque sat recedere videtur.

11. **Boletus Bellini** Inz. Funghi Sic. II, p. 25, tab. VI, fig. 1-7 (1879). 4650

— Solitarius vel caespitosus; pileo convexo-plano, viscoso, flavo-rubescente; stipite flavo-sulphureo, brevi, firmo, deorsum attenuato, rubescente, radicante; tubulis majusculis adnatis, ochraceis, hexagonalibus, ore dentatis; sporis lutescentibus, fusiformibus.

Hab. ad Pinos halepenses, Palermo.

12. **Boletus bovinus** Linn. Suec. n. 1246 (clare), Fr. Syst. Myc. I. 4651

p. 388, Hym. Eur. p. 499, Wahlb. n. 1979, Lenz f. 33, (sanctis), Krombh. t. 75, f. 1-5, Klotzsch Bor. t. 378, Gonn. et Rab. VII, t. 2, f. 1, Huss. I, t. 31, Berk. Outl. pag. 230, *B. gregarius* Fl. Dan. t. 1018 (optime), *B. macroporus* Rostk. t. 13 habitu peregrino, unde ad *B. variegatum* relatus, *B. bovinus* et *mitis* Pers. Myc. Eur. 2, p. 127, 129. — Pileo planiusculo, glabro, viscido, gilvo; stipite aequali, levi, unicolore; tubulis subdecurrentibus, poris compositis, a griseo-flavo ferrugineo-aurantiis; sporis fusiformibus, sordide virescenti-ochraceis, 8-10 = 3.

Hab. in pinetis Europae praecipue borealis copiose, subcaespitosus ad terram prope Minussinsk Sibiriae asiaticae et in Amer. boreal. — Pileus 3-10 cm. latus; stipes 3½-10 cm. longus, 9-18 mm. crassus; tubuli 1-7 mm. longi; caro alba; gluten pilei domum repandi tenne, haud discolor vel secedens.

13. **Boletus mitis** Krombh. t. 36, f. 8-11, Fr. Epier. pag. 111 (non 4652

Pers.). Hym. Eur. pag. 499, Britz. Bot. f. 6, *B. bovinus* Rostk. t. 1. — Pileo e convexo plano depressove, viscido, alutaceo-carneo (sicco ferrugineo-rufo); stipite firmo, brevi, concolore, deorsum attenuato; tubulis brevibus, poris compositis, ex olivaceo aureis; sporis 13-14 = 4.

Hab. in silvis mixtis Europae, raro. — Pileus 5-6 cm. latus, stipes 5-6 cm. longus. Priori valde affinis et sapor etiam mitis, sed statura curta, firma, caro gilvo-pallida et color alienus, ex icone ferrugineo-gilvus. Icon Rostk. differt colore luteo, ut vix distinguendus.

14. **Boletus badius** Fr. — *Blanch.* p. 126, *Épicer.* p. 111, *Hym. Eur.* 1753 p. 490, *Sverig. atl. Svamp.* t. 50, *Rost.* t. 5, *Fl. Bat.* t. 801, *Klotzsch Bot.* t. 379, *Lenz* f. 35, *Berk. Outl.* p. 231, *Gill. Champ.* c. ic. *B. glutinosus* et *spadiceus* *Krombh.* t. 36, f. 12-18. — Pileo pulvinato, molli, viscoso, halio-fulvo; stipite solido, subaequali, levi, pallidore, brunneo-pruinato; tubulis adnatis, sinuato-depressis, poris majusculis, sordidis, ex albo-flavo virescentibus, angulatis; sporis fuscoideo-oblongatis, flavescentibus, 15-20 \times 5-6.

Hab. in pinetis passim, sed parce in Europa, prope Minussinsk Sibiriae asiaticae in regione Jenissei super. ad fluvium Ulaugom Mongoliae bor. (PÖRANIX), ad Guig et Sandlake, New York Amer. foeter. (PÆK). — Distinctissimus, a precedentibus valde diversus. stipes 8 cm. longus, 2½ cm. crassus, nunc sursum, nunc deorsum attenuatus, sed nunquam bulbosus; pileus 8-16 cm. latus, vulgo glutinosus, sed siccus nitidus vel junior quasi villosus-viscosus, semper levis; caro 2-6 cm. crassa, ad tubulos caeruleo-cens.

15. **Boletus viscosus** Ventur. t. 53, f. 1, 2, *Fr. Hym. Eur.* p. 499. 471 — Pileo compacto, convexo-plano, glutine fusco secedente collinito; stipite crasso, aequali, fusco, superne sanguineo, examudato, carne e. rubescente; tubulis adnatis, poris minutis, luteis.

Hab. in Italia. — Insufficienter descriptus, sed hujus videtur loci glutine *B. lutea*, stipite superne sanguineo et carne caeruleo-cens bene distinctus.

16. **Boletus rutilus** Fr. *Bol.* p. 5, *Fr. Épicer.* pag. 112, *Hym. Eur.* 1753 p. 490. — Pileo compacto, pulvinateo-cubro, viscido, rufescenti-testaceo; stipite firmo, levi, glabro, inferne rubra, superne luteo-lob; tubulis adnatis, sinuato-depressis, poris minutis, regularibus, luteolis, opacis.

Hab. in quercetis Scandin. — Species pulchra, olida, praedistincta. Stipes crassiusculus, nectus subochraceus, fractus fere nigrescens; pileus 5-8 cm. latus; tubulis ore obscuriores, circa stipitem vulgo depressi, sed non liberi. — Var. **Schulzeri** *Quel. in Helv.* 1839, p. 144; pileo pulvinateo, brevis tomentoso, irrigato sublubrico, in juventute luteo-fusco, tandem obscureo-cerasino; poris rotundis, primitus minimis subaurantibus, deinde in poribus sordide luteis; tubulis e. indistinctis, 1-2 cm. longis, luteis in contactu ore. Var. luteo, stipite cylindrico, basi obtuso et curvato, 1,5-2,5 cm. crasso, 10,5-14 cm. et ultra longo, e. saturate luteo nox, excepto apice, rubido, fere nigro, superficie sub lente impolita; pileo, stipite et poris tactu nigro-ceruleis; carne lutea, fracta opaco-cerulea, odore arbo-

matico, sapore parum dulcidulo; sporis umbrinis, ex oblongo-ovato oblongo-ellipsoideis 10-12 \approx 5; subgregatim in silva Kunjevee Slavoniæ post diurnas pluvias. — Var. **Quéletii** Schulz. in Hedw. 1885. Recedit a priori stipite basi acuminato, nec semper curvato in prima infantia spurie reticulato; sporis 15 μ . longis. Subgregatim in silva Kunjevee Slavoniæ post densas pluvias.

17. **Boletus sanguineus** With. Arr. 4, pag. 419, Sowerb. t. 225, Fr. 4656
Epicr. p. 412, Hym. Eur. p. 500, Secret. n. 37, Lév. in Paul. t. 181, f. 3, 4, Inzenga Sicil. I, p. 39, Kickx p. 240, Luc. Suit. Bull. t. 24, Vaill. Par. p. 39, n. 5, Hall. Helv. n. 2315. — Pileo convexo-plano, levi, glabro, viscido, sanguineo; stipite æquali, levi, luteo sanguineoque variegato; tubulis adnatis, luteo-aurantiis, poris amplis, inæqualibus.

Hab. in silvis Europæ, raro. — Pileus 5-7 cm. latus; stipes 2½-6 cm. longus, 9 mm. crassus. Colore eximio micat: facile confunditur cum formis *B. chrysenteri*. — ***B. gentilis** Quéll. Suppl. XII, 1883, p. 7, t. VI, f. 13: mitis, odoratus; pileo rugulis virgato incarnato-roseo; stipite gracili, striatulo, citrino, roseo-virgato; poris angulosis, sulphureis; sporis ellipsoideo-oblongis, 11-14 μ . long. citrinis guttulis. In silvis umbrosis Juræ.

18. **Boletus piperatus** Bull. t. 451, f. 2, Fr. Syst. Myc. I, p. 388, 4657
cum syn. Hym. Eur. pag. 500, Sverig. ätl. Svamp. t. 67, Gill. Champ. c. icon., Sowerb. t. 34, Fl. Dan. t. 1850, f. 2, Krombh. t. 37, f. 16-20, Rostk. t. 6, Barla t. 32, f. 5-10, Corda apud Sturm XI, t. 60, *B. ferruginatus* Batsch t. 128. — Minor; pileo convexo-plano, glabro, viscidulo, luteo-gilvo; stipite tenui, levi, fragili, concolore, compresso, basi luteo-lactescente; tubulis decurrentibus, ferrugineis; poris amplis, angulatis; sporis ellipsoideo-oblongatis, 8-9 \approx 3-4.

Hab. in silvis Europæ, Carolinæ et ad Lowville, Bethlehem, New York America boreali (Рѣск). — Pileus 2½-8 cm. latus; stipes 2½-5 cm. longus, 6-9 mm. crassus. Ceteris minor, leviter viscidus, subinde rimoso-squamulosus, carne luteola, sapore piperrato facile distinctus.

19. **Boletus Schulzeri** Quéll. in Hedw. 1885, p. 143. — Extus totus fus- 4658
cus, croceus, deinde pileo subfusco, poris viridulis, stipite e basi sordide rubro; pileo regulari, pulvinate, circ. 11 cm. lato, nec nitido, tempore udo subviscoso, pellicula separabili; poris minutis, ad marginem ruptis; tubulis concoloribus, circa stipitem parum impressis in medio 1,5 cm. longis, antice subminentibus: stipite fæcto,

solido, contiguo, interdum subcompresso, plerumque leniter curvato, apice 2-2,5 cm. crasso, deorsum incrassato, inde clavato circ. 13 cm. longo, fibroso-striato, ideo passim subreticulato; stipite et poris cæruleis; carne lutea, contactu aeris mox cærulea; odore suave-aromatico, sapore vix sensibile acidulo; sporis umbrinis, oblongis, 10-15 = 4.

Hab. in silva Crkvenac Slavoniæ.

20. **Boletus longicollis** Ces. Myc. Born. p. 4, t. I, f. 3. — Pileo, sti- 4659
pите et annulo viscosissimis; pileo ex hemisphærico expanso, 8 cm. lato, rufo, levi, margine acuto; stipite 10-13 cm. longo, tenui, e basi ad apicem sensim attenuato, solido, pileo concolore, ad apicem pallido, levi, annulo luteolo distantibus tubulis flavidis, a stipite sejunctis, poris amplis irregularibus; pellicula pilei vix secernenda, carne tam pilei quam stipitis flavida, immutabili.

Hab. ad montem Matang, Bornei, Malesia (O. BECCARI).

21. **Boletus tumidus** Fr. Hym. Eur. p. 501. — Pileo carnoso, con- 4660
vexo, compacto, glabro, subviscoso, rufo-brunneo; stipite curto, ventricoso, levi, flavido, rufo-brunneo tincto; tubulis adnatis, curtis, poris minutis, sinuosis, ochroleucis.

Hab. in silvaticis ad Upsaliam Sueciæ, semel lectus. — Forma admodum singularis; stipes valde tumidus et basi angustatus, 4 cm. longus et medio 2½ cm. fere crassus; pileus 5 cm. latus, medio subdepressus; pori sinuosi, sed non gyrosi ut Gyrolobium.

22. **Boletus aurantiporus** Howse in Grevill. XII, p. 43. — Pileo pri- 4661
mitus fulvo ferrugineo demum pallide gilvo, e pulverato expanso, viscido, demum juxta marginem squamuloso; stipite equali, eximie luteo rubroque reticulato, tubulis longe decurrentibus; poris latis, angulatis, ex aureo luteo aurantiacis, contusione in rubrum transcurrentibus; carne demum rubella.

Hab. sub arboribus, pr. Shere Britannicæ (REV. G. SAWYER). — Pileus circiter 5 cm. latus; stipes 8 cm. longus.

23. **Boletus spectabilis** Peck 23 Rep. pag. 128, t. 6, fig. 1-3. — 4662
Pileo late convexo, udo viscido, squamoso, nitide rubro, squamis brunnescentibus, sæpe roseo squamis brunnescenti-luteis; stipite subæquali, solido, annulato, luteo rubro-maculato vel subconcolore; tubulis convexis, adnexis, latis, angulatis, ochraceis; velo membranaceo, rubro, viscido; carne lutea; sporis fusco-ferrugineis.

Hab. in muscosis humidis, North Elba, New York Amer. bor. — Statura 10-15 cm. motiens; pileus 8-13 cm. longus; stipes 13

mm. latus, Magnus, elegantissimus, pilei squamæ, disco excepto, late et distantes.

24. **Boletus Curtisii** Berk. North Am. Fung. n. 109. — Pileo hemisphaerico, viscoso aureo-luteo; stipite stramineo tenui, sursum attenuato, polito, reticulato; poris umbrinis, demum fulvis, liberis; sporis ferrugineis utrinque leniter attenuatis. 4663

Hab. in pinetis, Carol. inf. Amer. fœder. (Curtis). — Pileus $2\frac{1}{2}$ cm. v. ultra latus, hemisphaericus, viscidus; stipes 5-6 cm. longus, 1-6 mm. crassus, apice attenuatus, stramineus exannulatus.

25. **Boletus albus** Peck 23 Rep. of the Bot. 1872, p. 130. — Pileo 4664
carnoso, glabro, convexo, udo viscido, albo; tubulis planis, coherentibus, subrotundis, medioeribus, ochraceo-flavis; stipite aequali v. leniter deorsum attenuato, albo, rubescenti-lincto, punctato, non annulato, apice leviter reticulato; carne alba.

Hab. in silvis Adirondack Mountains Amer. bor. — A *Bolet. collinito* pileo albo, tubulis majoribus aliterque coloratis differt.

26. **Boletus Clintonianus** Peck 23 Rep. p. 128, t. 5, fig. 1-5. — Pileo 4665
crasso, convexo, udo viscido, glabro, nitido, badio rubro vel castaneo; stipite aequali, valido, solido, annulato, subconcolore, plerumque rubro maculato, apice subtiliter reticulato, tubulis subplanis, adnexis, subdecurrentibus, minutis, subrotundis, pallide luteis, dein fuscis; annulo carneque luteis.

Hab. in silvis, North Elba et Center prope Albany New York Amer. bor. — Statura 10-15 cm. adæquans; pileus 8-13 cm. latus; stipes 13-19 mm. crassus. Plerumque caespitosus. In specimenibus majoribus pileus incisionem submarginalem seu concavitate[m] habet.

27. **Boletus tridentinus** Bres. Fungi Trident. p. 13, tab. XIII. — Pileo 4666
convexo-plano, viscoso, lateritio-rubiginoso, squamis subcompressis secedentibus concoloribus variegato, 6-10 cm. lato; tubulis flavo-virescentibus, stipiti adnatis vel subdecurrentibus; poris angulatis aut sinuato-oblongis amplis, lateritio-rufescentibus; stipite farcto, subæquali vel leviter basi incrassato, concolore, ætate expallente supra anulum album, fugacem eribroso, infra subsquamuloso squamulis compressis, 5-9 cm. longo, 1-2 cm. crasso; sporis flavo-viridibus, ellipticis, unguiculatis.

Hab. in silvis coniferis in tota regione tridentina. — Affinis *B. flavo*. Mycelium fibroso-reticulatum, tenax, rubiginosum. Caro lateritia, fracta subrubescens, odore et sapore grato.

28. **Boletus amarellus** Quéf. Supplém. II. p. 12, *B. piperatus* Barla 4667

tab. 32, fig. 5-10. — Pileo convexo, 3-6 cm. ltu., nitido ochraceo vel purpurascente; margine velutino, curvato; stipite tenui sursum flexuoso, citrino-aurantiaco, carne molli, acidulo-piperata, citrina demum deflecta vinosa; tubulis decurrentibus, citrinis, poris sinuosis majusculis, angulosis, roseis; sporis oblongis 20 μ . long. 2-3 guttulis, flavids.

Hab. in silvis pinetis Alpium maritimarum (BARLA). — Affinis *B. piperato*.

29. **Boletus dichrous** Ell. Bull. Torr. Cl. 1876, p. 109, *Boletus squa-* 4668
mollosus Ellis Bull. Torr. Cl. VI. 1876, p. 77, ne: Fr. — Pileo convexo, 5-7 cm. lato, pellicula viscida, rubente, separabili tecto, subspongioso; tubulis inequalibus, medioeribus, circa stipitem depressis, stramineis, tactu viridi-cyaneis, sed tandem constantiter flavis; stipite solido 7 cm. longo 1.3 cm. cr. deorsum paullo incrassato, intus apiceque flavo, ceterum extus cuticula rubro-squamulosa tecto; sporis ellipsoidis 17 μ . long.

Hab. in silvis quercinis et pinetis, New Field New Jersey America bor. — Caro albo flavula, mox cyaneo-virens, demum constantiter flava.

30. **Boletus Morgani** Peck Bull. Torr. 1883, p. 73, t. XXXV. — Pi- 4669
 leo pulvinate, glabro, viscido, molli, rubro v. flavo v. rubro flavo-marginato; tubis connexis depressis ad stipitem, majusculis, inequalibus, subrotundis tecto flavis denique viridi-flavis; stipite elongato sursum attenuato, anguste flavo-reticulato, depressiombus rubris; carne albida rubro-flavoque tincta, tactu immutabilis; sporis obliquo-lanceolis, 17-22 \times 8-10.

Hab. in silvis Castaneorum, Quercuum et Tulpiferarum, Kentucky Amer. bor. — Ab affini *B. Russellii* differt praesertim pileo viscido, glabro.

31. **Boletus subsimilis** Preuss Pl. Preuss. II, p. 134. — Pileo carno 4670
 so, carne non explanato, viscido?, nitido fusco; stipite solido, equali, levi, nullo, sulphureo, basi fusco, poris adnatis, brevissimis, aequalibus sulpturicis.

Hab. in Australia. — *Boletus laevis* Bull. subsimilis.

32. **Boletus arenarius** Fr. in Plant. Preuss. II, p. 134. — Pileo ex- 4671
 planato repando, viscido, excentrico; stipite elongato tortuoso saepe pallido, inferae nigro; tubulis longis amplis (cinnamomeis?).

Hab. in arenosis ad fluvium Cygnorum Australiae. — Stipes 7-8 cm. long.; pileo excentrico viscoso insignis.

33. **Boletus brevipes** Peck 38 Rep. p. 110, *B. rufescens* Frost. nec 4672

Vent. — Pileo atro-castaneo, viscosissimo, denique flavido et minus viscido; stipite brevi, 3-5 cm. long.

Hab. in solo sabuloso aprico circa pineta, Center New York Amer. bor. — Affinis *B. granulato*.

34. **Boletus alliciens** Berk. Dec. n. 34, p. 9. -- Pileo glabro, luteo, 4673 viscoso; carne fracta cærulea; stipite subtiliter tomentososo, deorsum incrassato, non reticulato; tubulis flavis irregularibus adnexis; sporis oblongis, pallidis.

Hab. ad terram in Australia, ubi *Woorda* audit et comeditur. — Pileus 6-7 cm. lat.; stipes 3,5-4 cm. long., 12-24 mm. cr.

35. **Boletus australis** Cooke et Mass. Grev. XVI, pag. 32. -- Pileo 4674 convexo, pulvinate, viscoso, umbrino; stipite glabro, deorsum attenuato, vel fusiformi-radicato, carneo; carne pallide rosea, cærulescente; tubulis adnatis, virescentibus; poris hexagonis, æqualibus, majusculis, sulphureis; sporis cylindricis, 20 = 5-6.

Hab. ad terram pr. Melbourne Australiæ (Went.) — Pileus 5-7 cm. lat.; stipes 5-7 cm. long., 1-1,5 cm. cr.

B) *Subtomentosi*. Pileus pellicula viscida destitutus, junior villosus, raro demum glabratus. Stipes primitus exsertus, non bulbosus nec venis reticulatus, licet passim rugosus vel striatus. Caro rarius mutabilis. Tubuli unicolores, adnati (*Versipellis* Quél.).

36. **Boletus squalidus** Fr. Epicr. p. 413, Hym. Eur. p. 501, *B. lu* 4675
teus velifer Secr. n. 4 excl. syn. — Pileo convexo-plano, udo, granuloso-squamuloso, luteo, disco brunneo-rufescente; stipite firmo, solido, glabro, levi, luteo, deorsum viridi-griseo-variegato; annulo membranaceo, fugaci; tubulis adnatis, poris majusculis, inæqualibus, e viridi lutescentibus.

Hab. in Helvetia. — Pileus viscidus quidem dicitur ut *B. variegati*, cui admodum videtur affinis; caro mollis, carneo-grisea, sicca flava demumque fracta subviolascens. Num Rostk. t. 17 ad speciem Secretani pertineat, dubium videtur.

37. **Boletus variegatus** Swartz in Vet. Ak. Handl. 1810, p. 8, Fr. 4676
Syst. Myc. I, p. 388, Hym. Eur. p. 501, Sverig. åtl. Svamp. t. 66, Gill. Champ. cum icone, Sommerf. Lapp. p. 273, Berk. Outl. p. 231, Lenz f. 39, Krombh. t. 34, f. 15-18 et t. 75, f. 7-14, Harzer t. 15, Rost. t. 16, *Ag. reticulatus* Alb. et Schwein. p. 240. — β . *aureus*, *B. aureus* Schaeff. t. 115 certe hujus loci. — Pileo e convexo plano, obtuso, uvido, obscure luteo, squamulis superficialibus, fasciculato-pilosis adperso, margine acuto prænitus flocculoso; sti-

pite firmo, æquali, levi; tubulis adnatis, inæqualibus, poris minutis, e brunneo cinnamomeis; sporis oblongato-ellipsoideis, hyaliis vel dilutissime flavescentibus, 8-11 = 3-4.

Hab. copiose in pinetis Europæ et Carol. med. Amer. federat. — Pileus 5-13 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, 18 mm. crassus, obscure luteus, interdum rubens; squamæ pilei secedentes; caro lutea, passim cærulescens. — ***B. guttatus** Pers. Myc. Eur. 2, p. 129, Fr. Hym. Eur. p. 501, Britz. Bol. f. 8; poris majoribus, ferruginascentibus; cum priore mixtus et ulterius observandus; forma poris griseis (*B. macropus* Rostk.) forsau sit status *B. bo-vini* huic similis.

38. **Boletus sulphureus** Fr. Epicr. p. 413, Hym. Eur. p. 502. — Pileo compacto e convexo plano, floccis innatis sericeo-tomentoso stipiteque firmo, ventricoso, levi, glabro sulphureis; tubulis adnato-decurrentibus, brevibus, poris minutis, compositis, concoloribus, demum virescentibus; sporis e luteo olivaceis. 4677

Hab. inter ramenta putrescentia Pini in Britannia. — Est ex elegantissimis; e mycelio lanoso, aureo, late expanso surgit valde cæspitosus, facie *Pholiotæ spectabilis*; stipes 2½-5 cm. longus, 2½ cm. crassus, demum sordide ferruginascens; pilei repandi et concrescentes; caro flava, fracta plus minus cærulescens, sed aeri exposita aurea, sub tubulis passim rubens; tubuli 2-4 mm. longi, solito arctius adhærentes, tactu mutabiles, demum ferrugineo-maculati.

39. **Boletus elatior** Fr. Hym. Eur. p. 502. — Pileo e convexo plano, siccò, levi, tomentoso, castaneo; stipite procero, æquali, levi, glabro, nudo, ubique obscure sanguineo-purpureo; tubulis adnatis, luteis; poris minutis, rotundis. 4678

Hab. in silvis circa Holmiam raro. — A sequentibus differt pileo nudo modo olivaceo, stipite 10-15 cm. longo, 1¼ cm. crasso, deorsum subattenuato, subflexuoso et præcipue colore stipitis omnino peculiari; a *B. spadiceo* clare distinctus.

40. **Boletus striipes** Fr. Hym. Eur. p. 502, Secret. n. 32, Berk. Outl. p. 232, Britz. Bol. fig. 9, Battar. t. 29 C optime convenit. — Pileo e convexo plano, molli, sericeo, olivaceo, cuticula intus ferruginea; stipite firmo curvato, luteo, fusconigro-striato, basi fusco-rufescente; tubulis adnatis, angulatis, virescentibus, poris minutis, luteis; sporis 10-12 = 4. 4679

Hab. in pinetis Europæ. — Caro alba, ad tubulos et stipitis basin extus concolorem, velutina lutea.

11. **Boletus chrysenderon** Fr. Epicr. p. 415 Hym. Eur. 502, Bull. 4680
t. 490, f. 3, Schaum. n. 1932, Berk. Outl. p. 232, Quéf. t. t. 16, f. 3,
(*B. radicans*) Gill. Champ. c. icon. *B. calopus* Pers. ex Myc. Eur.
2, p. 159 et *B. pascuus* ibid. (forma inter hunc et *subtomentosum*
media: conferantur Krombh. t. 76, f. 15-17 et Cord. apud Sturm 19,
t. 1). — Pileo convexo-plano, molli, floccoso-squamuloso, fusces-
cente subtestaceove, carne lutea, infra cutem rubra; stipite sub-
æquali, rigido, fibroso-striato, coccineo flavove; tubulis subadna-
tis, poris majusculis, angulatis, inæqualibus, luteo-virescentibus;
sporis fusoides, dilute brunneis, $12 \approx 4\frac{1}{2}$.

Hab. in pratis muscosis, silvaticis, Europæ, Carol. med. et su-
per. et ad Worcester et Memphis, New York Amer. fœder. (Pæck).
— Pileus 5-8 cm. latus, sæpe areolato-rimosus et tum rimæ coc-
cineæ; stipes 8 cm. longus, 6-12 mm. crassus; variat ut affines
statura, pileo glabrescente lætiore, carne subæerulescente tubu-
lisque circa stipitem depressis.

12. **Boletus armeniacus** Quéf. 13 Suppl. p. 5, tab. VIII, fig. 11 et in 4681
Guill. Champ. Sud-Ouest p. 12. — Pileo convexo, pubescente-to-
mentoso, margine excoriato, incarnato-roseo amethysteove varie-
gato, 3-7 cm. lato; stipite gracili, flexuoso, subradicante, pruino-
so-tomentoso, incarnato-roseo, basi croceo; carae firma alutaceo-
citrina, fracta azurra vel rosea, stipitis aurantiaca, sapida, aro-
matica; tubulis sinuatis, citrino-pallidis, factu cyaneo-viridulis;
sporis ellipsoideo-fusoideis 11-13 μ . long. guttulatis, olivaceis.

Hab. in silvis arenosis quercinis, castaneis, pineis, Gironde Gal-
liæ (FORQUIGNON).

13. **Boletus subtomentosus** Linn. Succ. n. 1251, Fr. Syst. Myc. 1. 4682
p. 389, ubi synonym. Hym. Eur. p. 503, Price f. 2, Vivian. t. 37,
Gomm. et Rab. VII, t. 5, f. 1, Berk. Outl. p. 232, Secr. n. 35, Kickx
p. 242, Bolt. t. 84 (f. media), *B. crassipes* Schaeff. t. 112, Krombh.
t. 37, f. 8-11, *B. communis* Bull. 393, *B. bovisius* Fl. Dan. 1074,
Battar. t. 30, fig. F. — Pileo pulvinato-expanso, molli, sicco, vil-
loso-tomentoso, subolivaceo, infra cutem concolore; stipite valido,
subcostato-sulcato, sub lente punctato-scabrido; tubulis adnatis, pó-
ris amplis, angulatis, luteis; sporis fusoides-oblongatis, hyalinis v.
dilutissime flavescensibus, 11-13 \approx 4-5.

Hab. in silvaticis haud raro, sed dispersus in Europa, Amer.
fœder. et ad montem Matang prope Sarawak Bornei (O. BECCARI).
— Pileus 5-15 cm. latus; stipes circiter 5 cm. longus, deorsum
attenuatus; pilei rimosi interstitia lutescunt; caro alba vel palli-

da, infra cutem non rubra; tomento olivaceo disparente, color pilei lactior, varius. Pulchram varietatem subaerugineam sistit *A. radialis* Krombh. t. 18, f. 1-6; sporis fusoides, pallidissime ochraceis, subhyalinis, 6 = 3, distincta esse videtur. *B. subtomentosus* ad species maxime variables pertinet. Mirum quod forma typica apud Rostkowium desit. *F.* 23 anceps est, ut etiam Vent. t. 50, f. 3. Apud Rostkowium ex altera parte numerosae delineantur species, quas rite limitare non contigit, *B. subtomentoso* manifeste affines, nempe *B. fuscus* t. 12, *B. eriophorus* t. 20, *B. pannosus* t. 22, *B. dentatus* t. 25 (differt pileo glabro porisque dentatis), *B. lanatus* t. 21 habitu fere *B. spuliceii* et stipite rugoso-reticulato insignis. Earundem licet dubiarum specierum diagnoses sequuntur.

11. **Boletus dentatus** Rostk. D. C. Fl. pag. 85, t. 25, Winter Pilze 4683
p. 479. — Pileo pulvinate, convexo, glabro, olivaceo-virente; stipite firmo, striato, ex albo flavescente; tubulis decurrentibus, magnis, compositis, flavis, ore dentato.

Hab. in silvis pineis in Germania.

15. **Boletus pannosus** Rostk. D. C. Fl. pag. 79, t. 22, Winter Pilze 4684
p. 479. — Pileo convexo, lanato, virescente, margine applanato, carne alba in cute flavescente; stipite solido, striato, flavo et postea badio; tubulis adnatis, inaequalibus, majusculis, citrinis.

Hab. in silvis in Germania. — Pileus 7-8 cm. lat.

16. **Boletus eriophorus** Rostk. D. C. Fl. p. 75, t. 20, Winter Pilze 4685
p. 479. — Pileo subglobose-convexo, lanuginoso, molli, subolivaceo; stipite valido pallescente-flavido, substriato; tubulis subliferis, inaequalibus, angulatis, luteis.

Hab. in silvis pineis in Germania.

17. **Boletus fuscus** Rostk. D. C. Fl. p. 59, t. 12, Winter Pilze p. 479. 4686
— Pileo convexo-explanato pulvinate, sicco tomentoso pallescenti-fusco; stipite firmo aequali, tomentoso reticulato lutescente; tubulis decurrentibus, angulatis, majusculis, luteis.

Hab. in silvis fagineis in Germania.

18. **Boletus lanatus** Rostk. D. C. Fl. p. 77, t. 21, Winter Pilze 4687
p. 479. — Pileo convexo-plano, lanato, umbrino-alutaceo; carne alba in cute cinnamomeo-rubra; stipite solido subreticulato rugoso fusciscenti-rubro; tubulis subliferis majusculis, luteis, ore dentato.

Hab. in silvis fagineis, non raro, in Germania.

19. **Boletus spadiceus** Schaefl. t. 126, Fr. Epier. p. 415, Hym. Eur. 4688
p. 503, Karsten Fungi Polyp. p. 15, Kickx p. 242, Britzel. Bol.

fig. 29, Oudem. p. 68, *B. tomentosus* Krombh. t. 36, f. 19, 20, Secr. n. 40 videtur *Sepedomio* corruptus. — Pileo pulvinato-ex-pauso, sicco, tomentoso, spadiceo, opaco, dein vage rimoso; stipite firmo, clavato, levi, flocculoso-furfuraceo, luteo-fuscescente; tubulis adnatis, luteis; poris minutis, subrotundis; sporis 12 = 4.

Hab. in silvis Europæ circa bases truncorum alibique. — Tota facies *B. hieroglyphici* Rostk., sed hic poris recedens; stipes compactus, non rubeus, intus lutescenti-albus; pileus 5-10 cm. latus, sat compactus, carne alba immutabili, superne fusco-rubente.

50. **Boletus radicans** Pers. Syn. p. 507, Myc. Eur. 2, p. 134, Fr. 4689
Syst. Myc. 1, p. 390, Epicr. p. 415, Hym. Eur. p. 503, non Krombh. *B. pulverulentus* Opatowsky Bolet. t. 1. — Pileo pulvinato, sicco, subtomentoso, ex olivaceo-cinereo gilvo, margine tenui involuto; stipite attenuato-radicato, levi, flavo, pruina rubente flocculoso, tactu nudo obscurato; tubulis adnatis, poris inæqualibus, amplis, citrinis.

Hab. in quercetis et fagetis Europæ et Americæ. — Rara, sed admodum distincta species. Pori *B. subtomentosi*, habitus *B. badii*; caro flava illico obscure cærulescit; sapor amaricans.

51. **Boletus rubinus** Worth. Smith in Seem. Journ. 1868, p. 33, t. 75, 4690
f. 1-4, Stev. Hym. II, p. 173, Fr. Hym. Eur. p. 504. — Pileo e pulvinato-gibbo plano, subtomentoso, luteo-fusco; stipite luteo, rubro-inquinato; tubulis decurrentibus porisque compositis rubris; sporis ovatis, subrotundis, pallide umbrinis, 6 = 5.

Hab. locis graminosis sub arboribus in Auglia. — Pileus 5-8 cm. latus; stipes 5-8 cm. altus. Ab omnibus differt tubulorum colore et a *Luridis* tubulis decurrentibus.

52. **Boletus lateritius** Bres. et Schulz. in Hedw. 1885, p. 146. — Pileo 4691
pulvinato, 6-8,5 cm. lato, tomentoso, saturate-lateritio tandem sordide cerasino; poris concoloribus, minutissimis, circa stipitem profunde depressis; tubulis liberis, postice rotundatis, circa 7 mm. longis, in antica parte diminutis, luteis, contactu aeris viridibus, in adultis fusco-viridibus; stipite contiguo, apice 10-12 mm. crasso, deorsum plus minusque ventricoso, inde fere conico, 5-6 cm. longo, luteolo, impolito sed nec punctulato, nec reticulato aut striato; poris et margine pilei in senilibus vix conspicue in luteum expallentibus; pileo, stipite, et poris tactu sordide cæruleis; carne solida, lutea, contactu aeris cærulescente, in stipite tandem (in vetustate) cuprea; odore subaromatico; sapore parum acidulo; sporis umbrinis, oblongis, deorsum sensim attenuatis, circ. 12 = 5.

Hab. in silva Crni gaj Slavoniæ.

53. **Boletus slavonicus** Sacc. et Cub. *B. Bresadolæ* Schulz. in Hedw. 4692
1885, p. 144. — Pileo carnoso, e convexo subcon cavo, 8-17 cm. lato, tempore sereno subtomentoso, jove pluvio viscoso, e luteo in medio amœno luteo-cinnamomeo, fere aurantiaco, demum obscuriore cinnamomeo, partialiter subsanguineo; poris semper sat grandibus, e sordide aureo-cinnamomeis. tactu nigrescente-viridibus; tubulis liberis, 1,3-1,7 cm. longis, late luteis, tandem viridibus; stipite contiguo, valido, recto aut curvo, subcylindrico, basi cuspidato, 1,5 cm. crasso, interdum obconico et supra 4 cm. crasso, 5-6 cm. longo, nec reticulato sed tuberculis minutis aspero, ex amœno dilute-luteo sordide-luteo, apice et basi rubicundo, tactu tarde obscuriori, usque nigrello-fusco; carne solida, lutea, lente dilute-cærulea, ad basin stipitis tandem fusco-rubra fere sanguinea; odore suave-aromatico, sapore grato; sporis umbrinis, oblongis, utrinque attenuatis, subfusiformibus, 15-17 \approx 6.

Hab. gregatim in silva Crkvenac Slavoniæ.

54. **Boletus modestus** Peck 25 Rep. p. 81. — Pileo firmo, convexo, 4693 saepe irregulari, minute tomentosulo, lutescenti-brunneo; stipite æquali, brunneo, lineis obscurioribus reticulato; tubulis subplanis adnexus subdecurrentibusque, pallide ochraceis, angulatis, compositis; carne grisea vel roseo-grisea; sporis 10 \approx 5.

Hab. ad terram herbidam in silvis apricis, Greenbush, New York Amer. bor. — Statura 5 cm. adæquans; pileus 5 cm. latus; stipes 4-9 mm. crassus.

55. **Boletus Spraguei** B. et C. North Amer. Fung. n. 108. — Pileo 4694 convexo, flavo, coccineo-squamuloso; stipite flavo, coccineo-notato; poris viridi-flavis, amplis, angulatis, decurrentibus; velo tenni albo-evanescente; carne e flavo purpurascente; sporis ochraceis.

Hab. in Nova Britannia Australiæ (SPRAGUE). — Pileus fere 8 cm. latus; stipes 4 cm. longus, fere 12 mm. sursum crassus, inferne attenuatus.

56. **Boletus pictus** Peck 23 Rep. p. 128. — Pileo late convexo vel 4695 expanso, initio tomento rubro mox in squamas minutas confertas secedente obtecto; stipite æquali solido, annulato, subconcolore; tubulis planis vel convexis, adnexus, latis, angulatis, luteis; carne lutescente.

Hab. in silvis et ad oras paludum, New York Amer. bor. — Statura 4-8 cm. adæquans; pileus 5 cm. latus; stipes 7-11 mm. crassus; stipes tubulorum decurrentium parietibus apice subtiliter striatus.

57. **Boletus verruculosus** Peck 23 Rep. p. 130. — Pileo late convexo, sicco, glabro vel minute tomentoso, griseo-brunneo roseo pecto; stipite æquali, solido, glabro, pileo pallidiore; tubulis planis v. leniter convexis, liberis, minutis, rotundis; ore brunneo-citrinis, denique albicantibus; carne albida, caesa vel contusa more tubulorum cærulescente. 4696

Hab. ad terram in silvis locisque apricis, New Baltimore et Sandlake, New York Amer. bor. — Statura 8-10 cm. adæquans; pilei latitudo 8-10 cm.; stipes 13 mm. crassus.

58. **Boletus ampelopus** Peck 26 Rep. p. 67. — Pileo late convexo v. expanso, piceumque leniter umbonato, sicco, squamuloso-tomentoso, carneo-brunneo; stipite æquali, cavo, lutescenti-brunneo, apice pallidiore atque tubulorum decurrentium parietibus striato; tubulis convexis, adnexis vel leviter decurrentibus, latissimis, angulatis, compositis, luteis; carne lateo tincta, immutabili; sporis pallide ochraceis cæruleo tinctis. 9 = 4. 4697

Hab. in terræ muscosæ depressionibus, North Elba et Sandlake, New York Amer. bor. — Statura 8-13 cm. adæquans; pileus 8-10 cm. latus; stipes 7-13 mm. crassus. A *B. subtomentoso* differt pileo magis tomentoso, tubulis latioribus, sporis minoribus stipiteque glabriere.

59. **Boletus auriporus** Peck 23 Rep. p. 133. — Pileo late convexo, sicco, minutissime tomentoso, griseo-brunneo, ut plurimum rubro tincto; stipite æquali, firmo, solido, glabro, tubulis planis vel subplanis, adnexis, parietibus breviter in stipitem productis, media magnitudine, rotundis, nitide aureo-luteis; carne alba immutabili. 4698

Hab. ad margines viarum et in silvis apricis, North Elba et New Baltimore, New York Amer. feder. — Statura 5-10 cm. adæquans; pileus 5-8 cm. latus, 7-11 mm. crassus.

60. **Boletus Ananas** Curt. Kew Gard. Misc. I, p. 101. — Pileo floccoso-verrucoso: floccis supra candidis, subtus carnis, margine laccerato, membranaceo; stipite candido; poris planis luteis; sporis ferrugineis. 4699

Hab. ad fluvium Santee in Amer. bor. — Pileus 5 cm. vel ultra latus; stipes 10 cm. longus.

61. **Boletus squamatus** Berk Dec. n. 393, Hook. Journ. 1852, p. 137. 4700
— Pileo convexo æqualiter carnoso compacto, squamis magnis luridis ornato, margine veli fragmentis amplis appendiculato; stipite incurvo, rubido; hymenio sordide lateo, tubulis amplis; sporis late ferrugineis, oblongis, 15-16 μ . longis.

Hab. in silvis Myrong Khasya Indiæ. — Pileus 6-7 cm. lat.; stipes 7-8 cm. long., 12-14 mm. cr. *B. subtomentoso* affinis.

62. **Boletus fragicolor** Berk. Dec. n. 394, Hook. Journ. 1852, p. 137. 4701
— Pileo turbinato, obtusissimo, purpureo; carne pallida in cute rubra; stipite obliquo bulboso, levi, concolore sed saturatiore; tubulis majusculis brevibus decurrentibus.

Hab. in montanis Khasya Indiæ. — Pileus 15 cm. lat., 7 cm. cr.; stipes 7 cm. long., centro 2,5 cm. cr. *B. subtomentoso* et *osticuli* proximus.

63. **Boletus magnisporus** Frost in Morgan Myc. Miami Polyp. p. 7. 4702
— Pileo firmo, pulvinate, tomentoso, flavo-aureo; stipite gracili, longo, sursum flavo, deorsum rubro; tubulis leviter adnatis, viridi-flavis, poris minutis, planis, cinabarinis; sporis 16-17 = 6.

Hab. in silvis Miami Valley, Ohio Amer. bor. — Pileus 6-8 cm. lat.; stipes 10-12 cm. long. Caro flavido-virens, fracta cyanescens.

64. **Boletus Thozetii** Berk. Austral. Fung. n. 254. — Flavus; pileo 4703
granulato-verrucoso; stipite gracili flexuoso; poris liberis.

Hab. ad terram sterilem, Rockhampton Australiæ (Thozet). — Pileus 1,3 cm. lat.; stipes 3 cm. long., 1,5-2 mm. cr. Habitus peculiaris.

65. **Boletus paluster** Peck 23 Rep. of the Bot. 1872, p. 132, t. 6. 4704
f. 4-7. — Pileo carnoso, tenui, convexo dein expanso vel leviter depresso, margine incurvo, subumbonato, sicco floccoso-tomentoso, late lateratio-rubro; tubulis majusculis, angulosis, subdecurrentibus, subradiantibus, flavis dein ochraceis; stipite gracili, solido, sublevi, roseo, apice flavido; sporis ellipsoideis, roseis, 8-9 μ . long.

Hab. in paludosis, muscosis, North Elka. — *Parillo poroso* cognatus. Pileus 2,5-5 cm. lat.; stipes 4-6 mm. cr.

66. **Boletus mutabilis** Morg. Myc. Miami Polyp. p. 6, t. 1. — Pileo 4705
compacto, dein molliore, convexo dein expanso et depresso, sicco, subtomentoso, brunneo; stipite obtuso, solido, flexuoso, subinde sulcato, sub squamis brunneo-punctatis flavido; tubulis adnatis v. breve decurrentibus, poris majusculis angulosis, inaequalibus, flavis, dein viridi-flavis; sporis olivaceis, fusoides, 12-13 = 5-6; carne flavida, secta cyanescente.

Hab. in silvis, Miami Valley Amer. bor. — Pileus 6-10 cm. lat., 2 cm. cr.; stipes 5-7 cm. long., 1,3 cm. cr.

67. **Boletus Lanzii** Laz. Funghi Sic. II. p. 51. tab. X, fig. III. — Pr. 4706

leo pulvinato, margine acuto, sicco subtomentoso; tubulis subliberis sulphureis, poris concoloribus; stipite pileo concolore subventricoso, basi purpurascente; sporis albidis.

Hab. in silvis ilicinis pr. Palermo Siciliae.

68. **Boletus messanensis** Inzenga Funghi Sicil. II, pag. 13, tab. III, fig. 11³. — Pileo convexo-lobato, margine revoluto, castaneo, subtomentoso, in siccitate ex epidermide diffracta irregulariter rimoso; tubulis brevibus, minutis, subliberis, ochraceo-virescentibus, ore semper ochraceis; stipite tubulis concolore rugoso striato, solido, cylindrico, basi nonnihil crasso; carne albida, densa, fracta mutabili; sporis ochraceis. 4707

Hab. in silvis castaneis collinis prope Messina Siciliae. — Cæspitosus, edulis.

69. **Boletus decipiens** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 40. — Pileo sicco, pallide flavido sub lente sericeo; carne alutacea; stipite æquali spongioso; velo floccoso evanido; hymenio flavo, poroso, plano v. convexiusculo, tubulis latis, inæqualibus, flexuosis; sporis minutis, oblongis, ochraceo-ferrugineis. 4708

Hab. in silvis Carolinae infer. — Habitus *Boleti flavidi*. Pileus 5 cm. latus, stipes 5-7 cm. altus, 7-10 mm. crassus.

70. **Boletus emodensis** Berk. Fung. Hook. tab. DCCCLXX, Hook. Journ. 1851, p. 48. — Pileo primitus ovato-globo-4709
sali demum deorsum circumscissa et apicem stipitis vaginae ob-
tectæ, seniore expanso hemisphærico dense squamoso-tomentoso,
ruberrimo, margine excedente appendiculato; stipite elongato fle-
xuoso æquali, e mycelio spongioso enato; poris flavis, amplis, libe-
ris; carne leviter cærulescente.

Hab. ad terram, Darjeeling (Emodi) Indiæ. — Habitu ad *Strobilomycetem* vergit. Eximia species.

71. **Boletus ustalis** Berk. Dec. n. 330. — Pileo convexo, fuligineo-4710
atro-purpureo, tomentoso; stipite subæquali obeso, rugoso-reticu-
lato nigrescente; poris adnatis ochraceis; sporis fusiformibus.

Hab. ad truncos putres arborum, Darjeeling Indiæ, 2600 metr. altitud. — Pileus 5-7 cm. lat.; stipes 7-8 cm. long., 2.5 cm. cr. Habitu, colore atro, stipite rugoso-reticulato mox dignoscitur.

72. **Boletus bicolor** Peck 24 Rep. of the Bot. 1873, p. 78 tab. II, fig. 5-8. — Pileo carnoso, firmo, sicco subglabro vel pruinoso-4711
tomentoso, atro-purpureo; tubulis planis, coherentibus, minutis
angulosis, lætæ flavis dein ochraceis, vulneratis subcyanescentibus;
stipite subæquali, firmo, solido, atro-rubro, subinde apicæ flavi-

cante; sporis anguste ellipticis, 10 μ . longis; carne lacte flava, immutabili, sapore grato.

Hab. in silvis patentibus, Sandlake Amer. bor. — Gregarius; pileus 5 cm. lat.; stipes 8-12 mm. cr. Affinis *B. sulphureo*.

C) *Subpruinosi*. Fr. Tubuli stipiti adnati, lutescentes. Stipes æqualis, levis, non bulbosus neque reticulatus. Pileus glaber, sed sæpius pruinosus. — Plures species a Rostkowitz tantum lectæ et minus notæ.

73. **Boletus Barlæ** Fr. Hym. Eur. p. 504, *B. pruinosus* Barla p. 64, 4712 t. 32, f. 1-4 nec Fr. — Pileo e pulvinateo plano, velutino-pruinoso, sicco, eleganter sanguineo («laccato-vinato»); stipite corticato, subcostato, concolore, sursum attenuato, luteo, intus spongioso cavove, carne luteola, dissecta laccato-rubra; tubulis subdecurrentibus, primo luteis, poris subirregularibus, inæqualibus.

Hab. in silvis Castanearum Italiæ. — Pulcherrimus, distinctissimus, stipitis intus sublucinosi fabrica ad *B. cyanescentem* accedens; pori subinde virentes; sapor ingratus.

74. **Boletus versicolor** Rostk. t. 10, Fr. Hym. Eur. p. 504. — Pileo 4713 e convexo plano, sicco, levi, glabro, pulverulento, sanguineo-rubro; stipite solido, firmo, levi, subæquali, concolore, basi luteo; tubulis postice rotundato-adnatis, luteis, poris amplis, angulatis.

Hab. in fagetis Germaniæ borealis. — Pileus circ. 8 cm. latus; stipes 8 cm. et ultra longus; caro lutea. Similem legit *B. chrysen-teri* formam Fries, cujus subspeciem facile crederes. Ob characteres in hac grege citandus. Ne cum priore commutetur.

75. **Boletus pruinosus** Fr. Bolet. p. 9, Epicr. p. 414, Hym. Eur. p. 504, 4714 Berk. et Br. n. 1285, Kickx. p. 241, *A. cupreus* Schaeff. t. 133 Bull. t. 293, f. B. C. Secr. n. 32. — Pileo e convexo plano, rigido sicco purpurascenti-badio, umbrino-pruinoso; stipite firmo subventricoso, levi, glabro, luteo rubelloque variegato; tubulis adnatis, flavis, poris minutis, rotundis.

Hab. in pratis, fagetis graminosis Europæ. — Pileus 4-6 cm. latus; caro alba, sed etiam obsolete virens v. cærulescens. Icon Schaeffleri habitum bene exprimit, sed stipes dicitur reticulatus, quæ Schaeffleri nomen non restituendum.

76. **Boletus purpurascens** Rostk. t. 8, Fr. Hym. Eur. p. 504. — Pileo 4715 convexo-plano, glabro, sicco, badio-purpureo, margine truncato, stipite firmo, glabro, deorsum attenuato-radice sanguineo-purpurascente; tubulis adnatis, elongatis, sordide luteis, tactis virescentibus, poris minutis; sporis subfusoides griseo-brunneis, 10 = 5.

Hab. in pinetis Germaniæ borealis, in silvis pr. Bruxelles in Belgio, in silva Montello Ital. bor., in Britannia et in Carol. med. Amer. tener. — *B. pruinato* proximus, et dubium est an forma typica delineata; pileus 6-16 cm. latus; stipes 3-4 cm. longus; caro sordide albida, dissecta cute rubens et striis sordidis variegata.

77. **Boletus lilaceus** Rostk. t. 46, Fr. Hym. Eur. p. 505. — Pileo 4716
convexo, levi, glabro, atro-purpureo [in icone rufo]; stipite tenui, levi, glabro, inferne rufo-brunneo, superne flavescenti-rubro; tubulis adnatis, luteis, poris angulatis, dentatis.

Hab. in fagetis Germaniæ borealis, raro. — Pileus 2-4 cm. latus; stipes circiter 6 cm. longus; præcedentibus gracilior, regularis, insignis præcipue carne dissecta dilute lilacina.

78. **Boletus cinnamomeus** Rostk. t. 9, Fr. Hym. Eur. pag. 505. — 4717
Fulvo-cinnamomeus; pileo convexo, tenui, pulverulento; stipite elongato, gracili, striatulo, glabro, flavescente; tubulis decurrentibus, majusculis, poris inæqualibus.

Hab. in pinetis Germaniæ borealis. — Pileus 3-5 cm. latus; stipes 6 cm. usque longus; caro alba, dissecta lutescens; sapor acris. *B. variegato* videtur admodum affinis.

79. **Boletus parasiticus** Bull. t. 451, f. 1, Fr. Epicr. p. 412, Hym. 4718
Eur. p. 505, Gill. Champ. c. ic. Rostk. t. 7 (monstruosus), Saund. et Sm. t. 43 (fig. infer. optimæ), Berk. Outl. p. 231, *B. Betula* Schwem. Carol. n. 860. — Pileo e convexo plano, sericeo-glabrato, sicco, mox tessulato-rimoso, sordide luteo; stipite tenui, rigido, incurvo, extus intusque luteo; tubulis decurrentibus, mediis, aureis; sporis fusoideis, elongatis, pallide brunneis. 12 = 3,5-4.

Hab. in Sclerodermate verrucoso in Gallia, in Sclerod. vulgari in Kinnekulle Sueciæ et Willowemoc, Amer. bor. (GERARD), New England Amer. bor. (SPRAGUE). — Pileus 2½-5 cm. latus, colore varius, ex Berkeley non viscosus; stipes 5 cm. longus; pori compositi.

80. **Boletus auriflammeus** B. et C. North Amer. Fungi n. 112. — 4719
Pileo convexo stipiteque sursum attenuato, aureo-pulverulentis; poris liberis, amplis, ore cinnabarinis.

Hab. ad terram in Carol. inf. (CURRIE). — Pileus 2½ cm. latus; stipes 2½ cm. longus circa apicem fortiter depressus. Species elegans affinis, *B. hemichryso* et *B. Ravenelii*.

81. **Boletus Ravenelii** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 38 et N. Am. 4720
Fungi n. 111. — Pileo e convexo plano juniori viscidulo, pulvere lute sulphureo (veli vestigiis) vestito; carne albida: stipite te-

nui velo flocculento pulverulaceo sursum in anulum fugacem contextum operto; poris flavis adnatis, tactis virescentibus.

Hab. ad terram in pinetis Carolinæ infer. (RAVENEL) et in silvis Sandlake New York (PECK). — Pileus 5 cm. diam.; stipes 4-6 cm. longus, 6-8 mm. cr.; sporæ ochraceæ, ellipticæ, pierumque 1-nucleatæ. *B. hemichryso* affinis. Ex Peckii auctoritate saepe dimensiones attingit multo majores: tubuli initio albi, siccitate brunnescentes, contusione sordide brunnei; stipes vulgo annulatus velo lateo; pileus pulvere deterso rubescit. Pierumque cæspitosus.

82. **Boletus hemichrysus** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 39 et N. 4721
Am. Fungi n. 110. — Pileo nitide aureo, rivuloso, floccoso, pulvere flavo insperso; stipite brevi e flavo rufescente; tubis adnatis sub-decurrentibus spadiceis.

Hab. ad radices Pini palustris in Amer. bor. (RAVENEL). — Pileus 6 cm. lat. convexus, dein depressus; mycelium luteum; stipes 2½ cm. long., 6-12 mm. cr.; sporæ ochraceæ oblongæ, minutæ. Affinis *B. variegato*.

83. **Boletus lignatilis** B. et C. Cub. Fung. n. 178. — Pileo glabro 4722
rubro; stipite elongato furfuraceo; hymenio viridi-flavo.

Hab. ad ligna cariosa in silvis densis Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 2½-4 cm. latus; stipes 3-5 cm. longus, 4-7 mm. crassus.

D) *Calopodes* Fr. Stipes validus, primitus bulbosus, in typicis venoso-reticulatus. Tubuli adnati, pori non rubentes.

* Genuini. Stipes venoso-reticulatus, vulgo eleganter ruber.

84. **Boletus appendiculatus** Schaeff. t. 130, Fr. Epier. p. 416. Hym. 4723
Eur. p. 505, Britz. Bol. fig. 13, *B. radicans* Rostk. t. 26, Trog. n. 381. — Pileo compacto, e pulvinate expanso, subtomentoso, e fusco lateritio; stipite obeso, ventricoso, radicato, apice subreticulato; tubulis adnatis, curtis, poris minutis, angulatis, flavis.

Hab. in silvaticis Europæ, raro. — Stipes 8 cm. longus, circiter 2 cm. crassus vix unquam rubens; caro pallida; pilei 5 cm. et ultra lati, color varius.

85. **Boletus umbrinus** Pers. Myc. Eur. 2, pag. 140? Fr. Hym. Eur. 4724
p. 505, Icon. t. 178, f. 2. — Pileo e pulvinate plano, molli pubescente, umbrino; stipite sursum attenuato, glabro, reticulato, fuligineo, basi incrassato, lutescente; tubulis adnatis, elongatis, luteis, poris minutis, subrotundis.

Hab. in silvis Europæ raro; lectus in Smolandia. — Species nobilis, licet hactenus haud rite cognita; stipes $1\frac{1}{4}$ - $2\frac{1}{2}$ cm. crassus; pileus 5-10 cm. latus, carne alba, immutabili. In Persoonii fungo tubuli circa stipitem depressi, virescenti-flavi ut *B. edulis*; insuper radicans.

86. **Boletus varlicolor** Berk. et Br. n. 1020, t. 13, f. 3, Fr. Hym. 4725
Eur. p. 506. — Pileo convexo, subtomentoso, olivaceo, margine involuto, carne sub cuticula obscure purpurea; stipite bulboso, sursum attenuato, apice reticulato rufescente, inferne lutescente; poris minutis, luteis.

Hab. in silvis Angliæ — Caro pallida, interdum flavo-variegata. Ex icone tubuli adnati.

87. **Boletus calopus** Fr. Syst. Myc. I, p. 390, Hym. Eur. p. 506, Sve 4726
rig. atl. Svamp. t. 69, Krombh. t. 37, f. 1-7, Rostk. t. 27, Harzer t. 69, Saund. et Sm. t. 14, Luc. Suit. t. 170, Kickx p. 243, *B. terreus* Schaeff. t. 315. — Pileo e globoso pulvinateo, impolito, subtomentoso, olivaceo; stipite firmo, e conico subæquali, reticulato, undique apiceve coccineo; tubulis adnatis, poris minutis, angulatis, luteis; sporis fusoides, lutescenti-brunneis, 7-8 \approx 3-4 vel 12 \approx 4 (Britz.).

Hab. tam in pinetis quam silvis frondosis Europæ, Carol. med. Amer. fæderat. New England Amer. bor. (SERRAOUR). — Stipes deorsum demum pileo concolor et elongatus; pileus 6-9 cm. latus, non involutus, subrepandus; stipes pilei diametro longior; caro pallida, subcærulescens. *B. calopus* Pers. est *B. chrysenleri* forma, ipso teste in Myc. Eur.

88. **Boletus olivaceus** Schaeff. t. 105, Fr. Epicr. p. 416, Hym. Eur. 4727
p. 506, Secr. n. 31, 39, Ventur. tab. 36, f. 3, 4, Kickx p. 243. *A. tessulatus* Rostk. t. 32. — Pileo convexo, levi, glabrato, olivaceo-fusco, margine primo inflexo; stipite firmo, clavato, bulboso, rubro, apice lutescente, reticulo punctusque sanguineis; tubulis adnatis, curtis, poris minutis, inæqualibus, flavo-olivaceis.

Hab. in silvis mixtis, betuleis etc. Europæ rarior. — Statura curta, robusta; pileus 4-6 cm. diam.; caro cærulescens, dein alba.

89. **Boletus pachypus** Fr. Syst. Myc. I, p. 390, Hym. Eur. p. 506, 4728
Sverig. atl. Svamp. t. 67, Letell. p. 641, Lenz t. 60, Krombh. t. 35, f. 13-15, Gill. Champ. cum ic., Secr. n. 29, Kickx p. 243, idem et *B. platus* Pers. Myc. Eur. 2, n. 13, 16, *B. albus* Ventur. t. 64, f. 1, 2, *A. picroides* Rostk. t. 24? — Pileo pulvinateo, subtomentoso, e fusciscente alutaceo-pallido; stipite crasso, firmo, reticu-

lato, flavo rubroque variegato; tubulis subelongatis, circa stipitem abbreviatis, poris rotundis, flavis; sporis magnis, ovatis, lutescenti-ochraceis, 12-14 \approx 5-6.

Hab. in silvis et præcipue fagetis frequens in Europa et Carol. infer. Amer. fœder. — Præcedentibus major (10-22 cm. latus), speciosior, habitu ad Edules accedens; stipes 5-10 cm. longus, 6 cm. crassus, primo curtus, ovato-bulbosus, dein elongatus, æqualis, sæpe totus intense sanguineus; caro crassa, albida, leviter cærulescens, pori demum subvirentes. — Var. **candicans** Fr. l. c. Inzeng. Sic. II, t. X, f. IV, *Bolet. albidus* Roq. t. 8, f. 2, *Bolet. pachypus* Krombh. t. 35, f. 10-12, Saund. et Sm. t. 17; pileo albo ad viridulum vergente; stipite levi, albo-citrino. In Germania, Gallia, Britannia, Italia.

90. **Boletus torosus** Fr. Epicr. p. 417, Hym. Eur. p. 507. *A. pachypus* Secr. n. 24. — Pileo pulvinate, imposito, livido-fuscescente, tacto nigro-maculato demumque lutescente; stipite curvo, bulboso, reticulato, purpurascente, superne luteo; tubulis elongatis, poris minutis, rotundis, luteis, demum rubris.

Hab. in Helvetiæ fagetis. — Statura compacta, curta, valida, odore forti insignis; caro luteo-sulphurea, virescens demumque fracta cærulescens. Num hujus loci sit *B. pachypus* Rostk. t. 28. dubium est; potius sit forma infantilis *B. pachypodis* Fr.

91. **Boletus Schuberti** Oudem. Flor. Myc. Nederl. IX, p. 18. — Pileo convexo, viscoso, ex aureo fuscescente, regulari, glaberrimo, margine acuto, præter poros producto, membrana viscosa facile removenda, carne dilute-straminea, 6 cm. lato; stipite cylindrico, exannulato, deorsum paullo attenuato, stricto vel flexuoso, pallide citrino, toto papillis concoloribus (denique rufescentibus) sursum sensim magnitudine augmentibus vestito. 3 cm. alto; tubulis ad 2 mm. longis, adnatis, non decurrentibus, absque ullo depressionis circa stipitem vestigio; poris minutis $\frac{1}{2}$ - $\frac{1}{2}$ mm. rotundis vel ovalibus, pallide citrinis, siccando griseo-fuscescentibus, oris tumentibus, velutinis compositis (6 ad 10 numero in sinus plurimos vadosos dispositis; odore rancido.

Hab. inter gramina in ericetosis, prope pagum Patten, Gelderland Neerlandiæ.

92. **Boletus Lorinseri** Beck Flora von Hernst. Prachtausg. p. 195, t. III, fig. 1, a, b. et Pilzfl. von Niederöster III, p. 43. — Pileo convexo, alutaceo, 10 cm. lat., levi, opaco; stipite 5,5 cm. alto, crasso, firmo, basim versus bulboso, sursum attenuato, fulvo, apicem ver-

sus sæpe aurantiaco, hic illic rubescente, reticulo intensius colorato obtecto; cellulis reticuli supra densis versus basim stipitis elongatis, laxioribus; tubulis adnatis vel brevissime decurrentibus, simplicibus, flavis dein rubescentibus, in superficie libera undulatis; poris minimis rotundatis; sporis e forma ovata, breviter fusiformibus, 13-14 \approx 6, ochraceis, guttulisferis; carne firma, primum alba vel paullo fusciscente, mox cærulescente demum subchalybeo-nigra, sub hymenio facile solvendo rutilante.

Hab. in pratis silvarum subalpinarum prope Schwarzau et ad silvarum margines inter deversorium Singerin et pagum Vois Austriae. — Fungus eximius, odore inconspicuo ad 15 cm. altus.

93. **Boletus Peckii** Frost in Peck 29 Rep. p. 45. — Pileo sicco, fir- 4732
mo, minute tomentosulo, rubro, in vaccino-brunneum abeunte, margine vulgo diutius quam disco colorem servante; stipite æquali vel subventricoso, fortiter reticulato, rubro, apice lutescente; tubulis subplanis, adnatis vel breviter decurrentibus, luteis, vulneratis cyanescentibus; sporis ochraceo-brunneis, oblongis, 9-10 μ . long.

Hab. ad ligna humi dejecta, Sandlake, New York Amer. bor. — Statura 8-10 cm. adæquans; pileus 5-8 cm. latus; stipes 7-13 mm. crassus; stipes vulgo pileo lætius coloratus atque diutius colorem servans. Inter *Catopodes* collocandus.

94. **Boletus separans** Peck 25 Rep. p. 81. — Pileo crasso, convexo, 4733
glabro, nitido, plerumque profunde lacunoso, brunnescenti-lilacino; stipite solido, subæquali, distincte reticulato, sordide lilacino; tubulis planis vel circa stipitem leniter depressis, initio albis, confertis atque stipiti adnexis, demum ob pilei expansionem invicem separatis, minutis, subrotundis, luteis vel brunnescenti luteis; sporis 14 \approx 7; carne alba immutabili.

Hab. ad terram herbosam in silvis apricis, Greenbush, New York Amer. bor. — In speciminibus exsiccatis odor fortis, ingratus, acidus; jove sicco pileus et tubuli aliquando haud separantur.

95. **Boletus retipes** B. et C. North Amer. Fungi n. 113. — Pileo 4734
convexo, sicco, luteo-pulverulento; stipite subæquali, usque ad basin reticulato, deorsum pulverulento; poris luteis, adnatis.

Hab. in Carol. sup. Amer. bor. (Curtis). — Pileus 4 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 6-12 mm. crassus.

96. **Boletus ornatipes** Peck 29 Rep. p. 67, *B. retipes* Peck 23 Rep. 4735
p. 132 nec B. et C. — A precedente differt pileis nec pulverulentis nec e communi basi orientibus; carne tubulisque ab initio flavis, nec mutabilibus.

Hab. ad margines viarum North Elba Amer. bor. — Pileus griseo-brunneus, 5-8 cm. lat.; stipes 6-10 mm. cr.

97. **Boletus testaceus** Gill. Champ. Franc. p. 644. — Pileo convexo, 4736
dein convexo-plano, glabro, rubro-lateritio, margine flavido. 8-10
cm. diam.; poris minutis, rotundatis, flavis, aeris ope virentibus;
stipite firmo, crasso, flavo sursum flavido-reticulato, infra rubro-
reticulato; carne intense flava, mox cyanescente et demum ru-
fescente.

Hab. in graminosis ad vias in Gallia bor.

* Reecedentes, affinitatis incertæ.

98. **Boletus cruentus** Ventur. t. 43, f. 3, 4, Fr. Hym. Eur. p. 507. 4737
— Pileo e convexo plano, glabro, demum ruguloso, gilvo; stipite
bulboso, sursum attenuato, basi appendiculato-radicato, carne (præ-
cipue in apice stipitis) sanguinea; tubulis adnatis, poris minutis,
simplicibus, luteis.

Hab. in Italia bor. ad Brescia. — Accedere videtur ad *B. appen-
diculatum*, sed carnis colore insignis.

99. **Boletus citrinus** Ventur. t. 59, f. 1, Fr. Hym. Eur. p. 507. — 4738
Pileo palvinato, glabro, molli, ochraceo; stipite ovato, a basi ven-
triosa attenuato, levi, concolore; tubulis «semiliberis» (in icone
decurrentibus), poris minutis, rotundis (fuligineis ex icone).

Hab. in Italia bor. — Caro alba; habitus peculiaris; singulare
monstrum sistit *B. monstrosus* l. c. f. 2.

100. **Boletus perniciosus** Vent. t. 50, f. 1, 2, Fr. Hym. Eur. p. 507. 4739
— Pileo e convexo plano, subtomentoso, fusciscenti-alutaceo (um-
brino in icone); stipite sursum leviter attenuato, levi, glabro, lu-
teo; tubulis semiliberis, poris minutis, luteis.

Hab. in monte Coccaglio Italiæ bor. — Caro cærulescens.

101. **Boletus rimosus** Vent. t. 64, f. 3, 4, Fr. Hym. Eur. p. 507. — 4740
Pileo convexo, tomentoso, areolato-rimoso, umbrino-olivaceo, ri-
mis pallidis; stipite bulboso, levi, cyaneo, carne rubello tincta; tu-
bulis «liberis» (ex icone adnatis), poris minutis, rotundis, vire-
scentibus.

Hab. in Italia bor. — Coloribus licet differant antecedentes,
manifeste affinnate conjuncti.

102. **Boletus mandarinus** Ces. Myc. Born. p. 4, t. 1. — 25 cm. usque 4741
altus; pileo campanulato in umbonem conicum porrecto, 10 cm.
lato, levi, sicco, sanguineo; stipite elato, e basi subbulbosa attenua-
to, 2½ cm. diam. in media parte paulisper incrassata, e sanguineo

fuscescente, punctis reticuloque nullis, solido; tubulis a stipite se-
junctis, flavissimis, poris rotundis; carne flavida.

Hab. ad Matang-Poe, in ins. Bornei Malosiae (O. BECCARI).

103. **Boletus Preauxii** Mont. Canar. p. 75, t. 4, f. 1, Syll. Crypt. 4.42
n. 476. — Pileo convexo hemisphaerico obtuso, rugoso, vivide ru-
bro-sanguineo; stipite firmo subsulcato, basi incrassato viridescenti;
tubulis adnatis amplis, luteis rubro-punctatis.

Hab. prope radices Ericae arboreae in Gomera in insulis Cana-
riis (DESFRÉAUX).

104. **Boletus cubensis** B. et C. Cub. Fungi n. 179. — Pileo squa- 474
muloso, vaccino; stipite deorsum incrassato, albo sursum vaccino,
transversim squamuloso; poris flavo-viridibus amplis adnatis.

Hab. ad terram, Cubae Amer. contr. (C. WRIGHT). — Pileus 3
cm. latus, squamulis minutis; stipes 5½ cm. long., 12 mm. cr.

105. **Boletus furfuraceus** Berk. Dec. n. 392, Hook Journ. 1852, p. 137. 474
— Pileo convexo, furfuraceo-squamuloso; stipite breviter annula-
to deorsum furfuraceo sursum nudo; tubulis minoribus adnatis.

Hab. in argillosis, Moflong Khasya Indiae. — Pileus 5-6 cm.
lat.; stipes 3,5-4 cm. long., 8-9 mm. cr. *B. squalido* nonnihil
affinis.

106. **Boletus flavipes** Berk. Dec. n. 412. — Pileo convexo pallide 475
fusco-luteo; stipite curvo, cavo, flavo-pulverulento; tubulis adne-
xis sordide flavis; sporis ellipsoideis, 7 µ. long.

Hab. ad terram Myrong in montibus Khasya Indiae. — Inodo-
rus; pileus 5 cm. lat. firmulus sed sat flexibilis; stipes 3,5-4 cm.
long. Quoad stipitem ad *B. Ravenelii* accedit.

107. **Boletus delphinus** Berk. Dec. n. 331. — Pileo pulvinato glabro, 476
luride olivaceo; stipite subaequali, sublevi, spadiceo, sursum rubro,
apice flavo; poris subdecurrentibus sordide flavis; carne secta mul-
ticolore; sporis fusoides, flavo-brunnais.

Hab. ad terram apricam Darjeeling Indiae, 2600 metr. altit. —
Inodorus; stipes 5 cm. long., 12 mm. cr.; pileus 5 cm. lat.

B) *Edules* Fr. Stratam tubulorum, poris primitus haud rubentium, sed vulgo
albo-farctorum, circa stipitem depresso-rotundatum, subliberum. Statura cete-
rum valida, bulbosa luridorum, sed stipes (duabus speciebus primariis exc-
ptis) nec reticulatus punctato-squamulosusve nec ruber. Caro vix mutabilis,
sapor gratus. Prae ceteris esculenti: Clus. Esc. gen. XVI.

108. **Boletus regius** Krömbh. t. 7 (speciose), Fr. Hym. Eur. p. 508, 477
Britz. Bot. p. 159, fig. 16 — Pileo pulvinato, glabro, sicco, subsan-

guiceo; stipite crasso, reticulato, luteo, basi purpurascens; tubulis semilibris, minutis, curtis, aureis; sporis lanceolatis, saepe irregularibus subclavatis, continuis, flavoscentibus, medio longitudinaliter guttulis 4-5 parvis, 16 \approx 5.

Hab. in silvis Europae raro; in Rada-as Vestrogothiae legit S. Lindgren. — Gregarius, amplus, pulcherrimus, sapidissimus; caro flavila, immutabilis; pileus 10-22 cm. latus, variat purpureus et olivaceus; stipes 5-8 cm. longus

109. **Boletus edulis** Bull. t. 60, 494, Fr. Syst. Myc. I. p. 382, ubi 4748
syn. Hym. Eur. p. 508, Sverig. atl. Svamp. t. 13, Sowerb. t. 111, Sv. Bot. t. 197, Lenz f. 34, Tratt. Austr. f. 34, Krombh. t. 31, Vittad. t. 22, Ventur. t. 8, Vivian. t. 25, Barl. t. 34, Huss. I, t. 81, Gill. Champ. Fr. c. ic. Harz. t. 40, 41, Gonn. et Rab. VII, t. 1. *A. bulbosus* Schaeff. t. 134, *B. aeneus* Rostk. t. 37, *B. esculentus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 131. — Pileo pulvinate, glabro, udo, subbrunneo; stipite valido, reticulato, pallide fusciscente; tubulis semilibris, elongatis, minutis, primo albis, dein luteis virentibusque; sporis fuscideo oblongatis, rectis, flavidis, 14-16 \approx 4-5,5 vel 10-14 \approx 3-4.

Hab. in silvaticis ubique in Europa, Carol. media et ad Greenbush, New York Amer. feder. (PERRY), New England Amer. bor. (SPRAGUE). — Caro alba, infra cutem rubens, e compacto mollior; pileus, 5-25 cm. latus, variat albus, griseo-rufescens etc., in forma noveboracensi profunde lacunosus; stipes 5-13 cm. longus, 5 cm. crassus, interdum obsolete reticulatus etc., jam observante *Clusio*, nunc curtus bulbosus, nunc elongatus aequalis, etiam radicans; deliciosus. Cæsalp. Clus. l. c. sp. 3. Var. *elephantina* cæsa vel contusa cærulescit.

110. **Boletus æreus** Bull. Champ. p. 321, Syst. Myc. I, p. 393, Krombh. 4749
t. 36, f. 1-7 (optima), Quéll. t. 16, f. 2, Gill. Champ. c. icone, Fr. Hym. Eur. p. 508, *B. iridens* Rostk. t. 15. — Pileo pulvinate, glabro, subpelliculoso, olivaceo-fusco, subnigricante; stipite valido, subreticulato, luteolo, basi fusciscente; tubulis minutis, sublibris, sulphureis; sporis oblongis, basi obliquis, 10-13 \approx 5.

Hab. in silvaticis Europae, rarior. — Stipes junior oblongatus nec bulbosus; pileus 7-9 cm. latus; caro alba, in aere lutescens. Bull. t. 385 sistit var. sq. affinem, minorem, carae in cute rufescente. Var. *leucopora* status videtur junior. Clus. l. c. sp. 1.

111. **Boletus vaccinus** Fr. Epicr. p. 120, Hym. Eur. p. 508, Sverig. 4750
atl. Svamp. t. 51, *B. castaneus* Schum. n. 1935. Fl. Dan. t. 1792.

— Pileo pulvinato-expanso, subvillosa, castaneo, margine obtuso; stipite bulboso, sursum levi, concolore, basi fulvente, lacunoso; tubulis liberis, poris minutis, rotundis, albofaretis, dein flavis.

Hab. in fagetis Europæ sed raro. — Species subcaespitosa, stipite adscendente, clavato, caute a *B. badio* separanda; caro alba, immutabilis; cutis intus rubens.

112. **Boletus fragrans** Vittad. p. 153, t. 19, Ventur. t. 53, f. 3-5, 4751
 Iuzeng. Sic. p. 24, Worth. Smith in Seem. Journ. 1866, p. 33. Fr.
 Hym. Eur. p. 509, *B. æreus* Secr. n. 17, *B. xanthoporus* Krombh.
 t. 75, f. 15-21. — Pileo pulvinato, repando, subtomentoso, fusco-
 umbrino, margine inflexo; stipite valido, levi, luteolo rubroque variegato; tubulis semiliberis, poris minutis, rotundis, luteis, virescentibus; sporis ovatis, uno apice apiculatis, pallide lutescenti-viridibus, 11-11.5 × 4-5.

Hab. in silvis frondosis Europæ mediæ et australis. — Stipes primo ovato-bulbosus, basi sæpe fusiformis; pileus variat inæqualis et passim purpureo-maculatus vel purpureo-marginatus; caro lutea, nunc immutabilis, nunc virescens v. cærulescens, demum rubescens.

113. **Boletus Obsonium** (Paul.) Fr. Epicr. p. 421, Hym. Eur. p. 509, *Tu-* 4752
biporus Obsonium Paul. t. 171, f. 2, 3 (fungus vetustus), *Boletus leoniinus* Krombh. t. 76, f. 12-14, *B. buæus* Rostk. t. 30. — Pileo e pulvinato expanso, sericeo-levigato, cinnamomeo-helvolo, margine acuto; stipite firmo, conico, levi, pallido; tubulis semiliberis, poris minutis, rotundis, e luteo concoloribus.

Hab. in silvis Europæ mediæ. — Forma admodum regulari stipiteque conico levi distinctus; pileus 10-12 cm. latus, primo obtutu apparet glaber, sed cutis subsericea; caro pallida, haud mutabilis.

114. **Boletus sericeus** Krombh. t. 76, f. 6-9, ex quo Pers. Myc. Eur. 4753
 2, p. 132 et Mich. t. 68, f. 2. Fr. Hym. Eur. p. 509. — Pileo compacto, e pulvinato plano, sericeo, fusco-fulvo, margine tenni acuto; stipite valido, lanugine fugaci villosa, granulato, carne lutea immutabili; tubulis elongatis, demum liberis, avreis, immutabilibus, poris mediis, æqualibus.

Hab. in silvis frondosis Bohemiæ et Europæ australis. — Manifeste ad Edules referendus; stipes nunc curtus, bulbosus, nunc elongatus, cylindricus, impositus; variat griseus; pileus 10 cm. latus. Perperam pro *B. appendiculato* sumptus.

115. **Boletus impositus** Fr. Epicr. p. 421, Hym. Eur. p. 509, Sverig. 4754
 ätl. Svamp. t. 42, Gill. Champ. c. icon. Berk. Outl. p. 244, Kickx p. 246, Oudem. n. 70, *B. sanidus* Harz. t. 51. — *B. pileo areolato-*

rimoso. *B. reticulatus* Schaeff. t. 108, Pers. Syn. p. 500, Gill. Champ. c. ic. *B. dulcis* Letell. t. 614 (num Persoon?), *B. edulis* Rostk. t. 36. — Pileo pulvinate, dilatato, flocculoso, demum granuloso-rivuloso, inpolito, fulvo-brunneo; stipite valido, subbulboso, levi, pubescente, flavo; tubulis liberis, poris minutis, luteis; sporis ovatis vel fuscoideis pallide virescenti-brunneis, 8-10 μ . long.

Hab. in quercetis Europæ. — Pileus 12-15 cm. latus, 5 cm. altus; stipes circiter 5 cm. longus; tubuli $1\frac{1}{2}$ -2 cm. longi. Speciosus, obesus, odore et sapore gratus, inter maxime deliciosos. Caro crassa, infra cutem flavescens. Interdum adest zona rubella prope apicem stipitis. Ob pileos multorum reticulato-rimosos frequenter confusus. *B. dulcis* Krombh. t. 74, f. 10, 11 a vero haud parum recedit: melius vetustum representat *B. suspectus* f. 7-9, sed nomen et descriptio recedunt.

116. **Boletus æstivalis** (Paul.) Fr. Epicr. p. 422, Hym. Eur. p. 510. 1755
Sverig. atl. Svamp. t. 43, Hussey II, t. 25, Hogg et Johnst. t. 13, Berk. Outl. p. 204, *Tubiporus æstivalis* Paul. t. 170 (male). — Pileo pulvinate, subrepando, levi, glabro, albido, jove sicco granuloso; stipite crassissimo, bulboso, levi, glabro, flavido; tubulis subliberis, poris æqualibus, minutis, luteis; sporis elongato-ovatis, viridi-brunneis, fuscescentibus, 12 \approx 4-5.

Hab. in silvis Angliæ copiose, in Kinnekulle Sueciæ et in Germania. — Est e maximis huius generis, sæpe 15-18 cm. diam.; stipes 5 cm. longus. Statura fere præcedentis, æque gratus, sapidus, amplus. Caro inferne lutea, superne alba, in stipitis basi rubens. — **B. pinicola** Ventur. t. 46, Fr. Hym. Eur. p. 511, sine descriptione sed indicata affinitate cum *B. eduli*, cujus habet staturam, differt stipite lacunoso, tubulis viridibus, poris gilvo-rubiginosis, quales etiam in *B. eduli* vetusto occurrunt. Cfr. Fl. Dan. t. 1296.

117. **Boletus portentosus** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 435. — Maximus, 4756
brunneus; pileo centro depresso, carne citrina immutabili sub cuticula lurida; stipite crasso, basi dilatato, radicante, tubis citrinis.

Hab. ad terram, Ceylon (THWAITES). — Pileus 20 cm. latus, convexus, margine excedente subacuto; caro $2\frac{1}{2}$ cm. vel ultra crassa; stipes 9 cm. longus, 5 cm. ad medium crassus, inferne sulcatus, pileo concolor, intus rubro-brunneo tinctus, basi, in quam abrupte desinit incrassatus; tubuli adnexi 12 mm. longi. Affinis *B. æstivali*.

118. **Boletus Quéletii** Schulz. in Hedw. 1885, p. 143 — Pileo e splen- 4757

dante-aurantiaco tandem fusco, nec valde pulvinato, nonnumquam parum impresso, satis carnosio, 8.5-13 cm. et ultra lato; poris nec minutis, e dilute saturato-ochraceis, tandem fuscis, tactu sordide cæruleis; tubulis liberis, luteis, protracta ætate lateo-viridibus aut fusco-viridibus, 9-13 mm. longis; stipite cylindrico aut deorsum subventricosso, sed basi semper acuminato, sæpe subcompresso, recto aut leviter curvato, apice et basi cupreo usque sanguineo, ceterum luteo, nunquam reticulato, apice 1.1-2.2 cm. crasso, 7.5-10 cm. longo, solido; carne lutea, fracta cærulescente, in adultis cuprea, in basi stipitis immutabile sanguinea; odore et sapore communi fungorum; sporis sordide umbrinis, suboblongis, 11 μ . longis, deorsum potius attenuatis quam sursum.

Hab. gregatim in silva Kunjevce in Slavonia. — *Var. squarrosipes* Schulz in Hedw. 1885, p. 143; pileo e lacte luteo-cinnamomeo aeneo badio; poris ex aureo tandem saturate castaneis; tubulis adnexus, circa stipitem parum impressis, stipite apice luteo vix conspicue rubido, deorsum squarroso-diffracto; carne e luteo obscure-cærulea; sporis 12-14 μ . longis, ergo majoribus, ceterum forma typica. In silva Vidor Slavoniæ.

119. **Boletus affinis** Peck 25 Rep. p. 81. — Pileo sicco, minute tomentosulo, levigato vel subtiliter rugoso, castaneo, mox fulvo vel ochraceo pallescente, cuticula plerumque in areolas secedente; stipite solido, inæquali, glabro, raro apice reticulato, pallido vel sordide rubro picto, tubulis planis vel convexis, adnexus stipitemque circumcirca plerumque depressis, primum albis et confertis, demum luteis minutis, inæqualibus, angulatis vel subrotundis; carne alba immutabili; sporis ellipsoideis, 9 \approx 4. 4758

Hab. ad terram herbosam in silvis apricis, Greenbush, New York Amer. bor. — Statura 5 cm. adæquans; pileus 5-8 cm. latus; stipes 13-21 mm. crassus; primo obtutu valde similis *B. castaneo*; stipes vulgo ventricosus vel basi attenuatus; sæpe apice compressus; pilei margo plerumque revolutus. Inter *Edules* collocandus.

120. **Boletus bullatus** Britz. Hym. Südb. IV, p. 159, f. 12, 30. — Pileo rufo-brunneo, superficie eximie colliculoso-bullato, bullis saturatoribus; stipite flavido vel flavido-rubente, deorsum expallente attenuato; pileo carneque stipitis passim virescente vel rubro tincta, tactu viridi; poris rotundis denticulatis, grandiusculis; sporis 12-14 \approx 4-5, flavis. 4759

Hab. gregatim, Park Wöllenburg Bavariæ.

121. **Boletus infractus** Fr. in Pl. Preiss. II, p. 134. — Pileo pulvinato, repando, glabro, purpureo, margine infracto; stipite brevissime tuberoso sursum floccoso porisque adnatis, curtis, minutis, æqualibus, sulphureis. 4760

Hab. ad terram in Australia. — Statura *Boleti fragrantis* Vitt.

122. **Boletus cæsareus** Fr. in Pl. Preiss. II, p. 134. — Pileo carnosissimo convexo plano levi, sanguineo-purpureo discoideo; stipite valido æquali, levi, sulphureo, vittis abbreviatis roseis striato-variegato; tubulis elongatis rotundatis, luteis, ore obliquo. 4761

Hab. ad portum Perth in arenosis Australiæ. — *B. regio* et *B. purpureo* coloribus et statura proximus.

123. **Boletus siculus** Inz. Funghi Sicil. II, p. 57, tab. X, fig. II. — Pileo pulvinato, margine acuto, ochraceo-fusco; tubulis liberis, circa stipitem abbreviatis citrinis evanescentibus; poris ochraceo-aurantiacis; stipite pileo concolore apice lutescente reticulato-purpurascete, basi ventricoso, radicato; sporis ochraceis. 4762

Hab. in silvulis ilicinis pr. Palermo Siciliæ.

124. **Boletus Gigas** Berk. Dec. n. 395, Hook. Journ. 1852, p. 138. — Pileo convexo, sicco fulvo, squamulis superficialibus fasciculato-pilosis adperso; carne pallide incarnata; stipite valido, reticulato, bulboso; tubulis argillaceis, adnatis liberisve. 4763

Hab. in silvulis Andromedæ Lachen river Indiæ. — Pileus 15 cm. latus; stipes 15 cm. longus, 3 cm. cr. *B. eduli* affinis.

125. **Boletus verrucarius** Berk. Dec. n. 414. — Pileo convexo, crasso, verrucis magnis spongiosis exasperato; stipite incurvo brevi; tubulis longis amplis subliberis; sporis elongatis, flavo-brunneis, 20 μ . longis. 4764

Hab. ad terram, Sikkim Indiæ (HOOKER). — Pileus 7-15 cm. lat., disco castaneo; stipes 3,5-7 cm. long., 12-20 mm. cr. *P. Giganti* affinis.

126. **Boletus robustus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 46. — Pileo pulvinato, sicco, glabro, sordide alutaceo; stipite solido, crasso, subbulboso, levi, albido; poris elongatis, liberis, rotundis. 4765

Hab. ad terram in Vulcano Irasi in Costa Rica (CERSTEDT). — Pileus 7-8 cm. lat.; stipes 7-8 cm. long., 2,5 cm. cr. Proximus *Bol. impotito*. Adest species homonyma Frostii apud Peck 27 Rep. p. 52 in ditone New York Amer. bor. nascens. An diversa?

F) *Luridi* Fr. Tubulorum stratum stipitem versus rotundatum et liberum, poris primitus obturatis, rubris. Pileus compactus, dein mollis, pulvinatus, carne succosa, mutabili. Stipes validus, primo eurtus bulbiformis, dein elongatus

et subaequalis, subreticulatus punctatusve. — Praemant silvas frondosas, maxime venenati. Clusii Fern. gen. XIX. spec. 5-7.

127. **Boletus Satanus** Lenz f. 31, Fr. Bol. p. 26, Hym. Eur. p. 510. 4766

Fl. Batav. t. 1040, Berk. et Br. n. 340, Huss. I, t. 7, Inz. Sic. II, t. IX, f. 2, Quéf. t. 15, f. 1, *B. marmoreus* Rocq. t. 6, *B. sanguineus* Krombh. t. 38, f. 1-6, *B. luridus* Vivian. t. 10. — Pileo pulvinateo, glabro, subviscoso, e fuscescenti-alutaceo albicante; stipite obeso, ovato-ventricosso, superne sanguineo-reticulato; tubulis liberis, luteis, poris minutis, primitus sanguineo-coccineis; sporis late brunneis, ovatis vel fusoides, 12 \approx 5-6 vel 16 \approx 5-8.

Hab. in silvis frondosis Europæ, ad Ticonderoga, New York et in Carol. med. Amer. borealis, etiam Upsaliæ lectus. — Speciosus, robustus, mitis, haud amaricans, sed maxime venenatus. Pileus saepe 22½ cm. usque latus; stipes 5-8 cm. longus; caro albida, fracta rubescens vel violascens; pori vetusti aurantiaci.

128. **Boletus lupinus** Fr. Epicr. p. 418, Hym. Eur. p. 511, Kickx 4767

p. 244, Quéf. p. 246, *B. tuberosus* Letell. Hist. f. 32, *B. erythropus* Krombh. t. 38, f. 7-10, *B. sanguineus* Secr. n. 21, *B. rubecolarius* Sowerb. t. 250 (varietas). — Pileo pulvinateo, glabro, sicco, impolito, e livido-virescente lutescente; stipite obeso, ovato-bulboso, obsolete reticulato, roseo-sanguineo tincto; tubulis liberis, luteis, poris minutis, aurantio-rubris.

Hab. in silvis Europæ gregarius, subcaespitosus. — Pileus 5-12 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, demum elongatus; caro flavida, mox caeruleascens nec rubescens; odor et sapor acidus; pulchra forma stipite crebre rubro-guttato nec reticulato in Sicilia lecta est, ex icone Inzenga.

129. **Boletus luridus** Schaeff. t. 107 (color insolitus), Pers. Syn. et 4768

Myc. Eur. 2, p. 132, Fr. Syst. Myc. I, p. 391 cum synom., Hym. Eur. p. 511, Sverig. atl. Svamp. t. 12, Grev. t. 121, Barl. t. 33, f. 1-5, Krombh. t. 38, f. 11-17, Berk. Outl. t. 15, f. 5, Kickx. p. 241, *B. tuberosus* Bull. t. 100, *B. Satanus* Rostk. t. 31, *B. stipite curto, bulboso, vix reticulato*, Fr. Syst. Myc. I c., *B. rubecolarius* Pers. Syn. p. 512, Bolt. t. 85. — Pileo pulvinateo, tomentoso, umbrino-olivaceo, dein subviscoso, fuligineo; stipite valido, miniato-rubro, reticulo vel punctis notato; tubulis liberis, luteis, demum virescentibus, poris rotundis, e miniato aurantiis; sporis permagnis, ovatis, virescenti-griseis, 15 \approx 9.

Hab. in silvis frequens in Europa et Carol. med. Amer. foeder. — Pileus 5-30 cm. latus; stipes 6 cm. et multo ultra longus apice

subaurantius; caro lutea, fracta cærulescens; tubuli 12 mm. et ultra longi. Sapore gratus, sed valde venenatus. Bull. t. 490, f. 1 inter hunc et sequentem media. Cfr. Secr. n. 18, 22.

130. **Boletus erythropus** Pers. Syn. p. 513, Fr. Hym. Eur. p. 511, Le- 4769
tell. t. 612, Barl. t. 33, f. 6, 7, Harz. t. 56. — Stipite tenuiore, cylindrico, haud reticulato, sed squamuloso-punctato, intus subrubente; cetera præcedentis.

Hab. in nemoribus Europæ. — Præcedentibus minor; pileus sæpe fulvo-rufescens; caro ex Persoon sanguineo-rubra, ex Fl. Dan. t. 1792 lutea. A plerisque distinguitur, sed eodem loco, quo annis pluviosis præcedens, hic æstatibus siccis legitur.

131. **Boletus purpureus** Fr. Bol. p. 11, Epicr. p. 419, Hym. Eur. 4770
p. 511, Sverig. atl. Svamp. t. 41, Bari. t. 33, f. 8-10, Saund. et Sm. t. 43, *B. sanguineus* Krombh. t. 37, f. 12-15, Secr. n. 28, Clus. Pern. gen. XIX, spec. 3 cum bona icone. — Pileo pulvinateo, subvelutino, opaco, sicco, purpurascenti-rubro; stipite valido, luteo, venis punctisve purpureis variegato; tubulis subliferis, luteo-virescentibus, poris minutis, purpureo-aurantiis; sporis virescenti-brunneis, 10 = 5.

Hab. in silvis Europæ. — Valde speciosus. Stipes variat apice modo reticulatus, intus præcipue basi rubescens; caro junior modo cærulescens, dein obscure lutea.

132. **Boletus ætnensis** Inzeng. Sic. II, t. 5, f. 2, Fr. Hym. Eur. p. 511, 4771
— Pileo pulvinateo, compacto, glabro, brunneo-rufo; stipite crassissimo, subæquali, obsolete reticulato, subconcolore; tubulis semiliberis, elongatis, sordide lutescentibus, poris rubiginosis.

Hab. in locis graminosis in Ætna Siciliæ — Species ampla, colore omnino peculiari; caro tam pilei quam stipitis mox cærulescit.

133. **Boletus panormitanus** Inzeng. Sic. II, t. 5, f. 1, Fr. Hym. Eur. 4772
p. 512. — Pileo convexo, glabro, a fusco sublutescente, margine acuto; stipite valido, pallido, infra medium brunneo, fusiformi-atenuato, radicato, supra medium laxe et eleganter rubro-reticulato; tubulis semiliberis, luteis, poris sanguineo-rubris.

Hab. in Siciliæ nemoribus. — *B. ætnensi* cognatus, sed evidenter distinctus stipitis basi fusiformi et reticulo laxo; caro cærulescens, in stipitis basi rubella.

134. **Boletus sordarius** Fr. Epicr. p. 419, Hym. Eur. p. 512, *B. ru-* 4773
beolarius Sv. Bot. t. 246. Hujus quoque forma minor videtur *B. dictyopus* Rostk. t. 33, cum *B. erythropode* analogâ. — Pileo pulvinateo, glabro, fuligineo-cinereo; stipite valido, subbulboso, stra-

mineo, reticulato, basi fuligineo, apice tubulorumque liberorum poris gilvo-rubiginosis.

Hab. in pinetis Europæ, raro. — Caro pallida, obsolete cærulescens. Dignoscitur colore, præcipue tubulorum, intus haud luteo, sed e griseo virescente. Rostkowi fungus differt statura pileo subtomentoso, umbrino. Secr. n. 24 est species anceps poris monstrosis.

135. **Boletus leucopus** Karst. Fial. Polyp. p. 17, Fr. Hym. Eur. p. 512. 4774

— Pileo pulvinato, glabro, brunneo; stipite bulboso, albo, superne reticulato; tubulis liberis, luteis, poris minutis, rotundis, rubris.

Hab. in pinetis Fennicæ. — Stipite albo in hac grege insignis; pileus 6 cm. latus; stipes 7 cm. longus.

136. **Boletus luridiformis** Rostk. t. 35, Fr. Hym. Eur. p. 512, Britz. 1775

Bol. f. 20. — Pileo pulvinato, tomentosus, umbrino-olivaceo; stipite æquali, levi, fusciscenti-rubro, apice abrupte luteo; tubulis liberis, aggregatis, luteis, poris aurantio-rubris; sporis 18-20 \approx 4-6.

Hab. in silvis frondosis Europæ, raro. — Species habitu peculiaris. Pileus 10 cm. et ultra latus in diagnosi dicitur tomentosus, in descriptione glaber; stipes 11 cm. et ultra longus, circiter 20 mm. crassus; caro lutea, fracta virescens, dein cærulescens, denique sordide cinerea.

137. **Boletus Meyeri** Rostk. t. 34, Fr. Hym. Eur. p. 512. — Pileo 4776

campanulato, glabro, badio, dein fulvo-fuligineo; stipite subæquali, firmo, reticulato, badio, carne rubente; tubulis subliferis, flavis, poris angulatis, roseis; sporis rubiginosis.

Hab. in fagetis Europæ, rarissime. — Pileus 5 cm. et ultra latus, stipes 5-7 cm. longus. Ex icone ab omnibus longe distat, sed etiam icon ab auctoris descriptione. In icone pileus et stipes nigro-umbrini, unicolores, lamellæ albovirentes, caro dilute virens, cute intus obscure rubra.

138. **Boletus clavicularis** Gill. Champ. Franc. p. 644. — Pileo con- 4777

convexo dein convexo-plano, brunneo-olivaceo, margine lutescente, acuto tubulos excedente, 5-8 cm. lat.; poris minutis, inæqualibus, rubellis, prope marginem diu flavidis; tubulis adhærentibus, stipitem attingentibus, fractis cyanescentibus; stipite sursum attenuato, basi conspicue incrassato, rubro-striolato v. rubro-punctato, prope hymenium flavo; carne flava demum cyaneo-virente; sapore ingrato, odore subnullo.

Hab. in silvis quercinis inter folia emortua in Gallia bor.

139. **Boletus Sullivantii** B. et Mont. Syll. Crypt. n. 477. — Pileo he- 4778

misphærico, glabro e rubro-fulvo brunneo, sicco, fuscescente. tes-

sellato-rimoso; stipite mediocri solido basi, incrassata violascente, apice rubro-reticulato in pileum dilatato; tubulis mediocribus angulatis liberis convexis ad marginem longioribus, ore rubellis.

Hab. ad terram compactam, Columbus Amer. fœder. (SULLIVANT). — Sporæ ochraceo-pallidæ, sub microscopio albæ, pellucidæ, oblongo-fusiformes 10-20 μ . longæ. Pileus 5 cm. altus, 8-10 cm. diam. adæquans, centro 1½ cm. crassus, margine demisso attenuato; stipes solidus, 4-7 cm. longus, 1½ mm. medio crassus. Inter *B. scabrum* et *B. edulem* locandus. A priori autem stipite reticulato, a posteriori vero tubulis amplioribus, ab utroque tandem strato pororum a stipite remoto.

140. **Boletus scrobiculatus** Berk. Dec. n. 397, Hook. Journ. 1852, 479 p. 139. — Pileo convexo, fusco-purpureo, subglauco-pruinoso; stipite incurvo grosse reticulato, fusco; tubulis brevibus pallide fusco-purpureis; sporis elongatis, 10 μ . longis.

Hab. ad humum in apricis. Moflong, Khasya Ind. — Stipes 7,5 cm. longus, 2-2,5 cm. crassus; pileus 6-7,5 cm. latus. *B. ustali* vix affinis.

Ser. 2. **Tephroleuci** Fr. Tubuli primo albi v. grisei.

G) *Favosi* Fr. Tubuli ampli, angulati, inequales, stipiti adnati, sed circa stipitem sæpe abbreviati, non vero stratum rotundato-liberum formantes. Sporæ fusæ, quatenus cognitæ.

141. **Boletus laricinus** Berk. Engl. Fl. V, p. 148, Outl. p. 230, Hussey I, t. 25, Cooke p. 251, Fr. Hym. Eur. p. 513. — Pileo subsquamoso, sordide albo, maculis lividis variegato, primitus glutine sordide luteo evanescente collinito; stipite sordide albo, inferne scrobiculato, supra anulum cribroso; tubulis adnatis, subdecurrentibus, poris compositis, primo albidis; sporis fusiformibus pallide brunneis, 10,5 \approx 5.

Hab. sub Laricibus in Anglia frequens. (In Succia *B. elegans* Laricis comes). — Pileus 5-8 cm. longus; stipes 5 cm. et ultra longus, 12-18 mm. crassus. Species videtur insignis, Viscipellis forsitan adscribenda, sed colore tubulorum et sporarum brunnearum recedens. Squamulæ filamentosæ e fragmentis veli ortæ.

142. **Boletus elbensis** Peck 23 Rep. p. 129. — Pileo convexo, plerumque gibboso, glabro, udo viscido, sordide griseo, carneo, picto, obscure striato reticulatoque; stipite æquali, solido, annulato, deorsum concolore, sursum albo, apice leviter e tubulorum decurrentium parietibus striato; tubulis subplanis, adnexis, subdecurrentibus. la-

gusculis, angulatis, compositis, albidis, demum ochraceo-brunneis; carne alba.

Hab. in solo depresso in silvis atque ad earum margines, North Elba, New York Amer. bor. — Statura 10-13 cm. adæquans; pileus 5-10 cm. latus; stipes 9-13 mm. crassus, *B. laricino* cognatus, sed minime squamosus neque stipite scruposo. Ob suas notas pileus plerumque scruposus apparet atque leviter ab insectis superficialiter comesus.

143. **Boletus viscidus** Linn. Suec. n. 1248 (addito *B. scabro*), Fr. 4782

Épicr. p. 423, Hym. Eur. p. 513, et Icon. t. 178, f. 3, Berk. Outl. p. 235, Gill. Champ. c. iconæ, *B. aruginascens* Secr. n. 4. — Pileo pulvinate, molli, glabro, viscido, sordide lutescente; velo subannulato, lacero, albo, subappendiculato; stipite viscoso, ex albo lutescente, basi incrassato, superne reticulato; tubulis adnatis, poris amplis, inæqualibus, lividis; sporis minutissimis, fusiformibus, elongatis, brunnescenti-viridibus, 9-10 \approx 3.

Hab. in silvis fronsiosis Europæ. — Pileus 4-5 cm. diam.; stipes 5-8 cm. longus, frustulis veli adglutinatus lacer sæpe apparet. *B. laricino* videtur forte nimis affinis.

144. **Boletus Bresadolæ** Quél. in Bres. Fungi Trid. p. 13, tab. XIV. — 4783

Pileo pulvinate, glutinoso, e ruguloso-levi, rubescente, margine flavescente, 4-7 cm. lato, epidermide secernibili; tubulis ex albocinereo subferruginascentibus, poris concoloribus, subrotundis, obovatisve, mediocribus, adnatis; stipite solido, viscoso, subæquali, supra anulum pallido reticulatoque, infra subrubente, maculis saturationibus variegato, basi albido, 5-7 cm. longo, 1-2 cm. crasso; annulo læte flavo, persistente, sæpe appendiculato, membranaceo, infero; sporis (coacervatis) fusco-ferrugineis.

Hab. in silvis abietinis subalpinis, Ortise in Val di Sole. — Affinis *B. viscido*: caro flavida, stipiti saturator, fracta subrosea dein cinereo-violacea; odor et sapor grati.

145. **Boletus sordidus** Frost in Morgan Myc. Miami Polyp. p. 9. — 4784

Pileo pulvinate, subtomentoso; stipite solido subflexuoso, striato, apice sæpius virescente; tubulis longis, subliberis, albis dein sordidis, poris latis angulosis; sporis fusco-brunneis, fuscoideis, 11-13 \approx 5.5.

Hab. in silvis humidis, Miami Valley Ohio Amer. bor. — Caro alba, subinde rubro-viridi tineta.

146. **Boletus porphyrosporus** Fr. Bolet. n. 36, Épicr. pag. 423, Hym. 4785
Eur. p. 514. Gill. Champ. Fr. cum ic. *B. Sterbeeckii* Kickx diss.

Sterb. t. 3, Secr. n. 14 excl. synonym. — Pileo explanato, amplo, sicco, velutino, olivaceo, velo nullo; stipite æquali, levi, sed superne e punctis minutis stipatis fuligineo; tubulis semiliberis, poris amplis, pentagonis, griseis, tactu umbrinis; sporis fusco-purpureis, 16-18 = 6.

Hab. ad margines arenosos viarum in Smolandia (FRIES), in Vogesis (ΜΟΥΣΕΟΥ). — Summum decus, nulli rite affinis; odor gravis; stipes 10-14 cm. longus, curvato-adscendens, non scaber, sed pruinato-punctatus; pileus spithameus usque, pube erecta velutinus, contusus nigrescens; caro crassa, nivea, ad tubulos cærulescens; species nobilissima.

147. **Boletus asprellus** Fr. Epicr. p. 423, Hym. Eur. p. 514, *B. cinereus* Krombh. t. 4, f. 26, 27, *B. chioneus* Secr. n. 13 (excl. syn.), Batt. t. 30, f. C. *B. longipes* stipite ex maxima parte fusco. — Pileo convexo-plano, sicco, floccoso, rimoso-squamuloso, pallescente, sublivido, velo nullo; stipite clavato-bulboso, squamuloso, albido; tubulis circa stipitem brevioribus, albidis, poris majusculis, angulatis, concoloribus. 4786

Hab. in silvis frondosis Europæ. — Pileus 5-8 cm. latus; vulgo stipes brevis, sed in varietate in Vestrogothia a S. Lindgren lecta 8 cm. usque longus.

148. **Boletus fuligineus** Fr. Epicr. p. 419, Hym. Eur. p. 514, Britz. 4787
 Bol. fig. 24. — Pileo pulvinato, villososericeo, sicco, fuligineo-olivaceo; stipite conico, firmo, levi, glabro, bicolore, superne fuligineo-umbrino; tubulis liberis, elongatis, albidis, poris irregulariter sinuosis, olivaceo-gilvis; sporis 12-14 = 6.

Hab. locis graminosis in pinetis Europæ. — Subcæspitosus, pileis subinde concrenentibus; stipes 8 cm. longus, basi 4 cm. usque crassus, inferne albidus, nunquam reticulatus vel punctatus; cara alba, tandem grisea.

1) *Versipelles* Fr. Tubuli minuti, rotundi, aequales, in stratum convexum, a stipite liberum stipati. Sporæ ferrugineæ, in n. 151 mabrinae.

149. **Boletus Friesii** Inzeng. II, t. 1, Fr. Hym. Eur. p. 514. — Pileo 4788
 e globoso convexo, molli, cute pulverulento-glutinosa cæruleo-cinerea oblinito; stipite subæquali, concolore, superne venoso-reticulato; tubulis semiliberis, rotundis, fuscis, poris cæruleo-cinereis, sæpe glandulosis.

Hab. in silvis Siciliae. — Statura et coloribus valde insignis species; habitus omnino hujus stirpis; color cinereus sine omni

- rubri v. lutei tinctura. Tubuli ex auctore fusco-ochracei, sed in iconibus brunneæ; stipes junior bulbosus; pileus passim verrucosus.
150. **Boletus albo-ater** Schw. Carol. n. 864, Fr. Epicr. p. 424. — 4789
Pileo pulvinate subtomentoso-velutino, nigro; stipite brevi flocculoso-velato, atro; poris liberis, minutis, albis.

- Hab.* in silvis humidis Amer. borealis. — Pileus 7-8 cm. lat.; stipes 5 cm. long. — * **B. floccosus** Schw. l. c. Fr. l. c.: verrucoso-floccosus pulverulentus; pileo pulvinate, cinereo-fusco, margine revoluta frustulis veli subannulati appendiculato; stipite cinereo-nigro; poris minutis candidis. In graminosis, cum typo.
151. **Boletus duriusculus** Schulz. ex Kalkbrenner in Fr. Hymen. 4790
Eur. p. 515, Gill. Champ. Fr. c. icone. — Pileo e globoso hemisphærico, molli, glabro, udo viscido, ex albo-fuscescente subcastaneo: stipite basi attenuato, ventricoso, albido, normaliter squamulis subtilibus umbrinis dense punctato; tubulis liberis, elongatis, subtilibus, livido-fuscescentibus, poris albis, demum concoloribus: sporis 20 μ . long.

- Hab.* in silvis Slavoniæ sub Populo tremula et in Gallia. — Habitu et sporarum colore ad Favosos accedit et præcipue *B. porphyrosporo* videtur affinis, sed ob tubulos liberos porosque minutos hoc loco collocandus. Statura a modum variabilis; pileus siccitate subtiliter tessulato-rimosus; caro firma, pure alba, contactu aeris incarnato-cuprea, sensim in cinereo-violaceum transiens, sed ambitu et basi alba persistens: sporæ magnæ, oblongæ, umbrinæ. Edulis, deliciosus.
152. **Boletus versipellis** Fr. Bolet. p. 13, Epicr. p. 424, Hym. Eur. 4791
p. 515, Berk. Outl. p. 235, Kickx p. 246, A. pileo rufescente: *B. rufus* Schæff. t. 103, Pers. Obs. 2, p. 13, Krombh. t. 32 (ob velum distinctum), *B. aurantius* Sowerb. tab. 110, *Bot. floccosus* Rostk. tab. 39 (sine velo), *B. pileo fuligineo: B. scaber* γ . Pers. Myc. Eur. 147, Vaill. Par. p. 59, n. 3, Batt. t. 30, f. A. — Pileo pulvinate, siccò, primo compacto tomentoso, dein squamoso levigatoque, velo annulari membranaceo, fugaci appendiculato; stipite solido, sursum attenuato, rugoso-squamoso; tubulis liberis, planis, minutis, sordide albis, poris griseis; sporis fuscoideo-oblongatis, pallide ochraceis, 14-20 \approx 5-7,5.

Hab. in silvaticis Europæ et Carol. med. Amer. borealis. — Pileus 5-20 cm. latus. Fungus hic et *B. scaber* vere distincti apparent, sed ob analogam coloris et staturæ variationem ægre limitantur: color hujus tamen constantius rufus, unde nomen *Rot-*

terbullz Clus. Hist. pag. 284, Sterb. t. 18, A. Hunc et sequentem spectant Secr. n. 6-12.

153. **Boletus scaber** Fr. Syst. Myc. I, p. 293, Hym. Eur. pag. 515, 4792
Sverig. atl. Svamp. t. 14, Vittad. t. 28, Vent. tab. 9, 10, *Barla*
t. 35, f. 6-12, Rostk. t. 40, Harzer t. 2, Gonn. et Rab. VII, t. 3.
Gill. Champ. Franc. c. icone. — Pileo pulvinateo, glabro, udo viscido, demum ruguloso rivulosoque, margine primitus cortinato; stipite solido, sursum attenuato, squamis fibrosis exasperato; tubulis liberis, convexis, ex albo sordidis, poris minutis, rotundis; sporis fuscoideo-oblongatis, flavidis, 14-18 \approx 5-6.

Hab. in nemoribus et silvis vulgatissimus altissimeque in alpinis (supra Betulas) ascendens in Europa, pr. Minussinsk Sibiricæ Asiaticæ, in Carol. inf. Amer. fœder. — Pileus 5-12 cm. et ultra latus; stipes 15 cm. et ultra longus. Nunc robustus, nunc gracilior, quam maxime variabilis. Cfr. Fr. Syst. Myc. l. c., ubi simul ampla synonymia. Præcipuæ varietates sunt: *A.* pileo rubro v. aurantiaco: Bull. t. 489, f. 2, Gill. Champ. Fr. c. ic., *B.* pileo fuligineo v. cinereo: Fl. Dan. t. 833, Bull. t. 489, f. 1, Sowerb. t. 175, Krombh. t. 35, f. 1-6, *C.* pileo fusco-nigro, stipite floccoso-squamoso, tubulis candidis: Fr. Obs. 2, p. 249, Schæff. t. 104, *D.* pileo fusco-olivaceo: Bolt. t. 86, *E.* pileo omnino albo: *B. niveus* Fr. Obs. I, p. 111 cum forma æruginea. Obs. II, p. 260, *B. holopus* Rostk. t. 48. Cfr. Weinm. p. 303, Clus. Pern. gen. IX, spec. 2. sed edulis est et magni in cibariis momenti.

154. **Boletus tessellatus** Gill. Champ. Franc. p. 636. — Pileo convexo, rimoso-tessellato, rufo-pallido v. rufo-olivaceo, rimis albis (carnem ostendentibus), 4-6 cm. diam.; poris minutis, rotundis, albo-flavidis; tubulis adhærentibus, flavicantibus; stipite elongato, utrinque attenuato, pallido, minute squamuloso. carne alba dein leviter cyanescente et in stipitis basi rubello-maculosa, molli et mox corrupta. 4793

Hab. in silvis Gallicæ bor.

155. **Boletus rugosus** Fr. Bol. p. 14, Hym. Eur. p. 516, Rostk. t. 41, 4794
Sowerb. t. 420 (nomen in n. 421 errore translatum), *B. leucophæus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 110. — Pileo pulvinateo, levi, glabro, sicco, margine nudo; stipite subcavo, costato-rugoso, elongato, valido; tubulis liberis, albis, poris minutis, rotundis.

Hab. in Anglia, Gallia et Germania. — Statura prioris, sed stipes non squamosus, pileus badius v. fuscus, velum nullum. Autorum fide recepit Fries.

156. **Boletus levis** Fr. Bol. p. 14, Epicr. p. 425, Hym. Eur. p. 516. 4795
 — Pileo pulvinateo, expanso, levi, glabro, margine nudo; stipite solido, firmo, brevi, corticato, levissimo; tubulis liberis, emerescen-
 tibus, poris minutis, rotundis.
Hab. in Islandia, unde in spiritu vini eximie conservata speci-
 mina vidit Fries. — Est e nobilissimis, alii vix affinis, cute stipitis
 polita (ut in *Collybia radicata*) ab omnibus recedens.
157. **Boletus griseus** Frost in Peck 29 Rep. p. 15. — Pileo sicco, 4796
 firmo, subglabro, griseo vel griseo-nigro; stipite albido vel luteo-
 scentu, fortiter reticulato, sæpe basi abrupte attenuato luteoque;
 tubulis subplanis, adnatis, plerumque circa stipitem leviter depres-
 sis, minutis, inæqualibus, subrotundis, albis; carne albida vel gri-
 sea; sporis ochraceo-brunneis, oblongis, 10-13 μ . long.
Hab. ad ligna dejecta, Sandlake, New York Amer. bor. — Sta-
 tura 8-10 cm. adæquans; pileus 5-10 cm. latus; stipes 13-25 mm.
 crassus; odor fortis ingratus; pilei color variat sed vulgo nonnihil
 umbrinus griseus; stipitis reticulationes apice subtiliores, basin ver-
 sus crassiores, elongatæ et compositæ; in speciminibus exsiccatis
 apicis reticulationes distinctissimæ, ceteræ obsoletæ. Cl. Frost for-
 mam legit, quam pro huius speciei varietate habet, a typo rece-
 dentem tubulis carnosis stipiteque luteo.
158. **Boletus nigrellus** Peck 29 Rep. p. 44. — Pileo sicco, minute 4797
 tomentosulo, albido; stipite æquali, brevi, levi, pileo concolore; tu-
 bulis planis vel convexis, circa stipitem tantillum depressis, minu-
 tis, inæqualibus, subrotundis, ex albido roseis; carne alba immu-
 tabili; sporis oblongis, valde uno apice angustatis, 10-13 μ . long.
Hab. in silvis, Sandlake, New York Amer. bor. — Statura 8-
 10 cm. adæquans; pileus 8-10 cm. latus; stipes 13-21 mm. crass.
159. **Boletus marginatus** Berk. Dec. 33, p. 9. — Pileo convexo com- 4798
 pacto, subtiliter velutino, margine tenui ab hymenio discreto, in-
 voluto; stipite brevi turbinato-tuberoso, subradicato, nigro, non
 reticulato, subvelutino; tubulis liberis fuscis, intus pallidis; sporis
 subrotundis, pallide ferrugineis.
Hab. ad terram in Australia. — Pileus 12 cm. lat., nigricans;
 stipes 3,5-4 cm. long. latusque.
160. **Boletus conicus** Rav. in B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 41. 4799
 — Pileo subconico pulvinateo, flavo-flocculento; carne alba immu-
 tabili insipida; stipite glabro sursum attenuato, flaveolo; mycelio
 albo; hymenio incarnato; poris minoribus, subfimbriatis, angula-
 tis; sporis fusiformibus, subferrugineis.

Hab. in ligneo udo Pini in Carolina inf. (RAVENEL) — *Boletus scabro* affinis at notis citatis diversus.

161. **Boletus prunicolor** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 32. — Pileo 4800
pulvinate, molli, viscoso, prunicolori vel purpurascens, levi; stipite inæquali, ventricosus, clavatus vel clavato-bulbosus, pallidus, levis; tubulis postice brevissimis, vix liberis, poris rotundatis, minutis, simplicibus, pallidis; sporis elongato-ellipticis, 18-20 \approx 6, olivaceis.
- Hab.* ad terram Port Phillip Australiæ (FRENCH). — Pileus circ. 2,5 cm. lat.; stipes 7-8 cm. long., 1-1,5 cm. cr., apice atro-violascens? (dark mauve).

J) *Hyporrhodii* Fr. Tubuli stipiti adnati, albi, sporis roseis dein albocarnati.

162. **Boletus felleus** Bull. t. 379, Fr. Syst. Myc. I, p. 394, Hym. 4801
Eur. p. 516, Gill. Champ. c. icone, Sverig. atl. Svamp. t. 52, Rostk. t. 43, Krombh. t. 74, f. 1-7, Weinm. p. 304, Berk. Outl. p. 236, Kickx p. 248. — Pileo e pulvinate expanso, molli, glabro, levi, subgilvo; stipite solido, sursum attenuato reticulatoque; tubulis adnatis, convexis, elongatis, poris angulatis carneque fracta ex albo incarnatis; sporis fuscoideo-oblongatis, rubro-lutescentibus, 12-16 \approx 4-5.
- Hab.* in pinetis passim in Europa, in silvis ad terram pr. Missussinsk Sibiria Asiaticæ. in Carol. inf. et med. Amer. fœder. (CURTIS). — Sapor amarus; color pilei 5-11 cm. longi variat castaneus, gilvus et fulvus; stipes 8 cm. et ultra longus, concolor, passim olivascens, rarius squamuloso-punctatus ut *B. erythropus*.

163. **Boletus alutarius** Fr. Obs. I, p. 115, Epicr. p. 425, Hym. Eur. 4802
p. 516, Berk. Outl. p. 235. — Pileo e pulvinate expanso, molli, velutino, glabrescente, fusciscenti-alutaceo; stipite solido, bulboso, leviusculo, apice scruposo; tubulis circa stipitem depressis, brevibus, planis, poris rotundis, albis, tritis fusciscentibus; sporis 14 \approx 4.

Hab. in pratis silvaticis Europæ raro. — *B. felleo* valde affinis sed carne subimmutabili, sapore miti aqueo facile distinctus: pileus 8-11 cm. latus; stipes 10-14 cm. longus. *A. alutarius* Rostk. t. 42, statura et colore fuligineo ab hoc recedit.

164. **Boletus megalosporus** Berk. Fl. Tasm. p. 251, tab. CLXXXII, 4803
fig. 3. — Pileo plano subalutaceo, stipite deorsum incrassato areolato monticuloso, sursum reticulato, poris incarnatis; sporis maximis uni-triseptatis, 110 \approx 48 (α ? β).

Hab. ad terram, in umbrosis, Cheshunt Tasmania (ARCHER). —

B. alutario affinis videtur. «Si sporæ *Boleto* vere spectant, genus distinctum designant».

165. **Boletus gracilis** Peck 24 Rep. of the Bot. 1873, p. 78. — Pileo convexo, sicco, glabro vel minuto tomentoso. ochraceo-brunneo; tubulis planis, subliberis vel stipiti subadnatis, minutis, subrotundis, albidis dein pallide carneis; stipite gracili æquali vel leniter sursum attenuato, solido, reticulato, areolis angustis; sporis carneis, 12-13 μ . longis.

Hab. in silvis Garrisons et Greig Amer. bor. — Pileus 5 cm. lat.; stipes 6-8 mm. cr. *B. felleo* affinis sed tenuior et reticulatio stipitis diversa.

166. **Boletus areolatus** Berk. Dec. n. 396, Hook. Journ. 1852, p. 138. — Pileo amplo, leviter depresso, alutaceo, fulvo, verrucis hexagonis areolato; carne pallide flava; stipite deorsum attenuato; tubulis carneis decurrentibus; sporis ellipsoideis, 6-6,5 μ . long.

Hab. in pascuis Kala-Panee, Kasya. — Pileus 12,5 cm. latus; stipes 10 cm. longus. *B. alutario* et *B. felleo* affinis videtur.

167. **Boletus roseus** Wint. Die Pilze p. 478, *Boletus alutarius* Rostk. V, p. 131, t. 48. — Pileo convexo, pulvinate-expanso, glabro, elastico, firmo, primo velo tecto, dein nudo, brunneo-alutaceo, carne alba, incisa rufescente; stipite 8 cm. et ultra longo, conico, tuberculato-inæquali, farcto et firmo; tubulis brevibus, rotundatis, dilute roseis, incisus obscurioribus, a stipite remotis.

Hab. prope Stettin Germaniæ.

168. **Boletus pumilus** Saut. Fl. Herzogt. Salz. VII, p. 15. Winter Die Pilze p. 480. — Pileo pulvinate, molli, paullulum viscido, circiter 2,5 cm. lato, ut stipite pruinoso; tubulis adnatis, poris magnis, angulatis, albidis, demum rufescentibus.

Hab. in fagetis Germaniæ.

K) *Cariosi* Fr. Stipes extus nunquam reticulatus, intus medulla spongiosa farctus, demum vulgo excavatus. Tubuli primitus albi, dein sæpe flaventes, poris minutis, rotundis. Sporæ albæ. — Primas tres species clare distinguit et ut subspecies notat Vaillant Paris. p. 60. n. 8.

169. **Boletus cyanescens** Bull. t. 369, Fr. Syst. Myc. I. p. 395, Hym. Eur. p. 517, Sverig. åtl. Symp. t. 80, Letell. t. 654, Krombli. t. 35, f. 7-9, Barla t. 37, Rostk. t. 44, Harzer t. 71, Weinm. p. 301, Gill. Champ. c. icone, Kickx p. 248, *B. constrictus* Pers. Syn. p. 508, *B. lacteus*: *B. lacteus* Leveill. in Ann. Scienc. Nat. 1848, p. 124, *C. obscuratus*, *B. cyanescens* Saund. et Sm. t. 47, — Pileo convexo-expanso, adpresse tomentoso, floccoso-squamoso.

opaco, subfuscescente v. alutaceo, carne rigida, alba, fracta mox cyanescente; stipite demum cavernoso, ventricoso, villosopruinoso, concolore, apice constricto, levi, albo; tubulis liberis, albis, demum flavis, poris minutis, rotundis; sporis fusiformibus, albis vel dilute citrinis, 15-16 \approx 5-8.

Hab. in silvis, frequens in solo arenoso Europæ. — Pileus 5-14 cm. latus. Summopere insignis, compressus succum cæruleum fundens; tubuli breves, juniores vix 2 mm. longi.

170. **Boletus castaneus** Bull. t. 328, Fr. Epicr. p. 426, Hym. Eur. 4809 p. 517, Pers. Myc. Eur. 2, p. 157, Barla t. 32, f. 11-15, Krombh. t. 4, f. 28-30, Berk. Ontl. p. 236, Gill. Champ. c. icone, Weinm. p. 305. — Pileo convexo-expanso depressove, firmo stipiteque e farcto cavo, a basi subbulbosa attenuato levibus, velutinis, opacis, cinnamomeis, carne alba, immutabili; tubulis liberis, curtis, albis, poris minutis, rotundis; sporis luteis.

Hab. in silvis et campis fertilioribus Europæ, in Suecia, raro, Greenbush New York Carol. med. Amer. bor. (Peck) et Australiæ (Sprague). — Præcedente minor, haud succosus, inter proximos medius; pileus 8 cm. latus, primo basim stipitis amplectens, unde hic junior obsolete submarginato-bulbosus nec apice constrictus ut prioris.

171. **Boletus Murrayi** B. et C. North Am. Fungi p. 114. — Pileo 4810 hemisphærico, crassissimo, vivide rubro, granulato; carne flava; stipite clavato, flavo, levi; poris angustissimis, decurrentibus, flavis; sporis ut in *B. castaneo* pallide luteis.

Hab. in Nova Britannia Americæ bor. (Murray). — Pileus 7 cm. latus, fere 4 mm. crassus.

172. **Boletus fulvidus** Fr. Obs. 2, p. 247, Epicr. p. 426, Hym. Eur. 4811 p. 517, Kickx p. 249, Rostk. t. 45, Inz. Sic. II, t. III, f. II, *Bot. testaceus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 137, Vaill. Par. p. 60, n. 8 (var. superficie crocea). — Pileo convexo-plano, rigido stipiteque e farcto cavo, æquali, firmo levibus, glabris, nitidis, fulventibus, carne alba sublutescente; tubulis liberis, elongatis, poris ex albo citrinis.

Hab. in pratis sterilibus Europæ. — Pileus 5-8 cm. latus; supes 3-6 cm. longus, 1 cm. et ultra crassus; pileus semper exsertus, hinc stipes nec basi bulbosus nec apice constrictus. Color intensitate variat.

173. **Boletus rubellus** Krombh. t. 36, f. 21-24, Fr. Hym. Eur. p. 538. 4812 — Pileo convexo-plano depressove stipiteque farcto, ad basim fla-

vido, attenuato glabris, opacis, rubris, carne flavida, molli, immutabili; tubulis liberis, brevibus, flavidis, poris rotundis.

Hab. in collibus graminosis Europæ raro. — Minima hujus stirpis species. Sec. Quél. ad *B. sanguineum* spectat.

174. **Boletus Lambottei** Sacc. et Cub. *B. albus* Lamb. Flor. myc. 4813
Belge I, p. 359 nec Peck. — Pileo convexo, expanso albo viscoso, glabro, demum dilute luteo 4-6 cm. lato; stipite farcto, subæquali, saepe deorsum attenuato, glabro. pileo concolore, 7 cm. longo; tubulis minutis, brevibus, confertis, subdecurrentibus, albis dein luteo-virescentibus; carne alba, crassa, immutabili; odore et sapore haud peculiaribus.

Hab. cæspitosus sub Pinis in silvis ad Deux-Fonds (Verviers) Belgii. — Ab homonyma specie Gilletii videtur diversus.

175. **Boletus Gilletii** Sacc. et Cub. *B. albus* Gill. Rev. myc. III, p. 5. 4814
nec Peck. — Pileo carnoso, pulvinate supra leviter foveolato, albo, glabro, udo viscidulo, 8 cm. lato; epidermide crassiuscula (semblable à une peau de gant), tubulos 2-3 mm. excedente et facile separabili; tubulis 10-12 mm. long., liberis et circa stipitem lacunam latiusculam relinquuntibus, alutaceo-pallidis, poro minuto rotundo; stipite farcto 7-8 cm. long., 2 cm. cr., a basi ad apicem attenuato, albo alboque minutissime reticulato; carne alba; odore et sapore obsolete; sporis albis, ovoideo-oblongis.

Hab. ad pedes Quercuum in Gallia bor.

176. **Boletus pusillus** Berk. Dec. n. 413. — Pusillus, totus albidus; 4815
pileo convexo subhemisphærico, puberulo; stipite deorsum incrassato; carne flava, fracta cærulea; sporis elongatis 10 μ . long.

Hab. ad terram in montibus Khasya Indiæ (Hooker). — Pileus 2,5 cm. lat.; stipes 3 cm. alt., 12-13 mm. cr. Pori longiusculi, adnati, sepimenta crassa, acie acuta. Subaffinis *B. millino*.

177. **Boletus pusio** Howse in B. et Br. Ann. N. H. n. 1798. — Par- 4816
vus. pulverulentus; stipite deorsum incrassato, albescente, plicato e mycelio floccoso oriundo.

Hab. ad terram, Kent Britannicæ. — Species parvula, distincta.

178. **Boletus hædinus** B. et Br. F. Brisb. II, p. 57. — Pileo convexo, 4817
crasso, alutaceo, primitus subtomentoso; stipite basim versus incrassato, sursum reticulato concolori; poris pallidis.

Hab. ad terram, Brisbane Australiæ. — Pileus 7,5 cm.; stipes 5 cm. longus, 2,5 cm. basi crassus.

Appendix

sistens species affinitatis incertæ præter dubias sub affinis
supra citatas.

179. **Boletus aquosus** Krombh. t. 76, f. 18, 19, Fr. Hym. Eur. p. 4818
520. — Compactus; pileo pulvinato, sicco, opaco, ochraceo (ex icone
fusco), tomento tenuissimo, fugaci oblecto; stipite crasso, ventricoso,
pallide luteo, dein fuscescente v. rubro-maculato, tenuissime tomen-
toso, basi glabro; tubulis semiliberis, longis, flavo-viridibus, poris
inæqualibus, subcompositis, minutis, fuscis.
Hab. in Bohemia. — Ab *Edulibus* recedit poris. Caro alba, im-
mutabilis. Pileo subumbilicato *B. depressum* Schulz. in memoriam
revocat.
180. **Boletus rhodomycetes** B. et C. N. Pac. exp. n. 91. — Pileo sub- 4819
viscoso brunneo; stipite brevi citrino e mycelio roseo oriundo;
tubulis compositis decurrentibus.
Hab. in umbrosis collium Japoniæ.
181. **Boletus carnosus** Rostk. t. 14, Fr. Hym. Eur. p. 520. — Com- 4820
pactus; pileo pulvinato, glabro, fusco; stipite brevi, firmo, substria-
to, rufescenti-flavo; tubulis adnatis (ex icone circa stipitem de-
pressis), obscure luteis, poris majusculis, angulatis, concoloribus.
Hab. in fagetis circa Sedinum Germaniæ et ad Stoke Poges Bri-
tanniæ (TERRY). — Pileus 12 cm. usque latus; stipes circiter 6-7 cm.
longus, 2-3 cm. crassus. *B. rutilo* proximus, sed pileus siccus (?)
et colores alii. Ex icone pileus purpurascens-fuscus; caro palli-
de lutescenti-sordida.
182. **Boletus crocipodius** Letell. t. 666 sine descriptione. Fr. Hym. 4821
Eur. p. 520. — Non determinandus; videtur *B. subtomentoso* af-
finis. Pileus crebre guttato-maculatus, num rimosus?
Hab. in Gallia.
183. **Boletus farinaceus** Secret. n. 41, Fr. Hym. Eur. p. 520. — 4822
Pileo pulvinato, difformi, udo guttis aqueis irrorato, cingulo medio
carneo-farinoso; stipite valido, incrassato, demum rimose deliscen-
te, sursum albo-farinaceo, basi angustata incurvo; tubulis sublibe-
ris, brevibus, poris farina alba obturatis.
Hab. in quercetis Helvetiæ. — Videtur status degener; forte
affinis *B. aquoso*.
184. **Boletus fuscescens** Karsten Fiol. Polyp. p. 16, Fr. Hym. Eur. 4823
p. 520. — Pileo pulvinato, squamuloso, sicco; stipite sursum at-
tenuato, reticulato, deorsum squamuloso-punctato, luteo; tubulis

elongatis, circa stipitem depressis, poris minutis, albis; sporis 12-16 \approx 4.5-5,5.

Hab. in silvis abiegnis Ostrobotniæ. — Caro alba, dissecta cærulescens. Pori tacti fusciscentes. Sapor amarus. Similis *B. felleo* immo hujus var. teste auctore (Hattsv. II, p. 2).

185. **Boletus hieroglyphicus** Rostk. t. 29, Fr. Hym. Eur. p. 521. — 4824

Compactus; pileo convexo, pulverulento, spadiceo, (in icone rufo); stipite æquali, firmo, pallidiore, rufo-reticulato squamosoque; tubulis adnatis, luteis, poris difformibus, hieroglyphicis.

Hab. in pinetis ad Sedinum Germaniæ. — Pileus 5-7 cm. latus; stipes 5-7 cm. longus. Statura et stipite reticulato differt tam a *Subpruinosis* quam *Gyrodontibus*; ab his insuper tubulis elongatis porisque dentatis.

186. **Boletus Rostkowii** Fr. Hym. Eur. p. 521, *B. lividus* Rostk. t. 4825

18, a vero *B. livido* longe distans. — Ex icone pileus 8 cm. et ultra latus, compactus, explanatus, rufus; stipes 8-10 cm. longus, brevissimus, obconicus, glaber, subconcolor; tubuli elongati, lutei, poris subangulatis æqualibus.

Hab. in fagetis Germaniæ.

187. **Boletus rubiginosus** Fr. Obs. 2, p. 245, Hym. Eur. p. 521. — 4826

Pileo pulvinate, molli, pubescente, mox glabrato, fusco-rubiginoso; stipite valido, reticulato, pallido; tubulis adnatis porisque inæqualibus albis.

Hab. in fagetis Smolandiaë lectus 1815 nec posthac observatus. — Videtur species spectabilis, statura *Calopodum*, sed tubulis (sporisque?) albis diversus. Pileus 5-12 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, 2½ cm. crassus, primo albidus, dein flavescens, tactus subcinere-scens v. olivaceo-flavescens; caro subspongiosa, alba, immutabilis.

188. **Boletus squamulosus** Rostk. t. 47, Fr. Hym. Eur. p. 521. — 4827

Pileo convexo, tomentoso, fusco (fusco-brunneo); stipite firmo, subæquali, squamuloso, pallescenti-cupreo; tubulis adnatis porisque minutis, rotundis albis.

Hab. sub Sambuco in Germania (Rostkowitz) — Pileus 5-7 cm. latus; stipes 3-5 cm. longus. Ex habitu iconis varietas *B. vaccini* videretur, sed descriptio nimis obstat, et si tubuli constanter albi, insignis. Una cum *B. fuscescente* et *rubiginoso* peculiarem gregem facile sistit.

189. **Boletus concretus** Dur. et Lév. Expl. Alg. t. 32, f. 3. — Pileo 4828

convexo-expanso, margine rotundato, 7-8 cm. lato, 15-18 mm. crasso, cinnamomeo, levi, glabro; poris subhexagonis, majusculis,

1 m'm. diam., brevibus carneque punctulata pallide alutaceis; stipite centrali obconico cinnamomeo, levi, albo-punctato, basi nigropunctato, 5 cm. longo, 2 cm. crasso.

Hab. in Algeria. — «Videtur lentus, an ergo *Polyporus?*»

190. **Boletus amœnus** Thüm. Bayreuther Pilze p. 30, im 7. Ber. d. botan. Vereins in Landshut, Wint. Pilze p. 480. — Pileo carnoso, levi, convexo, stramineo, margine levi; stipite tenui, curvato, albo lutescente, carnoso, purpureo-maculato; tubulis minimis, brevibus, luteis, aequalibus, rotundatis. 4829

Hab. ad terram, Eremitage pr. Bayreuth Bavariae.

191. **Boletus napipes** Mull. Linn. Journ. XIII, p. 161. — Pileo pulvinato rubro-fusco demum nigrescente; stipite obconico; poris liberis citrinis. 4830

Hab. in pratis prope fluvium Albert Australiae.

192. **Boletus chromipes** Frost in Peck 27 Rep. p. 52. 4831

Hab. in silvis, Northville, New York Amer. bor.

193. **Boletus Russellii** Frost in Peck 29 Rep. p. 11. 4832

Hab. in silvis, Sandlake, New York Amer. bor. rarus. — Singularis ob stipitem longum, lacunosum, reticulatum atque rugosolaceratum, qui apice attenuatur atque interdum fortiter basi incurvus. Cf. Frost formam legit stipite valde contorto.

194. **Boletus fruticicola** Berk. Hook. Journ. VII, 574. 4833

Hab. in Tasmania.

STROBILOMYCES Berk. Outl. p. 236 (Ety'm. *strobilos* et *myces*, ob pileum strobilaceo-squamosum). — Hymenophorum leve, Tubuli ab eo aegre separabiles, ampli, aequales. Pileus stipesque eximie squamoso-squarrosi, carnoso-tenaces. Sporae majusculae, typice saturate coloratae.

1. **Strobilomyces strobilaceus** (Scop.) Berk. Outl. p. 236, *Bol. strobilaceus* Scop. Ann. Hist. Nat. IV, t. 1, f. 1, Dicks. Crypt. Brit. t. 3, f. 2, Fr. Hym. Eur. p. 513, Gill. Champ. c. icone, Krombh. t. 74, f. 12, 13, Rostk. t. 38, Quélet t. 16, f. 1. *B. strobiliformis* Villars III, p. 1039, *B. stygius* Wallr. Crypt. IV, p. 608. *B. coniferus* Pers. Myc. Eur. 2, pag. 146, *B. Lepiota* Vent. t. 1, f. 1, 2. *B. squamis squarrossis*: *B. echinatus* Vill. *B. squarrosus* Pers. Myc. Eur. 2, t. 19. — Nigrescenti-umbrinus, pileo pulvinato, squamis crassis floccosis imbricato; stipite aequali, velato, apice sulcato; tubulis porrecto-adaatis, poris amplis, angulatis, albidofuscis; sporis subglobosis, fusco-brunneis, asperulis. 13 z 9-10. 4834

Hab. in silvis tam frondosis quam acerosis Europæ et Amer. bor. haud frequens. — Pileus 5-12 cm. latus; stipes 8-16 cm. longus. Habitus *Hudni imbricati*; caro fracta nigrescens v. rubescens. — Cl. Voss (in Verhandl. d. Zool. bot. Gesell. Wien 1885) distinguit ex iconibus auctorum *B. strobilaceum* Scop. a *B. strobiliformi* Vill. sed differentie forte magis pendent a manu pictorum quam ab ipsa natura.

2. **Strobilomyces floccopus** Vahl in Fl. Dan. t. 1252, Fr. Syst. Myc. 4835
I. p. 393. Hym. Eur. p. 513, Chevall. Par. t. 6, f. 10, *B. strobiliformis* Cumino in Act. Taur. II, *B. cinereus, floccopus, gyssypinus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 145, 146. — Cinereus, demum nigrescens, pileo pulvinate, molli, tomento areolato-fasciculato, squamoso-squarroso obvoluto, velo bombycino, crasso, annulari appendiculato; stipite valido, inferae umbrino-tomentoso, sursum lacunoso; tubulis postice abbreviatis, poris magnis albo-griseis; sporis perfecte globosis, fuscis, 9 μ . diam., brevissime stipitatis.

Hab. in silvis umbrosis Europæ, raro. — Pileus 10-12 cm. latus; stipes 10-12 cm. longus, 2½ cm. crassus. Valde spectabilis, priore firmior et amplior, sed manifeste affinis, stipite nunc certo, nunc elongato.

3. **Strobilomyces montosus** Berk. Fung. Hook. tab. DCCCLXXII et 4836
Hook. Journ. 1851, p. 78. — Pileo verrucis paucis floccosis pyramidalis montoso, nigro-fusco, interstitiis amethystinis; stipite concolore squamoso, poris subadnatis fuscis, ore luteo.

Hab. ad fragmenta lignea, Sikkim Himalayæ.

4. **Strobilomyces nigricans** Berk. Dec. n. 398 Hook. Journ. 1852, 4837
p. 139. — Minor; pileo convexo expanso, obtusissimo, centro verrucis hexagonis exasperato, margine floccoso-squamoso; contextu subsuberoso; stipite solido, subæquali, flexuoso, floccoso-squamoso; sporis 12 μ . long.

Hab. in silvis, Kala-Panee, Khasya Indiae et Queensland Australiae. — Pileus 6 cm. lat.; stipes 5 cm. altus, 12-13 mm. cr.

5. **Strobilomyces ananæps** Berk. Austr. Fung. n. 61 (sub *Bolet.*) — 4838
Pileo convexo, in verrucas planas crassas amplas rupto floccoso-squamoso; sporis 29 μ . long. (αβ).

Hab. ad Wangaratta Australiae. — E diagnosi videtur potius *Strobilomyces*.

6. **Strobilomyces coccineus** Fr. Epier. p. 423 (*Bolet.*), Fungus etc. 4839
Plum. Fil. Amer. t. 167, f. A. A. — Pileo globoso, coccineo, squamoso margine longe excedente et in velum incurvato.

Hab. in America. — Inter Strobilomyces et *Bol. versipollem* medius.

BOLETINUS Kalchbr. Ic. sel. Hym. Hung. p. 52 (Etym. demum a *Boleto*). — Hymenophorum non leve (ut in *Boleto*) sed in mucrones porrectum, tramæ instar inter tubulos descendens. Tubuli ægre ab hymenophoro et a se invicem secedentes. Stipes annulatus, cavus. Sporæ flavicantes. — E caractere dato omnino sistit peculiare genus, sed tota facies *Boleti*.

1. **Boletinus clavipes** Opat. Comm. p. 11, Kalchbr. Ic. sel. pag. 52. ⁴⁸⁴⁰
t. XXXI, Fr. Hym. Eur. p. 520, QuéL. 10. Suppl. p. 9. — Pileo convexo, umbonato, sicco, sordide futeo, floccis imatis squamuloso; stipite tenui, cavo, infra annulum flocculoso; tubulis decurrentibus, poris majusculis, compositis, lutescentibus; sporis ellipsoideo-oblongis, flavidis, 10 μ . longis.

Hab. in Styria detectus a KLOTZSCH; in Hungaria lectus a KALCHBRENNER eoque teste a STAUDE et LENZ [sub nomine *B. squamigeri*] ad Schepfenthal Thuringiæ; in Vogesis (MOUCHEOT). — Est inter nobilissimos *Boletos*. Pileus 6-8 cm. lat. ex observatione Kalchbrenneri sæpe obtusus; hymenium flavum, dein virescens.

GYRODON Opatowski in Wiegm. Arch. f. Naturg. 1. p. 5 (1856), Fr. Hym. p. 518 (subgen.) (Etym. *gyrus* ob poros gyrosos). — Pori sinuosi v. gyroso-plicati; tubuli brevissimi (1-2 mm. long.) ab hymenophoro levi ægre secedentes. Sporæ flavide v. rubiginosæ.

1. **Gyrodon volvatus** Pers. Myc. Eur. 2. p. 124, t. 17, f. 2 (*Bol.*), Fr. ⁴⁸⁴¹
Hym. Eur. p. 518. — Pileo convexo, levi, glabro, griseo-splendente, subtus albo; stipite aequali, levi, concolore, volva laxa, lacerata emcto; poris confusis, laceris.

Hab. in silva prope Mans in Gallia. — Si hic typicam sistit formam, maxime insignis volva instar *Amanitopsisidis vaginatae* laxa, rupta squamas in pileo relinquente. Neglecta volva ad *B. viscalum* proxime accedere videtur.

2. **Gyrodon placidus** Bonord. in Bot. Zeit. 1861, p. 204 (*Bol.*), (cum plena ⁴⁸⁴²
deser.), Fr. Hym. Eur. p. 518. — Pileo c convexo explanato, glabro, viscido, flavo-albo, margine primo involuto, dein exserto acuto, carne candida; stipite obeso, subbulboso, albo, rubro-ferrugineo-maculato et striato; tubulis curtis, decurrentibus, flavis, poris sinuosis, demum e rubro ferruginascentibus; sporis ovatis, minutis.

Hab. in nemore ad Ravensberg Guestphaliæ. — Species vide-

tur bene distincta; pileus forma varians, sæpe tubulis decurrentibus obconicus, sed typicus explanatus, 8-11 cm. latus; tubuli inæquales, unde oriuntur sinus, plures includentes. Sec. Bon. sporæ fusco-rubrae, sed verisimiliter ex errore observationis, hic enim color est tubulorum provectorum.

3. **Gyrodon Oudemansii** Hartsen Fl. Bat. t. 936 (*Bol.*), Fr. Hym. Eur. 4813

p. 500, Hedw. 1878, p. 122. — Pileo convexo, pulvinate, pellicula levi, viscosa tecto, albo, tandem citrino, margine acuto; stipite æquali, gracili, albo, maculis punctisve elevatis, sanguineis subreticulatis pulcherrime picto; tubulis decurrentibus, curtis 2-3 mm. long., poris minutis ore circularibus, ovalibus flexuosisque concoloribus.

Hab. in Batavia prope Zorst. — Stipes irregulariter reticulatus, 5-10 cm. longus; pileus 4-9 cm. latus; caro spongiosa, ingrata oleus, fracta diu immutata, tandem violacea. Sec. Hartsen et Quélet species vix diversa a *G. placido*.

4. **Gyrodon fusipes** Heuffer in Rab. Exs. n. 712 (*Bol.*), Fr. Hym. Eur. 4844

p. 500. — Pileo pulvinate, eburneo, tandem citrino, glutine pallescente oblitato; stipite deorsum attenuato, elongato, firmo, albo, fusco-maculato; tubulis decurrentibus, inæqualibus, guttatis; sporis subcylindraceis, 10 μ . longis.

Hab. in Europa australi — Pileus 2½ cm. latus; caro pilei stipitisque alba. Sec. Hartsen (Hedw. 1876 p. 122) species a *G. placido* non diversa.

5. **Gyrodon rubrescens** Trog. in Fl. 1839, p. 349 (*Bol.*), *B. Sistotrema* 4845

Rostk. t. 19 (non Fr.), Fr. Hym. Eur. p. 518. — Pileo planiusculo, explanato, glabro, subviscoso, rufescente, margine acuto; stipite æquali, subincurvo carneque rufescentibus; tubulis brevibus, subdecurrentibus, poris irregularibus, laceratis, demum confluentibus; sporis 6-7 μ . longis, globoso-ellipsoideis, subolivaceis, 1-guttatis.

Hab. in alnetis Europæ. — Ex Trog stipes cinereo-fuscus, intus brunneo-rufus, luteo-variegatus; pileus primo luteus, carne primo lutea, dein virente, demum rufescente. E Rostkowio stipes rufescenti-pallidus, superne flavidus, carne rufo-brunnea. De identitate tamen nullum dubium, teste Frieso.

6. **Gyrodon lividus** Bull. t. 490, f. 2 (*Bol.*) (haud bona, pileo stipiteque 4846

rufis), Fr. Epicr. p. 414, Hym. Eur. p. 519, Secr. n. 45, Gill. Champ. c. icone, *B. brachyporus* Pers. Myc. Eur. 2, pag. 128, Letellier t. 606 (gilvus). — Pileo e convexo explanato, e sericeo glabro, tigrino, e fuligineo-livido lutescente; stipite levi, æquali, fuscescenti-luteo; tubulis brevissimis, longe decurrentibus, hymenophoro

adnatis, poris lirellæformibus, e luteo virescentibus; sporis ovatis, uniguttulatis, flavis, 7-8 \approx 6.

Hab. in locis humidis, præcipue in alnetis Europæ. — Stipes 5 cm. longus. Icones et descriptiones valde differunt, sed junguntur tubulis brevissimis, hymenophoro adnatis, longe decurrentibus, luteo-virescentibus. Duæ recedentes formæ infra describuntur. —

* **G. alneti** Lindgr. mscr. Fr. Hym. Eur. p. 519: pileo e convexo applanato, glabro, dilute gilvo, interdum fusco-maculato; stipite glabro, candido; tubulis aureis. In alnetis: lectus in Vestrogothia. Valde elegans, facile speciei typus; pileus explanatus 10 cm. usque latus. In speciminibus minoribus stipes basi attenuatus. — * **G. labyrinthicus** Fr. Hym. Eur. p. 519: pileo convexo, gibbo, dein explanato, obscure fusco; stipite glabro, levi, pallescente; tubulis adnatis, brevissimis, poris labyrinthicis, ramosis curvatisque, luteis; sporis 5-6 \approx 3-4. Ad littora lacus Mälaren prope Vardsätra. Priore minor, 2½-5 cm. latus: pori lente lustrandi.

7. **Gyrodon Filix** (Gill.) Sacc. et Cub. *Bol. Filix* Gill. Tabl. Hym. 4847 p. 143, Champ. Franc. c. iconc. — Pileo carnoso, convexo-hemisphaerico, firmo, margine subrevoluto, levi, glabro, brunneo-ochraceo, tactu brunneo-rubro-maculato, 6-8 cm. diam., subtus concavo; tubulis brevissimis, albidis, longe decurrentibus; poris exiguis albidis v. griseo-carneolis, inæqualibus vel subrotundis, albo-tomentellis; stipite brevi sursum attenuato, ferrugineo-reticulato, deorsum abrupte bulboso, bulbo latitudinæ pileum subæquante, in mucronem albo-tomentosum desinente; carne firma compacta permanenter alba; odore et sapore obsolete; sporis (ex iconc) minutis, ovoideis, hyalinis.

Hab. in silvis quercinis Galliæ bor.

8. **Gyrodon Sistotrema** Fr. Obs. I, p. 120, Syst. Myc. I, p. 389, Hym. 4845 Eur. p. 519, Karst. Fiml. Polyp. p. 14 Quélet Jur. pag. 243, *B. brachyporus* Rostk. t. 11 (colore recedens), *B. gyrosus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 138. — Pileo tenui, utrinque applanato, glabrato, sicco, rufo-brunneo; stipite tenui, æquali, levi, rufescenti-pallido; tubulis adnatis, brevissimis, inæqualibus, luteo-fulvis, poris demum gyroso-plicatis; sporis elongatis, 10-15 μ . long.

Hab. in silvis siccis Europæ inter Vaccinia. — Stipes 5-12 cm. longus variat flavescens; pileus 5-8 cm. latus semper siccus (non udus); tubuli vix 2½ mm. longi, sed ab hymenophoro secedentes, demum in formam Meralii mutati.

FISTULINA Bull. Champ. I, p. 314, Fr. Hym. Eur. p. 522 (Etym. *fistula* ex tubulis) *Buglossus* Wahlenb. *Hypodryis* Pers. Myc. Eur. — *Hymenium inferum, primum verrucosum, dein tubulos protrudens cylindricos, inter se liberos et discretos.* — Fungi subcarnosi, epixyli, inter Polyporeos et Hydneos medii, Cfr. egregiam dissertationem cl. de Seynes Rech. Veg. inf. I, les Fistulines, Paris 1874.

1. **Fistulina hepatica** Fr. Syst. Myc. I, p. 396 cum ampla veterum 4849
synonymia, Hym. Eur. p. 522, Sverig. atl. Svamp. t. 25, Grev. Scot. t. 270, Ventur. t. 36, t. 1, 2, Barl. t. 30, f. 4-7, Krombl. t. 5, f. 9, 10, t. 47, f. 1-12, Hussey I, t. 65, de Seyn. Fist. p. 68, t. I-VI, *Boletus hepaticus* Hudson, Schaeff. t. 116-120, Bolt. t. 79, Sowerb. t. 58, *B. Buglossum* Retz. Fl. Dan. t. 1039, *Fist. Buglossoides* Bull. t. 74, 164, 497, *Buglossus quercinus* Wahlenb. Succ. n. 2017, *Hypodryis hepaticus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 148. — Succoso-carnosa, arrhiza; pileo integro, sanguineo; tubulis primium pallidis: sporis ovato-globosis, subinaequilateralibus, uniguttulatis, dilute roseo-flavis, 5-6 \approx 3-4 long.

Hab. ad truncos praesertim Quercus sed et Fagi, Castaneae etc. in Europa, Amer. bor. et Australia (MICHENER) et ad Sikkim Indiae. — Versiformis, sessilis vel in stipitem lateralem producta, esculenta. Pileus 20 cm. usque lat.; caro crassa, mollis, superne viscida, fibris tenacibus pereursa, unde rubro-variegata. Status gasterosporus: *Ceratomyces hepaticus*. Cfr. de Seyn. l. c. Arcang. in Giorn. bot. it. 1878, Sacc. Mich. I, p. 362. Conceptaculis tubulis prorsus carentibus e globoso ovoideis, extus rufescentibus, papillato-asperulis, intus purpurascentibus, radiatim locellatis; locellis elongatis saturatioribus, hyphis sporisque farctis; sporis (gasterosporis) ad apicem hypharum ramulosarum racemose aggregatis, ovoideis v. suboblongis, 6-10 \approx 5, rarissime sub-1-septatis, granulosis, hyalinis. Nascitur ubique cum statu perfecto.

2. **Fistulina radicata** Schw. Fung. Carol. n. 945, Fr. Epier. p. 504, 4850
de Seyn. Fist. p. 68. — Carnoso-coriacea; pileo lobato, subramoso, spadiceo; tubulis badiis; stipite in radicem longissimam attenuato.

Hab. non rarus in truncis cavis, praesertim Castaneae in Carolina. — Forinam fere habet *Pleuroti* e. g. *P. petaloidis* §. Pileus rarissime 2½ cm. superans; substantia firmior, minus apte cum lingua bovina comparanda. E contrario stipes constantior in radicem longissimam, attenuatam, lignosam porrectus est et fissuras arborum ad intima penetrat. Hoc modo inter Polyporos aliosque

fungos dimidiatos semper vidimus, pileum, quo distinctior sit stipes, eo magis diminui et versa vice. Schw. l. c.

3. **Fistulina pallida** B. et Rav. North Amer. Fungi n. 173, de Seyn. 4851
Fist. p. 67, t. VII, f. 4, a, b, c. — Pileo reniformi pallido-rubente; stipite laterali; tubis decurrentibus.

Hab. ad terram in montibus Carol. inferioris Amer. bor. (RAVENEL). ad basim trunci *Quercus albæ* in Alabama (PETERS). — Pileus $2\frac{1}{2}$ -5 cm. latus, circiter $2\frac{1}{2}$ cm. longus, pulverulentus siccus flavo-brunneus; margo inflexus; stipes 2 cm. longus, 8 mm. crassus, siccus striatus. Sporæ eadem ac *F. hepaticæ*.

4. **Fistulina spathulata** B. et C. North Am. Fungi n. 174, de Seyn. 4852
Fist. p. 67, t. VII, f. 1, 2, 5. — Pileo tenui, spathulato in stipitem gracilem basi attenuatum cum tubulis decurrente.

Hab. ad basim *Quercus* in Alabama Amer. bor. (PETERS). — Pileus 18 mm. latus, pulverulentus, postice in stipitem lateralem attenuatus, saturate rubro-brunneus; stipes 5 cm. vel ultra longus, 3 mm. sursum crassus, valde inferne attenuatus. Tubuli pileo pallidiores, lutescentes. Sporæ ut in *Fistulina hepatica*.

5. **Fistulina rosea** Mont. Cent. VII, p. 39. — Tota rosea; pileo sessili lobato, lobis imbricatis, supra velutino, subtus tubuloso? tubulis concoloribus, minimo tactu humorem purpureum stillante. 4853

Hab. ad lignum putridum in silvis brasiliensibus (WEDDELL).

POLYPORUS Mich. Gen. p. 129, emend. Fr. Nov. Symb. p. 30. Cooke Præc. p. 80 (Etym. *polys* multus et *poros* porus). — Pileus carnosus-lentus, dein induratus (raro e caseoso-floccoso fragilis), extus absque sulcis et zonis, sed contextu fibroso-radiante saepeque zonato. Pori nunquam stratosi. — Hymenophorum inter poros in tramam descendens; pori hinc cum pilei contextu connati nec a se invicem separabiles, primitus obsoleti v. nulli dein rotundi, angulati lacerative.

Divisiones antiqui vastissimi generis, *Polypori* ab ipso Frieso in suis Nov. Symb. propositas et a Cookeo in suo «Præcursore» acceptas amplexi sumus. Multa tamen restant, ut in hoc genere difficillimo habeamus tutam et claram methodum ad determinandas formas. Quotiesne adhuc in determinando specimen non dubitamus ne dicam de qua specie, sed de quo genere, num de *Polyporo*, an *Polystictico* an *Tramete* etc. agatur! Sat est videre quot species ab uno in alterum genus continuo transferantur! Cum nobis comperta erit omnium formarum structura penitior et potissimum carpologica, tunc determinationes multo certiores et faciles fient, hinc analyses microscopice exoptatissime. — A typo *Polypori* distant plures species poris sinuosis, labyrinthiformi-

bus intricatisque, e. g. *P. salignus*, *P. lacteus*, *P. trabeus* etc. etc. qui differunt, ut Daedaleæ a Trametibus. Facile a Daedaleis dignoscuntur carne primo molli succosa, poris tenuibus angustis, dissepimentis tenellis, trama discolori nulla. Hi, auctore Frieso, ut peculiare genus sub *Postia* nomine distinguendi essent, in præsentī vero distinctionis notæ sæpius nimis incertæ v. non sat clare indicatæ sunt ut possimus hujus generis species rite discernere.

- A) OVINI Fr. Nov. Symb. p. 48, *Polyporus* Karst. s. s., *Caloporus* Qu.-l. — Mesopodes, carnosī, terrestres.

Pileo imposito, squamoso floccosove.

1. **Polyporus tessulatus** Fr. Syst. Myc. I, p. 342 c. syn., Hym. Eur. 4851
p. 523, Mich. t. 71, f. 2. — Pileo carnosō, convexo, regulari, tessulato-rimoso stipiteque centrali, aequali, elongato, villosō-squamoso cinereis; poris amplis, tetragonis, pallidioribus.

Hab. in alpidibus Europæ australis. — Nobilis. *P. Pedi-capræ* affinis, sed eumorphus et regularis.

2. **Polyporus Tuberaster** Fr. Syst. Myc. I, p. 347 c. syn., Hym. Eur. 4855
p. 523, Ventur. t. 47, f. 6, Jacq. Coll. Suppl. t. 8, 9, Paul. t. 165, 166, Mich. t. 71, f. 1, Batt. t. 24, A. — Pileo carnosō, lento, e plano infundibuliformi, repando, villosō-squamoso, flavescente; stipite curto, firmo, lento, glabro porisque firmis, subangulatis, aequalibus albidis.

Hab. in montibus Italiæ et Germaniæ. — Pileus 5-12 cm. latus; mycelium terram in massam lapidariam conglobat, quo aliorum translato (etiam in Sueciam) propagatur et in usum culinarem in Europa australi passim colitur.

3. **Polyporus subsquamosus** (Linn.) Fr. Syst. Myc. I, p. 346 c. syn., 4856
Hym. Eur. p. 523, Sverig. atl. Svamp. t. 53, *Boletus* Linn. Suec. n. 1250, Wulf. in Jacq. Coll. I, p. 342, non Secr. — Pileo carnosō, tenaci, explanato, levigato, albido, plerumque areolato-squamoso; stipite obeso, duro, glabro, albido; poris mollibus, subflexuosis, inaequalibus, albis.

Hab. in Europæ pinetis siccis, montanis et alpinis inter acies emergens. — Amplus (18-20 cm. usque), admodum firmus, sat regularis, simplicissimus, a sq. diversissimus; stipes 1-2 cm. longus crassusque. — Var. **repandus** Fr. Syst. Myc. I. c.: minor, pileo cinereo fibrilloso; stipite conico albido areolato-squamoso; poris rotundis mollibus, inaequalibus. Insignis. — Var. **luteolus** Beck Pilzfl. Niederöst. IV, p. 59: pileo areolato-squamoso, marginein versus

sublateritius; carne lutea; poris albis, parvis, subpolygonis, saepe denticulatis; stipite albo. In silvis pr. Pottschach Austriae inf., Nov.

4. **Polyporus nodipes** Berk. Hook. Journ. 1852, p. 136, Dec. n. 415. 4857

— Pileo carnoso, umbilicato, orbiculari, subtiliter fuliginoso-flocculoso, margine involuto; stipite communi tuberoso nodoso; poris hexagonis mediis.

Hab. ad terram in mont. Khasya Indiae (HOOKER). — Pileus 7.5 cm. lat.: stipes communis brevissimus. Ab affini *P. subsquamoso* stipite tuberoso, squamarum defectu differt.

5. **Polyporus ovinus** (Schaeff.) Fr. Syst. Myc. 1, p. 346 c. syn., Hym. 4858

Eur. p. 523, Sverig. atl. Svamp. t. 8, Harz. t. 57, *Boletus* Schaeff. t. 121, 122, Fl. Dan. t. 1618, Weimm. p. 307, Krombh. t. 52, f. 1, (Rostk. t. 3, et Lenz f. 41, 42 hujus forma levigata nec prior). — Pileo carnoso, fragili, difformi, impolito, mox diffracto-squamuloso, albido; stipite brevi, inaequali, albo; poris minutis, rotundis, aequalibus, ex albo citrinis.

Hab. in pinetis regionum campestrium Europæ et in Amer. foeder., Car. inf. (CURTIS), Ohio (LEA). — Pileus 6-8 cm. latus, stipes 2½-3 cm. longus. [Numquam hic et *P. subsquamosus* in eadem regione visi]. Valde versiformis, sat compactus, sed fragilis. Etiam crudus, amygdalino sapore gratus, a quibusdam sub excursionibus mycologicis copiose comeditur. Variat caespitosus.

6. **Polyporus flavo-virens** B. et Rav. North Am. Fung. n. 120, in 4859

Grev. I, p. 38. — Pileo molli, irregulari, pulvinate vel depresso, subtiliter tomentoso, flavo-viridi; stipite pallido, subconcolore, crasso; poris irregularibus, dissepimentis tenuibus flavis.

Hab. ad New England Amer. bor. (SPRAGUE). — Pileus 8-10 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 12 mm. crassus; poris ½ mm. lati. In eorundem auctorum Centur. N. Amer. Fung. n. 43 eadem species ita describitur: pileo irregulari lobato subreniformi subtomentoso, sordide flavo, zonis flavo-virentibus primum notato; contextu albo; stipite centrali lateraliq. pileo concolore, hymenio ex albo flavo-virenti profunde decurrenti; poris mediis decurrentibus, angulatis, irregularibus, rotate protracta laceratis. In silvis in Carolina meridionali (RAVENEL). — *Polyporo rufescenti* affinis, *Polyporo cristato* similis.

7. **Polyporus Ellisii** Berk. Grev. VII, p. 5. — Pileo convexo, reni- 4860

formi, carnoso-lento, sulphureo, in verrucas farinaceas concolores rupto; stipite brevi, velutino, reticulato; poris parvis, angulatis, brevibus decurrentibus.

Hab. ad terram in silvis imis, Newfield, New Jersey Amer. fœder. (ELLIS). — Pileus 6 cm. latus et longus.

8. **Polyporus leucometas** (Pers.) Fr. Syst. Myc. 1, pag. 316, Epier. 4861
p. 429, Hym. Eur. pag. 524, Ic. t. 179, f. 1, *Boletus* Pers. Syn.
p. 515. — Pileo carnoso, subfragili, difformi, sericello-squamuloso,
nigro-tuliginoso; stipite valido, inæquali, subtomentoso, concolore;
poris majusculis, inæqualibus, emereis, albidis.

Hab. in pinetis Europæ mediæ et borealis, Amer. bor., Ohio
New England (SERAGUE). — Stipes nunc curtus, tuberosus, $2\frac{1}{2}$ cm.
longus, nunc 5-8 cm. longus, æqualis, intus quoque nigrescens; pi-
leus ad 5-8 cm. dilatatus, carne alba, fracta rubente; pori in ex-
siccatis nigrescentes.

9. **Polyporus Pes-capræ** Pers. Champ. comest. t. 5, Fr. Syst. Myc. 4862
1, p. 354, Hym. Eur. p. 521, Venturi t. 12, Rostk. t. 14, Quélet
t. 17, f. 2, Gill. Champ. c. ic., *Bolet. scobmaceus* Canino in Act.
Taur. 1805 (misit De Notaris), Pers. Myc. Eur. 2, n. 6, 7, Hall.
Helv. n. 2292. — Subcæspitosus; pileo carnoso, fragili, sæpe di-
midiato, rimoso-squamoso, badio, demum fusco-atro; stipite diffor-
mi, ventricoso porisque amplis luteo-albis.

Hab. in pinetis montanis et subalpinis Europæ australioris. —
pileus variat integer et dimidiatus, sed stipitis basis non nigra;
porro cæspitoso-connatus et simplex nec ramosus ut Merismata.
Edulis.

10. **Polyporus asprellus** Leveill. Comment. pag. 14 ad Paul. t. 31, 4863
f. 1-3, Fr. Hym. Eur. p. 521. — Pileo carnoso, firmo, convexo,
difformi, repando, sæpe excentrico, granulato, nigro; stipite inæ-
quali, glabro; poris amplis, angulatis, primo albis, dein leviter ru-
fescensibus.

Hab. in variis Galliæ locis. — Stipes a Leveillé describitur ni-
ger, sed in icone pallidus.

11. **Polyporus hydniceps** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 305. — 4864
Carnosus, versus marginem processibus brevibus cylindræcis vel
subpyramidatis hydnoideis exasperatus; poris brevibus.

Hab. ad ligna emortua Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). —
Pileus 4 cm. latus, cupulæformis, stipite centrali, sæpe in lobos
fiabelliformes diffractus; stipes $2\frac{1}{2}$ cm. longus.

12. **Polyporus radicans** Schw. Amer. Bor. n. 331, p. 155. — Soli- 4865
tarius; pileo pulvinatim applanato marginibus inflexis, centro im-
presso, pallide fuligineo minute subtomentoso, 3,5-4 cm. lato; sti-
pите ex radice longa, fusiformi, suberosa, nigra, 3-5 cm. longa

oriundo, cylindrico, in hymenium obconicum dilatato squamuloso albido, 2-3 cm. longo; poris ovatis curtis majusculis, regularibus, dissepimentis crassiusculis.

Hab. in terra lignosa juxta truncos Bethlehem Pennsylvaniae.

13. **Polyporus Hartmanni** Cooke Grev. XII, p. 14. — Pileo carnoso, 4866
subfragili, saepe dimidiato, leniter velutino, fusco-rubescente, margine pallidiore, plano vel late umbonato, disco crasso; stipite ventricosso crasso, hinc illinc subradicato, sursum rubro velutino, deorsum pallidiore, subreticulato-tomentoso; poris minimis, rotundis, aequalibus, brevissimis, leniter decurrentibus, pallidis; sporis minutis, ellipticis, albis.

Hab. ad terram, Toowoomba in Queensland Australiae (HARTMANN). — Species elegans ad Boletum accedens trama descendente; pileus 8 cm. diam.; stipes 6 cm. longus, 2½ cm. crassus. Ad specimen exsiccatum descriptus.

14. **Polyporus caeruliporus** Peck 26 Rep. pag. 68. — Pileo carnoso, 4867
late convexo, udo vel hygrophano, brunneo; poris brevibus, angulatis, decurrentibus, griseo-caeruleis; stipite centrali vel eccentrico, solido, pileo plerumque etiam poris concolore; carne alba.

Hab. in umbrosis humidis, Copake, New York Amer. bor. (PECK). — Gregarius vel subcaespitosus, 5 cm. altus; pileus 2½-5 cm. latus; stipes 4-7 mm. crassus. Pororum color peculiaris speciei characterem acutum sistit.

15. **Polyporus olivaceo-fuscus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 47. 4868
Totus olivaceo-fuscus; pileo carnoso, convexo, pulverulento-tomentoso; stipite deorsum incrassato, ventricosso, pulverulento, rugoso; poris brevissimis, minutissimis, decurrentibus.

Hab. ad ligna emortua, Kandy, Ceylon (THWAITES). — Pileus 5 cm. latus, margine incurvo acuto; stipes 4 cm. longus, 18-25 mm. ad centrum crassus, 12 mm. apice, sursum attenuatus, longitudinaliter rugosus; pori haud 1 mm. longi. Affinis *P. ocino*.

16. **Polyporus persicinus** B. et C. North Am. Fungi n. US. — Pi- 4869
leo molli, tomentoso, pulvinateo, atro-purpureo; stipite crasso, concolore; poris angulatis; carne rubida, sub cuticula atro-purpurea, quandoque zonata.

Hab. in Carol. inf. Amer. foder. (RAVENEL). — Pileus 10 cm. vel ultra latus, saepe obliquus; stipes 5 cm. longus, 4 cm. crassus; pori ½ mm. lati. — In eorundem auctorum Centuria N. Am. Fung. n. 42 ita describitur species: stipite centrali obeso, conico; pileo crasso, maximo, pulvinateo, centro depresso, velutino, fulvo-brun-

neo, quandoque purpurascenti, confluenti, margine lobato vel undulato, obtusissimo; contextu aquoso-spongioso, zonato, pallide lilacino; poris parvis, albidis, decurrentibus, dissepimentis tenuibus. Ad pedes truncorum in pinetis in Carolina inf. (RAVENEL). — *Polyporo tubuliformis* et *Schwenitzii* affinis, at contextu porisque albis distinctus. Pileus 20-25 cm. latus; stipes 7.5 cm. denum crassus.

17. **Polyporus myclodes** Kälchb. Grev. IV, p. 73. — Pileo carnoso, fragili, irregulari, subrepando; profunde umbilicato, fere infundibuliformi, superficie inaequali, ruguloso, obsolete villosa, alutaceo vel pallide fusciscente. 4870

Hab. in terra ad basin truncorum Graeciae Australiae (O'SUANESEY). — Stipes solidus inaequalis, obconicus, in pileum dilatatus, cum poris curtis, minutis, inaequalibus, albidus; caro alba. Edulis videtur. (*Myclos* = caro vegetabilis).

** Pileo glabro (rarius viscoso).

18. **Polyporus viscosus** Pers. Myc. Eur. 2, p. 11, Fr. Elench. p. 74. Hym. Eur. p. 525, *B.* adultior, major, poris majoribus. *Pol. laurinus* Pers. l. c. p. 37. — Rufo-badius; pileo carnoso, fragili, glabro, viscoso; stipite subbrevis, tenui; poris decurrentibus, majusculis concoloribus. 4871

Hab. ad terram Galliae, Italiae. — Stipes 4 cm. longus, 5 mm. et ultra crassus; pileus 5-8 cm. latus. Sola, ut videtur, species viscosa in hoc genere.

19. **Polyporus xoilopus** Rostk. t. 10, Fr. Hym. Eur. p. 525. — Pileo carnoso, lento, glabro, fusco; stipite cavo, crasso, deorsum ventricosissimo, radicato, glabro, badio; poris decurrentibus, minutis, angulatis, inaequalibus, fusco-badiis. 4872

Hab. in pinetis Europae, rarissime. — Valde singularis, si typica species; stipes 4 cm. longus, sed pileus modo 1-1½ cm. latus; caro stipitis fulvella, pilei carnea. Frieso suspecta species.

20. **Polyporus virellus** Fr. Epicr. p. 429, Hym. Eur. p. 525. *P. cristatus* Ventur. tab. 62, f. 2-3, *B.* longipes; *P. agilis* Vivian. t. 57. — Simplex; pileo carnoso, fragili, e convexo plano, subrepando, levi, glabro, virescente; stipite levi, glabro, albo; poris minutis, rotundis, albis, denum rufescentibus. 4873

Hab. in pinetis Europae australioris. — Statura varius, inaequalis, carne alba, sicca saepe virescente. Caveas, ne confundas eam forma subsimplici *P. cristati* Schaefl. t. 113.

21. **Polyporus politus** Fr. Epicr. p. 129, Hym. Eur. p. 525, le. t. 179, 4874
f. 2, *P. pachypus* Pers. Europ. 2, p. 47. — Pileo carnoso, lento,
planiusculo, subrepando, levi, glabro, sublateraliter; stipite elongato,
inaequali, firmo porisque rotundis, tenuibus, denticulatis, albis.

Hab. in silvis Europæ, raro. — Major, subniveus, pileo disco
compacto, marginem versus tenui, carne alba; stipes 8 cm. longus,
digiti majoris crassitie, saepe excentricus, subradicans.

22. **Polyporus poripes** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 48. — Pileo carno- 4875
so-lento, sinuato-repando, glabro, cinereo-fusco; stipite centrali
vel excentrico, firmulo, glabro, e poris decurrentibus punctato
porisque mediis curtis acutis albidis.

Hab. ad terram in montosis Carolinae Amer. bor. (CURTIS). —
Pileus azonus, 3,5-7 cm. latus; stipes 2,5-4 cm. longus, 6 mm.
crassus. *Polyporo polito et fuligineo* affinis.

23. **Polyporus rutosus** Rostk. H. 28, t. 22, Fr. Hym. Eur. p. 525, 4876
— Albus; pileo carnoso, fragili, infundibuliformi dimidiatove, gla-
bro, margine involuto; stipite firmo, subexcentrico lateralive, gla-
bro; poris decurrentibus, angulatis, dentatis lacerisque.

Hab. ad terram solo calcareo ad Sedinum. — Pileus 5-8 cm.
latus; stipes circiter 3-4 cm. longus. Ex habitu iconis ad *P. in-
cendiarium* accedit, sed carne fragili et loco natali videtur di-
stinctus.

24. **Polyporus fuligineus** Fr. Syst. Myc. I, p. 348 cum syn., Hym. 4877
Eur. p. 525, Quel. p. 250, *B. polyporus* Bull. t. 469. — Pileo
carnoso, coriaceo, tenui, umbilicato-depresso, glabro, subfuligineo;
stipite aequali, tenui, glabro, utrinque incrassato, pallido; poris mi-
nutis, rotundis, aequalibus, e niveo pallescentibus.

Hab. ad terram nemorum in Europa raro. — Tam loco, quam
carne molli a sequenti grege distinctus. Stipes basi saepe fulve-
scens. Pileus 3-6 cm. et ultra latus, margine inflexo subrepandus,
carne alba.

25. **Polyporus Campbellei** Berk. Hook. Journ. 1854, p. 228, Dec. of 4878
Fungi n. 488, Fries Nov. Symb. p. 32. — Lignicolor, subcarno-
sus; stipite centrali, cum pileo turbinato undulato confluyente; po-
ris minimis, brevibus, decurrentibus.

Hab. ad terram, Poonah Indiae (CAMPBELL). — Pileus 7-8 cm.
latus; stipes subinde leniter excentricus, inaequalis, elongatus.

26. **Polyporus nanus** Dur. et Mont. Syll. Crypt. n. 478. — Mesopus, 4879
parvulus, carnosus-lignosus; pileo convexo-hemisphaerico, glaberri-
mo, ochraceo-pallescente; stipite brevi superne excavato, basi in-

crassato-bulboso, concolori, nudo: poris non decurrentibus pro ratione amplis ore obtuso albis.

Hab. in collibus siccis circa Mascara Algeriæ, arena sepultus (DURIER). — Totus fungus unicolor, fragilis, centimetro parum major; pileus cum stipite lignosus, convexo-hemisphæricus 10-12 mm. latus; stipes 10-12 mm. long., 1 mm. medio crass. A *P. pachypode* Mont. stipite centrali, poris obtusis, haud denticulatis satis superque differt.

27. **Polyporus griseus** Peck 26 Rep. p. 68. — Pileo carnoso, fitmo, 4880
convexo, saepe irregulari, glabro vel minute adpresse sericeo tomentoso, sicco, griseo; stipite centrali, crasso, brevi, concolore; poris minutis, brevibus, inaequalibus, subangulatis; carne roseo-grisea.

Hab. in umbrosis, Copake, New York Amer. fœder. — Statura 5-8 cm. metiens; pileus 8-13 cm. latus; stipes 13-21 mm. crassus. Pori quandoque decurrentes atque parietes seu dissepimenta acie incrassata.

28. **Polyporus popanoides** Cooke Grev. IX, p. 97. — Pileo carnoso, 4881
fragili, albo, glabro, tuberculoso, magno; stipite laterali, brevi, crasso, solido; margine incurvo, flexuoso; poris curtis, minutis, integris, albo-pallescentibus.

Hab. ad terram (?) in insula Mauritiæ. — Pileus 22 cm. lat., centro 2.5 cm. cr., substantia *P. sulphurei*; stipes lateralis 5 cm. long., 2.5 cm. cr., forte e ligno patri oriundus.

29. **Polyporus pseudoboletus** Speg. Fungi Guar. Pug. I, p. 30. — 4882
Coriaceo-lentus, terrestris; pileo hemisphærico-explanato 5-9 cm. diam., centro, præcipue in juventute, profunde umbilicato, glabro, concentricè irregulariterque zonato-sulcato, obsolete et laxè radiato-ruguloso, primo castaneo-fusco, dein sordide fusco-subatro opaco, cute tenui, carne fibroso-floccosa, pallide ferruginea vel subfulva, tenui 2 mm. crasso, margine integro non vel vix repandulo, obtusulo, fertili; poris compactiusculis integris aequalibus ore parvulo, 200-250 μ . diam., rotundato-angulato, dissepimentis tenuibus, aridis flaccidulis, fusco-cinnamomeis, sæpius abbreviatis, 1.5-3 mm. long.; stipite brevi tereti, lignoso, 4-5 cm. longo, 6-8 mm. crasso, carne alba, iatus cavo, cute crustacea, atra, opaca, pruina arcte adnata sordide testacea obducto, basi longiuscule 2-3 cm. longo, 5-7 mm. crasso, noduloso-radicato; basidiis et sporis non visis.

Hab. in detritis terreis in silvis subvirgineis prope Guarapi. —

Hymenium stipite adpressum sed in eo non confluenti decurrens sæpeque ibi submarginatum.

- B) LENTI Fr. Epier. p. 430. *Polyporellus* Karst. p. p. *Leucoporus* Quel. — Mesopodes, e carnosio lenti, indurati, epixyia: basis stipitis concolor nec nigra.

* Pileo imposito, squamoso villosove.

30. **Polyporus lepideus** Fr. Epier. p. 430, Hym. Eur. p. 526, *Bol.* 4883 *subsquamosus minor* Weinm. Ross. p. 307. — Pileo carnosio-lento, e convexo depresso, flocculoso, pallido, dein rimose squamoso, lutescenti-fuligineo; stipite firmo, curto, aequali, reticulato-squamoso; poris minutis, rotundis, niveis, dein pallescentibus.

Hab. in truncis Betule, Fagi raro, in Europa et Amer. bor. — Stipes subcentralis 4 cm. longus, $1\frac{1}{4}$ cm. fere crassus; pileus $2\frac{1}{2}$ cm. latus.

31. **Polyporus lentus** Berk. Outl. p. 237, t. 16, f. 1, Fr. Hym. Eur. 4884 p. 526. — Pileo e carnosio-lento coriaceo, umbilicato, squamuloso, azono, ochraceo-pallido; stipite brevi, centrali v. excentrico, incurvo, hispido farfuraceoque, concolore; poris decurrentibus, irregulâribus, albis.

Hab. ad Ulices vietas in Anglia, ad caules putres in Amer. foder. Connecticut (C. WRIGHT), in Brasilia (GARDNER). — Pileus 4 cm. latus; stipes 12-25 mm. longus, 9 mm. crassus. Hic et *P. lepideus* medii inter *P. squamosum* et sequentes. Ex icone pileus demum glabratus.

32. **Polyporus brumalis** (Pers.) Fr. Syst. Myc. I, p. 348 cum synon., 4885 Hym. Eur. p. 526, Berk. Outl. n. 237, Weinm. p. 309, Pat. tab. 135, *Boletus* Pers. Syn. p. 517, sitaneum sistit Batsch f. 42; hornotinum, vernalem Fl. Dan. t. 1297, *B. fasciculatus* Schrad. Spic. p. 154. — Pileo e carnosio-lento coriaceo, subumbilicato, azono, sitaneo villosio, fuligineo, hornotino squamuloso glabratoque, pallescente; stipite tenui, hirsuto, squamuloso; poris oblongis angulatisque, tenuibus, acutis, denticulatis, albis; sporis oblongatis, curvulis, 2-guttulatis, hyalinis, 6 = 2.

Hab. ad truncos Fagi, Quercus etc. vulgaris in Europa, Amer. foder., Carol. med. et super. Newfield ad terram (ELLIS), in Africa in silvis montis Boschberg prope Somerset-East, Promont. Bonæ Spei, in ramis dejetis (Mac OWAN). — Pilei 2-12 cm. lati margo subfimbriato-ciliatus, caro alba; pori demum lutescunt; stipes 2-5 cm. longus, 4-9 mm. crassus. In truncis cavis cellisque adest for-

na pumila, subpulverulenta, que *B. pusillus* Schrad., *Pol. debilis* Wallr. Species admodum variabilis, unde plures species dubiæ propositæ. Exstat verosimiliter inter has species media, distincta poris minutis, rotundis, obtusis, cujus typus *P. tomentosus* Rostk. 4, t. 8, non Fries. Inquirendum, num *P. floccipes* Rostk. 28, t. 13 et *P. brachypus* l. c. t. 11 ad *P. brumale* sint referendi, et ad *P. arcularium* *P. intermedius* Rostk. 4, t. 33 atque ad illius formam pumilam *P. alceolarius* 28, t. 15.

33. **Polyporus planus** Wallr. Fl. Crypt. n. 2943. — Pileis coriaceis orbiculatis tenuatis utrinque deplanatis, supra stipiteque centrali facto, e basi incrassata emergente æquali pallide-fuscis, furfure parco mox deliquescente adspersis, tubulis brevibus, hyalinis, tennerrimis, rotundis, albis, apice laceris fimbriatis. 1886

Hab. ad terram sterilem glareosam humectam agri hering. Thuringiæ in consortio *Bæomyces rosei*, rarius.

34. **Polyporus callochrous** Lév. Champ. exot. p. 181. — Pileo carnoso-lento, convexo, subumbilicato, obsolete zonato stipiteque elongato cylindrico dense velutinis fulvis, poris angulatis, medus lutescentibus, dissepimentis obtusis. 4887

Hab. ad truncos exoticos (locus ignotus). — Affinis *Polyporo brumali*. Pileus 8 cm. altus, 1 cm. et ultra latus.

35. **Polyporus Weddellii** Mont. Cent. VII, p. 34. — Terrestris; pileo convexo, carnoso, medio umbilicato, concentricè punctato-squamuloso, luteo-fuliginoso; margine glabro; stipite centrali valido pleno, basi attenuata, incurviusculo umbrino-nigrescente, intus albo; poris albis magnis, oblongo-quadratis, concentricè dispositis, dissepimentis crassis, mediis 4 mm. profundis, centralibus haud decurrentibus marginalibusque sensim minoribus. 4888

Hab. ad terram in silvis umbrosis humidisque, Calabranca Brasiliæ (WEDDELL).

36. **Polyporus scabriceps** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 305. — Pileo carnoso irregulari, scabroso, umbrino, margine involuto; stipite brevi scabro; poris parvis, irregularibus, pallidis. 4889

Hab. ad ligna corrupta Cubæ (C. WRIGHT). — Pileus 5 cm. latus; stipes 12 mm. longus, 6 mm. crassus; pori $\frac{1}{4}$ mm. lati, dissepimentis tenuibus, dentatis.

37. **Polyporus penetralis** Smith Journ. Botan. 1875, pag. 98, t. 162, f. 4-8. — Durus demum fragilissimus, parvulus, albidus; pileo suberoso, tenui, undulato, nitido, leniter strigoso ($\frac{1}{2}$ mm. diam.), 4890

stipite elongato, radicato, penetrante; poris elongatis, angulatis, minutis, dentato-laceratis.

Hab. ad stipites Filicum exoticarum (*Dicksonia*) in calidariis Chelsea Angliæ.

38. **Polyporus fractipes** B. et C. North Am. Fung. n. 124. — Ochrea 4891
ceus; pileo reniformi, irregulari, rugoso, tomentoso, hic illic hispidulo; stipite irregulari distorto, quandoque postice aduato, pulverulento; poris minimis.

Hab. in Carol. infer. Amer. fœder. (RAYENEL, CURTIS). — Pileus fere 5 cm. latus; stipes $2\frac{1}{2}$ -4 cm. longus, 4-9 mm. crassus; pori $\frac{1}{5}$ mm. diam.

39. **Polyporus maculatus** Peck 26 Rep. p. 69. — Pileo caseoso, lato, 4892
applanato, quandoque confluenti, sessili vel in stipitem brevem attenuato, subtiliter exasperato, albo vel lutescenti-albo, zonis obscurioribus atque maculis aquosis notato; poris minutis, subangularibus, brevibus, albidis, quandoque brunneo tinctis; carne alba.

Hab. ad arborum truncos prostratos in silvis, Worcester, New York Amer. fœder. — Pileus 10-15 cm. latus, 13-17 mm. crassus. Contextu et forma *P. sulphureo* cognatus sed pori minores. Interdum cœspitosus, interdum gregarius. In speciminibus exsiccatis maculæ depressæ glabræ apparent.

40. **Polyporus dibaphus** B. et C. Grev. I, 36. — Pileo orbiculari 4893
atro-purpureo, subtiliter tomentoso, glabrescente, lineis pallidis hic illic radiato; stipite gracili, subconcolore, deorsum pruinato; poris decurrentibus, ochroleucis, angulatis, parvis.

Hab. ad truncos Ilicis opacæ in Alabama Amer. fœder. (PETERS). — Pileus $2\frac{1}{2}$ cm. latus.

41. **Polyporus luridus** B. et C. North Am. Fungi n. 117. — Pileo 4894
orbiculari, umbilicato, fusco, pulverulento, margine incurvo; stipite cylindrico, subconcolore; poris cinereis, parvis, angulatis.

Hab. in America fœder., Connecticut (C. WRIGHT), Wisconsin (LAPHAM). — Pileus $2\frac{1}{2}$ -4 cm. latus, quandoque rugosus; stipes 12-18 mm. longus, 4 mm. crassus, radicans.

42. **Polyporus delicatus** B. et C. North Am. Fung. n. 119. — Pileo 4895
orbiculari, ochraceo, tomentoso; margine tenui, acuto; stipite brevi radicante; poris angulatis, dissepimentis tenuibus, usque ad basin decurrentibus.

Hab. in Alabama Amer. fœder. (PETERS). — Pileus 18 mm. latus; stipes 6 mm. altus, 4 mm. crassus; pori $\frac{1}{5}$ mm. lati.

43. **Polyporus orbicularis** Saut. Hedw. 1876. p. 150. — Pileo mem- 4896

branaceo-lento, plano, orbiculari, basi abrupta, squamuloso, lutescente, brunneo-marginato; stipite laterali, brevi, albido, basi dilatato, radicante; poris amplis, integris, oblongis, flavidis.

Hab. in ramo fagineo pr. Salzburg. — A proximo *Polyporo Michelii* differt tenuitate, stipite non bulboso, poris flavidis etc.

44. **Polyporus tubarius** Quél. Bull. Soc. Fr. 1878, p. 289. — Pileo 1897
carnoso-spongioso, tenui, convexo, 2 cm. lato, umbilicato, dein tubiformi, ochraceo-fulvescente, griseo-tomentello, margine ciliato-fimbriato; stipite gracili, fibroso, subtomentoso-ochraceo; poris decurrentibus, polygonis, tenerrimis, denticulatis, albis, dein paleaceis; sporis ovatis, 8-9 μ . longis, guttulatis, hyalinis.

Hab. in radicibus Ericæ pr. Mentone Galliae merid. — *Polyporo lento* proximus.

45. **Polyporus Vossii** Kalchbr. in Vossie Materialn zur Pilzkunde 4896
Krains II, pag. 39, in Verhandlungen. d. zool. botan. Ges. 1879. Winter, Pilze, p. 456. — Pileo regulari, initio convexo, dein plano, late umbonato et vertice leniter umbilicato, carnoso-tenaci, 3 cm. lato, ochraceo-brunneo, squamulis rubris consperso; stipite centrali, 2-3 cm. alto, 4,5 mm. crasso, deorsum incrassatulo, levi, castaneo; poris subdecurrentibus, minutis, rotundis, obtusis, pallidis.

Hab. in ligno in Carniola (Voss).

** Pileo strigoso virgatove.

46. **Polyporus vernalis** Fr. Hym. Eur. p. 527, *P. cyathoides* Quél. 4299
Jur. pag. 253. — Pileo e carnoso coriaceo, tenui, plano, sericeo-striato, ochraceo-flavo, demum depresso, expallente; stipite elongato, gracili, squamoso-fibrilloso, albo; poris minutis, fimbriatis, ochraceis.

Hab. in silvis calcareis Juræ. — *P. cyathodes* Pers. differt stipite subnudo basi nigro, poris integris obtusis.

47. **Polyporus virgatus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 304. — Pileo 4990
orbiculari depresso, demum e cuticula rupta virgato, carnoso, tomentoso, glabrescente; stipite sursum incrassato; poris mediis angulatis, dissepimentis tenuibus dentatis, decurrentibus.

Hab. ad ligna emortua Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 8 cm. latus, siccus rufus; stipes $2\frac{1}{2}$ cm. longus, 6-12 mm. crassus, e fibrilloso obscurus; pori $\frac{1}{2}$ mm. lati.

*** Pileo, cupuliformi.

48. **Polyporus Pocula** (Schw.) B. et C. North Exp. n. 93, *Sphæria* 4901
Pocula Schwein. Proc. Acad. Sci. Phil. IV, p. 122, *Enslinia Po-*
cula Fr. S. v. S. pag. 399. — Erumpens, turbinato-poculiformis,
 dependens, minimus, pruinosis, albidus, substantia subsuberosa pal-
 lida, 2 mm. lat.; hymenio discoideo, concavo, pallido; poris minu-
 tissimis brevibus: sporis globosis.

Hab. ad ramos in Amer. fœder. et ad ramulos emortuos Ni-
 caragua Amer. centr. — Forma nicaraguensis pileo umbrino, sti-
 pite ut plurimum verticali, insiticio.

49. **Polyporus cupuliformis** B. et C. North Am. Fung. n. 121, Rav. 4902
 Fung. Car. Fasc. I, n. 16. — Pileo cupuliformi, demum reflexo,
 rufo, tomentoso; stipite brevissimo; poris minimis, concoloribus.

Hab. ad truncos Rhois copallinæ in Carol. inf. Amer. fœder.
 (CURTIS) et ad ramos emortuos, Poughkeepsie, New York (W. R.
 GERARD). — Pileus 2 mm. vel ultra latus; stipes 2 mm. altus, 1½
 mm. crassus; pori ⅙ mm. lat. Stipes et pileus ex ætate albi.

**** Pileo margine ciliato.

50. **Polyporus arcularius** (Batsch) Fr. Syst. Myc. I, p. 342, Hym. 4903
 Eur. pag. 526, Montagn. Ann. Scienc. Nat. 1836, Gill. Champ. c.
 icone, Pat. Tab. 138, *Boletus* Batsch., Pers. Syn. p. 518, *B. exa-*
speratus Schrad. Spic. p. 153, *Pol. rhombiporus* Pers. Myc. Eur.
 2, p. 211, Mich. t. 70, f. 5. — Pileo e lento coriaceo, convexo,
 subumbilicato, azono, sitaneo fusco-squamuloso, hornotino glabro,
 lutescente, margine strigoso; stipite brevi, subsquamuloso, fusco-
 griseo; poris oblongo-rhombeis, tenuibus, majusculis, integris, al-
 bidis.

Hab. ad truncos Europæ mediæ et australis, Sibiricæ Asiaticæ,
 Ceylon, Mount Langton, Amer. fœder. et centr., Australiæ, Novæ
 Zelandiæ. — *P. brumali* maxime affinis, sed certe diversus. Sti-
 pes vix 2⅓ cm. longus; pileus firmior. 1¼-2½ cm. latus; pori
 demum fulventes. Vidit quoque Fries e Pyrenæis lusum pileo gla-
 bro, margine subnudo. — Ex Africa austr. cl. Kalchbrenner di-
 stinguunt formam pileo fusco atro margine denudato, nec non for-
 mam pileo læte rufo-fulve squamulis fuscis eleganter variegato.

51. **Polyporus agariceus** Berk. Fung. Brit. Mus. p. 371. — Pileo e 4904
 lento coriaceo convexo, umbilicato, azono, glaberrimo; margine in-

volutò demum subnudo; stipite centrali, subelongato, flexuoso, deorsum velutino; poris submagis, subhexagonis, decurrentibus.

Hab. in insula Ceylon (KÖNIG). — Pileus 2,5 cm. lat.; stipes 3-3,5 cm. alt., 1-2,5 cm. cr. Affinis *P. arculario* et *P. Tricholomati* sed ab iis valde distinctus sec. Berk., vix diversus sec. Cooke Præc. p. 86.

52. **Polyporus æmulans** B. et C. Cub. Fungi n. 181. — Pileo umbilicato, radiato-striato, glabrescente, ochraceo; margine subtiliter hispidulo, subcinereo; stipite aequali, brunneo, pulverulento; poris alveolaribus. 4905

Hab. in ligno putri in insula Cuba. — Pileus 3,5-4 cm. latus, stipes 18-20 mm. longus, 3-4 mm. crassus; pori circiter 0,5 mm. lati.

53. **Polyporus ciliatus** Fr. Syst. Myc. I, p. 349, Hym. Eur. p. 527, 4906 Pers. Myc. Eur. 2, p. 42, Quél. pag. 251, *P. brumalis* Rostk. 4, t. 5. — Pileo carnoso-coriaceo, convexo-plano, azono, glabro, e brunneo pallido; margine ciliato; stipite tenui, aequali, glabro, pallido; poris minutis, subrotundis, obtusiusculis, dilute cinnamomeis, ore pallido.

Hab. ad ramos Betulæ, Coryli etc. in Europa. — Habitus fere *P. varii*, *nummularii*, sed stipes gracilior, basi haud niger, saepe flexuosus, pileus regularis, ciliatus.

54. **Polyporus umbilicatus** Berk. Hook. Journ. 1851, p. 79 Decades 4907 of Fungi n. 335. — Carnoso-lentus, cremoricolor; pileo umbilicato, demum subinfundibuliformi, tenui, rimoso-virgato; margine involuto, ciliato (?); stipite curvo, gracili, sursum deorsumque incrassato, fibrilloso, subtiliter squamuloso; poris minutis, albis, dissepimentis tenuibus, acie tenui.

Hab. in lignis emortuis Tonglo et Sinchtul Indiæ orient. alt. 2300 m. nec non in Tasmania. — Pileus inodorus, 2,5-7 cm. latus; stipes 3,5-4 cm. altus; pori circ. 300 μ . lati. *Polyporo Tricholomati* proximus. Species homonyma Junghunii Jav. p. 72 est, teste Cooke, *P. arcularius*.

55. **Polyporus Tricholoma** Mont. Cent. I, n. 53, et Cuba p. 411, t. 17, 4908 t. 1. Fr. Epier. p. 431. — Pileo coriaceo-membranaceo rigido, e convexo infundibuliformi azono, lutescente, circa marginem brunneum pilis rigidis crinito; stipite tenuissimo, glabro, aequali, fuscoluteo; poris angulatis, tenuibus, acutis, pallide helvolis.

Hab. ad ramos dejectos insulae Cubæ (RAMON DE LA SAGRA), Gracemere in Queensland Australiæ (O'SHANESY) et Rockampton

(ТНОЗЕТ). — Stipes 2-5 cm. long., $\frac{1}{2}$ -1 mm. cr. — Var. poris majoribus Berk et C. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 304. Ad tigilla putrescentia Mexico et Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT), Guyana Amer. merid.

56. **Polyporus rubripes** Rostk. 28, t. 16, Fr. Hym. Eur. p. 527. — 4909

Pileo e carnosio coriaceo, convexo, glabro, levi, azono, lutescentebrunneo, margine setoso; stipite brevi, glabro, rubro: poris subdecurrentibus, obtusis, lutescentibus (ex icone fulvis).

Hab. in ramis putridis Fagi circa Sedinum lectus. — Stipes $2\frac{1}{2}$ cm. longus deorsum attenuatus; pileus $2\frac{1}{2}$ cm. latus, ex icone fulvus: caro pallida.

57. **Polyporus similis** Berk. Fung. Brazil. pag. 6 et in Hook. Journ. 4910

1843, p. 635. — Pileo plano-infundibuliformi, lento, coriaceo, rigido, glabro, levi; margine ciliato; stipite deorsum incrassato, velutino, glabrescente; poris parvis, pallidis, angulatis; dissepimentis tenuissimis, denticulatis.

Hab. in truncis vetustis Minas Geraes Brasiliæ et in insula Cubæ. — Pileus 2,5-4 cm. lat.; stipes 2-2,5 cm. long. *P. bromii* affinis.

58. **Polyporus Binnendykei** Kurz in Herb. Berk. 2279 et Grev. XV, 4911

pag. 19. — Gregarius, testaceus; pileo discoideo, striato, fibrosolevi, ad marginem longe piloso (villosociliato), coriaceo; stipite tereti, solido, puberulo v. tomentosulo, ad basim incrassatum dense tomentoso; poris regularibus, magnis, hexagonis elongatisve, subquadratis, ore integro vel eroso-denticulato.

Hab. ad lignum Tectonæ in ins. Java Malesæ. — Pileus $2\frac{1}{2}$ -4 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 2 mm. crassus; poris magis distincte quadrangulatis quam in quacunque alia hujus sectionis specie.

59. **Polyporus flexipes** Fr. Epicr. p. 432. — Pileo subcoriaceo, plano- 4912

infundibuliformi, azono, scrōbiculato stipiteque gracili flexuoso glabris lutescentibus; poris 4-6-gonis, æqualibus, tenellis, lutescentibus.

Hab. in truncis Brasiliæ. — Pileus stipesque 2,5 cm. long. — Varietates sunt: * **P. hapalus** Berk. Hook. Journ. 1843, p. 635; pileo carnosio-lento, margine ciliato; stipite rufo, sericeo-glabro, 3 cm. long., vix 2 mm. cr.; poris 300 p. lat. In truncis Minas-Geraes. — * **P. gracilis** Kl. in Berk. Exot. Fung. p. 384; pileo carnosio-coriaceo, levi, pallido, 12-13 mm. lat.; poris suborbicularisinuosis; stipite pruinoso 2,5 cm. long. In India occid.

**** Pileo glabro.

60. **Polyporus alveolarius** Bosc Berl. Mag. 1811, t. IV, fig. 1, Fr. 4913
Epicr. p. 431. — Pileo carnosu-coriaceo depresso inæquali, glabro, azono, brunneo; stipite firmo centrali glabro, basi incrassato; poris decurrentibus, hexagono-oblongis, amplis, regularibus, albis.

Hab. in truncis Carolinæ.

61. **Polyporus collybioides** Kalchbr. in Grev. X, p. 94. — Totus fusco 4914
rufescens; pileo carnosulo, convexo, 6-12 mm. lato, levi, glabro; stipite subcartilagineo, tenui 2,5-5 cm.; poris alveolaribus, gyroso-angulatis, profundis, flaccidis, siccitate collabentibus; sporis creberrimis, ovatis et irregularibus, hyalinis.

Hab. Richmond River (MUELL.). — Est quasi *Collybia porosa* et vix verus *Polyporus* (Kalchbr. l. c.); teste vero Cooke Præc. n. 56 a *P. alveolario* non differt.

62. **Polyporus incendiarius** Bong. in Weinm. Ross. p. 309, sub *P.* 4915
brumati, Fr. Hym. Eur. p. 527. — Albus; pileo carnosu-lento, e convexo depresso infundibuliformive, azono, glabro, nitido; stipite firmo, glabro; poris decurrentibus, majusculis, inæqualibus, dentatis.

Hab. in truncis adustis post silvarum incendia in Rossia minore, passim copiose. — Stipes 2-6 cm. longus, 5-9 mm. crassus, rectus v. incurvus; pileus 2-12 cm. latus. Edulis.

63. **Polyporus obscurus** Kalchbr. Fung. Mong. p. 60. — Lentus; pi- 4916
leo tenui, coriaceo, convexo vel depresso, azono, levi; margine nudo, cum stipite pro ratione longo, fibroso-striato, basi subbulboso, brunneo; poris decurrentibus, alveolaribus, oblongis irregulariter hexagonis vel reticulatis, umbrinis; sporis oblongis, hyalinis.

Hab. in Mongolia boreali, sine loco (POTANIN). — E federe *Pol. incendiarii* Fr. et *P. alveolarii* Fr., sed a priore coloribus obscuris, ab altero pileo haud umbilicato aut infundibuliformi distinctus; pori ob tenuitatem dissepimentorum flaccidi, siccitate crispantur.

64. **Polyporus corylinus** Vivian. t. I, Fr. Hym. Eur. p. 527. — Al- 4917
bus, pileo e carnosu-coriaceo, ex hemisphærico plano, levi, glabro, subtus convexo; stipite cylindrico, in pileum diffuso; poris decurrentibus, subquadrangulis, ore tenui, integro.

Hab. in Italia ad ramos Coryli. — Pileus disco sublutescens; caro alba.

65. **Polyporus Titia** Fr. Hym. Eur. p. 528, Kalchbr. Ic. Hung. t. 38, 4918

f. 3. — Læte ochraceus, mollis, tenax; pileo plano, repando, obsolete zonato; stipite curto, firmo, subexcentrico; poris subdecurentibus, irregularibus, laceratis.

Hab. ad ramos putrescentes Tiliæ in Slavonia (SCHNEZER). — Species nobilis, statura et colore distincta, pileo subzonato a tribu recedens. Stipes $2\frac{1}{2}$ cm. longus, basi subattenuatus; pileus 5 cm. et ultra latus, disco leviter depresso.

66. **Polyporus fuscidulus** (Schrad.) Fr. Epicr. p. 431, Hym. Eur. p. 4919 528, Berk. Outl. p. 237, *Boletus* Schrad. Spic. p. 153, *B. substrictus* Bolt. t. 170, *B. murinus* Nees. — Pileo carnosio-lentio, subcoriaceo, convexo-plano, azono, glabro, fusco-lutescente; stipite subtenui, æquali, glabro, pallescente; poris subrotundo-angulatis, obtusis, integerrimis, lutescentibus.

Hab. inter ramenta lignea et ad truncos in Europa. — Stipes 2-5 cm. longus, 4-5 mm. crassus, æqualis v. utrinque incrassatus, e fusco lutescens; pileus 2-5 cm. latus, tenax; caro albo-lutescens.

67. **Polyporus leptcephalus** (Jacq.) Fr. Syst. Myc. 1, p. 349, Hym. 4920 Eur. p. 528, Berk. Outl. p. 237, *Boletus* Jacquin Misc. 1, t. 12, *B. pallescens* Schrad. p. 134, Michel. t. 70, f. 7, Paul. t. 164, f. 12. — Pileo lento, dein coriaceo, convexo-plano, tenui, glabro, levi, azono, e pallescente cervino; stipite brevi, glabro, pallido; poris adnatis, minutis, subrotundis, obtusis, albidis.

Hab. ad truncos raro in Europa. — Parvus; pilei $2\frac{1}{2}$ cm. circiter lati margine subrepando; carne alba; stipite brevi circiter 2 cm. longo.

68. **Polyporus cremoricolor** Berk. Hook. Journ. 1851, pag. 79, Dec. 4921 n. 334. — Tener, subcarnosus; pileo umbilicato, glabro, subviscoso, margine nudo, repando, cremoricolori; stipite centrali, deorsum subpubescente, sursum glabrescente, cum pileo concolore; poris minutis, tetra-pentagonis, niveis, dissepimentis tenuissimis.

Hab. in lignis dejectis Darjeling Indiæ, ultra 2000 m. altit. — Pileus 2,5 cm. latus; stipes 18-20 mm. longus. *Polyporo arculario* affinis et generi *Favolo* proximus.

69. **Polyporus columbiensis** Berk. Fung. Hinds p. 98. — Pileo orbicu- 4922 lari tenuissimo, subinfundibuliformi, glaberrimo; margine repando; poris minimis, pro ratione amplis valde brevibus angulatis; stipite centrali gracili, subtilissime velutino.

Hab. ad ramos, Columbia river Amer. bor. — Pileus 2,5 cm. lat.; stipes 1,8 cm. long., 3-4 mm. cr.

70. **Polyporus stipitarius** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 304. — 4923

Albus; pileo orbiculari, profunde umbilicato, tenui, glabro; margine epiloso; stipite gracili glabriusculo; poris minimis angulatis, acie subintegris; sporis albis.

Hab. ad caudices Cuba (C. WRIGHT) et ad ligna emortua, Teflé, Brasilia (TRAILL). — Pileus 18-25 mm. latus; stipes 18 mm. longus, vix 2 mm. crassus; pori $\frac{1}{8}$ mm. lati. — Var. **meizopora**. Cfr. B. et C. l. c.: magis caespitosa atque major, poris majoribus $\frac{1}{6}$ mm. diam. — ***Pol. Armitii** Muell. et Kalch. Grevillea X, p. 94 t. 145. f. 22: lentus; pileo tenui, umbonato, coriaceo-membranaceo, levi, glabro, albo, 12-13 mm. lato; stipite brevi, 2,5 cm. longo, 2 mm. crasso, incurvo fibrilloso, concolori; poris regularibus, decurrentibus, obtusis, minutis, albis. In Australia Nord Queensland ad Dunrobin (ARMIT). *Pol. leptcephalo* Fr. affinis, sed totus albus et pileus plus minus umbonatus.

71. **Polyporus humilis** Peck 26 Rep. p. 69. — Pileo molli, glabro, 4924
spatulato, suborbiculari vel uniformi, albo; stipite laterali, crasso, subelongato, extus molli atque elastico, intus firmo, albido, quandoque brunnescente; poris minutis, subrotundis, albis.

Hab. ad tigilla et ramos semisepulta in silvis apricis, Sterling, New York Amer. foeder. — Statura $2\frac{1}{2}$ -5 cm. adæquans; pileus 17-25 mm. latus; stipes 4-7 mm. crassus. Peculiaris character est stipes crassus, amictu externo molli spongioso atque centro duro, rigido.

72. **Polyporus pachypus** Mont. Cuba, p. 421. — Caespitosus; pileo 4925
carnoso-coriaceo, inæqualiter orbiculato, brunneo (?); stipite brevi, excentrico, crasso porisque membranaceis inæqualibus, aliis decurrentibus, amplis, hexagono-oblongis, aliis marginalibus minoribus subrotundis, albidis, dissepimentis acutis dentatisque.

Hab. in ligno emortuo, Cuba Amer. centr. (RAMON DE LA SAGRA, C. WRIGHT)

73. **Polyporus cyathiformis** Lév. Champ. exot. p. 181. — Pileo car- 4926
noso-lento, infundibuliformi, glaberrimo, pallido, lurido; margine recto; poris inæqualibus angulatis, decurrentibus, fusciscentibus, dissepimentis tenuibus denticulatis; stipite brevi, tomentoso, concolori, peltato-dilatato.

Hab. ad truncos, Hispaniola seu S. Domingo.

74. **Polyporus trachypus** B. et M. in Mont. Syll. n. 482. — Mesopus, 4927
parvus; pileo coriaceo tenui, convexo, glabro, rigido, fulvo-rufescente, azono; centro umbilicato; margine repando, expanso, undulato; stipite crasso, solido, flexuoso, rugoso, acanthophoro, nigre-

seente velutino; poris terra-hexagonis, minutis, pallidis, brevissimis, elongato-decurrentibus.

Hab. ad truncos dejectos, Columbus Amer. bor. (SULLIVANT). — Pileus in sicco badius, contorto-involutus, 3-4 cm. latus, azonus, at lineolis radiantibus obscurioribus notatus. Stipes 2-3 cm. longus, 3-5 mm. cr. hinc inde aculeos acutos præferens, pube brevissima velutinus, nigrescens, intus pallidus, apice dilatato-excavatus. Inter *P. leptcephalum* et *P. flexipedem*, a quibus stipite aculeato differt, collocandus.

75. **Polyporus phæoxanthus** Mont. Syll. pag. 154, n. 183. — Pileo 4928
carnoso, convexo-hemisphærico, badio-brunneo, glabro; carne stipiteque tereti, solido, basi floccoso, centrali luteis; poris brevissimis, minutis, ore crassis, flavis, a stipite remotis.

Hab. in lignis quercinis dejectis, Columbus (SULLIVANT). — Pileus 5 mm. crassus, 2 cm. latus; stipes 4 cm. longus, 5 mm. crassus. *Polyporo fuscidulo* subaffinis.

76. **Polyporus Acicula** B. et Curt. F. Cub. p. 184. — Pileo orbicu- 4929
lari, convexo, glabro, umbilicato; margine involuto; stipite filiformi glabro; poris parvis alveolaribus.

Hab. in ligno putri in insula Cuba. — Pileus 2 mm. lat.; stipes 8-9 mm. prorsus levis, sed basi villosulus.

77. **Polyporus Tuba** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 305. — Pileo 4930
cupuliformi, glabro; stipite gracili, sursum incrassato, striato; poris parvis, dissepimentis tenuibus, demum elongatis.

Hab. ad ramulos in silvis apricis Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Albus; pileus 12 mm. latus, plerumque radiato-rugosus, plerumque levis; stipes 4 cm. longus, 2-4 mm. crassus, in pileum dilatatus; pori $\frac{1}{4}$ mm. Forma exacte *Pezizam* refert.

78. **Polyporus discoideus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 303. — Car- 4931
nosus; pileo orbiculari, levi, glabro; margine tenui; stipite crasso, hispidulo; poris mediis subangulatis demum sinuosis, dissepimentis tenuibus, elongatis, dentatis; contextu albo; sporis albis copiosissimis.

Hab. ad ligna emortua Cubæ (C. WRIGHT). — Pileus 13 cm. latus; stipes 2 cm. longus, 18 mm. crassus. Totus fungus siccus, umbrinus.

79. **Polyporus Craterellus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 305. — 4932
Carnosus, subpellucidus; pileo tenui, umbilicato, glabro, rufo; stipite sursum incrassato pulverulento; poris parvis angulatis, acie subin-

tegris decurrentibus, dissepimentis demum elongatis; hymenio albo luteove.

Hab. ad ligna corrupta Cubæ (C. WRIGHT). — Pileus 5-8 cm. latus; stipes $2\frac{1}{2}$ -4 cm. longus, 4-6 mm. crassus; pori $\frac{1}{4}$ mm. diam. Affinis *P. confluenti* sed manifeste *Mesopus*.

80. **Polyporus pisiformis** Kalch. Grev. X, p. 98. — Totus albus, 4923
globofus, adnato-sessilis, pisi magnitudine et minor; poris minutis, punctiformibus, integris, in parte fungi terram spectante, immarginata et parum modo deplanata sitis.

Hab. ad Melbourne Australiæ (MUELLER). — Singularis omnino species! Suspitari quidem licet, eam statum valde juvenilem fungi cujusdam incogniti sistere; sed pori bene evoluti contrarium indicare videntur.

81. **Polyporus platensis** Speg. Fung. Arg. Pug. IV, n. 24. — Pileo 4934
hemisphærico-applanato, jam in juventute profunde umbilicato, infundibuliformi; margine tenui, udo recto integro, sicco intus involuto hinc inde fisso, glaberrimo, levissimo $4\frac{1}{4}$ - $10\frac{1}{2}$ cm. diam., primo sordide pallideque alutaceo-subgriseo, dein fulvo-rubescente, centro quandoque pallide sanguineo; stipite centrali recto v. undulato, basi irregulariter incrassato tenacissime adnato-tuberculoso, medio subtereti sursum compresso-dilatatum, $4\frac{1}{4}$ cm. l., 8-13 mm. crass. extus sordide albente v. fuscescente, glabro v. minute laxaque fusco-papilloso v. squamuloso-fibrilloso, intus farcto, candido, carnosissimo, cum carne pilei homogenea continuo; hymenophoro per stipitem descendente, ad marginem pilei attenuato-obliterato, ad medium tantum fertili, tubulis cylindraceis minutulis 2- $2\frac{1}{2}$ mm. l., 0,4-0,7 cr. tenui-membranaceis, rigidulis, ore subæqualibus, acie acuta integerrima composito; carne pilei cum hymenophoro ac illa stipitis continua, candida ad marginem gradatim attenuata, compacta, uda flexili et molli, sicca indurata ac sublignea.

Hab. ad truncos dejectos putrescentes Salicis Humboldtianæ atque Celtidis Talæ, Boca del Riachuelo et Banado S. J. de Flores, in Argentina Amer. merid. (SPGAZZINI).

82. **Polyporus guaraniticus** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 28. — Car- 4935
nosus, truncigenus; pileo eyathoido-infundibuliformi, 7-14 cm., tenuiter lento-carnoso, 2,3 mm. leviter glabro, pallide sordideque testaceo, in sicco, radiatim tenuissime densiuscule ac irregulariter virgato, margine membranaceo, applanato, acuto plus minusve integro v. irregulariter lobato v. sublaciniato, lobis repando-undulatis, crenulatis v. denticulato-fissis; tubulis minutis, pileo conco-

loribus v. pallidioribus, ore rotundato-angulato, 150-180 μ . diam. in lobis marginalibus brevissimis sæpe vix impressis, centralibus longioribus, 1-2 mm. longis et non rarius subobliquis et in stipitem irregulariter laciniatum decurrentibus; stipite erecto, crasso, 2-3 cm. long., 5-9 mm. crass. e basi non v. vix noduloso-adnato gradatim leniterque incrassato atque apice in pileum expanso, farcto glaberrimo, levi, pileo concolore.

Hab. ad truncos arborum in silvis Santa Barbara prope Silla Paraguari.

83. **Polyporus paraguayensis** Spög. Fungi Guar. Pug. I, n. 29. — 4936
 Carnosus, truncigenus; pileo explanato-infundibulari, 8-14 cm. diam., carnosus-membranaceo, 1-2 mm. crasso, leviter. glabro, albo, centro sordide fuscidulo, margine tenuinulo, obtusinulo, hinc inde præcipue ad partem posticam fisso, sæpe ad stipitem usque ac irregulariter lobato-crenato undulatoque; tubulis gracillimis, ore rotundato-angulato, 150-200 diam., breviusculis, 1 mm. long. marginalibus vix brevioribus, centralibus non v. vix obliquis, in stipitem breviter regulariterque evanescenti-decurrentibus; stipite tereti, breviusculo, subgracili, 2-2,5 cm. long., 5-6 mm. crasso, erecto, sordide albo pallescente, minutissime pruinuloso-velutino, basi vix noduloso-adnato, apice abruptiuscule in pileum expanso, farcto coriaceo-subliguoso.

Hab. ad truncos arborum in silvis subvirgineis prope Guarapi Paraguay.

- C) **Spongiosi** Fr. Hym. p. 528, Nov. Symb. p. 50. Spongioso-molles, aquam bibuli, tomentosi, dein suberosi v. coriacei; stipes curtus difformis. Pori difformes, pruina irrorati, decolorantes. — Grex valde diversa, spectabilis, subterrestris. Primitus sistunt massam radicantem, subcrustaceam, effusam incrustantemque, deformem, spongioso-succosam, tomentosam; ex hac explicatur nunc pileus eximie regularis, centralis, amplus, nunc conerescendo irregularis et lobatus, immo dimidiatus. In sequeus ver non nisi emortui persistent, sed subiade novo pororum strato obducuntur. His omnibus rationibus cum Thelephoris (v. c. Th. terrestri) analogi. Plurimi rari, certis locis adscripti.

84. **Polyporus maximus** (Brot.) Fr. Epicr. p. 432, Hym. Eur. p. 529, 4937
Boletus Broter. Lasit. 2, p. 458, *Dædalea* Fr. Syst. Myc. I, p. 332. — Pileo amplissimo, spongioso-suberoso, orbiculari, subdepresso, villosa, fusco, fasciis e lateritio fuscis variegato; stipite crasso; poris decurrentibus, labyrinthiformibus, fascis.

Hab. in pinetis Lusitaniæ. — Pileus 30-32 cm. lat. Ut sequen-

tes, quibus manifeste affinis, senio fuscescunt, forsitan et hic junior tectius coloratus, sed fasciis videtur facile distinctus.

85. **Polyporus Schweinitzii** Fr. Syst. Myc. I, p. 351, Hym. Eur. p. 529, Ic. t. 179, f. 2, *Bol. Sistotrema* Alb. et Schw. p. 243, *Dædalea epigæa* Lenz p. 62 (bene), *D. spadicea* Wahlb. Sv. Bot. t. 720, *Sistotrema spadicea* Swariz V. A. II. 1810, p. 238, Mich. t. 70, f. I nec e descr. nec ex icone differt, sed forte affinis, ad radices Alni. — Pileo crasso, spongioso-suberoso, strigoso-tomentoso, scruposo, spadiceo; stipite crasso, brevissimo obsolete, ferrugineo; poris magnis, variis lacerisque, sulphureo-virescentibus; sporis ovoideis, hyalinis, 7-8 \approx 3 $\frac{1}{2}$.

Hab. in pinetis Europæ, Himalayæ, Amer. fœder., Carol. med., Carol. inf. (CURTIS), Pensilvanicæ (MOENCHER), Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Giganteus, 19 cm. et ultra latus, nunc regularis planocupularis, nunc concresecendo et incrustando difformis dimidiatusque, primo fulvo-tomentosus, mox margine tantum, dein exoletus totus fuscus. Substantia in optimo vigore spongioso-mollissima, dein indurata, sicca fragilis, e rhabarbarino colore fuscescens. *Hydn. spadiceum* Pers. hymenii indole, substantia, tomento pilei molli velutino etc. abunde differt. Upsaliensem vero fungum, a Persoonio ipso citatum, esse *Polyp. Schweinitzii*, vivum observans docuit Fries.

86. **Polyporus tubulæformis** Berk. Dec. n. 78, et 415* *P. spectabilis* 4939 Fr. Nov. Symb. p. 48. — Pileo orbiculari, centro crasso, margine tenni, sublobato, subzonato, prolifero-rugoso, velutino, hic illic fasciculato-piloso, ferrugineo-badio; contextu ferrugineo, divergenti-fibroso; stipite centrali v. laterali, brevi, obtusissimo, in pileum effuso: poris parvis, irregularibus, pileo concoloribus.

Hab. ad truncos, Augusta Amer. bor. (WRAY) Carolina (CURTIS) et in India or. (HOOKER). — Stipes 3-4 cm. alt., 6 cm. medio cr.; pileus 17-18 cm. lat. Peraffinis *P. Schweinitzii*, differt vero pileo nec scruposo nec intus rhabarbarino.

87. **Polyporus endocrocinus** Berk. Hook. Journ. 1847, p. 320 Dec. of 4940 Fungi n. 127. — Pileo crasso, carnosio-fibroso, setis strigoso-horrido, brunneo; contextu croceo-rhabarbarino: stipite brevi vel obsolete, hymenio aureo-fusco: poris mediis laceratis, dissepimentis tenuibus.

Hab. in trunco emortuo Caryæ, Waynesville Ohio Amer. bor. (LEA). — Pileus 10-15 cm. latus; pori vix 0,5 mm. lati.

88. **Polyporus glomeratus** Peck in 24 Rep. of the Bot. p. 78. — Pi- 4941

leis suberosis, dense imbricatis, subplanis, inaequalibus, minute velutino-tomentosis, atro-brunneis, intus concoloribus obsoleteque zonatis, postice in massam inaequalem conjunctis; poris subplanis, minutis, angularibus, flavido-viridulis, purpureo-tinctis, ore ex albedo flavescente denique dentato-lacerato; sporis globosis, lacte flavis, 5 μ . diam.

Hab. in truncis prostratis Aceris Indiae, Lake Amer. borealis. — Cespes usque ad 3 cm. longus, 6-9 cm. crassus. Teste Cooke ad *Polystictum radiatum* referendus.

89. **Polyporus megaloporus** Mont. Guy. n. 339, Syll. n. 184. — Pleu-⁴⁹⁴²
ropus; pileo subsemitorbiculari, coriaceo, tenui, plano, radiato-striolato, fusco-nigrescente, glabro, margine repando incurvo; stipite brevi crasso; poris maximis radianti-elongatis, decurrentibus, concoloribus, acie acutis lacerisque.

Hab. ad cortices arborum, Guyana Amer. merid. (LEPRIEUR).

90. **Polyporus vallatus** Berk. Hook. Journ. 1854, p. 138, Dec. of Fungi⁴⁹⁴³
n. 419. — Suberosus, fulvo-rhabarbarinus; pileo laterali, subspathulato vel flabelliformi, velutino; stipite tomento spongioso vestito; poris minutis, hymenio marginato obliquo.

Hab. ad terram in Montibus Kasya Indiae (HOOKER). — Pileus 5 cm. altus, 7 cm. altus; stipes 2.5 et ultra cm. longus, 12-13 mm. crassus, saepe torulosus. *Polyporo tomentoso* affinis.

91. **Polyporus biennis** (Bull.) Fr. Epicr. p. 433, Hym. Eur. p. 529,⁴⁹⁴⁴
Syst. Myc. I, p. 351. *Boletus* Bull. t. 449, f. 1, *Dardalea rufescens* Pers. Myc. Eur. 2, p. 206. — Pileo e spongioso coriaceo-suberoso, plano depresso, repando, azono, tomento leproso secedente glabrato, ex albo ferrugineo; stipite curto, crasso, ferrugineo-lanato; poris labyrinthiformibus, inaequalibus, acutis, lacero-dentatis, albo-cinereis fusciscentibusque.

Hab. ad terram juxta truncos Europae australis. — Proteus, affinium more stipulas, muscos incrustans. Primo sistit massam undique porosam, griseo-albam; sensim varie explicatur et calvescit. Pororum stratum a pileo discolor, fere defersile.

92. **Polyporus sericellus** Sacc. Fung. Ven. nov. v. crit. ser. V, p.⁴⁹⁴⁵
163, F. ital. t. 106, *P. Saccardoii* Cooke et Quél. Clav. Hym. p. 174. — Suberoso-coriaceus; contextu porisque ex albo dilutissime roseis; pileo dimidiato, flabellato, sublobato, longiuscule stipitato, fulvo-pallescente, molliter breve velutino, non zonato; margine acutiusculo; poris grandiseulis, angulato-sinuosis laceratisque, in stipitem breviter decurrentibus; stipite cylindraceo-tuberculoso, irre-

gulari, pallide lutescente, subvelutino, quandoque duobus connatis; sporis subsphærico-ellipsoideis, $2\frac{1}{2}$ -3-4, dilutissime carnis, hyalino-guttulatis.

Hab. ad basim palorum ustam, Selva (Treviso) Ital. bor. — Pileus 8-9 cm. latus, $\frac{1}{2}$ cm. crassus; stipes 5-12 cm. longus, 1-1 $\frac{1}{2}$ cm. crassus, sæpe terræ particulas sibi obvolvens. Affinitas cum *P. bienni* manifesta. *Cerionomyces terrestris* Schulz. est saltem p. p. hujus speciei status gasterosporus.

93. **Polyporus rufescens** Fr. Syst. Myc. I, p. 351. Hym. Eur. p. 529, 4946
Berk. Outl. p. 231, *Sistotrema rufescens* Pers. ex parte: cfr. Myc. Eur. 2, p. 206. *B. biennis* Sowerb. t. 191. — Carneus; pileo spongioso, molli, inæquali, hirtio; stipite brevi, difformi; poris magnis, sinuosis lacerisque. albo-carnis.

Hab. ad terram graminosam circa truncos vetustos salicinos in Europa et Amer. fœder. Carol. infer. (CURTIS), Pennsylvania (MICHENER). — Vegetatio prorsus *P. Schwennitzii* sed minor, pileo 5-12 cm. lato, mollior, colore tam interno quam externo diversus.

94. **Polyporus abortivus** Peck Bot. Gaz. oct. 1881, p. 274. — Pileo tenui, plano vel centro depresso, sæpe deformi, albido vel alutaceo, 4947
superne spongioso-molli, compacte tomentoso, inferne subsuberoso, in stipitem abeunte; poris minutis, inæqualibus. decurrentibus, albidis; parietibus dentatis, tenuibus; stipite centrali, inæquali, subinde obsoleto, centro firmo, extus molli, spongioso-tomentoso; sporis subglobosis, 5-7 μ . longis, uninucleatis.

Hab. sub Ulmis, Illinois Amer. borealis. — Adest forma (*Cerionomyces*?) subglobosa, subsessilis, centro concentricæ zonata, ubique porosa. In cortice Caryæ Illinois Amer. bor. A Cookeo primum ad *P. rufescentem*, dein ad *P. distortum* relatus.

95. **Polyporus heteroporus** Fr. in Quél. p. 257, Hym. Eur. p. 543. 4948
— Cæspitoso-multiplex, albo-incarnatus, siccitate albus; pileis spongioso-elasticis, flabelliformibus, villosis, carne molli, alba, dein incarnata; stipitibus curtis, centralibus v. excentricis, inæqualibus, villosis, fuscis; poris labyrinthiformibus, tenuissimis, lamellosis, inæqualibus, albis, pruinosis, demum roseo-incarnatis.

Hab. ad radices et truncos vetustos in terra defossos in silvis humidis Juræ. — Pororum formatio maxime singularis, fere *P. acanthoidis*.

96. **Polyporus laciniatus** Pers. Myc. Eur. 2, p. 48, Buxb. V, t. 3, 4949
f. 2, Battar. p. 66, t. 32, f., Fr. Hym. Eur. p. 530. A hujus primordia, quæ Persoonio *P. laciniatus*, t. 32, f., *B. fungus* adultus.

— Sordide albus, tactu rufescens; pileo e spongioso suberoso-coriaceo, molli, orbiculari lobatove, e flocculoso glabrato; stipite centrali, albo-floccoso, glabrato: poris rotundis, minutis, inæqualibus, mucidis.

Hab. ad terram graminosam circa truncos vetustos salicinos in Europa. — Rarius legitur eisdem locis ac *P. rufescens*, sed *P. alligato* magis affinis. Utraque Battaræ icon vegetationis historiam illustrat. Nunc solo macro minor est et satis regularis, nunc luxurians, gramina etc. obvolvens. Poris a præcedentibus remotus.

97. **Polyporus anthelminticus** Berk. Gard. Chron. 1866, p. 753. — 4950

Stipite radicato, crasso, obtuso, laterali excentricove; pileo orbiculari, rugoso, pallido, tomentoso-velutino; hymenio sordide albido; poris irregularibus, mediis, ore inæquali, dentato ($\frac{1}{2}$ mm. diam.), contextu molli albo.

Hab. ad basim culmorum Bambusæ, Pegu Ind. Orient., ubi «Wam-mo» «Ihan-mo» vulg. — Pileus 3,5-5 cm. diam.; stipes 5-7 cm. long. Ab indigenis ut anthelminticum adhibitum.

98. **Polyporus proteiporus** Cooke Grev. XII, p. 15. — Pileo albido, 4951

e carnoso lento, coriaceo, convexo-plano, depresso, leniter tomentoso-leproso, demum subglabro; margine integro vel sublobato, incurvo; stipite brevi, concolore; carne pallida; poris angulatis, irregularibus, confluentibus, decurrentibus, 0,5-2 mm. diam., elongatis, 5 mm., pallide umbrinis, dissepimentis tenuibus, margine laceratis.

Hab. ad terram, Torvoomba Australiæ (HARTMANN). — Pileus 5-10 cm. latus; stipes 12-13 mm. crassus, 2,5 cm. longus.

99. **Polyporus hystriculus** Cooke Grev. XV, pag. 16. — Mesopus; 4952

pileo lento, strigoso-hispido, atro-brunneo, 4-5 cm., discoideo, convexo; stipite crasso, abbreviato, centrali; hymenio pallido; poris elongatis, majusculis, angulatis, decurrentibus, dissepimentis tenuibus, dentatis laceratisve; contextu albido.

Hab. ad radices, Melbourne Australiæ (READER).

D) MELANOPODES Fr. Nov. Symb. p. 50, *Melanopus* Pat., *Polyporellus* Karst. p. p., *Cerrioporus* QuéL. p. p. — Mesopodes v. sæpius pleuropodes; pileus e carnoso lentus induratusque: stipes totus v. basi nigricans.

* Pileo squamoso floccosove.

100 **Polyporus squamosus** (Huds.) Fr. Syst. Myc. I, p. 343 et El. p. 4953

73, ubi syn., Hym. Eur. p. 532, Grev. Scot. t. 207, Rostk. t. 2, Ventur. t. 37, Hussey I, t. 33, Gill. Champ. c. ic., *Boletus* Huds.

Bolt. t. 77, *B. Juglandis* Schaefl. t. 301, 102, Bull. t. 19, *B. platyphorus* Pers. Syn. p. 521, *P. giganteus* Harz. t. 32, *B. flabelliformis* Pers. Myc. Eur. 2, p. 53 et *Juglandis* p. 38, Fl. Dan. t. 983, 1196, Paul. t. 16, ubique ceterum pictus, optime prima vice in Sterb. t. 13, 14, *B. pileo fuligineo*. — Pileo carnoso-lento, flabelliformi, explanato, subochraceo, squamis latis, adpressis, maculaformibus, centrifugis, obscurioribus variegato; stipite excentrico lateraliqve, obeso, apice reticulato, basi nigricante; poris tenuibus, variis (primo minutis), dein amplis, angulatis lacerisque, pallidis; sporis ovoideis, hyalinis, latissimis, $12 \approx 5$.

Hab. ad truncos communis in Europa et ad truncum Ulmi in Amer. bor. Albany New York (Pæck). — Speciosus, vulgo giganteus, ad 50 cm. usque latus, junior subcentralis et umbilicatus, demum lateralis, admodum varius, ut vulgo tres multæve (cfr. Pers. Myc. Eur., Schum., Secret.) sp. separentur, quas recipere non possunt illi, qui decades æque distinctarum formarum observant. Ex Sterb. et Clus. Fung. esc. gen. V edulis, quod vix est; descriptio Clusii Fistulinam indicat.

101. **Polyporus Forquignonii** Quéf. in Guill. Cat. Champ. Sud-Ouest 4954 p. 42, 13^o, Suppl. p. 5, t. VIII, f. 12. — Pileo cyathiformi, 5-8 cm. lat., sericello, albo-flavido, pilis fasciculatis, hyalinis, mollibus consperso; stipite deorsum attenuato, tenaci, pilis squamulisque vestito, lacteo; poris decurrentibus, alveolaribus, 1-1,5 mm. lat., acie fimbriato-dentatis, candidis; sporis ovoideis, 11 μ . long., guttularis, hyalinis.

Hab. in ramis emortuis *Quercus*, *Fagi* prope Bordeaux Galliæ. — Caro tenera odora, fragilis, in stipite elastico.

102. **Polyporus hirtus** Quéf. Jura II, p. 356, t. II, f. 7, Fr. Hym. Eur. 4955 p. 536. — Pileo carnoso-suberoso, reniformi, sinuoso, 10 cm. lat., griseo-fulvo, pilis fibrosis simplicibus divisivisve hirtis; stipite brevi, sublaterali, hirtovelutino, griseo-livido; carne albida, sicca amara; poris hexagonis, denticulatis, 1-2 mm. lat., albis dein griseis.

Hab. ad truncos pineos Juriæ Galliæ. — Inter Fomites dubitanter receptus a Fries et Cooke.

103. **Polyporus Michellii** Fr. Syst. Myc. I, p. 343, Hym. Eur. p. 533, 4956 Rostk. t. 1, Secr. n. 3, Mich. t. 61, f. 2. — Pileo carnoso-lento, depresso, repando, sericello, subsquamuloso, albo-lutescente; stipite sublaterali, brevi, bulboso, scabro, albo, basi fuscescente; poris amplis, subrotundo-oblongis, integris, albis.

Hab. ad truncos *Salicum* in Europa. — Pileus 5-8 cm. latus;

stipes circiter 3-4 cm. longus. *P. squamoso* quoque affinis, sed poris primo minutis, obtusis, semper integris et regularibus sqq. cum prioribus connectit.

104. **Polyporus pallidus** Schulz. et Kalchbr. Ic. Hung. t. 38, f. 2, Fr. 4957

Hym. Eur. p. 533. — Pileo e carnosio lento, horizontali, planiusculo, excentrico, pallido, cuticula in squamulas minutas obscuriores cedente: stipite verticali, inæquali, impolito, ubique nigricante, apice subscruposo; poris decurrentibus, rhombois, inæqualibus, demum dentato-laceratis, albidis.

Hab. ad truncos carpineos in Slavonia, in montibus Adirondack New York Amer. bor. (РѢСЕК): in ligno emortuo, Panurè, Brasiliæ (Spruce). — Eximie analogus cum *P. picipede*, sed ut priores affinis *P. squamoso*. Stipes 5 cm. circiter longus, firmus. Pileus colore peculiaris, subflavidus.

105. **Polyporus melanopus** Fr. Syst. Myc. I, p. 347, Hym. Eur. p. 534, 4958

Rostk. t. 4, Weinm. p. 306. Berk. et Br. n. 1286, *B. melanopus* Swartz V. A. H. Secr. n. 13, *B. infundibuliformis* Pers. Syn. p. 516. — Pileo carnosio-lento, e plano infundibuliformi, ex albo lutescenti-fusco, primo subtiliter flocculoso; stipite excentrico, subvelutino, incurvo, deorsum incrassato, nigro; poris decurrentibus, curtis, minutis, obtusis, inæqualibus, albis.

Hab. ad terram, sed radicibus, ramulis etc. adnatus, in Europa et Australia. — Stipes sursum attenuatus et gracilior, quam præcedentium magis distinctus, in pileum vero diffusus. Pileus 5-8 cm. latus, demum et primo ad aspectu glaber, carne crassa, alba, molliore nec lignescente. Hic fungus in Pers. Synopsi manifeste descriptus, sed in Ic. pict. videtur alius, nempe *P. picipes* valde diversus. *P. flavescens* Rostk. 28, t. 23 forma rubustior. — * **P. cyathoides** Sw. l. c. Fr. Syst. Myc. l. c., Hym. Eur. p. 534, *B. melanopus* Pers. Disp. Secr. n. 12: minor, tenuior, pileo planiusculo umbilicato, glabello; stipite æquali. Locis subhumidis Europæ. *P. nummulario* respondet. — * **P. leprodes** Rostk. 4, t. 15: pileo sessili, rimoso-squamoso, fusco-lutescente, sæpe multiplici. Ad truncos Piri Mali in Europa.

106. **Polyporus versiformis** Berk. Hook. Journ. 1852, p. 137, Dec. 4959

of Fungi n. 417. — Pileo carnosio-lento, suborbiculari excentrico, umbilicato, primum subtiliter flocculoso-velutino, umbrino-gilvo, demum glaberrimo, castaneo-rufo; margine tenuissimo, excedente; stipite nigro, rugoso, subreticulato, glabrescente; poris decurrentibus, parvis, acie tenuissima, quandoque fimbriata.

Hab. in ligno ãmortuo Sikkim Indiæ (HOOKER). — Pileus 2,5 cm. latus; stipes 12-25 mm. altus, 4 mm. crassus; pori 250 μ . crassi. Affinis *Polyporo melanopodi*.

107. **Polyporus Trogil** Fr. Nov. Symb. p. 50 (1851), *Polyporus cor-* 4960
rugis Fr. Hym. Eur. p. 536 (1874), *Polyporus rugosus* Trog. Schweiz. Schwam. n. 401, non Nees. — Pileo suberoso, crasso, dimidiato, rugoso, villosa, obscure fusco; stipite firmo, laterali; poris minutis, æqualibus, fuligineo-griseis.

Hab. ad truncos quercineos et fagineos in Helvetia. — Descriptio incompleta. A Fries in Symbolis myc. inter *Melanopodes* collocatus, dein in Hym. Eur. inter *Fomites*.

108. **Polyporus veluticeps** Cooke in Grevillea XIII, p. 6. — Pileo 4961
lento orbiculari, centro umbilicato velutino-tomentoso pallido, obscure concentricè lineato-zonato; margine acuto fusco; stipite erecto, abrupte nigro, glabro, contextu pallido; hymenio albido pallido; poris subrotundis minimis æqualibus ($\frac{1}{4}$ mm.) circa marginem sterili.

Hab. in ligno, Senna Mozambico (I. KIRK). — Pileus 2,5 cm. latus; stipes 2,5 cm. longus, 6 mm. crassus.

** Pileo glabrato.

109. **Polyporus Rostkowi** Fr. Epicr. p. 439, Hym. Eur. pag. 534. 4962
Berk. Outl. p. 238, *P. infundibuliformis* Rostk. t. 17 (optime). — Pileo carnosolento, dimidiato-infundibuliformi, glabro, levi, fumoso; stipite longo, excentrico, reticulato, definite nigro, basi incrassato; poris, decurrentibus, amplis, pentagonis. acutis, dentatis, ex albo sordide lutescentibus; sporis 12 = 5.

Hab. ad truncos Fraxini, Aceris in Europa. — Magnitudine cum affini *P. squamoso* certat. Stipes in genere longior, incurvus, basi subcæspitoso-connatus; pileus 14 cm. latus, 25 cm. usque longus, stipes 10-15 cm. longus, $2\frac{1}{2}$ cm. crassus, in lutescentem transit in specimine Friesiano; pori in latere exteriori stipitis longe decurrunt. Monstrosus ille Bolt. t. 138 ab hoc simul originem ducere potest; quales status peritus mycologus non attendit

110. **Polyporus glutinifer** Berk. in Herb. n. 2418, Grev. XV, p. 19. — 4963
Pileo carnosomolli, glutinoso, glabro, dimidiato, centro depresso, postice reticulato-rugoso, fusco; stipite laterali vel excentrico, abbreviato, æquali vel deorsum attenuato, basi nigricante, contextu albido; tubulis elongatis, $\frac{1}{2}$ cm. l.; poris majusculis, irregularibus, angulatis, 0,5-1 mm. d., concoloribus.

Hab. ad truncos (?) in insula Mauritiæ Ocean. Ind. — Pileus 8 cm. latus; stipes circiter 5 cm. longus, 12 mm. crassus. Totus fungus recens gelatinosus.

111. **Polyporus platyporus** Berk. in Hook. Journ. 1851, p. 81, Dec. 4964
of Fungi n. 337. — Inodorus; pileo laterali, carnosu-coriaceo, pallido, margine inflexo; stipite deorsum nigro-velutino; poris amplis, acie tenui.

Hab. in lignis emortuis Darijeeling Indiæ ad 3500 m. (HOOKER). — Pileus 5 cm. latus; stipes nunc brevissimus, nunc elongatus; pori 2-3 mm. lati. *Polyporo squamoso* affinis.

112. **Polyporus infernalis** Berk. Fung. Not. Braz. pag. 9, in Hook. 4965
Journ. 1843, p. 637. — Pileo flabelliformi integro vel sublobato postice depresso, tenui, acuto, demum suberoso-coriaceo, glaberrimo, levi, basi excepta striato ruguloso hepatico-nigro; stipite brevi, laterali, nigro, sursum incrassato, punctato, pulverulento; hymenio brunneolo; poris minutis, rotundis, brevissimis; margine sterili.

Hab. in trunco arborum, Minas Geraes Brasiliæ. — Pileus 8-9 cm. lat.; stipes 1-2,5 cm. long., 1 cm. cr.

113. **Polyporus picipes** Fr. Syst. Myc. 1, p. 353 (in obs. post *P. va-* 4966
rius), Epicr. p. 440, Berk. Outl. p. 239, Pat. Tab. 136, Luc. Suit. Bull. t. 50, Kieckx p. 224, *P. varius* Grev. t. 202, *P. melanopus a. infundibuliformis* Pers. Ic. pict. t. 4. f. 1, 2, sed manifeste non Synops., Secr. n. 11, *P. nigripes* Wallr. D. Kr. Fl. IV, p. 598, non Fries nec Pers. — Pileo e carnosu-coriaceo rigido, tenaci, levi, glabro, disco postice depresso; stipite excentrico lateralique, aequali, firmo, primo velutino, dein nudo, punctato, atro usque ad poros decurrentes, rotundos, exiguos, tenellos, albos, dein gilvellos.

Hab. ad truncos Salicum etc. in Europa, in ligno emortuo, Ceylon (THWAITES), in trunco prostrato ad Center New York Amer. bor. (PECK), Ohio, Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT), Panurò Brasiliæ (SPRUCE), in truncis putridis, Gracemere Australiæ (O'SHANESY). — Imbricatus, odore subdulci, carne alba. Pileus 10 cm. diam., postice depressus, vulgo emarginatus, lobis circumscriptis, infundibuliformis; stipes 2-3 cm. longus; color e pallido in castaneum abit, vulgo gilvo-lividus, disco castaneo.

114. **Polyporus fissus** Berk. Hook. Journ. 1847, p. 318, Dec. n. 123. 4967
— Pileo primum infundibuliformi, demum fissu, lobis flabelliformibus, tenuissimo, luteo-fusco; stipite deorsum nigro, minute velutino; poris albis, minimis.

Hab. in ramis dejectis Waynesville Ohio Amer. bor. (LEA). — Pileus 3.5-5 cm. latus; stipes 12-13 mm. longus; pori oculo inermi invisibiles. *Polyporo vario* affinis.

115. **Polyporus varius** Fr. Syst. Myc. I, p. 352, Hym. Eur. p. 535, 4968
 Pers. Myc. Eur. 2, p. 51, Batsch f. 129, Gill. Champ. c. ic., Ventur.
 t. 57, f. 2, Berk. Outl. p. 239, *P. badius* Weinm. Ross. p. 311,
P. elegans Trog in Fl. 1832, pag. 593, *P. Boltonii* Rostk. 28,
 t. 24 et t. 20 (singulari errore s. n. *P. picipedis* ut nova species
 descriptus, sed Friesii diagnosis veri verbatim transcripta), *Bo-*
letus Colceolus Bull. t. 360, 445, f. 2 (fungus exoletus, hornoti-
 nus nec e forma denominandus), Buxb. C. V. t. 15, f. 2 (bona).
 — Pileo carnoso-lento, extenuato, mox lignescente, glabro, sub-
 virgato, difformi, disco posticere depresso; stipite excentrico late-
 ralique, levi, glabro, deorsum sensim cinereo-nigricante; poris de-
 currentibus, minutis, curtis, rotundis, inæqualibus, ex albido (in-
 tusque aqueose) cinnamomeis.

Hab. ad truncos passim in Europa et prope Minussinsk Sibi-
 riæ Asiaticæ et in Carol. med. et sup. Amer. bor. — In statura
 [major undulato-lobatus], forma etc. nil constans, 1 $\frac{1}{4}$ -10 cm. la-
 tus; stipes, quando adest, 2-5 cm. longus; color vulgo badius (ex-
 oleti fuliginosus evidentiusque virgatus), sed (conf. Bolt. t. 168) ju-
 nior pallescens et adultus intusque etiam flavescens legitur. Va-
 riat sessilis (*P. bicolor* Wallr. ?); etiam in cæspites amplissimos
 difformes, habitu prorsus Schæff. t. 109, 110, bene observante Pers.
 Comm. in Schæff., ad Fraxinos etc. stipatus. — Var. **pertenuis**
 Kalchbr. in Thüm. Pilzfl. Sibir. n. 77. Fr. Hym. Eur. p. 535 differt
 pileo pertenui, vix 2 mm. crasso, glaberrimo, castaneo, stipite ad po-
 ros decurrentes usque umbrino nigrescente, rugis vagis percurso et
 poris nudo oculo haud conspiciendis. In pinetis ad basim truncorum pr.
 Minussinsk Sibiricæ Asiaticæ. — Var. **javanicus** Lév. Champ. Mus.
 p. 127: pileo coriaceo applanato reniformi, glaberrimo, lateritio;
 poris minutissimis, pallidis, demum lutescentibus; stipite elongato, la-
 terali nigro. Ad truncos, Java (ZOLLINGER). — Var. **tubæformis**
 Karst. Symb. Myc. Fenn. XI, p. 69: pileo fere æqualiter carnoso,
 tubiformi, repando, glaberrimo, badio, 1-4 cm. lat.; stipite cen-
 trali, flexuoso, 2-4 cm. long., nigrescenti-cinereo; poris albidis. Ad
 ramos Alni in Fennia.

116. **Polyporus Beccarianus** Ces. Myc. born. p. 4. — Proximus *P.* 4969
vario et *picipedis*, nec non *elegantis*, ab illis poris non decurrentibus,
 minutissimis, rotundis. ab hoc colore nigro prinitus cæσιο-pruina-

to stipiteque concolori discrepans. Adfines species amplitudine pilei adæquat. Hymenium alutaceum. Forsan ex affinitate *Polypori tephromelanos* Montgn.

Hab. Sarawak, Bornei, Malesiæ (O. BECCARI).

117. **Polyporus seminigrita** B. et Cooke, Journ. Linn. Soc. XV, p. 4970 378. — Pusillus; pileo tenui, umbilicato; margine membranaceo, inflexo; stipite abrupte nigro; poris subhexagonis, acie obtusa.

Hab. ad ligna emortua, Obydos Brasilie (TRAILL). — Pileus 12 mm. vel ultra latus, glaber, infundibuliformis, margine tenuissimo; stipes 4 mm. altus, sursum dilatatus, circiter 2 mm. crassus; pori circiter $\frac{1}{4}$ mm. lati. Eidem gregi ac *P. varius* adscribendus sed manifeste distinctus.

118. **Polyporus elegans** (Bull.) Fr. Ep. p. 440, Hym. Eur. p. 535, Berk. 4971 Outl. p. 239, Pat. Tab. 137, *Boletus* Bull. t. 46 (var. saturator), Fl. Dan. t. 1075, f. 1 (optima), Rostk. t. 11, *B. nummularius* β . Schrad. p. 152, Bolt. t. 83 etiam h. l. e. descript., *B. Calceolo* a Bulliard et *P. vario* a Pers. in Syn. subsumtus. — Pileo ex æqualiter carnosomox indurato, lignescente, explanato, levi, glabro, unicolore; stipite excentrico lateralive, levi, glabro, pallido, basi primitus abrupte atra radicante; poris planis, minutis, subrotundis, albo-lutescentibus, pallidis.

Hab. ad truncos, præcipue Fagi, vulgo simplex, in Europa, Amer. bor. Canada, Ontario (LE METAYER), New York (РЕСК), Carol. sup., Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT), Tasmania. — Junior utique carnosus, albus (qualis in septentrione persistit sec. Sommerf. Lapp. p. 274), mox vero valde durus, carne alba in marginem usque crassa, angulosus, 5-12 cm. latus, pallide ochraceus v. aurantius, nitidus, haud virgatus nec infundibuliformis, vix depressus. — * **P. nummularius** Fr. Syst. Myc. l. c., Hym. Eur. p. 536, Rostk. t. 12, Trog. l. c. p. 553, Secr. n. 15, Bull. t. 124: minor, tenuior, subregularis, stipite æquali, excentrico. Ad truncos in Europa. Pileus vix $2\frac{1}{2}$ cm. latus. Sine limitis vestigio in præcedentem transit. — * **P. minimus** Fr. Obs. 1, p. 123, Hym. Eur. p. 536: minimus, pileo plano, regulari (vix 2 mm. excedente), subtus hemisphærico; stipite centrali, flexuoso. Ad stipites Aspidiorum in umbrosis Europæ. Æque parvus persistit.

119. **Polyporus hemicapnodes** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 4972 47. — Pileo coriaceo infundibuliformi vel profunde umbilicato glabro, primum minutissime sericeo-lineato; stipite nigro pubescente; poris albis, minutis, decurrentibus.

Hab. ad ligna emortua Dolesbagey, Ceylon (THWAITES). — Pileus $2\frac{1}{2}$ –4 cm. latus, ochraceus, margine leviter lobato; stipes disco circulari adfixus; pori $\frac{1}{5}$ mm. diam. ore obtusi. Affinis *P. nummulario*. — Var. **dimorphus** Cooke Grev. XIII, p. 1: pileo coriaceo-membranaceo lento quandoque infundibuliformi, alias reniformi v. lobato v. fisso, pallido vel ochroleuco, subtiliter striatulo, initio leniter sericeo, demum glabrescente; stipite centrali lateralive, gracili, erecto, basi discoideo, nigro-velutino, sicco rugoso; hymenio albido, poris parce decurrentibus, rotundis, æqualibus, minutis ($\frac{1}{8}$ mm. diam.). Ad caudices emortuos ad Goping Peninsulæ Malacensis. — Pileus vix $2\frac{1}{2}$ cm. diam. superans; stipes circiter æque longus, 2 mm. crassus. Manifeste affinis *P. Leprieuri*, sed pluribus notis essentialibus differt. Pileus quandoque infundibuliformis vel discoideus, stipite centrali, sed sæpius reniformis, stipite laterali. Pilei interdum confluentes.

120. **Polyporus guyanensis** Mont. Cent. II, n. 10, et Syll. n. 480. — 4973
Mesopus; pileo membranaceo-coriaceo, umbilicato vel infundibuliformi cervino, radiatim striatulo, azono, glabro; stipite badio nigricante, gracili, striato velutino demum nudo; poris amplis, mediis profundis et elongatis, ceteris irregularibus angulatis, acie tenui dentato-laceris, pileo subconcoloribus.

Hab. in monte Tigre Cayennæ Amer. merid. ad truncos putridos (LEPRIEUR) et ad ligna emortua, Panurè Brasiliæ (SPRUCE).

121. **Polyporus glabratus** Kalchbr. in Thüm. Symb. Fl. myc. Austral. 4974
II, n. 69 in Hedw. XV, p. 114. — Pileo excentrico, carnoso, explanato, levi, glabro, unicolore, saturate brunneo; stipite solido, tereti, levi, glabro, fusciscente; poris minutis, rotundis, albo-lutescentibus; carne alba.

Hab. ad Victoriam Australiæ (MÜLLER). — Pileus 2,5–5 cm. latus; stipes 3–5 cm. longus, 6–8 mm. crassus. Affinis *Polyporo eleganti*.

122. **Polyporus alpinus** Saut. Hedw. 1876, p. 33. — 4975
Pileo carnoso-lento, explanato, dimidiato, 2,5–5 cm. lato, levi, glabro, supra brunneo, infra flavescenti; stipite excentrico, flexuoso, 2,5–5 cm. longo, glabro, basi incrassato, nigricante; poris magnis, angulosis, lutescentibus.

Hab. in silva lapidosa Montis Untersberg Germaniæ. — *Polyporo eleganti* affinis.

123. **Polyporus Guilfoylei** B. et Br. F. Brisb. II, p. 58. — 4976
Pileo spatulato, laterali, subtiliter pulverulento; stipite e pileo producto,

nigro, cartilagineo; hymenio in stipitem descendente, pallido; poris punctiformibus, 200 μ . latis.

Hab. ad Logan River Brisbane Queensland Australiæ (BAILEY). — Pileus 18-40 mm. latus, 18-35 mm. longus.

124. **Polyporus Gayanus** Lév. Champ. Mus. p. 127. — Pileo cori- 4977
 ceo suborbiculari, convexo, glabro, rufescente, lituris radiantibus
 variegato; stipite brevissimo, laterali, nigricante, basi dilatato; po-
 ris angulatis, pallidis, ore acutis, integris.

Hab. ad truncos Chili (GAY). — Pileus 2-3 cm. latus.

125. **Polyporus Leprieurii** Mont. Cent. II, n. 13. t. 6, f. 1 et Syll. n. 4978
 485. — Pileo coriaceo-membranaceo, lento, reniformi, plano, cinna-
 momeo, humido fuligineo; margine undato-lobato, glabro, nitente;
 stipite laterali brevissimo, ferme nigro, basi scutato-dilatato; con-
 textu porisque brevissimis, minutissimis, angulatis, ore planis, fuligi-
 neo-cinnamomeis.

Hab. in lignum cariosum in silvis Cayennæ Guyanæ Amer.
 merid., et ad truncos emortuos, Pauré Brasiliæ (SPRUCE, LEPRIEUR).
 — Var. poris multo maioribus, in Brasilia. — Species ad *P. gram-
 mocephalum* B. proxime accedit.

126. **Polyporus Blanchetianus** B. et Mont. Cent. VI. n. 64 et Syll. 4979
 n. 487. — Pileo reniformi rigido supra castaneo, ambitu repaudo-
 lobato stipiteque laterali, tereti, nigro, plus minus longo horizon-
 talibus; poris brevissimis, minutis, subangulatis, obtusis, fuliginosis.

Hab. ad truncos et ramos, Bahia Brasiliæ (BLANCHET).

127. **Polyporus vernicosus** Berk. in Hook. Journ. 1856, p. 175, De- 4980
 cades Fung. n. 555. — Pileo orbiculari, umbilicato, atro-rufo, ver-
 nicoso, polito, radiatim lineato; stipite gracili, atro, hymenio brun-
 neo; poris apice contractis, interstitiis depressis.

Hab. ad truncos cariosos, Pauré Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus
 5 cm. latus, sat crassus; stipes 3,5-4 cm. longus, 2 mm. cr.

128. **Polyporus atratus** Fr. Nov. Symb. Mont. n. 8, p. 228. — Pi- 4981
 leo lento, tenui, reniformi, sublaterali, glabro, aterrimo, versus
 marginem acutum fibrilloso-virgato; stipite curto, tenui, excent-
 rico, punctulato; poris minimis, stipatis, obtusis, æqualibus, um-
 brinis.

Hab. in truncis ad Mirador Mexico (LIEBMAN). — Stipes 8 mm.
 longus, 3 mm. crassus, udus niger, siccus cano-irroratus; pileus
 tenacissimus, umbilicatus. Forte mera varietas *Polypori inferna-
 lis* ex ipso auctore.

129. **Polyporus dictyopus** Mont. Fl. J. Fern. n. 14, et Fl. Chil. VII, 4982

p. 356, Fr. Epicr. p. 440. Cfr. B. et Br. F. Brisb. II, p. 57. — Pileo e carnosio coriaceo, rigido, tenui, levi, glaberrimo, badio; stipite laterali, levi, crasso, glabro, reticulato-rugoso, spadiceo-nigro; poris minutis, subrotundis, acutis obtusisve, integerrimis, pallidis.

Hab. ad truncos emortuos in Juan Fernandez Amer. merid. (BERTERO) et in Queensland Australiae.

E) UETALOIDES Fr. Nov. Symb. p. 51. — E carnosio lenti, exacte laterales, postice non marginati; stipes totus pallidus, vulgo brevissimus, basi scutata adnatus, perumque in linea recta cum pileo; pileus striato-virgatus azonus.

* Pileo glabrato.

130. **Polyporus tephromelas** Mont. Cent. II, n. 12. — Pileo coriaceo, 4983
lento, subreniformi, plano, margine demisso, azono, lurido-griseo; stipite laterali, medioeri, horizontali, basi dilatato-scutato, atro cinereo-pruinato; poris brevibus, angulatis, integris, fuliginosis; dissepimentis tenuibus.

Hab. in ramis dejectis circa Cayennam Guyanae Amer. merid. (LEPRIEUR).

131. **Polyporus tristiculus** Mont. Guy. n. 361, Syll. Crypt. n. 491. 4984
— Pleuropus; pileo suborbiculari plano nigrescente, supra rivuloso glabro, postice utrinque emarginato cum stipite brevissimo confluenti; poris mediocribus concoloribus irregulariter angulatis, in stipitem decurrentibus, dissepimentis tenuibus acutis.

Hab. ad Cayennam in Guyana Amer. merid. (LEPRIEUR).

132. **Polyporus peltatus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 52. — Pileo e car- 4985
noso rigido, glabro e basi spadicea radiato-rugoso testaceo, postice porrecto in stipitem lateralem subtus canaliculatum basique orbiculari peltatum; poris minutis, rotundis, obtusis, pallidis.

Hab. ad ligna putrida Costa Rica (CARSTED). — Stipes 4 mm. long., non nigrescens; pileus 5 cm. lat., contextu albo. Habitus *P. varii* vel *P. fissi*.

133. **Polyporus dendriticus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 53. — Caespito- 4986
so-imbriatus, lacteus; pileo carnosio-lento spathulato, fibrilloso-virgato basi stipitiformi-porrecto, contextu fibrilloso; poris minutis subrotundis acutis, sat profundis, vix lacero-dentatis.

Hab. ad truncos in regno Mexicano et in Carolina (LIEBMAN, CURTIS). — Pileus 12-14 mm. latus et long., albidus, margine reflexo interdum fusco-variegato. Contextus albus.

134. **Polyporus putidus** Fr. Nov. Symb. Myc. pag. 51. — Pileo car- 4987
noso-lento reniformi glabro, azono, fusciscente, in stipitem brevis-

simum supra depresso-caniculatum attenuato; poris majusculis curtis angulatis tenellis, fuscis ad basim usque decurrentibus.

Hab. ad truncos in Costa Rica (ERSTED). — Pileus 5-7 cm. lat., putridus, non virgatus e flabelliformi reniformis.

135. **Polyporus vibecinus** Fr. F. Nat. pag. 6. — Pileo carnosolento 4988
subrotundo-reniformi, longitudinaliter striato-radiato virgatoque, glaberrimo alutaceo-furvo, postice in stipitem brevissimum lateralem cuneatum basi concolorem producto; poris tenellis, oblongis, minutis, confertissimis, in stipite ad basim reticulato-decurrentibus.

Hab. ad truncos in terra Natal (WAHLENBERG) et Malacca (SCORTECHINI). — Var. **antiopum** Kalchr. in Grev.: pileo vix virgato, margine exciso-lobato, lobis passim dichotomis; poris reuculatis. Ad P. Natal (WOOD).

136. **Polyporus Veræ-crucis** Berk. Herb. n. 2429. — Pileo e carnosolento 4989
flabelliformi, glabro, læte fusco, radiato-striato, postice in stipitem lateralem elongatum deorsum attenuatum producto; margine acuto, sublobato, incurvo, contextu stipiteque rhabarbarino; poris minutis rotundatis, 0,15 mm., æqualibus, dissepimentis tenuibus, concoloribus.

Hab. ad radices arborum, Vera Cruz. — Pileus 7-8 cm. lat., 5 cm. long.; stipes 3-4 cm. long., 1 cm. cr. Demum rigescens. Diagnosim misit cl. Cooke.

137. **Polyporus petaloides** Fr. Ed. I, p. 444. Hym. Eur. p. 536 *P.* 4990
albido-fuscus Secr. n. 19? excl. syn., sed major et firmior. — Pileo submembranaceo, spathulato, rugoso, glabro, azono, castaneo-fusco, udo flaccido; stipite laterali, adscendente, compresso, glabro, arrhizo, albido, basi scutato-dilatata adnato; poris decurrentibus, brevissimis, minimis, candidis.

Hab. ad truncos arborum frondosarum ad Zastrow Pomeraniæ (AHNFELT) et ad radices vetustas, Sibbertoft Brit. — Facies *Agar. Petaloidis*, hinc ad *P. varium*, illinc stipitis uncialis basi scutata nec nigricante ad tropicas species accedens. Siccus involutus et fragilis nec lignescens ut præcedentes.

138. **Polyporus titurarius** Berk. et Curt. in Sillim. Journ. XI, (1851) 4991
pag. 94. — Carnosus, tenuis; pileo flabelliformi, glabro, lineolato; stipite brevissimo cum pileo postice attenuato confluyente; poris minutis, angulatis, dissepimentis tenuissimis, denticulatis.

Hab. ad lignum in insul. ocean. Fiji.

139. **Polyporus annularis** Fr. Nov. Symb. p. 36, *P. annulatus* Jungii. 4992
Jav. p. 53. — Carnoso-coriaceus, orbicularis, porrectus, alutaceo-

gilvus, levis, subzonus, basi in stipitem brevissimum annulo candido calloso cinctum attenuatus; hymenio alutaceo-pallido; poris minutis sed oculo nudo subconspicuis.

Hab. in raris dejectis arborum, e. g. Tectonæ, in insula Java. — Pileus, 2,5 cm. lat., 1 mm. cr., carne gilvo-pallida.

140. **Polyporus anisoporus** Mont. Syll. p. 156. Cent. V, n. 86. — Pileo semi-orbiculari, postice stipitifirmi attenuato, porrecto, tenui; margine sterili deflexo cervino-fuscescente, subglabro, azono; poris concoloribus inæqualibus, longis, angulatis, ore attenuato subdentulatis. 4993

Hab. ad ligna cariosa circa Laon Galliæ (DELAstre). — Pileus 10 mm. lat., 2 mm. cr.; pori profundiusculi, minores majoresque mixti. Contextus pallidus. Habitus *Pani stiptici*.

141. **Polyporus trigonus** Lév. Champ. Mus. p. 125. — Pileo coriaceo, nudo, levi, deplanato, flabelliformi, fusco; margine recto ancipiti; stipite subnullo; poris angulatis ore obtusis fulvis, contextu concolori. 4994

Hab. ad truncos Java (ZOLLINGER). — Pileus longus 3 cm., latus $2\frac{1}{2}$, crassus 2 mm.

142. **Polyporus udus** Jungh. in Hæv. Tids. VII, 285. — Porrectus, horizontalis; pileo dimidiato, subreniformi, carnoso, crasso, levi, udo, nitido, a basi ad ambitum longitudinaliter striato, spadiceo-gilvo; stipite brevi crasso laterali et hymenio tenuissimo pallidis, carne mollissima elastica, candida. 4995

Hab. ad truncos in insula Java. — Pileus 7 cm. lat., 5 cm. long.; stipes 2,5 cm. long.

143. **Polyporus miniatus** Jungh. Crypt. Jav. p. 68. — Pileo subcarnoso, basi attenuato, substipitato, sinuato-lobato, undulato rugoso-tuberculato, miniato, hymenio tenui pallido; poris mediis, subangulatis, inæqualibus. 4996

Hab. in trunco putri in silvis montanis Javæ. — Pileus 4-5 mm. cr., intus pallidus, fragilis, junior subtomentosus, siccus sordide rufescens.

144. **Polyporus hypomelanus** Berk. Herb. n. 2663, Cooke in Grev. Præc. p. 51. — Pileo reniformi v. suborbiculari, levi, glabro, rufo-ochraceo, 2,5 cm. diam.; stipite abbreviato v. obsoleto, sæpe vertice affixo; substantia pallida, tenui; hymenio atro; poris mediis, $\frac{1}{3}$ mm. lat., angularibus, subæqualibus. 4997

Hab. in truncis, Grey River Novæ Zelandiæ.

145. **Polyporus obovatus** Jungh. Crypt. Jav. p. 65. — Erectus car- 4998

noso-coriaceus; pileo obovato, castaneo-fusco, levi, in stipitem concolorem attenuato; hymenio incarnato-gilvo; poris rotundis nudo oculo haud conspicuis.

Hab. in silvis montanis Javæ. — Totus 2,5-4 cm. alt., apice 1 cm. lat., 2 mm. cr., intus concolor; stipes 12-14 mm. long.

146. **Polyporus phlebophorus** Berk. Fl. New Zeal. II, p. 177, t. CV, 4999
fig. 3. — Parvus, candidus; pileo flabelliformi, vertice in stipitem brevem porrecto, glaberrimo venoso-undulato, cuticula e gelatinoso cartilaginea; poris minimis subirregularibus; dissepimentis, tenuibus dentatis.

Hab. in lignis dejectis in silvis Tehawera Novæ Zelandiæ (COLLENSO). — Pileus 25 mm. lat. et longus. *Polyp. obducto* subaffinis.

147. **Polyporus decolor** Berk. in Hook. Journ. (1856) 195, Dec. n. 567. 5000
— Carnosulus, albidus, siccus sordide umbrinus, pusillus; pileo flabelliformi, glabro; stipite cum pileo confluyente; poris mediis subhexagonis; dissepimentis tenuibus.

Hab. ad truncos putres, Panurê Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 2,5 cm. long., 18-20 mm. lat.; pori 0,5 mm. lati. Ad *Favolum* nutat.

148. **Polyporus lenzitoides** Berk. F. Glaz. p. 754. — Lentus; pileo 5001
tenui flabelliformi lobato glabro ochroleuco subtiliter radiato-striato, postice sinuato; stipite brevi; poris amplis; dissepimentis tenuibus, acutis.

Hab. in Brasilia (GLAZIOU). — Pori circiter $\frac{3}{4}$ mm.; pileus 10 cm. diam. Specimen unicum observatum.

149. **Polyporus cochleariformis** Cooke Grev. 1885, p. 12. — Pileo 5002
carnoso-lento, spathulato, velutino, glabrescente (sicco fuligineo) postice in stipitem elongatum attenuato, margine acuto demum lobato-fisso; stipite subæquali cylindrico, quandoque connato, velutino, umbrino, ad basim discoideo; hymenio pallido, poris rotundis, æqualibus, mox laceratis confluentibusque, $\frac{1}{5}$ mm. diam., dissepimentis tenuibus.

Hab. ad caudices, Perak, Malacca Indiæ. — Pileus $2\frac{1}{2}$ cm. latus, 4 cm. longus; stipes 4-5 cm. longus, 3 mm. crassus, sæpe cæspitosus.

150. **Polyporus monachus** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 34. — Pi- 5003
leo horizontali, applanato, dimidiato-orbiculari v. orbiculari-obovato, 10-15 cm. diam., 7-10 cm. lat. (ant. post.), supra plano antice rotundato, postice cuneato-incurvo vel reniformi-depresso, li-

gaoso duro, margine recto adnato, sub pressione areolato-fragili donato, pallide testaceo v. testaceo-fulvo opaco, glabro, tactu tamen asperulo, obsolete concentrice sulcato-undulato; carne crassiuscula 0,5-1 cm. crassa, ferruginea v. fulvescenti-umbrina sub cortice pallidiore floccoso-fibrosa, dense obsolete zonata; hymenio compacto, planissimo, pulvere primo albo, dein glaucescenti-cinereiscenti, postremo autem evanescente obducto, e griseo pallide ferrugineo, antice et postice margine latiusculo, 5-6 mm. lat., sterili, crustaceo, zonato-limitato; tubulis longiusculis, 1,5 cm. long., umbrino-testaceis intus pulvere griseo obductis, ore rotundato minutissimo, 100-110 μ . diam., dissepimentis crassiusculis, 80-100 μ . crassis, acie obtusis, integerrimis; stipite erecto, recto, crasso, 10 cm. long., 3-3,5 cm. crass., irregulariter undulato, subplicato, duro, lignoso, cute crassa crustacea tecto; pileo concolori, et cum eo superne incurvato, basi abrupte ac modice scutatim dilatato, dense minuteque scruposo-verrucoso atque matrici adnato.

Hab. ad truncos Paraguari (BALANSA).

151. **Polyporus parvimarginatus** Speg. Fungi Guar. Pug. 1, n. 32. 5004

— Carnoso-lentus, parvulus; pileo horizontali postice subtruncato v. cuneato, 2-2,5 cm. diam. 1,5-2 cm. lat., in stipitem brevem gracilem, 5-7 mm. l. 1,5-2 mm. cr., horizontalem fusciscenti-subatrum, tenuissime olivaceo-pruinulosum producto, tenui, subcarnoso-lento, subflaccidulo, carne albo-subfusciscente, 0,5 mm. crassa, margine acutissimo, recto etiam postice ad originem stipitis prominulo, glabro, levi et vix subradiatim ruguloso, castaneo-fusco; hymenio tumidulo, e poris brevissimis, 1-1,2 mm. long. densissime stipatis, ore sinuoso albo-pallescentibus, in sicco fulvescentibus composito; margine sterili, membranaceo-rigidulo, acuto limitato, deorsum in stipitem subdecurrente sed determinate prominulo.

Hab. ad truncos Guarapi (BALANSA).

** Pileo subsquamoso v. floccoso.

152. **Polyporus grammocephalus** Berk. Hook. Lond. Journ. 1842, p. 148, 5005

Fr. Symb. p. 52. — Pileo primo cuneato-obovato, dein subreniformi, utrinque appanato, 4-7 cm. lat., 2 mm. cr. umbrino, pulchre obscurius radiato-virgato; stipite definite laterali basi præmorsa sed vix scutata, 4 mm. long., 1 mm. cr. linea recta in pileum porrecto; poris curtis, umbrinis, oculo nudo conspicuis, ore acutis.

Hab. ad caudices in silvis densis Indiæ, Ceylon, Philippinarum insularum, Cubæ (C. WRIGHT), Guyanæ Brasilæ, New Zeland, Australiae. — Pileus lutescenti-brunneus; hymenium album. — Var. poris minoribus (Cfr. Journ. Linn. Soc. XV, p. 379) ad ligna emortua, Obydos Brasilæ (TRAILL). Ex loco specimina differunt: pileo fuscescente, attenuato, petaloide. Hoc cum typo ad Pulo Penang in freto Malacensi (O. BECCARI). — ***Pol. Muelleri** Kalch. Grevillea X, t. 145, f. 25: totus albus; pileo-carnoso-coriaceo, tenui, rigido, flabellari-expanso, postice depresso, glabro, azono, dense radiatum lineato, basi coarctato; stipite peltam hemisphæricam referente, glabro: poris mediocribus, brevibus, angulatis, inæqualibus, ore subintegris. In N. S. Wales. Pileus 5-8 cm. longus latusve, siccitate alutaceus. — ***Pol. Emerici** Berk. Grev. X, p. 96: albidus; pileo spathulato, vel reniformi, levi, fibrillis adnatis obscurioribus radiato-virgato: stipite abbreviato: poris angularibus, mediis; dissepimentis tenuibus, mox diffractis. In Queensland. — ***Pol. russiceps** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, pag. 48: pileo suborbiculari, postice in stipitem brevem angustato rufo, pulverulento scabrosove; cuticula in venas vagas hic illic vellicata; margine ciliato; hymenio albo; poris parvis, dissepimentis tenuibus. In ligno emortuo, Ceylon (THWAITES). Pileus 8 cm. vel ultra latus, nitide rufo-brunneus; pori 1½ mm. diam. Pileus similis *Favolo ruficolori*.

153. **Polyporus incompletus** Cesati Myc. Born. p. 4. — Subsessilis, 5005
5 cm. latus, profunde lobatus lobis undulatis, glaberrimus, obsolete longe versum sulcatus, supra lutescens; hymenio (pre maxima parte sterili in unico, quod adest, specimine) pallidiore; poris paucis (qui prostant) irregularibus, sed typice rotundis visis, cetero substantia tenui concolori sublaccata obductis; substantia suberoso-coriacea, e luteo fulva.

Hab. ad Sarawak, Borneo Malesiæ (O. BECCARI). — Forsal forma sterilescens *P. grammocephali* ex ipso Cesati.

154. **Polyporus platotis** B. et Br. Linn. Trans. ser. II, p. 401, Fungi 5007
of Brisbane n. 23, t. 45, f. 7. — Pileo e clavato plano-infundibuliformi, glabro, ochraceo, fragili, spongioso, lineis tenuibus radiantibus notato; stipite elongato, sursum crassiore, pileo et poris mediis angulatis ad basin descendantibus concolori.

Hab. ad ligna Brisbane Australiæ (BAILEY) — Pileus 5 cm. latus, et cum stipite 7-8 cm. longus; pori 200-300 μ . lati.

155. **Polyporus dorcadideus** B. et Br. F. Brisb. II, pag. 57, n. 131, 5008
t. X, f. 16-16^a. — Pileo flabelliformi, lobato, umbrino, pruinoso-

velutino, venoso; stipite brevi; poris mediis hexagonis, dissepimentis (in sicco) tenuiter laceratis.

Hab. in truncis Brisbane in Queensland, Australiæ (BAILEY). — Pileus 8-9 cm. latus, 7 cm. longus; stipes 2, 5 cm. longus, 1 cm. et ultra crassus; pori 2 mm. lati, lateraliter compressi. Habitus *Polypori russicipitis*.

156. **Polyporus fusco-lineatus** B. et Br. Linn. Trans. II, pag. 401, 5009

Fungi of Brisbane n. 21, t. 45, f. 1. — Pileo tenui, lento, flabelliformi, ochraceo, lineis strigosis brunneis radiantibus notato; margine sinuato, (sicco) incurvo; poris mediis irregularibus, fusco-brunneis; stipite depresso, ochraceo, sursum crassiore, reticulato, deorsum tomentosum.

Hab. ad truncos Brisbane Australiæ (BAILEY). — Pileus 4-6 mm. cr.; pori 0,5-1 mm. lati. Affinis *P. grammacephalo*.

157. **Polyporus ligoniformis** Bonorden in Hedw. 1876, p. 76, Winter 5010

Pilze p. 458. — Pileo dimidiato, convexo, pulvinato, ligoniformi, molli, carneo, flavido, subtiliter squamuloso; stipite laterali, ar-rhizo, fusco-flavo; poris minutis, rotundis, ex luteo albis; carne alba scissa et fracta rubescente; sporis oblongis; odore grato.

Hab. in truncis prope Heidelberg Germaniæ.

158. **Polyporus Dickinsii** Berk. F. Chall. III, p. 50, in Linn. Journ. 5011

XVI, p. 50. — Pileo tenui papyraceo, spathulato, basi stipitifor-mi angustato, subtiliter tomentoso glabrescente, hic illic fisso; poris amplis, brevibus, sinuatis, decurrentibus; margine inflexo.

Hab. ad truncos in Japonia (DICKINS). — Pileus sordide albus, 6 cm. latus, 8 cm. longus; pori 1¼ mm. diam.

159. **Polyporus terebrans** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 306. — Pi- 5012

leo subcarnoso, crasso, convexo, flabelliformi, luteo, pubescenti-sca-bro; stipite crasso lateraliter compresso, matrici pro magna parte, immerso, pubescente; pileo concolore; hymenio convexo, albido; poris parvis, acie obtusis.

Hab. ad arbores emortuas Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 4 cm. longus, 4½ cm. latus; stipes 18 mm. longus et crassus; pori ¼ mm. lati, probabiliter valde contracti.

F) FRONDOSI Fries Nov. Symb. p. 53, *Merisma* Gill., *Polypilus* Karst., *Cladomeris* QuéL. — Carnost, firmi, floccosi, azoni (nec coriaceo-indurati), basi communi cæspitose enati, plus concreti, subinde (in formis macris) pileum simplicem lobatum referentes. Pori secedentes. Fungi majores, subterres-tres, edules.

160. **Polyporus Barrelieri** Viviani p. 28, Fr. Hym. Eur. p. 538, A. 5013

pileis ochraceo-fuscescentibus: *P. umbellatus* Vivian. t. 28; *B. pileis ochraceo-rufescentibus*: Vivian. t. 36, *Fungus ramosus cristatus medius* Barrel. n. 1271-72. — Ramosissimus, carnosus; ramis a basi ipsa divisus in lacinias ventilabrifformes, in orbem imbricatum dispositas, sulcatas, margine tumido crenato undulatoque; poris minutis stipiteque albis.

Hab. in Italia ad radices Castanearum. Statura *P. frondosi*, sed ceterum distinctissimus, praecipue lobis sulcatis.

161. **Polyporus umbellatus** Fr. Syst. Myc. I, p. 354 cum syn. et varr., 5014
Hym. Eur. p. 537, Krombh. t. 52, f. 3-9, Lenz f. 44, Tratten. t. T., Quél. t. 18, f. 1, Kickx p. 225, *B. ramosissimus* Scop. Schaeff. t. III, 265, 266, Jacquin Austr. t. 172, Fl. Dan. t. 1197, *B. polycephalus* Pers. Syn. p. 519, 520. — Ramosissimus, fibroso-carnosus, tenacellus; pileolis numerosissimis, integris, umbilicatis; stipitibus elongatis, discretis, basi coalitis porisque minutis albis.

Hab. in silvis frondosis ad terram et basim truncorum, in Europa. — Caespites squarrosi, densi, 18-20 cm. lat.; pilei plus minus depressi $1\frac{1}{4}$ -4 cm. lati, sat regulares, fuliginei, rufi v. pallide flavi, albi (Barr. ic. 1269, 1270), quales in Lapponia legit Sommerfelt. Hic tantum est *Ag. ramosus* Vet. s. *B. ramosissimus* Scop., quod nomen dein, Schaeffero conjungente, ad subsequ. male translatum.

162. **Polyporus frondosus** Fr. Syst. Myc. I, p. 355, Hym. Eur. p. 538, 5015
(sed in syn. cum sq. junctus), Sverig. atl. Svamp. t. 44, Krombh. l. 48, f. 17-20 (minus bona), Berk. et Br. n. 1364 (Barla t. 20), f. 1, Ventur. t. 62, f. 1, Price f. 128 valde recedentes), Rostk. t. 18, *B. frondosus* Fl. Dan. t. 952, Paul. t. 29, Sterb. t. 28, A. (optima). — Ramosissimus, fibroso-carnosus, tenacellus; pileolis numerosissimis, dimidiatis, rugosis, lobatis, intricato-recurvatis, fuligineo-griseis; stipitibus concrenentibus porisque tenellis, minimis, acutis albis.

Hab. ad radices et truncos Quercuum in Europa. — Pilei numerosissimi, dimidiati, in caespitem convexum 15-30 cm. latum et crassum; pilei $1\frac{1}{2}$ -6 cm. lati. Sæpe 15 kg. pondus attingit. Caro alba. Pori vulgo rotundi, sed in situ obliquo hiantes et laceri. Inter recentiores a sq. primus rite separavit Secretan, sed Schaeff. t. 129, quam huc ducit, ad ideam specimen facta ac t. 128, quam ad sq. ducit. Utraque sensu Friesii, sq. refert. Hic est primarius *B. frondosus* et Clus. Esc. gen. 21, Bauh. Hist. XL. c. 46.

163. **Polyporus Colensoi** Berk. Fl. New. Zeal. II, p. 178. — Ramo- 5016
sissimus, frequenter dichotomus; pileis parvis flabelliformibus, li-

neatis glabris; poris elongatis; dissepimentis tenuibus, acie acutissima.

Hab. in truncis in silvis Tehawera Novæ Zelandiæ (COLENSO). — Cm. 30 et ultra lat., affinis *P. frondoso*, sed habitus fere *Hydri coralloidis*.

164. **Polyporus intybaceus** Fr. Epicr. p. 446, Hym. Eur. pag. 538, 5017
Berk. Outl. p. 240, Hussey I, t. 6 (non vidi), Quél. p. 255, *B. intybaceus* Auctt. pr. p. *B. frondosus* Schrad. Spic. n. 21, *P. giganteus* Fl. Dan. t. 1793, *P. ramosissimus* Secr. n. 7, *B. truncigenus* laciniis elongatis, conchatis, lateraliter productis, undulatis, pallidioribus Bocc. Paul. t. 30. — Ramosissimus, carnosus, subfragilis; pileolis numerosissimis, dimidiatis, porrectis, sinuatis, demum spatulatis, gilvo-fuscescentibus; stipitibus in truncum brevissimum connatis; poris firmis, obtusis, albo-fuscescentibus; sporis ovoideis, albis, 4-5 = 2-3.

Hab. ad truncos, in Europa. — Cæspites 15-30 cm. lati. Pori primo obsoleti, dentati, locis obliquis lamellosi. [Sow. t. 87, s. Barr. f. 1268 recedit pileolis paucis sursum porrectis, stipite vix ullo, poris amplis, griseis]. Hic est verus Fungus intybaceus Bauh. l. c. 45 et veter.

165. **Polyporus cristatus** (Pers.) Fr. Syst. Myc. I, p. 356, Hym. Eur. 5018
p. 539, Krombh. t. 48, f. 15, 16, Berl. t. 29, f. 4-7, Quél. p. 255, Pers. Myc. Eur. 2, p. 50, Rostk. t. 16 (optime), *B. cristatus* Pers. Syn., non Schaeff. *B. subsquamosus* Secr. n. 5. — Ramosus, firme carnosus, fragilis; pileolis integris dimidiatisque, imbricatis, depressis, subpulverulento-villosis, dein rimoso-squamosis, rufo-virescentibus; stipitibus connatis, difformibus, albis; poris minutis, angulatis lacerisque, albidis.

Hab. in fagetis umbrosis Europæ, Carol. mediæ et Wisconsin Amer. bor. (LAPHAM). — Valde versiformis, interdum simplex pileo 8 cm. circiter lato, modo undulato-lobato, centrali: *B. flabelliformis* Schaeff. t. 113, Secr. n. 6, *A* (nomen ultra 10 Europæis adscriptum, peregrino *P. flabelliformi* Klotzsch tantum sine confusione servandum). Hic verus *Fungus cristatus* Vet.

166. **Polyporus confluens** (A. et S.) Fr. Syst. Myc. I, p. 355 c. syn. 5019
Hym. Eur. p. 539, Sverig. atl. Svamp. t. 24, Berl. t. 29, f. 2, 3, Harz. t. 13, Pers. Myc. Eur. 2, p. 47 excl. var. pachypode, *P. Artemidorus* Lenz p. 80, f. 43 (optime), *P. aurantius* Trog in Fl. 1832, p. 354, *Boletus* Alb. et Schwein. p. 244, Schaeff. t. 109, 110 (sed in synon. et e loco epixylo cum *P. vario* manifeste commutat,

quare cum Pers. in Comm. in Sel. ad simillimam *P. raris* formam olim citatus), Secr. n. 67 (excl. prorsus *P. raris* Fr., *P. Pedicellata* Pers.), Hall. Helv. n. 2291. — Ramosus, firme carnosus, fragilis; pileolis crassis, dimidiatis, imbricatis, confluentibus, glabris, carneo-lutescentibus, demum obscurioribus, squamulosis; stipitibus brevissimis, confluentibus porisque curtis, minutis albo-pallescentibus; sporis 6-7 μ . longis.

Hab. in pinetis mucosis in Europa, in Carol. inf. Amer. bor. (RAVENEL), Port Denison, Lord Howe's Island Australiæ. — Cæs-pites 30 cm. et ultra lati, pilei 12-15 cm. lati. Crudus *P. orino* mibus gratus, carne pallida, sapore acriusculo. Colore fallax, nunc carneus, nunc paleaceus, in rufum et ochraceum vergens (aurantium non visus), sed facile dignoscitur pileis subcircinantibus, in massam amorpham, siccitate rigidam, confluentibus.

167. **Polyporus amygdalinus** Berk. et in Rav. B. et C. Cent. N. Am. 50.1

Fungi n. 45, Grev. I. p. 49. — Subimbricatus; pileo flabelliformi, convexo, carnosio, sordide luteo, obscure maculato, odorato; stipite obsoleto; hymenio albo; poris parvis circ. 270 μ . latis, sinuosis irregularibus, dissepimentis tenuibus, acie denticulatis.

Hab. ad truncos putrescentes *Quercuum* Newhope Carol. inf. (RAVENEL). — *Polyporo squamoso* similis at poris parvis distinctus. Pileus 5-10 cm. latus.

168. **Polyporus subgiganteus** B. et C. North Am. Fungi. n. 127. — 502

Pileo dilatato, lobato, flexuoso, rugoso-undulato, villosio-scabro; margine inflexo; poris irregularibus; dissepimentis tenuibus.

Hab. in Connecticut Amer. fœder. (C. WRIGHT). — Pileus pluripollicaris, 5 cm. longus; pori $\frac{1}{2}$ mm. lati sed variables; caro compacta, minime fibrosa.

169. **Polyporus Beatiei** Bauning in Peck 31 Rep. St. Mus. p. 36. — 502

Pileis e communi saepe tuberiformi basi oriundis, in massam suborbicularem saepe 30 cm. vel ultra diam. æquantem obductis, sursum subplanis vel centro depressis atque imperfecte infundibuliformibus, vario modo confluentibus atque imbricatis, quandoque gregariis, subzonatis, rugosis, nemihil radiato-costatis vel plicatis ex quo plerumque versus basin imperfecte reticulatis, subpinnulatis atque in zonis strigoso-villosis vel fere leniter scabroso-villosis, alutaceis, margine saepe irregulari lobatoque; poris media magnitudine in basin stipitiformem decurrentibus, inæqualibus, laceratis, dentatis atque etiam lamellatis, vulgo longitudine circiter pilei carnis crassitiem æquantibus, subconcoloribus; carne pallida vel pal-

Indo-abotacea, contextu firmo sed caseoso; sporis globosis, hyalinis, rugosis, 6-9 μ . diam.

Hab. ad terram in silvis Wilmurt, Herkimer County, New York Amer. fœder. (G. S. WATKINS et W. D. EDMONDS), ad terram sub Quercubus Brighton, Mouroe County (G. T. FISH), Baltimore Maryland (M. E. BANNING). — Videtur arcte cognatus *P. subgiganteo* B. et C. et teste Cooke forte non diversus a *Pol. Berkeleyi*. Pileus 25-50 cm. latus, 2½ cm. crassus; altitudo 15-25 cm. Dimensiones ex loco vel exsiccationis gradu variabiles. Color et contextus carnis *P. sulphurei*. cui affinis. Siccus odore forti peculiari pollet.

170. **Polyporus Anax** Berk. Grev. XII, p. 37. — Intricato-ramosus; 5023
ramis in pileos lobatos versiformes, magnitudine varios, imbricatos et confluentes obscure griseos vel plumbeos, subinde tomentellos vel fibrillosos abeuntibus; poris albis versiformibus, plerumque majusculis et angulosis; carne coriacea, in sicco fragili, odore (in sicco) murino.

Hab. ad basim truncorum Ohio Amer. bor. — Caespes e trunco communis oriens, 40 cm. diam.

171. **Polyporus botryoides** Lév. Champ. Mus. p. 128. — Pileis nume- 5024
rosissimis minutis imbricatis in massam communem coherentibus, margine sulcatis, glabris, nigris, crustaceis; poris angulatis, fulvis, contextu concolori.

Hab. ad truncos [patria ignota] (herb. Mus. Paris). — Pilei 1-3 cm. lati, massam 10 cm. crassam formantes.

172. **Polyporus rubricus** Berk. in Hook. Journ. 1851, p. 81 Dec. of Fun- 5025
gi n. 338. — Flabelliformis, expansus, multiplex, totus pallide rubricus; pileo lobato, subfimbriato, glabro, demum radiato; stipitibus obesis, basi velutinis; poris parvis, brevissimis.

Hab. ad truncos, Sikkim Indiae 2300 m. alt. (HOOKER). — 3 cm. et ultra latus; stipes plus minus evolutus, subinde 5 cm. et ultra longus, 2,5 crassus.

173. **Polyporus scabriusculus** Berk. Austral. Fung. n. 255. — E sti- 5026
pите cylindrico 5 cm. longo repetite ramosus; ramis 15 cm. long.; pileis spatulatis subtiliter pubescentibus, scabriusculis; poris amplis.

Hab. in Australia. — Pori 1,5 mm. lati.

174. **Polyporus eurocephalus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 48. 5027
— Maximus, imbricatus, ex axi communi oriundus; pileis planis, dilatatis, luteo-umbrinis, pulverulento-tomentosis, tenuioribus; con-

textu carnoso albo; poris parvis, inæqualibus, labyrinthiformibus, ochraceis; dissepimentis tenuibus.

Hab. ad ligna emortua, Peradenya Ceylon (THWAITES). — Pilei plura em. latis, 9 em. longi. siccis sordide ochraceis; pori $\frac{1}{2}$ mm. diam.

- 175 **Polyporus lactifluus** Peck Bull. Torr. Cl. 1881, p. 51. — Pileis e 5028
 communi tuberiformi basi oriundis, varie lobatis, confluentibus vel imbricatis, plerumque imperfecte infundibuliformibus, 15-25 em. latis, subtomentosis v. pubescentibus, albidis, late ferrugineo v. subochraceo zonatis, costis radiatis leviter aspero, marginæ crasso, obtuso, plerumque flexuoso; carne alba, firma, sicca compacta, atque ubi recenter cæsa copiosum succum lactiginosum fundente; poris media magnitudine, inæqualibus, irregularibus, saepe angularibus vel flexuosis, decurrentibus, albis, primum brevibus, dissepimentis crassis, demum longioribus, dissepimentis tenuibus sed integris; sporis globosis, rugosis, 8-9 μ diam.

Hab. ad radices vetustas pr. Baltimore, Maryland Amer. fœder. (E. BANNER). — Ob laticem, quo cum *Lactarius* gaudet, species maxime notanda.

- G) LOBATI Fr. Nov. Symb. p. 53, *Merisma* Gill., *Meripilus* Kautz., *Cladomeris* Quel. — E. carnoso lenti subcoriacei, plus minus zonati, intus tubrosi. Pori adnati. Crespites laterales substipitati, imbricato-multiplices, stipitibus plus minus connatis vel e tubere communi ematis. Fungi subnigritiles, non efules.

* Contextu vario, non læte colorato.

176. **Polyporus giganteus** (Pers.) Fr. Syst. Myc. 1, p. 356 cum syn. 5029
 ampla, Hym. Eur. p. 510, Berk. Outl. p. 240, Henssey I. t. 82, Kickx p. 226, *Boletus* Pers. Syn. p. 521, *B. mesentericus* Schaeff. t. 267, *B. elegans* Bolt. t. 76. — Imbricato-multiplex, e carnoso-lento subcoriaceus; pileis dimidiatis, latissimis, flaccidis, subzonatis, rivulosis, spadicosis, postice depressis; stipitibus e tubere communi connato-ramosis; poris minutis, subrotundis, pallidis, demum la-ceris.

Hab. ad basim truncorum in Europa. — Maximus 30-60 em. latus (etiam usque ad 1,20 m. latus), pileolis 30 em. latis, cute rigida in granula v. squamulas fibrillosas secedente. Pori tactu obscurati. Icones minus bonæ, diminutæ, hinc ancipites. Variat clavæformis: Holmsk. Ot. 2, t. 13.

177. **Polyporus Talpæ** Cooke in Grevill. 1887. — Imbricato-multiplex, 5030

e carnosio lentus, subcoriaceus; pileis dimidiatis, latissimis, flaccidis, breviter velutinis, demum profunde rugosis, fuliginis, ambitu pallidioribus; stipitibus (?); poris mediis, angulatis, subaequalibus, vix dentatis, concoloribus; contextu pallido.

Hab. ad truncos, Minas Geraes Brasiliae (GLAZIOU). — Pileus 25-30 cm. diam., 12 mm. cr. Tubuli vix 1 mm. long. *P. giganteo* et *acanthoidi* affinis.

178. **Polyporus Oleæ** Panizzi in N. Giorn. bot. ital. 1886, p. 65. — 5031

Cespitoso-multiplex, carnosio-coriaceus; pileolis tomentosulis, subzonatis, in prima aetate explanato-lobatis, dein pyxidatis, lobato-crenatis striatisque, colore rubro-lateritio, pro effusione pororum albo-marginatis; poris albidis, minutis, superius obstructis, inferne angulato-laceris; pseudo-radicibus racemoso-fibrosis simul contextis stipitem effingentibus; sporis minutis, rotundis, albis.

Hab. ad basim subterraneam truncorum Oleæ, S. Remo Ital. bor. 5032

179. **Polyporus Berkeleyi** Fr. Nov. Symb. p. 40. B. et C. Cent. N.

Am. Fungi n. 48. — Latissimus; pileo suberoso, tenui, utrinque applanato, longitudinaliter rugoso, (subtiliter tomentoso), alutaceo; margine acuto, undulato, lobato; contextu porisque tenellis, molibus inaequalibus, angulatis, subdentatis.

Hab. in Carolina superiori. — Affinis *Polyporo lobato*. Pileus 3 cm. et ultra latus, 1 cm. crassus; caro tenax; pori 1-6 mm. et ultra profundi.

180. **Polyporus acanthoides** (Bull.) Fr. Epicr. p. 448, Hym. Eur. p. 540, 5033

Kickx p. 226, QuéL. p. 257, *Boletus* Bull. t. 486, *Sistotrema rufescens* Pers. Ic. pict. t. 6, non Syn. *Daedalea* Secr. 2, p. 183, *Hydn. crispum* Inzeng. Sic. t. 6, l. 1? — Imbricato-multiplex, e lento coriaceus; pileolis infundibuliformibus, inciso-dimidiatis, subzonatis, longitudinaliter rugosis, ferruginascentibus; stipitibus connato-ramosis porisque lamelloso-sinuosis, tenuibus, acie dentatis ex albo rufescentibus.

Hab. ad terram truncosve in Europa et in Pennsylvania socio *Sapedonio* (ELLIS). — Priore tenuior, junior pallens; licet subcoriaceus, brevius durat et vetustus fragilis fit. *P. rufescens* abunde differt pileo spongioso, hirsuto, haud undulato-lobato, poris majoribus *Sistrotrematis* (Pers. Syn.) vel *Daedaleæ*.

181. **Polyporus lobatus** (Huds.) Fr. Epicr. p. 448, Hym. Eur. p. 540, 5034

Boletus Huds. Ang. p. 625, Schrad. Spic. p. 162, *B. cristatus* Schaeff. t. 316, 317 (mutuata in Nees Syst. f. 217), Wallr. D. Kr. Fl. IV, *B. informis* Cummo in Act. Taur. 1805, p. 223. — Ca-

spitoso-multiplex. lento-coriaceus, induratus, pileis subdimidiatis, imbricato-concrescentibus. lacero-lobatis, glabris, luteis, postice in stipites teretes, inæquales, fulgineos attenuatis; poris mediocribus, adnatis, pallidis, acie tenui.

Hab. ad basim truncorum in Europa. raro. — Nil cum *P. cristato* habet commune et differt substantia tenaci indurata, pileis subrugosis v. maculatis, carne tenui fusciscente, poris subochroleucis et stipitibus fuliginis.

182. **Polyporus Pauletii** Fr. Epicr. p. 449, Hym. Eur. p. 341, Paul. 500
t. 31, f. 4. — Cespitose-multiplex; pileis carnoso-coriaceis, dimidiato-infundibuliformibus, repandis, levibus, glabris, subruvalosis, badio-fuliginis; stipitibus curvatis, subcaudiculatis porisque acutis, angulatis albidis.

Hab. ad basim truncorum Gallie. — Stipes distinctus, basi non ingrescens; pilei 8 cm. lati. Habitus americani *P. distorti*.

183. **Polyporus distortus** Schwein. Car. n. 903, Fr. Elench. I, p. 79, 796
— Pileis confluentibus distortis vel auriformibus cerymis, undique poris minutis molliusculis minutis candidis pallescentibus.

Hab. non rarus in terra vel ad radices arborum, præsertim Bignonie Catalpæ et in viis ligno munitis Carolinæ Amer. fœder. — Pilei numerosi, subdimidiati, distorti, auriformes aut orbiculares; undique tecti poris candidis, demum pallescentibus, minutis, sinuatis, submolliibus, qui sæpe super pilei marginem, inde crassum porosum, incrementum et in stipites spongioso-coriaceos decurrunt. Plerumque invenitur fungus expers pilei, undique porosus, clavariæformis aut cylindricus, unde nexus cum prioribus perspicuus.

184. **Polyporus candidus** (Roth) Fr. Epicr. p. 449, Hym. Eur. p. 341, 397
Boletus Roth Cat. I, p. 244. *Polypp. Rosarum* Wenm. Ross. p. 319
(var. minor). — Imbricato-multiplex, coriaceo-lentus, tenax; pileis subsessilibus, dimidiatis, laciniatis undulatisve, azois, candido-tomentosis; poris tenuibus, inæqualibus, curvis, chalybeis.

Hab. ad basim truncorum raro in Europa. — Cespites minores varie concrescentes et incrustantes; nunquam pilei postice decurrentes ut in affinis Apodibus.

185. **Polyporus osseus** Kschibr. Enum. 1, p. 160, Ic. fung. 1, 34, f. 2, Fr. Hym. Eur. p. 341. *P. osseus* Warr. D. Kr. Pl. ? — Cespitose-multiplex, albus; pileis elastico-tenacibus, demum induratis, subdimidiatis, varie concrescentibus, levibus, glabris; stipitibus brevibus, concrescentibus, a basi constricti oris; poris decurrentibus, minutis, rotundis, demum lacris, decurrentibus, sp. n. 5 p. 100.

Hab. ad truncos Laricis in Hungaria, etiam in Tyrolia (HEUFLER) et in monte Schneeberg Austriae (JURATZKA) et ad truncos vetustos in silvis, Guilderland New York Amer. bor. (PЕСК). — Insignis species, carne demum durissima a *P. caseosis* longe distans. Pilei forma variantes, convexi depressive; contextus albus; odor acidulus.

186. **Polyporus floriformis** Quél. in Bresad. Fungi Trident. p. 61, tab. 5039
LXVIII. — Imbricato-multiplex; pileis carnosolentis, subcoriaceis, subsessilibus, dimidiatis, longitudinaliter radiate-rugosis ex albo subgriseis, interdum margine griseo-subzonatis, 2-3½ cm. latis; poris parvis, subrotundis, dein oblongo-laceratis aut fimbriatis, albis; carne alba, amariuscula, subacidula; sporis hyalinis, subcylindraceis, 4 ≈ 2; basidiis clavatis, 56 ≈ 15-20.

Hab. ad scintillas laricinas juxta terram in montanis Tridentinis, autumnno. — *Polyporo candido* proximus externa facie etiam pro *Pol. osseo* Kalkbr., quocum crescit, haberi potest, at pileo radiato-rugoso, carne nunquam ossea satis superque diversus. *Pol. osseum* Kalkbr. quoque ad truncos laricinos tantum obvium vidit cl. Bresadola.

187. **Polyporus secernibilis** Berk. Dec. of Fung. n. 171. — Eximie im- 5010
bricatus, postice confluenti-effusus, a matrice secernibilis; pileis membranaceo-coriaceis subplicatis sericeis, demum glabrescentibus, nitidulis, pallidis; zonis obscurioribus; poris minimis fuliginis.

Hab. in ligno eicortuo, Talagalla, Ceylon (GARDNER). — Pilei 2½ cm. vel ultra longi. Habitus fere *P. adusti* et *P. crispi*.

188. **Polyporus armoracius** Berk. in Fr. Nov. Symb. p. 37 (nomen). 5011
— Valde affinis *Polyporo candido*, a quo differt tomenti albi defectu.

Hab. . . . (locus desideratur). — Ex Fries peraffinis quoque *Polyporo secernibili*.

189. **Polyporus trichrous** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 49. — 5042
Cespitoso-multiplex, succoso-caseosus, subtiliter tomentosus, hic illic velutinus, umbrino-pallescentis, zonatim obscurior; contextu corneo; hymenio candido, hinc illic flavo-maculato, poris minutis circ. 35 μ . diam., subaequalibus angulatis, dissepimentis integris denticulatisque.

Hab. in lignis vetustis Carolinae merid. (RAVENEL). — Hinc ad *Polyporum sulphureum* illic ad *P. imbricatum* accedens.

190. **Polyporus anthracophilus** Cooke Grev. XII, pag. 16. — Imbri- 5043
cato-multiplex, e lento coriaceus, induratus; pileolis dimidiatis, im-

bricato-concrescentibus, sinuoso-lobatis, subtomentosis, demum adpresso-squamosis, badio-fuscis, postice in stipites inæquales, albidos attenuatis, ambitu leniter zonatis; poris mediocribus, $\frac{1}{3}$ - $\frac{1}{2}$ mm. inæqualibus, angulatis, decurrentibus, albis; dissepimentis tenuibus, subdentatis.

Hab. ad terram combustam Australiæ (Murr), Rockhampton (Thozet). — Cæspites 15 cm. lat.; pori 1 cm. et ultra longi. Siccus durissimus, hinc ad *Fomites* accedit.

191. **Polyporus Warmingii** Berk. F. Glaz. p. 752. — Pallidus flabel- 5044
lato-multifidus, postice primum tomentosus, in basia stipitifor-
mem attenuatus, zonatus; poris amplis irregularibus; dissepimen-
tis tumidis.

Hab. in Brasilia (Glaziov). — Statu exsiccato valde contra-
ctus, primo visu *Zonariæ* similissimus.

192. **Polyporus oxyporus** Sant. in Hedw. 1876, p. 150. — Cæspito 5045
sus, suberoso-lignosus; pileis dimidiatis, imbricatis, crassis semi-
circularibus, albido-pallidis, adpresse villosis, depresso-zonatis, ob-
scure et acute marginatis; poris albidis, longis, confertis, lineari-
bus, scalariconnatis.

Hab. in basi truncorum *Æsculi* Hippocastani, Salzburg. — Fun-
gus 2,5 cm. cr., 5-15 cm. lat.

** Contextu late colorato.

193. **Polyporus flammas** Berk. in Hook. Journ. 1854, p. 139, Dec. 5046
n. 421. — Pileo convexo, subtiliter tomentoso contextuque crasso,
ligueo; stipite nullo; poris mediis brevibus, flavis.

Hab. in ligno putri Sikkim Darieeling Indiæ, ad 2200 m. alt.
(Hooker). — Pilei 12 cm. lati, 7-8 cm. longi.

194. **Polyporus lætus** Cooke Grev. XII, p. 16. — Imbricato-multi- 5047
plex, e lento coriaceus, læticolor; pileolis dimidiatis imbricato-con-
crescentibus, integris, in squamulas adpressas zonato-diffractis, au-
rantio-rubris, in coccineum purpureumque vergentibus, demum pal-
lescentibus, postice in stipitem inæqualem abeuntibus, margine acuto,
carne fibrosa, aurantio-rubra, tenui, 5 mm. cr.; poris mediis pal-
lidis, acie tenui.

Hab. ad truncos, Victoria Australiæ. — Pilei 7-15 et ultra cm.
lati. Videtur affinis *Polyporo giganteo*.

- H) IMBRICATI FR. Nov. Symb. p. 53, *Merisnia* Gill., *Polypilus* Karst., *Cladomeris* Quéf. — Epelliculosi, caseosi, primo succoso-molles, dem aridi, fra-
giles, azoni, poris secudentibus. Cæspites sessiles, vulgo dimidiati, in situ

vero horizontali undique expansi, centrales primitus ex unico tuberculo amorpho in pileolos innumeros explicati. Fungi lignatiles, acidi.

195. **Polyporus casearius** Fr. Epicr. p. 449. Hym. Eur. p. 341. *Fun-* 5048
gus casearius quercinus Sterb. t. 12 (sed icon potius spectat var. saucinae). — Caespitoso-multiplex, carnososo-caseosus, sessilis; pileis imbricatis, latissimis, planis, glabellis, ex albo alutaceis; poris minutis, rotundis, subaequalibus, lacteis.

Hab. ad truncos Quercus et juxta truncos substipitatus ad terram in Europa. — Maxime spectabilis carnis caseosa, haud fibrosa, rigido-fragili, sed minus succosa. Olor valde acidus. Variat ut sequentes stipite crasso, brevi.

196. **Polyporus immitis** Peck 35 Rep. St. Mus. pag. 135. — Pileis 5049
caespitoso-imbricatis, latis, convexo-planis, rugulosis vel inaequalibus, radiato-rugosis, fibroso-hispidis, azonis, albis, demum flavo v. alutaceo-tinctis; carne alba, subfibrosa, molli et uda in vivo, sicca caseosa acidulo-olente; poris minutis, angularibus vel subflexuosis, pilei crassitudinem aequantibus, albis, denique dentatis vel lacera-
tis, dissepimentis tenuibus; sporis minutis, hyalinis, ellipsoideis, 3-4 = 1,5-2.

Hab. in truncis emortuis East Born. Amer. borealis. — *Polyporo caseario* affinis sed pori diversi.

197. **Polyporus sulphureus** (Bull.) Fr. Syst. Myc. I, p. 357 cum syn. 5050
Hym. Eur. p. 542, Sverig. atl. Svamp. t. 88. Grev. Scot. t. 113, Ventur. t. 53, f. 6, 7. Rostk. t. 20, Hassey I, t. 46, Berk. Outl. t. 16, f. 3. *Boletus* Bull. t. 429, Sowerb. t. 135, *B. citrinus* Planer, Pers. Syn. p. 524, *B. caudicinus* Scop. Schaeff. t. 131, 132, Fl. Dan. 1019, Secr. n. 24. Var. pileo roseo: *P. Todari* Inzeng. Sic. t. 2, f. 2 (pileo miniato). — Caespitoso-multiplex, succoso-caseosus, mox expallens; pileis latissimis, imbricatis, undulatis, glabriusculis rubello-luteis; poris minutis, planis, sulphureis; sporis ovoideis, hyalinis, subtiliter papillatis, 7-8 = 4-5.

Hab. ad truncos vetustos Quercus, Cerasi, Fagi etc. in Europa, in ligno putrido Populi laurifoliae pr. Minussinsk Sibiriae Asiae, in Larice in jugo alpium Tannu-ola ad fluvium Ar Torgholyk et ad truncos arborum Altai australis, Han-hai, Mongolia borealis (POTANIS), Ceylon, Sikkim Indiae, New England, Ohio, Deerfield, New York (H. SEYMOUR), Cuba (C. WRIGHT), Tasmania. — Vulgo sessilis, sed variat stipitatus (Batt. t. 31, B. Paulet f. 14), caespitosus 30-65 cm., lateralis, in arboribus stantibus, sed

undique expansus in prostratis; etiam clavatus, nunc porosus Sowerb. l. c. In optimo vigore sulphureo-lactescit. Caro flavida, demum alba, senio fatiscens nec indurata. Hujus loci esse *Fungum Laricis aureum* Mathioli sagaciter docuit Cel. Heuffer. Edulis est, licet Clusio *Pernic. genus V.* — Var. **cochlearius** Katschbr. F. Mong. p. 62; caespitoso-multiplex, caseosus, rigido-fragilis, pileis e tubere communi prodeuntibus, connatis, inequalibus, linguiformibus vel ad apicem dilatatis, subtus concavis, cochleariformibus, albo-flavis; poris minutis, mollibus, subangulatis, lacrando inæqualibus, isabellinis. Ad truncos arborum Mongoliæ borealis, Altai australis.

198. **Polyporus Ceratonie** Rizzo ex Barla tab. 30, f. 1-3, Fr. Hym. 507
Eur. p. 552. — Subsessilis, e carnosio subcoriaceus; pileo plano, glabriusculo, flavo-rubello, carne alba; poris minutis, brevissimis, sulphureis.

Hab. ad truncos Ceratonie in Italia frequens, ut dicitur. — Dubitat auctor, num a *P. sulphureo* sit diversus, sed carne non modo alba, sed etiam tenaci, hinc fibrosa differt, quum *P. sulphurei* caseosa, floccosa et adulta friabilis, fatiscens. Ex icone quoque simplex. Ex Cooke var. *P. sulphurei*.

199. **Polyporus circinnatus** Morgan Myc. Miami Polyp. p. 97. — Pileis e basi communi orientibus, imbricatis, numerosis, plus minus supitatis, latissimis, reniformibus undulatis, rugosis, subglabris, flavido-rubentibus, prope marginem subzonatis; poris minutis, inæqualibus, subangulatis, lacteis; sporis hyalinis, 5-6 = 3-4.

Hab. in basi truncorum in silvis Cincinnati Amer. bor. — Crespes 10-15 cm. altus, 30-40 cm. latus; pilei 7-20 cm. lati.

200. **Polyporus flabellatus** Schulz. et Bres. in Hedw. 1885, p. 145. — Stipitibus numerosis e tubere amorpho, succose-carnoso, 3-5 cm. alto et crasso orientibus, plus minusve appianatis, divisis et sphathuliformae sensim in pileos dilatatis; caespitibus usque 20 cm. latis et 13 cm. altis; pileis et stipitibus sæpe connatis; pileis integerrime integris, carnosiss, margine obtusis, 2-12 cm. latis, inaequalibus, primitus levibus dilute fusciscente-luteis, deinde cute granulosis sive squamulis fibrillosas secedente badiis; poris minutis marginatis, ancone luteolis, usque basim stipitis decurrentibus et illic albidis; stipitibus et poris tactu fuscis; tubulis brevissimis, longioribus vix 0,4 mm. longis; carne fibrillosa, in statu juvenili fragili, tandem valde lenta; odore nec malo; sapore dulcidulo; sporis albis, globosis, 2 μ . diam.

Hab. gregatim 2 caespes ad radicem *Quercus emortuæ* in silva Kunjevce, Slavonia. — Hymenium verum adest.

201. **Polyporus retiporus** Cooke Grev. XII, pag. 15. — Cæspitoso- 5054
multiplex, succoso-caseosus, expallens, ochraceus, in sicco fragilis;
pileis latissimis, imbricatis, undulatis, velutino-tomentosis; carne
alba; poris angulatis, mediis, brevissimis; dissepimentis obtusis re-
tiformibus.

Hab. ad truncos pr. fluvium Daintree Australiae. — Similis
P. sulphureo sed pori triplo latiores, multo breviores, dissepimen-
tis subvenosis. Differt etiam superficie velutina. Color incertus.

202. **Polyporus discolor** Berk. et Kl. Linn. VIII, p. 483, Fries Epicr. 5055
p. 450. — Cæspitoso-multiplex, caseoso-fragilis; pileolis elonga-
tis, amplis, tenuibus, applanatis, azonis, longitudinaliter rugosis,
villosis, albidis; poris minutis, tenuibus, fusco-olivaceis, facile col-
labentibus.

Hab. ad truncos ins. Mauritiæ. — Pileoli 7-15 cm. longi, 4 mm.
modo crassi; caro alba, friabilis; pori sicci et collapsi grisei.

203. **Polyporus guttulatus** Peck in litt. *P. maculatus* Peck 26 Rep. 5056
pag. 69. — Pileis caseoso-mollibus latis, applanatis, subinde con-
fluentibus, sessilibus vel in stipitem brevem abeuntibus, subinæ-
qualibus, albis vel flavido-albis, zonis saturatoribus maculisque
aqueis notatis; poris minutis, subangularibus, brevibus, albis, sub-
inde brunneo-tinctis; carne alba.

Hab. ad truncos dejectos in silvis Worcester Amer. bor. —
Polyporo sulphureo affinis sed pori minores. Pileus 10-15 cm. la-
tus, 12-16 mm. crassus.

204. **Polyporus Telfairii** Berk. et Kl. in Linn. VIII, p. 483, Fries 5057
Epicr. p. 450. — Cæspitoso-multiplex, caseoso-carnosus, subtenax,
albus; pileolis imbricato-concrescentibus expansis, tenuibus, lobatis,
tuberculoso-rugosis, villosis, obsolete zonatis; poris minutis, te-
nuibus, difformibus lacerisque.

Hab. ad truncos in ins. Mauritiæ. — Minor, siccus pallescens;
pileoli 5 cm. longi, 2 mm. crassi versus marginem fibroso-squa-
mati; caro alba.

205. **Polyporus imbricatus** (Bull.) Fr. Syst. Myc. I, pag. 357, Hym. 5058
Eur. p. 542, Rostk. t. 21, Kickx p. 266, Quéll. pag. 236, *Boletus*
Bull. t. 366, *B. americanus* Pers. Syn. p. 531, Sterb. t. 27, B. —
Cæspitoso-multiplex, fibroso-caseosus, firmulus, demum expallens,
faticens; pileis latissimis, imbricatis, lobatis, opacis, luteo-fulvis.

ad marginem subzonatum pallidioribus; poris minutis, rotundis, e pallido sordide luteolis.

Hab. ad truncos varios, raro in Europa. — Colore fulvente opaco, pororum subfusco-ochraceo subferruginascente et carne uda fusciscente, sicca alba a *P. sulphureo* differt. Variat ut ille stipitatus: *Bol. caudicini* var. 3 Scop.; clavatus, nudique porosus: *B. ramosus* Bull. t. 418. Specimina a Friesio lecta speciosissima et a planta Bulliardi forsân distincta.

206. **Polyporus alligatus** Fr. El. pag. 78 cum descript. ampla, Hym. 5059 Eur. p. 543, Wallr. D. Kr. Fl. IV, p. 593, *Bolet. rugosus* Sowerb. t. 422, *B. mucilus* Scop. Ann. — Cespitoso-multiplex, fibroso-carnosus, rigido-fragilis; pileis imbricatis, inaequalibus, azonis, villosis, alutaceo-isabellinis; poris minutis, mollibus, albis, facile floccoso-obturatis.

Hab. ad basim truncorum Juglandis inque terram in Europa. — Junior saepe clavatus. Vulgo stipulas et gramina obvolvitur.

207. **Polyporus sordulentus** Mont. Fl. Chil. VII, pag. 357, et Syll. 5060 Crypt. n. 506. — Caseosus, cespitoso-multiplex, unicolor; pileolis e flabellato-spathulatis, tenuibus, convexo-planisculis, azonis, longitrorsum sulcatis, villosis, ex albo sordescentibus, umbrinis; poris mediocribus, pallidis, ore denticulatis lacerisve facile separabilibus; dissepimentis crassis.

Hab. apud Valdiviam reipublicae Chilensis (CL. GAY).

208. **Polyporus bonariensis** Speg. Fung. Arg. Pug. II, pag. 7. — 5061 Pileis dimidiatis, subreniformibus, maximis, 30-60 cm. lat., solitariis vel 3-6 basi connatis, azonis, radiatim undulato-rugosis vel subpruinosis, pallide fulvo-melleis, marginem versus obscurius coloratis; carne crassa, 2-4 cm. cr., compactissima, candida, uda molli, fragilissima, sicca lignoso-dura, pulverulento-friabilissima; hymenio a pileo discreto et facile secedente, ex albo pallide fuscescente; tubulis tenuibus, 5-6 mm. longis, intus albo-flavis v. subroseis, ore parvo integro rotundo; sporis globoso-ovoideis, hyalinis, granuloso-farctis, 5-6 \approx 4-4.5.

Hab. ad truncos salicinos vetustos, Boca del Riachuelo Reip. Argentinae (SCHNYDER). — Species magna, distinctissima; odor funginus, subnauseosus.

1 MOLLES Fr. Nov. Symb. p. 53. *Bjerkhøndera* Karst., *Lepoaporus* Quel. — Caseosus, primo aquose molles, fragiles, anodermel, flocculosi nec ob contextum (album) tenuiorem setoso-hispidi; poris subsecedentibus albis. — Adultio-

re. nunc molles nunc indurati, brevi putrescentes, nec per hiemem persistentes.

♂ Pileo tomentoso.

209. **Polyporus lacteus** Fr. Syst. Myc. I, p. 359, Hym. Eur. p. 546, 509
 le t. 182, c. 1, Weïman, Ross, p. 316, Secr. n. 63, Rostk. t. 23
 (opus). Pat. Gd. 244. — Candidus; pileo carnoso-fibroso, fragili,
 triquetro, pubescente, extus intusque azono, margine inflexo, acu-
 to; poris teranibus, ventis, dentatis, demum labyrinthiformibus, la-
 ceris.

Hab. ad truncos, praecipue Fagi in Europa, ad caudices pi-
 neos in Carol. inf. Amer. bor. (BENNETT), in Rhode Island (BEN-
 NETT) in Nova Britannia Australiae (SPRAGUE), in ligno emortuo,
 Ceylon (GARDNER). — Vulgo parvus, tenuis, sed interdum major,
 transversum oblongatus, valde declivis et postice gibbus, tenuum gla-
 brescens et inaequalis.

210. **Polyporus leucomanus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 308. — 509
 Caracus albus, pileo convexo dimidiato, fibr. adpressis notato,
 margine inflexo; poris minutis, dissepimentis laceratis, elongatis,
 hyalinis.

Hab. ad ligna emortua Cubae Amer. centr. (C. WRIGHT). —
 Pileus 12 mm. longus, 18 mm. latus; pori $\frac{1}{5}$ mm. diam. Affinis
P. lacteo.

211. **Polyporus tephronotus** Berk. Fl. Tasm. p. 252, tab. CLXXXII, 509
 fig. 5. — Pileo molli tomentoso, niveo, postice brunneo; hymenio
 ex albo subemerescent; poris minimis subrotundis, 181-182 μ .

Hab. in ligno putri in Tasmania (ARCHER). — Affinis *P. au-
 gusto* et *rhinocephalo*. Pileus 50 mm. lat., 35 mm. long.

212. **Polyporus tephroleucus** Fr. Syst. Myc. I, pag. 360, Hym. Eur. 509
 p. 545, Rostk. t. 26 (bona), Secr. n. 72. — Pileo carnoso-caseoso,
 triquetro, obtuso, villosa, inaequali, griseo, iatus albo, zonato;
 poris rotundis elongatisque, obtusis, integris, albis.

Hab. ad ligna mucida, ut omnes carnosi, praecipue in regionibus
 silvaticis montanis in Europa, in trunco Liriodendri, in Pen-
 sylvania Amer. bor. (MICHENER). — Vulgo imbricatus, transversum
 dilatatus, subtus planus, primo subgelatinosus.

213. **Polyporus sordidus** Cooke Grev. XV, p. 20. — Pileo carneso- 509
 molli, firmo, pulvinato, postice attenuato, subtiliter velutino, sor-
 dide fulgineo, circa marginem glabrescente; contextu albo, sub-
 zonato, tubulis mediis 5 mm. long.; poris albis, inaequalibus, an-
 gulatis $\frac{1}{4}$ - $\frac{1}{2}$ mm. long.; dissepimentis tenuibus integris.

Hab. ad truncos in Amer. feder. (J. B. Ellis). — Pileus 1-5 em. diam.; 2½ em. vel ultra postice latus, saepe sparsim imbricatus, margine nonnihil intus revelato.

214. **Polyporus epileucus** Fr. Epicr. p. 452. Hym. Eur. p. 545, Berk. ¹⁸⁶⁹ et Br. n. 1287, Quéf. pag. 258, *P. spumens* Fr. Dum. t. 1191 (poc alii hæc icon referenda). — Pileo e caseoso-molli arano, pulverinato, villosa-serpico, albido, intus similari; poris minutis, rotundis, integerrimis, albis.

Hab. ad truncos Fagi in Europa et Amer. feder. Carol. inf. (Curtis). — Simplex, major (8-12 em. latus, 2-6 em. crassus), semiorbicularis, subtus concavus, intus non fibrosus, vix zonatus, poris primo impalpabilibus: tubuli minutissimi atque 18 mm. longi.

215. **Polyporus armeniacus** Berk. Hook. Journ. 1856, p. 197, Dec ¹⁸⁵⁸ n. 571. — Armeniacus, pileo dimidiato, subconvexo, crassiusculo, rugoso-tomentoso; hymenio concolori; poris minutis, subpunctiformibus, acie subintegra.

Hab. in truncis putridis Panuró Brasiliæ (Saccæ), — Pileus 6 em. latus; pori vix 200 μ , diam. caro compactiuscula.

216. **Polyporus alutaceus** Fr. Syst. Myc. l. p. 360. Hym. Eur. p. 545, ¹⁸⁶⁹ *P. epicanthus* Rostk. t. 30 (bona). — Pileo carnoso demum tenaci, reniformi-dilatato, subvelutino, alutaceo, intus obsolete zonato, margine acuto, levi; poris exiguis, tenuibus, subrotundis, albid-alutaceis.

Hab. ad truncos pineos putrescentes in Europa. — Subimbricatus, nunc convexus, nunc explanatus, subinde hirtus et rugosus, subtus planus.

217. **Polyporus testaceus** Fr. Epicr. p. 453. Hym. Eur. p. 545, *P. variabilans* Rostk. t. 36 (var. margine salcato-crenato). — Pileo e carnoso suberoso, inæquabili, sulphurescente, azono, sordide testaceo, intus zonato margine undulato porisque minutis, curtis, rotundis, aequalibus albis.

Hab. ad truncos Populi nigri in Europa et in Pensylvania (MICHXER). — Proxime tenax, sed siccitate rigidior, subignosus, ab carnem zonata ad hæc gregem referendus. Pori semper integri.

218. **Polyporus undosus** Peck 34 Rep. p. 12. — Effuso-reflexus, carnoso-fibroso, mollioribus, pileo tenui, immixto angusto, rugoso-tomentoso, obscurè salcato zonato albido vel alutaceo, poris longis medioeribus, inæqualibus, angulatis, albis, poris latis tenuibus, dentatis, in situ obliquo elongatis, lateratis: mycelio albo.

Hab. in truncis dejectis *Abietis canadensis* in V. Catskill Amer. loc. — Affinis, ut videtur, *Polyporo destructori*, saepe omnino resupinatus, pileus 12 mm. latus sed frequenter 5-8 cm. longus.

219. **Polyporus corivalis** Berk. Austral. Fung. n. 75, et Lond. Journ. 5072
XIII, p. 162. — Imbricatus, pileo conchiformi, albido, lineato, tomentoso; hymenio concavo; poris angulatis minimis.

Hab. ad truncos *Adelaide Australie* (SCHOMBERGK). — Pileus 12 mm. latus, 6-7 mm. longus; pori 150 μ . lati. Affinis *P. chiono*. Adest quoque forma resupinata.

220. **Polyporus Keithii** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1430, Stevens. 5073
Hym. brit. II, p. 201. — Cochleiformis, sessilis postice decurrens; pileo 12 mm. lato, lacte rubro-brunneo, rugoso, processibus dentiformibus rigidis vestito; hymenio pallido, dissepimentis laceratis.

Hab. in ramis dejectis Dumphail Britanniae.

221. **Polyporus cerebrinus** B. et Br. Ann. N. H. n. 1800, Stev. Hym. 5074
II, pag. 197. — Niveus, pulvinatus, delicate tomentosus, demum glaber; margine crenato; poris rotundis, integris, dissepimentis crassis, obtusis.

Hab. ad Pinus, Glencis Britanniae. — Circiter $2\frac{1}{2}$ cm. latus. Aspectum praebet sicut fragmenti substantiae albae cerebralis.

222. **Polyporus verecundus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 309. — 5075
Pileo molli, convexo, ex albo cinerescente, tomentoso; margine acuto; hymenio pallido; poris minimis, subrotundis, acie obtusis, intus albis, elongatis.

Hab. ad ligna emortua Cuba (C. WRIGHT). — Pileus 5-8 cm. latus, 4-5 cm. longus; pori $\frac{1}{7}$ mm. diam. Colore *P. tephroleucum* Fr. refert. — Var. poris obscurioribus: Berk. F. Glaz. n. 8541. In planta typica pori initio albi sunt, sed hic illic eodem modo ac in varietate colorati sunt. Pileus in var. 7 cm. diam., 5 cm. longus, antice lobatus; hymenium et contextus cinnamomea; pori $\frac{1}{7}$ mm. diam. In Brasilia.

223. **Polyporus appendiculatus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 48. 5076
— Pileo reniformi subimbricato, postice attenuato, subtiliter tomentoso crassiusculo, leviter radiato-sulcato; poris parvis; dissepimentis tenuibus, lacerato-appendiculatis.

Hab. ad ligna emortua, Ceylon (THWAITES). — Pileus 8 cm. latus, 4 cm. longus, marginem versus subtiliter cinereus; pori $\frac{1}{2}$ mm. diam. variables.

224. **Polyporus ostreiformis** Berk. Challenger Fungi n. 207. — Imbricatus, albidus; pileo dimidiato-tomentoso, postice innato-fibroso, 5077

marginē acuto; hymenio plano; poris angulatis; dissepimentis tenuibus, acie integris.

Hab. ad truncos Malanipa in ins. Philippinis. — Pilei 3,5-4 cm. lati, 2,5 cm. longi; pori 200 μ . diam. Caro fragilis, sicca rigida.

225. **Polyporus semidigitaliformis** Berk. Linn. Journ. XVI, pag. 39, 5078
Chall. n. 105. — Gregarius; pileo unguato e mycelio tomentoso oriundo, albido, rugoso tomentoso; poris majoribus, postice lamellatis.

Hab. ad truncos Pennant Hills, Paramatta Australie. — Sparus supra superficiem planam lignorum exsiccatorum. Pileus 6-8 mm. latus; pori $2\frac{1}{2}$ - $3\frac{1}{7}$ mm. diam. Admodum singularis species, quandoque imbricata.

226. **Polyporus Gunnii** Berk. Fl. Tasm. p. 253. — Pileo flabellato, 5079
tenui, albido, sordescente, tomentoso, rugosiusculo, subzonato, intus niveo; hymenio albo; poris irregularibus, mediis, 636 μ .

Hab. in ramis Back River Gully, New Norfolk Tasmaniae (Guss). — Affinis *P. adusto*.

227. **Polyporus angustus** Berk. Fl. Tasm. p. 253, t. CLXXXII, fig. 7. 5080
— Pileo angusto, antice renascente, pallido, subtomentoso, postice exoleta, scabriusculo, fusco, decurrenti-annato, hymenio albo; poris minimis, angulato-punctiformibus, 149-150 μ .

Hab. in lignis putridis in Tasmania (Archer). — Pileus 12-18 mm. long. Affinis *P. adusto*.

228. **Polyporus Corium** Berk. Hook. Journ. 1852, p. 163, Dec. n. 435. 5081
— Candidus; pileo papyraceo-coriaceo, tenui, flexili, subtiliter tomentoso; poris parvis, dissepimentis tenuissimis, acie acuta sub-integra.

Hab. in truncis Sikkim Indiæ altit. 4000 m. (Hooker). — Pileus 3,5-4 cm. latus; pori 300 μ . lati. Species singularis, *Polystictio velutino* subaffinis. An ergo potius *Polystictus?* n.

** Pileo glabro.

229. **Polyporus fragilis** Fr. Elench. p. 86, Hym. Eur. p. 546, Ic. 182, 5082
f. 2, Berk. Outl. p. 242. *Bolet. mollis* β . Alb. et Schwein. p. 247, — Albidus, tactu fusco-maculatus; pileo carnoso, fibroso, fragili, plano-depresso reniformique, rugoso, subtus convexo; poris tenuibus, elongato-flexuosis, intricatis; sporis 8 μ . l.

Hab. ad ligna abiegnæ carie consumta in Europa. — Pilei latitudine varia usque ad 5 cm. — Distinctissimus, licet nulla forma

constans; variat etiam porrecto-stipitatus pendulusque, habitu dubii Sowerb. t. 387, f. 6.

230. **Polyporus nitidulus** B. et C. N. Pac. exp. n. 94. — Pileis lateraliter connatis, sublobatis, brevibus demum rufescentibus, nitidulis, subzonatis, obscure lineatis; hymenio albo; poris minimis angulatis.

Hab. ad ligna emortua in insulis Bonin Maris Pacifici

231. **Polyporus versicutis** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 308. — Carnosus (siccus rigidus), imbricatus; pileo rugoso vel tuberculato postice decurrente e tomentoso resinoso-guttato, margine obtuso sterili; hymenio umbrino; poris minutis angulatis, dissepimentis tenuibus; contextu pallido.

Hab. ad caudices emarcescos Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus $3\frac{1}{2}$ cm. latus, 12 mm. longus; pori $\frac{1}{8}$ mm. diam. Forma pumila occurrit margine non obtuso. Exsiccatus ochraceus. Affinis *P. fragili* vel, inter species exoticas, *P. vivaci* B. et *P. nitidulo* B. et C.

232. **Polyporus albo-gilvus** B. et C. Cub. Fungi n. 216. — Carnosus (siccus rigidus); pileo sublabelliformi, e tomentoso resinoso-glabro; hymenio recenti gilvo; poris minutis, dissepimentis tenuibus, elongatis, contextu sicco albo.

Hab. ad truncos emortuos in silvis Cuba. — Pileus 3 cm. latus, 18 mm. longus; pori circ. 200 μ . diam. *Polyporo versicuti* affinis.

233. **Polyporus trabeus** Rostk. t. 28, Fr. Epier. p. 454, Hym. Eur. p. 547. — Albus; pileo carnoso-fibroso, dein firmo, effuso-reflexo, transversim elongato, azono, pallido; poris curtis, minutis, subrotundis elongatisve, dentatis, albis.

Hab. ad ligna pinea in Europa et prope Miansusk Sibiriae Asiaticae cum *P. destructore* vulgo conjunctus. — Uterque variat effusus et reflexus, glaber et pubescens, sed *P. trabeus* magis regularis, laetius coloratus, utus intus hyalinus, obsolete zonatus.

234. **Polyporus kerensis** Pass. F. Abiss. pag. 181, Martelli Flor. Bogos. pag. 132. — Albidò-alutaceus (in sicco); pileo parvo, carnoso fragili subtriquetro, glabro, azono, intus candido, postice depresso, margine tumido, inflexo, subtus convexulo; poris elongatis, ampliuseulis, margine denticulatis, albidò-alutaceis.

Hab. in ramo putri Keren Abyssiniae, 1800 m. alt. (BECCARI). — A *Polyporo luteo* differt pilei margine obtuso, poris amplioribus etc., a *Polyporo pileuco* glabritie et poris.

235. **Polyporus cæsius** (Schrad.) Fr. Syst. Myc. l. p. 360, Hym. Eur. 5084
p. 347, Weism. l. c. Secr. n. 71, Berk. Outl. pag. 242, *Boletus*
Schrad. Spic. p. 167, Pers. Syn. p. 526, Alb. et Schwein. p. 247,
Bol. albus Sowerb. t. 226. — Albus, hinc inde cæsius-tinctus;
pileo carnoso, molli, tenaci, inæquali, sericeo; poris exiguis, inæ-
qualibus, elongato-flexuosis dentatoque-laceratis; sporis ovatis, pal-
lide cæruleis, 13 = 2,5.

Hab. ad truncos varios, præsertim pineos, abietinos et fagineos
passim in Europa et Carol. media Amer. bor. — Minor, 1¼-8
cm. latus, forma varians, stipitatus et resupinatus.

236. **Polyporus mollis** (Pers.) Fr. Syst. Myc. l. p. 360, Hym. Eur. 5089
p. 547, Ic. t. 182, f. 3, Weism. Ross. p. 316, Berk. et Br. n. 1365,
Boletus Pers. Obs. I, p. 22, *Medalea* Fr. Obs. I, p. 107. — Pi-
leo carnoso-fibroso, molli, effuso-reflexo, subtriquetro, rugoso, in-
carnato, margine acuto; poris inæqualibus, elongatis, flexuosis, mol-
libus, albis, tactis rubro-maculatis.

Hab. ad ligna putrida Pini, in montosis Europæ frequens. —
Non aquosus, sed tactu mollis, seriato-elongatus vel resupinatus;
Poria rubella Pers. Obs. I, p. 14 huc spectat.

237. **Polyporus fimbriporus** Schwein. Amer. bor. n. 355, p. 155. — 5090
Subtriangularis, carnosus, aqueose spongiosus; pileo glabro, pallido,
siccitate ruguloso et contracto; poris albescentibus, rotundis, mi-
nutis, acie mire fimbriato-ciliatis.

Hab. in ramis dejectis, Bethlehem Pensylvaniæ Amer. bor. —
Pileus 2,5 cm. latus.

238. **Polyporus obductus** Berk. Hook. Journ. 1845, p. 304, Dec. n. 80. 5091
— Pileo sessili, reniformi-lobato, tenaci, glaberrimo, pellicula ge-
latinoso-cartilaginea, flavida vestito, sicco fragilissimo; contextu
albo; hymenio albo; poris laceratis, dissepimentis tenuissimis.

Hab. ad truncos in America boreali (D. RICHARDSON). — Pileus
12 cm. latus, 6 cm. longus, 3 mm. crassus, pori circ. 1,5 mm.
lati. *P. aureolo* affinis videtur.

239. **Polyporus stipticus** (Pers.) Fr. Syst. Myc. l. p. 359, Hym. Eur. 5092
p. 546, Ic. t. 181, f. 2, Quélet p. 258, Pers. Syn. p. 525, Alb. et
Schweim. *B. acidulus* totus albus; Fr. Elench. p. 86. — Pileo e car-
noso suberoso, pulvinato, fragili, levigato, glabrato, albido; mar-
gine obtuso, subrufescente; poris longis, subrotundis, aequalibus,
albis.

Hab. ad truncos Pini adhuc stantes in Europa. — Imbricato-
concrescens, mollis, arescens, odore et sapore gratus; pileis 12 cm.

- circiter latis, circiter 2½ cm. crassis. Videtur *P. officinali* proximus.
240. **Polyporus chioneus** Fr. Syst. Myc. I, p. 359, Hym. Eur. p. 546, 5093
Weinm. Ross. p. 316, Luc. Suit. Bull. t. 73, Berk. Outl. p. 241,
B. porrecto-stipitatus: *P. candidus* Pers. Myc. Eur. 2, t. 15, f. 2,
(non Roth). — Albus; pileo carnoso, molli, levigato, glabro, azono,
postice sæpe porrecto, margine inflexo: poris curtis, exiguis, ro-
tundis, æqualibus, integerrimis; sporis ovoideis, albis, 3-5 = 1,5-2.
Hab. ad truncos v. c. Betulae in Europa et in trunco Pini syl-
vestris pr. Minussinsk Sibiriae Asiaticae. — Semper mollis, fragilis,
udus hyalino-albus, siccus candicans, 2,5 cm. latus, odore acido;
pilei 3-8 cm. lati superficies levigata, sed anodermea.
241. **Polyporus molluscus** Karst. Symb. Myc. Fenn. XVIII, p. 80 (sub 5094
Bjerkandera). — Albus; pileo carnoso, gelatinoso-molli, effuso-re-
flexo, elongato, levigato, filamentis nonnullis longiusculis prædito,
margine acuto; poris inæqualibus, rotundis, elongatis vel flexuo-
sis, laceris, mollibus.
Hab. ad ligna putrescentia Pini silvestris prope lacum Salois
par. Tammela Fenniae. — *Pol. chioneo* affinis.
242. **Polyporus delectans** Peck Bull. Torr. Cl. 1884, p. 26 Morgan 5095
Mycol. Miami Valley Polyp. p. 99, t. I. — Pileo sessili, convexo
vel subtriquetro, sæpe elongato, simplici vel subimbricato, carnoso-
fibroso, dein suberoso azono, glabro vel leniter floccoso-tomentoso,
inæquali, albo, dein flavido, margine acuto; poris planis vel sub-
concavis decurrentibus, ampliunculis, subrotundis v. angulatis, acie
acuta dentatis; sporis subglobosis, 6-7 μ . longis.
Hab. in truncis prostratis in silvis Ohio Amer. bor. (MORGAN).
— Pileus 5-10 cm. longus, 5 cm. latus.
243. **Polyporus pallescens** Fr. Syst. Myc. I, p. 369, Elench. pag. 96, 5096
Hym. Eur. p. 546, Berk. Outl. p. 244, *Boletus pelleporus* Sowerb.
t. 230 (non Bull.), *B. albidus* Wahlb. Lapp. — Pileo e carnoso
suberoso, levi, glabro, azono, lutescente, margine acuto concolore;
poris curtis, minutis, rotundis, albis, dein lutescentibus.
Hab. ad truncos et ramos arborum frondosarum in Europa, in
Carol. media et super. Amer. bor., Wisconsin (LAFHAM). — Sub-
caespitosus, 5-8 cm. vel ultra latus, tenuis, affinitate anceps. —
Var. **purus** Karst. Symb. XI, p. 69 (*Bjerkandera*): pileis imbricatis,
reniformibus vel semicircularibus, basi decurrente concre-
scentibus, pallescentibus, 5-15 cm. latis; poris albis, siccis luteolis,
subinde laceris. In trunco Ulmi et Alni in Fennia (NYLANDER).

244. **Polyporus destructor** (Schrad.) Fr. Syst. Myc. I, p. 359. Hym. 5097
Eur. p. 547, Weinm. Ross. p. 315, Krombh. t. 5, f. 8, Berk. Outl.
p. 242. *Boletus* Schrad. Spic. p. 166, Pers. Syn. p. 543, Alb. et
Schwein. p. 254. — Pileo aquose carnosus, effuso-reflexo, fragili,
rugoso, subundulato, fusciscenti-albido, intus zonato; poris elonga-
tis, subrotundis, dentatis lacerisque, albis.
Hab. ad ligna, præcipue domestica et fabrefacta, quæ more
Merulii lacrymantis emollit et destruit in Europa, Minussinsk Si-
biricæ Asiaticæ et Carol. med. Amer. fœder. — Pori confertissi-
mi, totum fungum, membrana jungente excepta, constituentes, valde
subtiles, æquales 4-7 mm. longi. — Var. **undulatus** Fr. l. c.: late
expansus, marginatus, albido-spadiceus: *P. sebaceus* Leys. Hal. n.
1250. Idem levigatus, griseus: *P. alutaceus* Rostk. t. 27.
245. **Polyporus crispellus** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 91. — Pileo tenui, 5098
carnoso, lateraliter elongato, margine undulato vel subcrispo,
radiato-rugoso, subglabro, albido, brunneo-zonato; carne alba, an-
guste subconcolori-zonata; poris brevibus, pilei crassitudinem sub-
æquantibus, minutis, subrotundis, albis acie subdentatis.
Hab. in truncis dejectis pineis, Osceola Amer. borealis. — Af-
finis *P. destructori*.
246. **Polyporus trichocoma** Fr. Nov. Symb. p. 37. — Pileo carnosus- 5099
lento, cupulari-integro, resupinato, extus albo, levigato, disco con-
vexo, e poris elongatis subtilissimis, in fibrillas solvendis, stipato.
Hab. ad ligna putrida ins. Tahiti Oceanicæ (DIDRICKSEN). — Pi-
leus orbicularis, 12-20 mm. latus, haud marginatus.
247. **Polyporus microscopicus** Juagh. Crypt. Jav. pag. 52. — Pileo 5100
subcarnoso, glabriusculo, azono, fusco, ambitu rubente; hymenio
tenui, candido, nudis oculis levi; poris minimis.
Hab. in truncis in M. Merapi in ins. Java alt. 1300 m. — Pi-
leus dimidiatus, 2-5 cm. latus, 2-3 mm. crassus, caro pallida, re-
cens succulenta, hymenium tenuissimum vix 0,5 mm. crassum.
248. **Polyporus semisupinus** B. et C. Grev. X, p. 52. — Ochraceus; 5101
pileo e resupinato reflexo, tenui, fibris paucis, brevibus ornato,
postice laccato-glabrato; poris minutis; dissepimentis tenuibus.
Hab. New ad truncos England, Amer. fœder. (SPRAGUE). — Pi-
leus 8 mm. latus; pori $\frac{1}{2}$ mm. lati.
249. **Polyporus semipileatus** Peck 34 Rep. p. 43. — Suborbicularis, 5102
supra anguste reflexus, subvillosus, albidus vel alutaceus; poris
curtis, minutis, rotundis, albis; dissepimentis acutis.
Hab. in cortice putri Aceris spicati in M. Catskill Amer. bor.

- Pars effusa vel resupinata fungi 2.5 cm. metitur; pileus, vel pars reflexa, vix 12 mm. lata; pori oculo inermi vix conspicui.
250. **Polyporus microstomus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 309. 5103
— Lentus; pileo breviter reflexo e subtiliter pubescente glaberrimo, zonato, rufo; poris minimis, punctiformibus, acie obtusis pruinosis, ochraceis.
Hab. in ligno emortuo, Cuba: Amer. centr. (C. WRIGHT). — Lateraliter connatus 6-12 mm. longus; pori $\frac{1}{7}$ mm. diam. Margo quandoque lobatus. Affinis *P. evoluto* sed substantia magis tenaci.
251. **Polyporus evolutus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 308. — 5104
Carnosus (siccus rigidus), centro affixus, evolvens; pileo concentricè zonato, e tomentoso resinoso-glabro, radiato-rugoso, rufo; hymenio pallido; poris minimis, hyalinis.
Hab. ad arbores emortuas, Cuba: Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus orbicularis $2\frac{1}{2}$ cm. latus; pori $\frac{1}{7}$ mm. diam. Affinis *P. versicuti* et *P. albobilco* præsertim *P. nitidulo* B. et C.
252. **Polyporus cerifluus** B. et C. North Am. Fungi n. 129. — Ochro- 5105
leucus; pileo sessili, dimidiato, angusto, hic illic laccato-glabrato; hymenio cribroso; poris angulatis, dentatis, minutis.
Hab. in Carol. inf. Amer. feder. (RAVENEL). — Pileus $2\frac{1}{2}$ cm. latus; pori $\frac{1}{4}$ mm. lati.
253. **Polyporus campylus** Berk. Fl. Tasm. II, p. 252, tab. CLXXXII, 5106
fig. 6. — Pileo palmato, lobato, albo, glabrescente; hymenio concavo; poris parvis, irregularibus, 317-318 μ ., margine obtusiusculo.
Hab. in ligno putri in Tasmania (ARCHER). — Affinis *P. boreali*.
254. **Polyporus argentatus** Cooke Grev. XV, pag. 20. *P. Palliseri* 5107
Grev. X, 98 (nec Berk.) — Pileo e carnosio-lento coriaceo, applanato, conchiformi, levi vel papillato, leniter sericeo, antice albo; postice cinereo-fusco; margine subacuto, sæpe albido, leniter sulcato; carne alba; poris albis, æqualibus, rotundatis, mediis; dissepimentis incrassatis.
Hab. ad truncos, Victoria in Queensland Australia: — Pileus 5-8 cm. latus, 12 mm. crassus.
255. **Polyporus comtulus** Berk. in Fr. Nov. Symb. p. 81 (*Trametes*). 5108
— Pileo applanato, colliculoso, inpolito, opaco, levi, absque sulcis et zonis, isabellino; poris valde exiguis, subrotundo-inæqualibus, 1 mm. vix profundis, contextu suberoso-floccoso.
Hab. ad truncos in Gujana (SCHOMBURGK). — Sec. Fries vera *Trametes*.

256. **Polyporus Ptychogaster** Ludwig Zeitschr. f. ges. Naturw. 1880, 5109
 Bd. 53, p. 430. Winter Pilze p. 456. Status gasterosporus: *Cerionyces* (Ptychogaster) *albus* Corda Ic. II, p. 24 t. 12, f. 90. — Pileo subglobo, sessili vel vix stipitato, pulvinate, 10 cm. lato, 5 cm. alto, initio albido, molli, dein brunneo et saepe atro-brunneo marmorato, intus stratoso, stratis concentricis, partim brunneis, partim albis, partim subdiaphanis, subgelatinosis, demum intus cavernosis; sporis (gasterosporis) in sporophoris simplicibus vel ramosis, spiraliter tortis, serialiter acrogenis ellipsoideo-oblongis, saepe inaequalibus, 6 μ . longis, brunneolis. — Status hymenialis: poris hinc inde in superficie pilei gasterospori efformatis, medio-cribus angulosis vel rotundis, denticulatis, albidis.

Hab. ad radices arborum in silvis Germaniæ.

- L. Fischer Fr. Nov. Synb. pag. 54, *Ejerkandera* Karst., *Leptoporus* Quel.
Anodermei lenti Fr. Ep. p. 454. — Carnoso-lenti, molles, elastici, (etiam juniores tenaces) ob contextum fibroso-floccosum villosotomentosum; pori subadnati, colorati.

* Contextu colorato (*Inonotus* Pat.).

257. **Polyporus simulans** Berk. et Curt. in Herb. Berk. n. 2543. — Cer- 5110
 vinus; pileo explanato, sublobato, molli, tenaci, contextu fibroso, concolori, margine acuto, pilis flexuosis sparsis ornato, alibi levi; poris angulatis irregularibus 0,3–0,5 mm., dissepimentis tenuibus, albis, denum fuligineis.

Hab. ad truncos in insula Cuba. — Pileus 15 cm. lat., 10 cm. long. Adest zona pilorum adpressorum prope marginem pilei.

258. **Polyporus croceus** (Pers.) Fr. Syst. Myc. I, p. 361, Hym. Eur. 5111
 p. 548, Pers. Myc. Eur. 2, p. 59, *Boletus croceus* Pers. Obs. I, p. 87. — Pileo carnoso, molli, tomentoso, azono, lutescente, intus fibroso, subzonato; poris curtis, inaequalibus, croceis; sporis 7 μ . long.

Hab. ad truncos cariosos *Quercus*, in Europa. — Pileus 8 cm. et ultra latus. Species admodum variabilis, colore lacte croceo fere *Pleur. nidulantis* facile distincta, sed siccatus nigrescens. Cfr. Pers. Obs. I. c. Bene evolutus raro obvius.

259. **Polyporus Spraguei** B. et C. Grev. I, p. 50. — Pileo imbricato, 5112
 pruinoso-scabro, rugoso; margine lobato, intus zonato, umbrino fibroso, rigescente; hymenio concavo; poris minutis.

Hab. ad truncos New England Amer. fœder. (MURRAY). — Pileus 8 cm. latus, 4 cm. longus, siccus rigidus; pori $\frac{1}{4}$ mm. lati.

260. **Polyporus dialeptus** Fr. Epier. p. 458. — Pileo e carnoso co- 5113

riaceo, tenuissimo, effuso-reflexo, tomentosus, helvolo-fuscescente; margine (sicci) incurvato, nigricante; poris curtis, tenuibus, rotundis, aequalibus, luteolo-pallidis.

Hab. ad truncos in Guænea. — Etiam siccus mollis est, contextu fibroso-floccoso, helvolo pallido. Basis deorsum protracta substerilis est.

261. **Polyporus Æsculi** Schw. Carol. n. 887. Fr. Epicr. p. 455. — 5114
Pileo carnoso-lento, mollissimo, subpulvinate e villosus levigatus, pallido, margine sterili; poris minutis sulphureis, demum nigricantibus, integris.

Hab. in Æsculo flava, raro, in Carolina. — Subimbricatus, primo aspectu glaber, sed gregis more tactu subtomentosus; pileus visus rubiginosus.

262. **Polyporus læticolor** Berk. Linn. Journ. XVI, p. 46. — Pileo 5115
dimidiato, postice leviter decurrente, armeniaco, rugoso, subtiliter velutino; margine tenui, irregulariter lobato; contextu molli, cinnabarino, primum armeniaco; hymenio cinnamomeo, margine ochroleuco; poris minutis, acie acutis.

Hab. in insula Malamon Philippinarum. — Pileus 7 cm. latus, 5 cm. longus; pori 320 μ . circ. diam. *Polypori ulnarii* habitus.

263. **Polyporus niveus** Fr. Syst. Myc. I, pag. 364, Hym. Eur. p. 548, 5116
Weinm. p. 328, Berk. Outl. p. 242, Gili. Champ. c. ic., *P. rutilans* Saund. et Sm. t. 45, *Boletus suberosus* Bull. t. 482. — Pileo carnoso, mollissimo, subpulvinate, e villosus levigatus, azono, subgilvo, intus concolore; poris elongatis, mediis, inæqualibus, angulatis, fulvo-testaceis.

Hab. ad truncos Quercus, Fagi, Sorbi, Syringæ et Betulæ in Europa, in truncis Laricis sibiricæ et Pini Ledebourii ad Han hai ad fluvium Unü-güt-en-gol in Mongolia boreali (POTANIN) et ad truncos prostratos Quercus et Fagi, Sandlake, North Greenbush et in montibus Adirondack, New-York Amer. bor. (PECK). — Eximia species, sicca fragrans, mollitie insignis; pileus 1-2 $\frac{1}{2}$ cm. crassus; pori majores quam in proximis; margo patens, subobtusus; duplex forma, altera gilva, altera subincarnata. — ***P. spongiosus** Fr. Epicr. p. 455, Hym. Eur. p. 548, *Boletus resupinatus* Bolt. t. 165, *P. aurantiacus* Rostk. 4. t. 58?: effusus, tomentosus, subfulvus. In Suecia et Britannia insignem hanc formam legit Fries in ramo betulino foliis oblecto, in præcedentem manifeste transentem. Cfr. *Fomes spongiosus*. — ***P. saloisensis** Karst. Symb. Myc. Fenn. XVIII, p. 87 (*Poria*): effu-

sus, separabilis, crassiusculus, ambitu subnudo; poris stipatis, carnosis, minutis, angulatis, inæqualibus denticulatis, tenuibus, vulgo obliquis, vitellinis. Ad ligna vetusta pinea in regione mustialensi, *Porie Placentæ* affinis. Demum, præcipue intus, rufescit, circiter 2 mm. cr.

264. **Polyporus aurantiacus** Peck 26 Rep. St. Mus. p. 69. — Pileo 5117
tenui, molli, sessili, dimidiato, subinde confluyente, fibrilloso-tomentoso, obscure zonato, aurantiaco; poris minutis, angulatis, inæqualibus, acutis, denique laceratis, e pallido aurantiis; carne aurantio tincta, obscure zonata.

Hab. in lignis dejectis in silvis Richmondville Americæ borealis. — Pileus 2,5-5 cm. latus; pori circ. 2 mm. profundi. Secundum Peck *P. bifirmi* affinis.

265. **Polyporus inotus** Karst. Symb. Myc. Fenn. IX, p. 49. — Pi- 5118
leo suberoso, coriaceo, dimidiato, sessili, applanato, primitus velutino fulvo, dein glabrato, ferrugineo, azono, levi, intus fusco-ferrugineo; margine submembranaceo, deflexo, 3-5 cm. lato; poris minutis, longis, rotundis, umbrinis vel subfuscis argenteo-micantibus.

Hab. ad truncum emortuum Populi tremulæ, Mustiala Fennicæ. — *Polyp. radiato* proximus.

266. **Polyporus endozonus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 54. — Pileo 5119
carnoso lignoso, pulvinate, villososcruposo, umbrino, intus exinie fibroso-radiante zonatoque alutaceo-fuscescente; poris minutis, curtis, rotundis, obtusis, nigricante-umbrinis.

Hab. ad truncos in ms. S. Jan Indiæ occidentalis (ERSTED). — Pileus fere crassior quam latus, 2,5-5 cm.

267. **Polyporus dryophilus** Berk. in Hook. Journ. 1847, p. 321, Dec. 5120
n. 129. — Pileo crasso, rigido, unguato-scabroso, inæquabili, incano-ferrugineo flavo, contextu cinnamomeo; hymenio cinnamomeo-fusco; poris parvis, intus rhabarbarinis.

Hab. in truncis vivis Quercus rubræ, Vainessville Amer. bor. (LEA). — Pilei subimbricati 10 cm. lati, 7-8 cm. longi; pori circ. 300 μ . diam. — Affinis *Polyp. dryadeo*. Teste Cooke, aptius forte ad *Suberosos* referendus.

268. **Polyporus rutilans** (Pers.) Fr. Syst. Myc. I, p. 363, Hym. Eur. 5121
p. 348, Berk. Outl. p. 242, Pers. Myc. Eur. 2, p. 58, *Boletus* Pers. Ic. et descr. t. 6, f. 4. — Pileo carnosolento, tenui, primo villosolento, dein glabrato, azono, e fulvo-cinnamomeo expallente, intus concolore; poris curtis, minutis, tenuibus, æqualibus, acutis, cinnamomeis.

Hab. ad ramos Quercus et Sorbi in Europa. — Forma varius,

sed extenuatus nec pulvinatus et utrinque convexus uti prior; pileus demum exsuceus, friabilis, marginello inflexo sed non incurvo limbriatove ut in *P. cuticulari*. Pori subnitidi. — Var. **ribicola** Karst. Hedw. 1881. p. 178. Ferrugineo-ochraceus, vulgo resupinatus, poris mediis pallidioribus. In Ribe Fennæ.

269. **Polyporus cæruleus** Fr. Hym. Eur. p. 549, Schum. Saell. p. 387 5122
sub *Boleto*, Fl. Dan. t. 1963, f. 2. — Pileo carnoso, molli, subreniformi, postice contracto, levi, glabro, cæruleo-glaucos; margine flexuoso, acuto, intus ochraceo, subtus plano, cinereo-pallido; poris minutis, rotundis subangulatisve.

Hab. ad truncos cæcos quercinos in Dania. — Pileus 5-8 cm. latus, 4 cm. crassus. E descriptione et icone distincta species.

270. **Polyporus fœdatus** Berk. Challeng. 1874-75 n. 140 et in Linn. 5123
Journ. XVI, p. 11. — Pileo subtenui, reniformi, azuro, umbrino-fuliginoso; margine pallido radiato-rugoso, sterili; contextu pallido, sericeo; poris punctiformibus, acie obtusis, pallide cinnamonomeis.

Hab. in truncis Somerset Cape York Australiae. — Pileus 7-8 cm. latus, 4-5 cm. longus; pori vix 300 μ . diam.

271. **Polyporus rubidus** Berk. Dec. of Ig. 172, Currey Fung. Kurz. 5124
t. 20, f. 566. — Rubidus, roseo-gilvus; pileo tenui, coriaceo, subreniformi, sulcato-zonato, inaequali, pulverulento, sericeo; contextu concolori; poris minimis, brevibus, punctiformibus.

Hab. Point de Gaile, Ceylon ad folia decidua (GARDNER, THWAITES, BECCARI), Malacca (SCORTECHINI). — Pilei 2 cm. vel ultra lat., 1 cm. longi.

272. **Polyporus Beckleri** Berk. Austral. Fung. n. 74. — Tenuis, dimidiatus, albus, postice effusus; pileo minutissimo, piloso-scabro; margine tenui, subinflexo; poris minimis angulatis. 5125

Hab. in lignis emortuis in Australia. — Pori 120 μ . diam.

273. **Polyporus pallido-cervinus** Schwein. Syn. p. 156, Mont. Cuba, 5126
p. 397. — Minor, dimidiatus; pileo gilvo, cervino, glabro, subcarnoso; poris pallidis, flexuosis; tubis longiusculis.

Hab. ad cortices emortuos in Amer. fœder. et Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 2,5 cm. latus.

274. **Polyporus calvescens** Berk. Exot. Fung. p. 390. — Cervinus, 5127
tenuis, durus, suberoso-coriaceus; pileo dimidiato, subimbricato, ruguloso, senectute nudo, margine zonato, velutino; hymenio inæquali; poris minutis, angulosis, parietibus tenuibus; margine abrupte sterili.

Hab. ad truncos New Orleans Amer. bor. — Pileus 3,5 cm.

longus, 6 cm. latus, *Pol. gilvo* subaffinis. A cl. Cooke iteratus inter *Fomites* sub n. 518.

275. **Polyporus squalens** (Karst.) Sacc. *Bjerkandera squalens* Karst. 5122

Symb. Myc. Fenn. XVIII. p. 79, *Trametes squalens* Karst. in Fung. Eur. exs. n. 3528. — Pileis stipiteo-suberosis, molliusculis, (in statu udo) triquetris, seriatis elongatis, confluentibus, azonis, glabris, pallescentibus, dein rufescentibus, rufis v. brunneo-nigrescentibus, 2 mm. - 2 cm. crassis, margine subacuto, sæpissima effuso-reflexis vel totis resupinatis; poris vulgo rotundis, subæqualibus, obtusis minutis, integris, albidis, demum sæpe fuscescentibus, hinc inde stratis.

Hab. in truncis putrescentibus Pini silvestris in pinetis montosis prope Mustiala Fennicæ.

276. **Polyporus gilvus** Schwein. Carol. n. 897, Fr. Fl. p. 104, Hym. 5129

Eur. p. 548, *Boletus impuber* Sowerb. t. 195. — Pileo carnoso-lento, effuso-reflexo, molli, levi, glabrato, azono, gilvo; margine patente, tenui, acuto; poris exiguis, nudis, integerrimis, gilvo-ferrugineis, opacis.

Hab. in truncis Britannicæ et Carol. Amer. bor. ad juniora Acera et Liquidambares. — Pileus 5-8 cm. latus. Longitudinaliter vulgo effusus, locis suffocatis byssinus, tactu mollis, proprie velutinus, sed tam levigatus, ut glaber appareat.

277. **Polyporus scruposus** Fr. Epicr. p. 473. — Pileo suberoso sub- 5130

triquetro, scruposo-exasperato, azono, umbrino-canescente, demum circa marginem acutam zona depressa umbrina sulcato; poris minutis, rotundis, aequalibus ferrugineis.

Hab. ad ligna emortua in Nepal, Amer. fœder. et centr. et in Australia. — Pileus 13 cm. latus, 20 cm. longus, profunde canaliculatus, hymenio saturate brunneo. Habitus *Trametes Pini*. Adest var. pileo duro, reniformi, velutino, repetite sulcato-zonato, umbrino, contextu rhabarbarino. In insula Oceanica Aru.

278. **Polyporus isidioides** Berk. Hook. Journ. II, 415, 1845, 62, Fr. 5131

Fung. Natal p. 10, Montg. Ann. d. sc. Nat. VII, 1847 (Fung. Dregeani, n. 10) Kalchbr. in Grevillea. — Pileo suberoso-lignoso, duro, dimidiato-sessili vel postice effuso, gilvo-ferrugineo, tuberculis crebris exasperato et uno alteroque sulco notato; poris minimis, confertis, punctiformibus, cinnamomeis; contextu fulvo-ferrugineo.

Hab. ad truncos arborum frondosarum et ad ligna emortua in Ceylon et Somerset East (Mac-OWAN), ad Bazuja Caffrariæ (REV. BAUR) in Australia occident. — Diagnoses auctorum l. c. haud pa-

rum differunt. Fries fangō suo pileum crassum, durum, margine obtusum tribuit; Montagne pileum fragilem, margine acutum, Berkeleyus pileum margine velutinum, posticæ setosum. In nostris specimenibus omnibus pileus durus est, tuberculis elongatis, stipatis «sidioideis» asperrimus, ceterum forma maxime varius. Etiam effuso-reflexus occurrit, margine vix prominulo (= *Pol. stenoloma*, Kalchbr. olim). Sed setas aut pubem velutinam non observavimus. Kalchhr. l. c. — Sec. Cooke var. *P. seruposi*.

279. **Polyporus Serpula** (Karst.) Sacc. *Bjerkandera Serpula* Karst. 5132

Symb. Myc. Fenn. XVIII, pag. 79. — Pileo carnosolento, effusoreflexo, tenuiusculo, levi, villosulo, demum glabrescente, unciali v. ultra; poris æqualibus, flavis, minutis; sporis elongatis, 3-5 \approx 0,5.

Hab. in rimis corticis Alni in cæna, nec non supra *Polyporum radiatum* juxta lacum Särkjarvi Fennia.

** Contextu albo.

280. **Polyporus albus** (Huds.) Fr. Epicr. p. 456, Hym. Eur. p. 549, 5133

Price f. 78, Kickx p. 228, *Boletus* Huds. Angl. p. 626, *B. fagineus* Schrad. Spic. p. 161, *B. salicinus* Bull. 433, f. 1. — Pileo carnosolento, molli, azono, levi, glabrato, albo, basi attenuato, intus similari; poris minutis, curtis, rotundis, ex albo rufescentibus.

Hab. ad Salices et Fagos raro in Europa. — *P. saligno* utique affinis pileoque postice porrecto ad *P. chioneum* accedens, demum vero fuscescens et *P. fumoso* proximus. Cfr. Secret. n. 53.

281. **Polyporus subsericellus** Karst. Fung. rar. Fenn. et Sibir. p. 136 5134

(*Bjerkandera*). — Pileo carnosolento, tenui, dimidiato, versiformi, inæquali, subinde basi angustiore, applanato, obsolete concentricè sulcato, sericello, ad basim saltem primitus villosulo, albo, hinc inde tactu rufescente-maculato, margine subacuto, concolore, lat. 2 mm.; poris tenuibus, acutis, denticulatis, rotundis vel subangulatis, curtis minutis, æqualibus, albis.

Hab. ad lignum in vaporariis horti bot. Helsingfors Fennia. — Cæspitosus v. simplex *P. albo* affinis.

282. **Polyporus scanicus** Fr. Monogr. II, p. 269, Hym. Eur. p. 349, 5135

— Pileo carnosolento, fragili, pubescente, azono, helvolo, carne floccoso-fibrosa, azona; poris minutis, elongatis, æqualibus, umbri-no-fuscis.

Hab. ad truncos vetustos in horto ad Gullarp Scania. — Inter proximos ineditus, sed magis explanatus nec basi effusus, mollior, fragilis, poris longis.

283. **Polyporus abruptus** Berk. in Linn. Journ. XVI, p. 42, Chall. 5136
 Exped. Fungi n. 159. — Durissimus, imbricatus, reviviscens; pileo lignicolori, hic illic rufescente glabrato; hymenio noduloso, juniore pallido, seniore pallescente; poris punctiformibus.

Hab. ad truncos in insula Oceanica Aru. — Pilei confluen-
 do 5-7 cm. lati, hymenium irregulariter evolutum.

284. **Polyporus fumosus** (Pers.) Fr. S. M. I, p. 367, Hym. Eur. p. 549, 5137
 Klotzsch Bor. t. 392, Rostk. t. 42, Berk. Outl. p. 243, Secr. n. 56,
Boletus Pers. Syn. p. 530, Tratten. t. 3, f. 5. — Pileo carnoso-
 suberoso, firmo, azono, e sericeo glabrescente, fuligineo-pallido, pos-
 tice dilatato-adnato, intus fibroso, subzonato; poris minutis, cur-
 tis, rotundis, integris, albido-fumosis, tritis obscurioribus.

Hab. ad Salices, Fagos et Populos in Europa, ad basim arborum pr. Minussinsk Sibiriaë Asiaticæ et ad truncos Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT), Carol. sup. Amer. bor., Valenzuelæ. — Cæspitosus, imbricatus, sat crassus, marginem versus nigrescentem attenuatus. Pilei 5-12 cm. lati. Color plus minus fumosus. — Var. **ochroleucus** Thüm. Diagn. M. U. p. 1: pallide ochroleucus, pileo tenui, carnoso, minore, margine lato, albido, poris albis, minutis æqualibus. Prope Eremitage Bayreuth in Æsculo.

285. **Polyporus Lindheimeri** B. et C. North Am. Fung. n. 130. — 5138
 Pileo albido, subcinereo, floccoso, substrigoso; hymenio cinereo; poris minutis, angulatis.

Hab. ad truncos Lauri Sassafras, Texas Amer. fœder. (LINDHEIMER). — Pileus 3 cm. latus, 12 mm. longus, sæpe lateraliter confluens; pori $\frac{1}{4}$ mm. lati.

286. **Polyporus Digitalis** Berk. in Hook. Journ. 1854, p. 139, Dec. 5139
 n. 422. — Pileo carnoso-lento, tenui, digitaliformi, vertice affixo, subzonato, subvelutino, ochraceo; hymenio concolori; poris minutis angulatis, acie subintegra.

Hab. in ligno putrido Sikkim Indiaë, 2200 m. alt. (D.^r HOOKER). — Pileus 3.5-4 cm. latus et longus; pori 200 μ . circ. diam. Habitus *Sterei lobati*.

287. **Polyporus demissus** Berk. in Hook. Journ. 1845, p. 52, Dec. 5140
 n. 37. — Pileis imbricatis, cucullatis, suberosis, dependentibus, spongioso-tomentosis, pallidis, postice flavis fulvisve; hymenio demum griseo-fusco, margine sterili; poris subrotundis, minutis, acie albo. subobtusis.

Hab. ad ligna putrescentia in Australia occid. (DRUMMOND). —

Pilei imbricati 12-13 mm. longi, 2,5 cm. lati. Species subinde omnino resupinata. Subaffinis *Polyporo adusto*.

288. **Polyporus rhinocephalus** Berk. Fl. Tasm. II, p. 253, t. CLXXXII. 5141
fig. 8. — Pileo dimidiato, conchato, tenui, albido, primum tomentoso, demum scabro-venoso vel aculeato; poris ex albido cinereis, minutis, 181-182 μ .

Hab. in ligno putrido in Tasmania (ARCHER). — Affinis *P. angusto* et *P. adusto*. Pileus 25 mm. lat.

289. **Polyporus diffusus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 55. — Pileo e car- 5142
noso lignescente, effuso-reflexo, varie concrecente, villosa-levigato, albo, intus fibroso, concolori; poris minimis, stipatissimis, extus intusque fulvo-cinnamomeis, ore nudo.

Hab. ad truncos ms. Oahu Oceanicæ (DIDRICKSEN). — *Polyporo adusto* affinis; pori nudo oculo vix conspicui, 2 mm. longi, siccè dilute cinnamomei.

290. **Polyporus fragrans** Peck 30 Rep. p. 45. — Fragrans: pileo 5143
carnoso, tenaci, effuso-reflexo, imbricante, 2½-5 cm. longo, 5-10 cm. lato, potius tenui sed quandoque basi incrassato, tactu velutino atque tomento minuto innato vestito, pallide rubescenti-griseo vel alutaceo, margine tenui, concolore atque interdum nonnihil rugoso, sæpe subtile sterili; carne subfibrosa, zonata, concolore; poris minutis, inæqualibus, angulatis, circiter 2 mm. longis, dissepimentis tenuibus, acutis, dentatis vel laceratis, albidis, ætate obscurioribus atque contusione nigro-maculatis.

Hab. ad truncos cariosos Ulmi, Bethlehem, New York Amer. fœder. et in Vermont (A. P. MORGAN). — Strictè affinis *P. adusto* et *P. fumoso*, a quibus facile distinguitur poris inæqualibus. Odor fungi recentis distinctissimus atque admodum gratus, non multo diversus ab eo, quo herbæ siccæ pratorum (præcipue *Hierochlou borealis*) pollent.

291. **Polyporus Curreyanus** Berk. Grevillea XV, pag. 20. — Effuso- 5144
reflexus, carnosus-lentus, subtiliter villosus, pallidus, azonus; poris mediis, rotundis, curtis, nigrescentibus, sæpe hinc illic obsoletis, ¼ mm. diam.

Hab. ad truncos in Nova Zelandia. — A *P. adusto* differt ex eo quod demum penitus nigrescit.

292. **Polyporus dissitus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 48. — 5145
Tenuis orbicularis, uno latere reflexus, sericeus, zonatus, pallide fulvus; hymenio cinereo; poris irregularibus parvis cito fractis, hic illic sæpissime interruptis; sporis angulatis 2½-3 μ . long.

Hab. ad ramulos emortuos, Ceylon (FURWATER). — *Altitus P. adustus*.

293. **Polyporus adustus** (Willd.) Fr. Syst. Myc. I. p. 363 cum syn. 5146

Hym. Eur. p. 549, Fl. Dan. t. 1830, f. 1, Kloetzsch Bot. t. 472 cum synonymis copiosis. Rostk. t. 38, Berk. Outl. p. 243, Pat. 142. *Boletus* Willd. Berol. p. 392, Schrad. Spic. p. 168, *Polyp. subcinerereus* Berk. Exot. F. p. 391, *B. pelleporus* Bull. tab. 501, f. 2, *B. concentricus* Schum. p. 387, *B. suberosus* Batsch f. 226. — Pileo carnoso-lento, tenui, villosa, cinereo-pallido, postice effuso-reflexo; margine stricto, nigrescente; poris minutis, curtis, rotundis, obtusis, ex albido-pruinosa mox cinereo-fuscis, marginalibus obsoletis.

Hab. ad truncos, caudices, radices praecipue arborum frondosarum in Europa, Amer. bor britannica ad lat. 54, Amer. foeder. Cuba, Australia, Nova Zelandia, Sikkim Indiae. — *P. fumoso* similis, sed tenuior, obscurior: pileus spurie zonatus, rugulosus; pori demum nigricantes. *Poria argentea* Ehrenb. Bot. p. 17 (*Polyp. fumoso-griseus* C. et Ell. in Grevill.) est forma resupinata. — ***P. carpineus** Sowerb. tab. 231, Fr. Hym. Eur. pag. 349: pileo tenuiore, lutescente. Ad Carpinos Europae, Secretan n. 70 distinctum urget.

294. **Polyporus crispus** (Pers.) Fr. Syst. Myc. I. c., Hym. Eur. p. 550, 5147

Secr. n. 69, Berk. Outl. p. 243, Kickx p. 229, *Boletus* Pers. Obs. Myc. 2, p. 8, Alb. et Schwein. p. 249, [Rostk. t. 37 a priori vix discernendus]. — Pileo e carnoso-lento coriaceo, tenaci, rugoso, cinereo-nigricante, postice effuso-reflexo; margine tenui, crispo, demum nigro; poris majusculis, inaequalibus, demum labyrinthiformibus, argenteo-cinereis.

Hab. ad truncos in Europa et in Carol. media et superiore, ad truncum Carya in Pennsylvania (MICHENER). — Pileus 5-8 cm. latus, 4-5 cm. longus. Minor: pileus junior fuliginoso-niger, floccoso-rugosus, azonus, margine albus, adultus tenuior, flexilis, expallens, griseus, glabrescens, zona marginali (subinde pluribus) fusca. Pori demum Dædaleæ facie.

295. **Polyporus cymatodes** Rostk. 4, t. 217, Fr. Epicr. p. 157, Hym. 5148

Eur. p. 550, Kickx p. 229. — Pileo carnoso-lento, tenui, undulato, pubescente, fuscocenti-albo; poris melius, inaequalibus, obtusis, ex albo griseis.

Hab. ad truncos Pini in Europa. — Pileus 3-5 cm. latus, 1-2½ cm. longus. Rostkowi species poris albis a *P. umorphi* forma leuco-

pora vix distinguenda, sed nostra poris griseis omnino distincta.

Variat resupinatus.

296. **Polyporus intercalaris** Berk. et Cooke in Linn. Journ. XV, 5149 p. 380, Fungi of Brazil. n. 203. — Imbricatus; pileis brevibus, subzonatis, rugosis, hispidis, bicoloribus, postice decurrentibus; poris parvis.

Hab. in ligno putri Tefê Brasiliæ (TRAILL). — Pilei 12-14 mm. longi, zona una binisve postice saturatoribus notati; pori 400 μ . circiter diam.

297. **Polyporus hypocitrinus** Berk. Challeng. Exp. n. 58. — Tenuis, 5150
carnosus, centro affixus, tomentosus; margine inflexo; hymenio citrino; poris labyrinthiformibus; dissepimentis tenuibus.

Hab. in ligno emortuo, Bahia Brasiliæ. — Pileus 12-13 mm. d.

298. **Polyporus candidulus** Lév. Ann. Sc. nat. 1846, pag. 301. — 151
Pileis dense imbricatis, carnosos-coriaceis, sessilibus, conchatis, azonis, nudis, albis; poris magnis, angulatis, denticulatis, subfulvis, contextu albo.

Hab. ad truncos prope Tours Galliæ. — Pilei 3-5 cm. lati.

299. **Polyporus dichrous** Fr. Syst. Myc. I, p. 364, Hym. Eur. p. 550, 5152
Weinm. p. 318, QuéL. p. 260, Rostk. 4, t. 39, Fr. Obs. I, p. 125, *Boletus pelleporus* Secr. n. 73. — Pileo carnosolento, tenui, molli, effuso-reflexo, levi sericeo, albo; margine concolore, stricto; poris curtis, minutis, rotundis, fusco-cinnamomeis, obtusis.

Hab. ad truncos Fagi, Betulæ, Quercus, Loniceræ, Tiliæ etc. in Europa et ad truncos in Australia. — Pulchellus, sæpe longe latissimeque effusus, margine tenui reflexo. — Var. **nigro-purpurascens** Schw. Am. Bor. p. 360: subresupinatus. In America boreali. — Var. **Macouni** Peck Bot. Gaz. 1879, p. 169: effusus, irregulariter tuberculatus, fulvo-ferrugineus; poris minutis, subrotundis, subinæqualibus, dissepimentis vulgo crassis atque obtusis; sporis subglobosis, 4 μ . diam. Ad muscos scandentes vel incrustantes, Belleville, Ontario Amer. bor. (MACOUN). — ***P. Mac-Owani** Kalchbr. Grev. X, p. 54: pileis tenuibus, submembranaceis, effuso-reflexis, imbricato-concrescentibus, pubescentibus, albis; poris minimis, curtis, rotundis integris, fusco- vel nigricanti-purpureis, ore albo-irroratis. Ad truncos Boschberg Africae austr.

300. **Polyporus isabellinus** Schwein. Car. n. 899. — Pileis carnosotenacibus, tenuibus, subeffusis, velutinis, isabellinis; margine acuto adusto; poris minutis nigro-purpurascensibus. 5153

Hab. ad truncos Carolinæ, Brasiliæ. — Affinis *P. adusto* et

dichroo, sed ab utroque distinctus sec. Fr., sed *adusti* tantum var. sec. Cooke. Imbricatus, late repens, interdum resupinatus, conchatus, versus marginem acutissimum, deflexum, crispum, adustum obsolete zonatus; caro tenuis, sicca, fere coriacea.

301. **Polyporus amorphus** Fr. Obs. 2. p. 258, Syst. Myc. I, p. 364, 5154

Elench. p. 88, Hym. Eur. p. 550, Weinm. p. 318, Berk. Outl. p. 243, Gill. Champ. c. ic., *P. aureolus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 60, *Boletus nitidas* Alb. et Schw. p. 258, *B. abietinus* Dec. Fl. fr. 5, p. 40, *B. Bolet. irregularis* Sowerb. t. 423, *C. Pol. roseo-poris* Rostk. 27, t. 12 poris rubellis. — Pileo carnoso-lento, tenui, effuso-reflexo, sericeo, candido; poris minutis, inæqualibus, aureis.

Hab. in Europa ad truncos putrescentes Pini frequens, sæpe cæspitosus, imbricatus, valde irregularis, ad terram acubus tectam etiam resupinatus, in truncis subemortuis Pini Cembræ pr. lacum Kysiskul Sibiriae Asiaticæ, in Car. inf. Amer. bor. (Curtis).

302. **Polyporus Halesiæ** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 50. — Pileo 5155

effuso, late reflexo, pallido, zonato, zonis obscurioribus; tomento postice subspongioso antice lineatim subfasciculato vestito, margine undulato, tenuissimo; poris minutis cinereo-cærvinis; hymenio pallide brunneo subcinereo.

Hab. in ramis Halesiæ tetrapteræ, Georgia sup. Amer. borealis. — *Polyporo crispo* affinis. In eorundem auctorum «North Am. Fungi n. 130» ita describitur: pileis imbricatis, 2½ cm. lat., 12 mm. long., postice decurrentibus, pallidis, sericeis; margine tenui, inflexo; hymenio cinereo; poris minutis, ½ mm. lat. — Sec. Cooke est var. *P. amorphi*.

303. **Polyporus armeniacus** Berk. Engl. Fl. V. p. 147, Fr. Hym. Eur. 5156

p. 575. — Late effusus, membranaceus, suborbicularis, confluens, tenerrimus, ambitu pubescens; poris ex albo armeniacis, dein obscurioribus, minutis, rotundis.

Hab. ad corticem Pini in Scotia ad ligna transversa viarum ferris munitarum, North Greenbush, New York Amer. fœder. (РѢСК), ad truncos emortuos, Panaré Brasilie (SPRUCE). — Sec. Berk. et Cooke vix differt a *P. amorpho*. Structura sub lente byssoidea.

304. **Polyporus adiposus** Berk. et Br. n. 711, Cooke p. 271, Fr. 5157

Hym. Eur. p. 550. — Albus, hinc inde fulvo-tinctus; pileo effuso-reflexo, molli, ceraceo, obscure tomentoso; poris minutis, ore obtusis.

Hab. ad truncos in Anglia. — Siccus fuscescens.

305. **Polyporus ciliatulus** Karst. Symb. Myc. Fenn. XVIII, pag. 80 5158

(*Bjerkanderi*). — Pileo carnosolento, orbiculari, convexo, attenuato-sessili, postice leviter strigosulo-scruposo, margine patente, acuto, ciliato, albido, 1-1,5 cm. diam.; poris planis, subrotundis, demum hinc inde flexuosis, obfuis, integris, minoribus, albis; sporis oblongatis vel ellipsoideis, curvulis 1-5 = 1; basidus clavatis, 10-15 = 4-5.

Hab. in ramis dejectis putrescentibus Alni incanae prope Muſtia Fenniae.

M. HISPIDI Fr. Nov. Symb. p. 55, *Inonotus* Karst., *Inodermus* Quéf. — Anodermei, primo spongioso-aquosi, dein firmi, elastici, radiato-fibrosi indeque setoso-hispidi; pori cum fibris carnis modo contigui. Sæpe atest carnis stratum intermedium.

* Contextu colorato.

306. **Polyporus Spongia** Fr. Monogr. II. p. 268. Hym. Eur. p. 542, le. 5159
t. 180, f. 2, Luc. Suit. Bull. t. 172, *Bolet. Herbergii* Rostk. 29, t. 18.
— Cæspitoso-multiplex; pileis spongioso-mollibus, numerosissimis, dimidiatis, in cæspitem amplum connatis, applanatis, scruposo-rugosis et hirtolerosi, brunneo-ferrugineis (siccis fulvo-ferrugineis); poris curtis, medus, integris, e sulphureo fusciscentibus.

Hab. in truncis vetustis abietinis in Europa. — Proxime affinis *P. Schweinizii*, sed statura, colore et præcipue poris minoribus integris diversus. *P. Herbergii* e descriptione plane convenit, sed icon diminuta colore et habitu recedit.

307. **Polyporus cuticularis** (Bull.) Fr. Syst. Myc. I. p. 363 (excl. *P.* 5160
atneo), Hym. Eur. p. 551, Kichx p. 230, Berk. et Br. n. 1137, *Boletus* Bull. t. 462. — Pileo tenui, spongioso-carnoso, dein exsucco, applanato, hirtoleroso, e ferrugineo-fusco nigricante intus laxo et parallelo fibroso, margine fibroso-fimbriato, incurvato; poris minutis, longis, e pallido ferrugineis; sporis copiosis, ochraceis, 5-6 = 3.

Hab. ad caudices Quercus, Fagi, Betulae, Populi, Pini, Alni etc. in Europa. — Præcedenti affinis, sed longe tenuior, mollis, poris carne longioribus.

308. **Polyporus Herbergii** Rostk. XXIX, t. 18, — Cæspitosus, poris 5161
suberosus; pileolis imbricatis, nitide badis, versus marginem sulphureis; poris labyrinthiformibus, inæqualibus, laceratis atque dentatis, pallide cinereis; sporis subspheroideis 5 = 4.

Hab. ad truncos putridos in Austria, Fennia et Britannia. — Sec. Cooke est var. *P. cuticularis*.

309. **Polyporus hispidoides** Peck 33 Rep. pag. 21. — Pileo sessili, 5162
raro postice angustato vel deorsum in stipitem brevem abeunte,
mollis, spongioso, carnosio-fibroso, tomentosio, non vel obscure zo-
nato, ferrugineo-brunneo dein obscuriore, margine prima ætate
flavo; poris minutis, irregularibus, subrotundis, angulatis vel fle-
xuosis, viridulo-flavis, dein ætate protracta vel disruptione brun-
neis, dissepimentis tenuibus, extus villosis; sporis subglobosis vel
late ellipticis, 5 μ . longis.

Hab. ad basim truncorum Pini aut Abietis in Amer. bor. — Pi-
leus 10-20 em. latus, 12-13 mm. crassus. *P. hispidus* affinis. Co-
lor *Lenzitis sepiariae*.

310. **Polyporus fibrillosus** Karst. F. Fenn. exsicc. n. 311. — A *Po-* 5163
lyporo vulpino recedit contextu fibrilloso, saturate ferruginascenti-
fulvo; poris multo minus profundis et pallidioribus.

Hab. ad truncos et ligna Populi et Pini, Tammela et Osterbot-
ten Fennicæ. — Pileus 3-8 em. latus, pori 5 mm. profundi (in *Po-*
lyporo vulpino ex Fries 15 mm.).

311. **Polyporus levis** Karst. Fung. aliq. Turkestan. pag. I (*Inonotus*). 5164
— Pileo sessili, tuberculiformi; margine obtuso, repando, azono
vel marginem versus zona una alterave obsoleta notato, levi, gla-
bro, tactu subvelutino-mollis, ochraceo, tandem obscuriori, ferru-
ginascenti, carne crassissima, inferne subsuberosa, duriuscula, fu-
sco-ferruginea, superne fibroso-spongiosa, mollis, fulvo-ferruginea,
obsolete zonata, circiter 1 em. diam.; poris convexis, subrotundis
vel angulatis, admodum curtis, pallidioribus, minutis, subinde e
situ obliquis et majoribus, tenuibus, integris.

Hab. in Salice prope Askabad Turkestanicæ.

312. **Polyporus hispidus** (Bull.) Fr. S. M. I, p. 362, Hym. Eur. p. 551, 5165
Grev. Scot. t. 14 (utroque loco ampla synonymia), Krombh. t. 48,
f. 7-10, Hussey I, t. 29, 31, Gill, Champ. c. ic. Pat. t. 140, *Boletus*
Bull. t. 210, 493, Bolton t. 161, *B. velutinus* Sowerb. t. 345, *B.*
flavus Poll. Fl. Ver. III, p. 607 (ex herb.!) — Pileo compacte, spon-
gioso-carnoso, dimidiato, pulvinate, hispido, subferrugineo, intus
divergenti-fibroso; poris minutis, rotundatis, subdiscretis, fimbriatis,
pallidioribus; sporis 5-6 \approx 3.

Hab. ad truncos arborum frondosarum in Europa et Amer.
Fæder. — Pileus 10-15 em. latus. Major, decolorans; pori e lute-
scente fuscescentes.

313. **Polyporus Biretun** Kalchbr. in Helwigia XV, 111, Symb. Myc. 5166
Austral. II. — Inodermicus, spongiosus; pileo dimidiato-sessili, spon-

gioso-fomentario, convexo-plano, plerumque truncato (ita ut pars superior pilei inferiorem supereminet), uno alterove sulco profundo percurso, villosa-scribiculato et demum villo depresso glabrato, e fulvo cinnamomeo vel spadiceo; substantia molli (ut digito comprimi possit), floccoso-fomentaria, fulva; tubulorum strato valde duro, fere ligneo, plane concavo; tubulis mediocriter longis, ore minutis, integris, planis, rotundis, ochraceo-cinnamomeis.

Hab. ad truncos Clarence River in New South Wales, Australiae (DE MÜLLER). — Paradoxus; substantia et indumentum pilei ad Spongiosos, indoles pororum ad Placodermeos trahunt! Pileus 13-16 cm. longus latusque, 2,5-3 cm. crassus.

314. **Polyporus hypococcineus** Berk. in Hook. Journ. 1847, p. 139, Dec. n. 125. — Pileo subangulato, carnosissimo, intus fibroso zonatoque inæquabili, ex alutaceo aurantio-incano subtiliter tomentoso; poris parvis, longis, e pileo discernibilibus, aurantiis, intus coccineis. 5167

Hab. ad truncos Vainessville Ohio Amer. bor. (LEA). — Pileus plura cm. latus; pori minuti, 350 μ . diam. Pulcherrima species, *Fistulinam* nonnullis notis in mentem revocans.

315. **Polyporus macroporus** Lév. Fragm. mycol. p. 122. — Pileo sessili, semiorbiculari, basi protracto gibboso, convexo, subcrustaceo, rimoso, fusco-nigricante, in squamas crassas soluto; poris longissimis, non stratosi, exangulatis, ore obtusis, contextu fusco. 5168

Hab. ad truncos in ins. Java (ZOLLINGER). — Pileus 12 cm. latus, 5 cm. crassus; caro 2-5 mm. cr.; pori 4-5 cm. profundi. Analogus *Polyp. hispidi* at non villosus.

316. **Polyporus fruticum** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 310. — Pileo tenui, molli, dimidiato vel vertice affixo, fibroso-spongioso, azono, rhabarbarino; contextu concolore fibroso-radiato; hymenio ferrugineo; poris parvis angulatis, dissepimentis tenuibus, dentatis. 5169

Hab. in arbustis vigentibus, sæpe ramulos amplectens, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 4 cm. latus, 2½ cm. longus; pori ⅓ mm. diam. Hymenio valde similis *P. perenni*; magnitudine varius, colore *P. scruposo* Fr. accedens.

317. **Polyporus cucullatus** B. et C. North Amer. Fungi n. 134. — Pileo minuto, ungulæformi, e ferrugineo tomentoso, nigro glabro; poris parvis; hymenio primum margine breviter porrecto, limitato. 5170

Hab. ad truncos in Nova Anglia Amer. bor. (SPRAGUE). — Pileus 10-12 mm. latus; pori angulati ⅓ mm. lati.

318. **Polyporus rheades** Pers. Myc. Eur. 2, p. 69, Kickx p. 231, Fr. 5171

Hym. Eur. p. 551. — Pileo spongioso-carnoso, semiorbiculari, convexo-plano, e strigoso denudato fibrillosove, lutescenti-ferrugineo, margine integro, reflexo; poris tubulosis, subæqualibus, cinnamomeis; sporis 6 μ long.

Hab. ad truncos Galliæ et ad basim trunci Pini Cembrae in montibus Sajanensibus Sibiriae Asiaticæ. — Ex Persoonio 5-8 cm. longus, 18 mm. crassus, lectus et nitidus, demum levior et obsolete zonatus, basi vero et junior dense strigosus.

319. **Polyporus unicolor** Schwein. Syn. Carol. n. 71, Fr. Epier. p. 5172
-158. — Pileo compacto, e spongioso-molli indurato, integro, semiglobato hirtio, postice umbone stipitifirmi adnato; poris integris, maximis, subobscurioribus.

Hab. in truncis vivis arborum in Amer. bor. — Spectabilis, serotinus. 10-15 cm. latus, extus pellem cervinam referens.

320. **Polyporus coruscans** Fr. in Vet. Akad. Förhandl. 1851, p. 52, 5173
Monogr. II, p. 269, Hym. Eur. p. 551. — Maximus, extus intusque aureus; pileo tuberculiformi, spongioso-fibroso, molli, pubescente; poris curtis, minutis, subrotundis, inæqualibus, obscurioribus.

Hab. ad truncos vetustos Quercus, Holmiæ lectus. — Tuberculum 30-60 cm. effuso-protuberans, non v. obtusissime marginatum, e pluribus, ut apparet, coalitum; caro crassissima, eximie fibrosa, ambitu zonata.

321. **Polyporus Hausmanni** Fr. Hym. Eur. p. 552. — Pileo dimidia- 5174
to-sessili, spongioso, hirsuto, umbrino-fusco, intus pallido; poris majusculis, subangulatis integerrimis, profundis, pallidis.

Hab. ad truncos Botzen Tyroliae (HAUSMANN). — Ad Spongiosos retulit Fries ob carnem mollem, fibrosam *P. hispidi*, sed pileus non hispidus et pori majores, integerrimi.

322. **Polyporus verrucoso-hirtus** Speg. Fungi Quar. Pug. I, n. 49. 5175
— Anodermeus, parvulus; pileo horizontali, orbiculari-dimidiato, subangulato subpulvinate, 2,5 cm. diam., 2 cm. lat., postice subreniformi, rotundato-truncato, late adnato ibique conspicue et subabrupte incrassato, 1 cm. crasso, tusco-testaceo vel subcastaneo-fusco, superne basi adpresse hirtio-squamuloso, squamulis marginem versus gradatim relaxatis, crassioribus, irregulariter sublamiformibus, compressis concoloribus, valleculis subnitentibus, margine integro, obtuse rotundato; contextu suberoso-floccoso, compacto, fulvescenti, ferrugineo, homogeneo, in parte postica incrassato, sublaxiore ac subpallidiore, granulis irregularibus sordide albescentibus insperso; hymenio infero irregulariter et modice un-

dulato, postice in parte incrassata pilei subdecurrente sed definito ac submarginato, sordide testaceo-fulvescente; poris rotundis, minutis, 80-100 μ . diam., vix impressis, 150 μ . prof., dissepimentis crassiusculis, 80-100 crassis, acie obtusis, integris, marginem versus evanescentibus ac zona sterili sublatuscula circumdati.

Hab. ad truncos Guarapi.

** Contextu albo (*Spongipellis* Pat.).

323. **Polyporus Symphyton** (Schw.) Fr. *Elench. Sistotremu Symphyton* Schwein. Car. n. 951. — Albido-pallescentis; pileo tenui, plano, adpresse strigoso, azono; poris majusculis, difformibus, dentatis, demum laceris. 5176

Hab. in Carolina Amer. fœder. — Subimbricatos basi effusus, ramos dejectos ambiens, 5 cm. longus, 2.5 cm. circiter latus, « cartilagineo-spongiosus ». Pori omnino hujus generis, sed ob dissepimenta tenuia inæqualiter prominula in dentes laceros flexuosos abeunt.

324. **Polyporus undulatus** Schwein. Car. n. 893. — Subimbricatus; 5177
pileo carnoso-suberoso, hirtio, lutescente; margine zonato; poris minutis albis.

Hab. in truncis Carolinae Amer. fœder. — Major in longitudinem extensus, interdum postice porrectus, junior spongiosus, ætate indurescens; pilei basi incrassati, strigoso-hirti ex Auctore, sed in specimine Friesiano tantum rugosi et quoad colorem fumosi; pori minuti, obtusi, integri, denique sordidi; caro crassa, fibrosa, subzonata, albida.

325. **Polyporus Weinmanni** Fr. *Epier.* p. 459, *Hym. Eur.* p. 552, *P.* 5178
labyrinthicus Weinm. Ross. p. 313, non Schwein., *Boletus mollis* Alb. et Schwein. p. 247. — Albo-rufus; pileo carnoso-spongioso, tenaci, versiformi, rufo-fusco-strigoso; margine tenni albo; poris inæqualibus, labyrinthicis, albis, tactu rufo-fuscis.

Hab. ad truncos Pini in Europa et ad Pine Hill, New York Amer. bor. (Рѣск). — Species nobilis, major 10-15 cm. lata (ex Alb. et Schw.), ab americano *P. labyrinthico* abunde differens statura, pileo tenaci rufo-strigoso, poris tactu rufo-fuscis. Fungus A. S. hactenus dubius (cfr. Pers. Myc. Europ. 2, p. 65) nunc a Frieso recte interpretatus.

326. **Polyporus hispidans** Berk. in Fr. Nov. Symb. p. 37 secundum 5179
Cooke *Præcurs. Monogr. Polyp.* n. 278, sed in Friesi Nov. Symb. loco citato nomen et diagnosis omnino desunt.

327. **Polyporus pelliculosus** Berk. in Hook. Journ. 1848, VII, p. 575. 5180
— Obscure ruber, succosus, dense gregarius, lignicola; poris *P. spiz-si* majoribus; dissepimentis magis regularibus.

Hab. ad ligna in Tasmania et Brisbane Queensland.

328. **Polyporus spiculifer** Cooke Grev. XV, p. 20. — Pileo carnosus, 5181
aquose-molli, subpulvinato, 2½-5 cm., fuligineo-nigrescente, levi,
siccò ruguloso, undique spiculis obtusis sparsis erectis ornato; car-
ne pallida; tubulis elongatis, 5-7 mm.; poris minutis, subæqualibus;
dissepimentis tenuibus.

Hab. ad truncos North Gipps Land Australiæ (TISDALL et WEBB).

— Singularis atque vere characteristicæ species nonnihil ad spectum
referens *Hydri gelatinosi*.

329. **Polyporus fissilis** B. et C. North Am. Fung. n. 132, Kew Gard. 5182
Misc., v. I, p. 234, 1411. — Albus; pileo dimidiato, vertice elon-
gato, rugoso, hic illic aculeato-setoso, intus fibroso, fissili, zonato;
poris subrotundis, acie obtusiusculis.

Hab. in Carol. sup. Amer. fœder. — Pileus 15 cm. latus, 5
cm. longus; pori ½ mm. lati. Affinis *P. labyrinthico* sed super-
ficies diversa atque contextus laxior et obscurior.

330. **Polyporus albo-stygius** B. et C. Cub. Fungi n. 233. — Pileo 5183
e resupinato breviter reflexo, tomentoso-pallido; margine pulvina-
to; hymenio nigro; poris minimis, punctiformibus, intus contextu-
que albis.

Hab. in ligno emortuo in ins. Cuba. — Pileus cum poris 5
mm. circ. crassus; pori 140 μ . diam., ampliati angulati.

331. **Polyporus galactinus** Berk. Hook. Journ. 1847, pag. 321, Dec. 5184
n. 128. — Pileo dimidiato vel reniformi carnosus, molli, inæquabili,
strigoso-tomentoso, lacteo, intus zonato fibroso, postice elongato;
hymenio explanato vel leniter concavo; margine tenui; poris par-
vis, vix oculo nudo conspicuis, sericeo-albidis; dissepimentis tenuis-
simis, leniter inæquabilibus.

Hab. in truncis lignisve putridis, Waynesville Ohio Amer. bor.
(LEA). — Pileus 5-7,5 cm. latus, 3,5-4 cm. longus; pori circ. 250
 μ . diam. *Polyporo undulato* et *P. Symphyto* affinis.

332. **Polyporus Junghuhnii** Fries Nov. Symb. Myc. p. 56, *P. fusco-at-* 5185
bus Jungh. Crypt. Fav. p. 32, non Fries. — Pileo spongioso-carno-
so, pulvinato, inæquabili, hispido, sublateritio, siccò suberoso-molli;
margine contextu porisque minimis, rotundis, secedentibus, albis.

Hab. in silvis montis Merapi 1300 m. alt. in ins. Java. — Pi-
leus 5-7 cm. latus, caro 6-8 mm. crassa, tubuli 4-6 mm. crassi.

333. **Polyporus spumeus** (Sow.) Fr. Syst. Myc. I, p. 358, Epicr. p. 84. 5186
 Hym. Eur. p. 552, Weinm. Ross. p. 314, Berk. Outl. p. 244, Quél.
 p. 260, *Boletus* Sowerb. t. 211 (minus bona), Secret. n. 33, *B.*
suberosus Wahlenb. Ups. n. 1051, *B. pulvinatus* Wahlenb. Suec.
 n. 2001. — Albidus; pileo carnoso-spongioso, compacto, pulvinato,
 gibbo, rugoso-hispido; basi stipitiformi; margine incurvato; poris
 secedentibus, minutis, rotundis, acutis, integris.

Hab. ad arbores vetustas adhuc vivas ex. gr. Ulmi in Europa
 et in montibus Adirondack, New York Amer. bor. (PECK). — Val-
 de nobilis species, circ. 8 cm. lata; caro marginem versus zonata.

334. **Polyporus borealis** (Wahlenb.) Fr. Syst. Myc. I, p. 366. El. 5187
 p. 85 cum varr., Hym. Eur. p. 552, Kalchbr. Ic. Hung. t. 35, f. 2,
 Weinm. p. 51, Rostk. 4, t. 40, *Boletus* Wahlenb. Suec. n. 2000,
B. albus Schaefl. t. 314 (male), Secr. n. 59. — Ex albo lutescens;
 pileo e spongioso suberoso, compacto, subpulvinato, hirtio, intus pa-
 rallelo-fibroso; margine patente; poris adnatis, inæqualibus, sinuo-
 so-flexuosis lacerisque, albis; sporis 4-5 \approx 3.

Hab. ad truncos prostratos Abietis in Europa boreali et in
 truncis putridis Pini silvestris prope Minussinsk Sibiriae Asiaticae,
 in Car. inf. Amer. bor. (CURTIS), in Pensilvania (MICHENER). — A
 proximis egregie distinctus, junior quidem carnosus, sed adultus
 suberosus. Ceterum admodum variabilis. Seorsim notandi: *B. mon-*
tanus pileo carnoso, crasso, hirtio, margine obtuso; poris obtusis,
 integris. *C. spathulatus* pileo tenui, villosio; margine acuto, in sti-
 pitem brevem lateralem porrecto; poris tenuibus, valde laceris.
Dedalea gibbosa Wahlenb. Ups. n. 1044. *P. pithyus* Chaill.

335. **Polyporus melinus** (Karst.) Sacc. *Ejerkandera melina* Karst. 5188
 Symb. Myc. Fenn. XVIII, pag. 80. — Pileo e carnoso-spongioso,
 lento, dimidiato, triquetro, azono, tomentoso-seruposo, subinde le-
 vigato; marginae patente acuto, albido, mox fuliginoso-pallido, de-
 mum (siccitate) melleo vel pallescente, intus obsolete zonato,
 usque ad 6 cm. longo et 2 cm. lato, basi usque ad 4 cm. crasso;
 poris rotundis vel sinuoso-flexuosis, planis, tenuibus, integris, mi-
 nutis, albidis, 5-7 mm. altis; sporis elongatis, rectis vel curvulis,
 4-5 \approx 0.5.

Hab. in truncis Betulae odoratae prope Mustiala Fenniae. —
 Contextus fibrosus. Odor debilis Liquiritiae. Vulgo imbricatus,
 transversim dilatatus, subtus planus. Inter *P. borealem* et *pube-*
scentem medius.

336. **Polyporus obtusus** Berk. Exot. Fung. p. 390. — Pileo tenui. 5189

pulvinato, carneo, spongioso, molli, tomentososo, albo; margine obtuso; poris inæqualibus, latis, irregularibus, subgyrosis, siccitate brunneis.

Hab. in America boreali (DRUMMOND). — Pileus 10-15 cm. latus, 5 cm. crassus. Subaffinis *Tram. suaveolenti* sed habitu, poris latioribus irregularibusque nec non carne densiore recedit.

337. **Polyporus Hobsoni** Berk. Grev. XV, p. 20, *Trametes Hobsoni* 5190
Berk. in Herb. 3987. — Pileo spongioso, molli, subpulvinato, brevi, albido, pallescente, scruposo-tomentoso, obtuso; contextu fibroso, pallido; hymenio convexo, concolori; poris magnis, angulatis (1-1½ mm.). postice decurrentibus; dissepimentis tenuibus.

Hab. in ligno emortuo, Bombay India. — Pileus 2½-4 cm. latus et fere æque crassus, irregularis atque deformatus.

338. **Polyporus labyrinthicus** Schw. Syn. Car. 950, Fr. Epicr. p. 459, 5191
Sistotrema spongiosum Schw. Car. n. 950. — Albido-fuscus; pileo carnoso-spongioso, compacto, pulvinato dilatatoque sessili, hirtio; margine patente, concolori; poris difformibus labyrinthicis, lacero-dentatis.

Hab. ad truncos vivos vel collapsos Pini contortæ etc. in Carolina et Sierra Nevada Amer. fœder. ad 2100-2500 m. alt. (HARKNESS). — E maximis *P. hispido* respondens, intus albido-fuscescens, subzonatus.

339. **Polyporus leucospongia** Cooke et Hark. Grev. XI, p. 106. — 5192
Albus; pileo spongioso, mollissimo, pulvinato, gibbo; margine tenui, incurvo; poris subangulatis, æqualibus, ⅓-½ mm. diam.; dissepimentis tenuibus fragilibusque, albis.

Hab. ad truncos in California. — Pileus 8-10 cm. longus, 2½-4 cm. latus; pluribus notis a *Polyporo labyrinthico* Schwz. sed sporæ multo minores, minime denticulate vel lacerate, tota substantia molli atque spongiosa.

340. **Polyporus pubescens** (Schum.) Fr. Syst. Myc. I, p. 367, Hym. 5193
Eur. p. 553, Kalchbr. Ic. Hung. t. 34, f. 3, *Boletus* Schum. Fl. Dan. t. 1790, f. 1 (caro errore ferruginea). — Pileo e carnoso-lento suberoso, molli, convexo, subzonato, pubescente, extus intusque albo; margine acuto, demum lutescente; poris curtis, minutis, subrotundis, planis.

Hab. ad truncos languescentes Betule in Europa. — Pileus 2-6 cm. latus. Coriaceis accedit, sed hoc loco videtur optime collocandus. A larvis vulgo destructus, remanente tantum cuticula. Cfr. *Fomes anisopilus* Lév.

341. **Polyporus substuppeus** B. et Cooke Journ. Linn. Soc. XV, p. 5194
380. — Pileo dimidiato, postice decurrente, rugoso, brevi, floccis
substuppeis vestito; poris subhexagonis, acie tenuibus.

Hab. ad ligna emortua Brasiliæ (TRAILL). — Pileus 12 mm.
longus, 4 cm. vel ultra latus siccus pallide ochraceus; pori circiter
 $\frac{1}{2}$ mm. diam. sed variabiles; dissepimenta tenuia, acuta.

342. **Polyporus tyrolensis** Sacc. et Cub. *Polyporus Schu'tzeri* Kalkb. 5195
br. Verhdl. d. zool. botan. Ges. 1868, pag. 431, nec Fr., Winter.
Pilze p. 457. — Pileo effuso-reflexo, plano-convexo, subinæquali,
incurvo vel gibbo, pilis rigidis adpressis vestito, fibroso-lignoso;
margine acuto, leniter crenato 2-8 cm. longo latoque. basi 12-18
mm. crasso, pallide brunneo, obsolete zonato et sulcato; poris
elongatis, 4-7 mm. longis, latiusculis, rotundis, integris, subæqua-
libus, pallide ligneis, senio ore brunneolis.

Hab. ad truncos Populi et Quercus pr. Botzen Tyrolia.

- N. SUBEROSI Fr. Nov. Symb. p. 56, *Ischnoderma* Karst. p. p. *Placodes* Quél.
p. p. — Primitus subcarnoso-succosi, dein indurati, crusta tenuiore tecti;
pori tenues demum subsecedentes, numquam stratosi.

* Contextu colorato.

343. **Polyporus dryadeus** Fr. Syst. Myc. 1, p. 374 pro parte, Epicr. 5196
Hym. p. 460, Hym. Eur. p. 553, Trog in Flora 1832, p. 357, Hus-
sey I, t. 26, Berk. Outl. p. 244, Quélet p. 262, *Boletus* Pers. Syn.
p. 537 sub *P. fomentario*, *B. pseudo-igniarius* Bull. t. 458. —
Amplus; pileo e carnosio suberoso, crasso, pulvinateo, subferrugineo,
fusciscente, cute tenui, molli, seruposo-levigata, glabra, carne sub-
zonata porisque prælongis, tenuibus, rotundis, mollibus, ore palli-
dioribus ferrugineis; sporis albis.

Hab. ad truncos Quercus Europæ australioris et New England
Amer. bor. annuus, in ver persistens. Est e maximis et nobilissi-
mis, rapide crescens, ad 65 cm. latus, margine guttas aqueas plo-
rans et hinc cum *P. applanato* confusus.

344. **Polyporus rubiginosus** Fr. Epicr. p. 460, *Polyporus cuticula-* 5197
ris Rostk. Polyp. tab. 32, p. 67. — Pileo carnosio-suberoso, inæ-
quabili, ruguloso, tomentoso, rubiginoso, cute sicca firma rigesce-
nte; intus concolori subzonato; poris minutis, subrotundis, cinna-
momeis.

Hab. ad truncos fagineos in Germania et Suecia. — Cæspito-
sus inæqualis. Nomen *rubiginosi* est Friesianum nec Rostkovii ut
ubique habetur.

345. **Polyporus resinus** (Schrad.) Fr. Syst. Myc. I, p. 361. El. I, 5193
p. 100. Hym. Eur. p. 554. Pers. Myc. Eur. 2, p. 58. Weinm. Ross.
p. 326. *A. sitaneus* pileo carnoso, *B. rubiginosus* Schrad. Spicil.
168. *B. velutinus* Fl. Dan. t. 1138. *B. fuscus* Pers. Syn. p. 527,
Wahlenb. Suec. p. 956. *B. confluens* Rostk. 4, t. 34. *B. horno-*
tinus pileo suberoso, castaneo, *B. resinus* Schrad. l. c. p. 171.
— Pileo e carnoso suberoso, flocculoso-pruinato, rubiginoso-fusco,
cuticula adnata, rigida, rivulosa, resinacea, intus azono, pallido;
poris minutis, æqualibus, pallidis.

Hab. in truncis Fagi, Aceris, Alni, Abietis etc. in Europa, ad
truncos prostratos Abietis canadensis, Sandlake et Portville, New
York Amer. bor. (Peck). — Grandis, in Fago spithamæus usque,
subimbricatus, passim zonatus.

346. **Polyporus benzoinus** (Wahl.) Fr. El. p. 100, Hym. Eur. p. 554, 5199
l. c. t. 183. f. 2 Kalchbr. Ic. Hung. t. 36, f. 1, Weinm. Ross. p. 327,
Boletus Wahlenb. Suec. 1075, *Pol. morosus* Kalchbr. in Bot. Zeit.
1870. *P. Micheneri* Berk. in herb. — Suaveolens; pileo lignoso,
indurato, rugoso, fusco-umbrino, margine subcærulescente; poris
ferrugineo-umbrinis; sporis 4-6 = 3-4.

Hab. ad truncos vetustos abiernos in Europa, Upsaliæ in Suecia,
copiose in Fennia et in Amer. bor. — Utrum sit prioris forma an-
nosa an distincta *Trametes* species, est quæstio ambigua, de qua
in utramque partem gravibus argumentis disputatur. Habitus
omnino idem, color modo obscurior et odor fere *Tram. odoratæ*. Di-
stinguendos movent viri magnæ auctoritatis (cfr. Wahlenb. l. c.).
Equidem ill. Fries synonymos censeret, nisi in Smolandia legisset
carnosum tantum *P. resinosum* in truncis arborum frondosarum,
Upsaliæ vero tatum *P. benzoinum* in truncis abiernis, numquam
carnosum.

347. **Polyporus soloniensis** (Dub.) Fr. Syst. Myc. I, p. 365, Hym. Eur. 5200
p. 553, *Boletus* Dub. Orl. p. 177, Dec. Fl. fr. 6, p. 41. — Pileo
e carnoso suberoso, semiorbiculari, amplo, brunneo-fusco, cute la-
cerata: poris flaventibus.

Hab. ad truncos circa Sologne Galliæ. — Semiorbicularis, 30
cm. diam. Contextus floccosus, quare hujus loci, sed fomiti aptus,
in quem finem sub nomine *chavancelle* ab incolis colligitur.

348. **Polyporus erubescens** Fr. Hym. Eur. p. 554, *P. mollis* Rostk. 5201
4, t. 25. — Pileo e carnoso suberoso, pulvinate, e villoso glabro,
azono, incarnato, cute molli, scabra, intus alutaceo: poris curtis,
minutis, rotundis, albo-carneis.

Hab. ad truncos in pinetis in Europa. — Plane diversus a *P. m. III* pileo crasso, 8 cm. usque lato, sæpe postice porrecto, triquetro, intus subcœnaceo, poris regularibus obrusis.

349. **Polyporus Afzelii** Fr. Epicr. p. 461. — Pileo *c* carnosissimo, 5202
 conchato, glabro, azono, albido, cute contigua, molli, levigata, intus gilvo-pallido; poris tenuissimis, stipatis, minutis, albidis, ore subgriseis.

Hab. in Guinea. — Valde diversus, *P. betulino* habitu proximus sed maior, subius concavus, margine acuto; pori longiores subtiliores.

350. **Polyporus helveolus** Rostk. t. 35, Fr. Hym. Eur. pag. 554 — 5203
 Pileo carnosissimo, crasso, azono, glabro, niteo-ferrugineo, cuticula tenui, margine obtuso, intus azono, flavente-pallido; poris minutis, rotundis, obtusis, flavescentibus.

Hab. ad truncos Pini in Europa: in Suecia legit Dr. LINDBLAD, eximiam formam ab icone recedentem, subrotundam, simplicem, levigatam, optime distinctam. Ex Rostkowitz legitur in fagetis, 10-14 cm. attingens. Si hic differat, nomen a Lindblad datum *P. rotundatus* servandum.

351. **Polyporus Colossus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 56. — Pileo hoc 5204
 coso-suberoso, molli, crasso, pulvinate; margine tumido, obtusissimo; primitus cuticula tenella levi sulphurea, vernicea tecto, eaque recedente scabrosa, contextu stuppeo, mollissimo, alutaceo-pallescente; poris minutis, elongatis, mollibus, intus fusciscentibus.

Hab. ad caudices Cedrelæ odoratæ Pant' Arena in Costa Rica (ÆRSTED). — Pileus crassissimus, 7-10 cm. crassus, portentum mirabile et magnitudine et ponderis levitate. Extus mollissimus ut digito pressus foveas relinquat persistentes.

352. **Polyporus Pilotæ** Schw. Amer. bôn. p. 370. — Pileo maximo, 5205
 dimidiato, subradicato uno latere in lignum intrante, substantia suberoso-fibrillosa, demum indurata, cetera superficie pilei superna nec tomentosa nec strigosa, potius rugosa, scariosa et subresinosa; tubis longissimis, discretis, arcute invicem adpressis, luci obversis subhyalinis, atro-fuscis aut brunneis succulentis; poris minutis, angulatis, succo resinoso repletis.

Hab. in trunco castaneo in M. Pilotæ Amer. bor. — Pileus 3 cm. diam. et ultra latus, 10 cm. crassus, substantia fibroso-suberosa, intus subrutigans.

** Contextu albo.

353. **Polyporus quercinus** (Schrad.) Fr. Epicr. p. 441. Hym. Eur

p. 555, Hussey 1, t. 52, Berk. Outl. p. 239, *P. suberosus* Krombh. t. 5, f. 3-5, t. 48, f. 11-14. *Boletus quercinus* Schrad. Spic. p. 157. — Pileo suberoso, e molli indurato, linguæformi, convexo-plano, levi, primo floccoso-granulato, alutaceo-pallido, postice in stipitem crassum, horizontalem angustato: poris curtis, minutis, albidis.

Hab. ad truncos vetustos *Quercus* in Europa. — Species insignis, cum *Fistulina* analogæ; pileus crassus, hinc inde tactuque rubellus, contextu floccoso e molli indurato.

354. **Polyporus betulinus** Fr. Syst. Myc. 1, p. 358 cum syn., Hym. 5207 Eur. p. 555, Grev. Scot. t. 246, Rostk. t. 22, Weinm. p. 320 *Boletus* Bull. t. 312, Bolt. t. 159, Sowerb. t. 212, Fl. Dan. t. 1254. *Bol. suberosus* Linn. Suec. 1253, Wulf. in Jacq. Coll. 1, p. 344. *B. sutorius* Scop., *P. albellus* Peck 30 Rep. pag. 45. — Pileo e carnosio suberoso, unguato, obtuso, azono, glabro, vertice obliquo umboniformi, pellicula tenui, secedente; poris serotinis, curtis, minutis, inæqualibus, denum secedentibus; sporis albis.

Hab. ad caudices *Betulæ* in Europa et pr. Minussinsk Sibiriae Asiaticæ et Helderberg Mts. Amer. bor. Sec. Peck sporæ minutæ cylindricæ, curvulæ, albæ, 4-5 μ . long.

355. **Polyporus leucocreas** Cooke Grev. VIII, p. 55. — Pileo e car- 5208 noso suberoso, unguato, glabro, albido, denum pallido, cute rivuloso-fatiscente, intus niveo, spongioso, tenaci; hymenio convexo, rimoso; poris angulatis, minimis, brevibus, albis.

Hab. ad ligna combusta in Nova Zelandia. — Substantia nivea, non fragilissima ut in *P. officinali*, sed firma et tenax; pileus 15 cm. latus, 10 cm. altus.

356. **Polyporus paluster** B. et C. North Am. Fung. n. 135. — Pi- 5209 leo pulvinato, cuticulâ levi ochroleucâ vestito; hymenio convexulo; poris parvis, angulatis.

Hab. ad truncos *Pini palustris*, Santee River, Amer. bor. — Pileus 5 cm. latus, 2½ cm. longus; pori ½ mm. lati. Similis *P. betulino*.

357. **Polyporus officinalis** (Vill.) Fr. Syst. Myc. I, p. 365, Hym. Eur. 5210 p. 555, Pers. Myc. Eur. 2, p. 67, Nees Pl. offic. cum icone. *Boletus* Vill. Delph. p. 1041, *B. Laricis* Jacqu. Misc. II, p. 164-210, t. 20, 21, Bull. t. 296, *B. purgans* Pers. Syn. p. 531, Paul. t. 147, 15, Michel. t. 61, f. 1. — Pileo carnosio-suberoso, unguato, deformi, concentricè sulcato, glabro, e lutescente albo, cute dura rivuloso-fatiscente, intus concolore, triabili; poris curtis, tenuibus, lutescentibus.

Hab. ad Larices in Europæ australis subalpinis et in trunco vivo Laricis Sibiricæ in montibus Sajanensibus Sibiricæ Asiaticæ. — Caro mollis, lenta, sed demum friabilis. Pileus tuberculosus, zonis lutescentibus et fuscis variegatus (quo a tribu recedit): pori demum fuscis; odor farinæ recentis; sapor amaricans. Antiquitus celebratissimus. Diosc. III, cap. 1.

358. **Polyporus flavescens** Mont. *Cent.* VII, p. 36 — Subungulatus, pileo dimidiato, convexo, hemisphærico, primitus pallido tandem (an exsiccatione?) flavescente, nitido, levigato, azono, margine demisso acuto, subtus concavo aut planiusculo concolori, contextu firmo farinoso-floccoso ferme albo (!); poris longis tenuissimis angulatis, dissepimentis laud acutis, ore farctis intus concoloribus. 5211

Hab. ad truncos in Brasilia (WEDDELL).

359. **Polyporus portentosus** Berk. Hook. *Journ.* 1841, p. 188, 5212
Sessilis, giganteus; pileo carnoso, demum friabili, pulvinate, vertice elevato, glaberrimo, azono, cuticula tenui, alutacea vestito, margine subtenui flexuoso; hymenio convexo; poris pro ratione pilei brevibus parvis, intus pallidis extus fuscis, demum recedentibus, dissepimentis tenuibus.

Hab. Swan River in Australia merid. (DRUMMOND) et Tasmania. — Affinis *P. betulino*. Pileus 3 diam. et ultra latus, 1 diam. longus, 15 cm. crassus; pori circ. 320 μ . diam.

360. **Polyporus medullaris** Berk. in Hook. *Journ.* 1854, p. 140, Dec. 5213
n. 425. — Pileo ampló, gibbo, brevissimo, laccato, margine obtusissimo, recto, zonato; poris parvis, angulatis, acie obtusa.

Hab. in ligno putri Behar Indiæ (HOOKER). — Pileus 17 cm. latus, 10 cm. longus, 6 cm. crassus; pori 500 μ . lati. Affinis *Polyporo portentoso* sed sporis latis distinctus.

361. **Polyporus naucinus** Fr. *Nov. Symb. Myc.* p. 57. — Pileo e car- 5214
noso suberoso-indurato, postice gibbo, versus marginem acutum attenuato, cuticula furfuraceo-secedente, fuscis, intus albo; poris rotundis, curtis, perexiguis, cinereo-fuscis.

Hab. ad truncos juxta Mirador in Mexico (LIEBMAN). — Pileus 7 cm. latus; pori 800 μ . profundi.

362. **Polyporus nivosus** Berk. in Hook. *Journ.* 1856, p. 196, Dec. 5215
n. 570. — Pileo crassiusculo, convexo, postice attenuato, nivoso, glabro, azono; hymenio albido; poris minutis, angulatis, dissepimentis tenuibus.

Hab. ad ligna emortua, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT), Pa-

buræ Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 5 cm. latus, niveus; pori 200 μ . diam.

363. **Polyporus Eucalyptorum** Fr. in Plant. Preiss. II, p. 135. — Pileo dimidiato-adnato, unguolato, azono, contextu crasso, mollissimo, albo, crusta tenui, glabra, atro-fusca, facillime secedente vestito; poris curtis, tenellis, secedentibus. 5216

Hab. ad truncos Eucalyptorum in Australia occident. (PREISS). — Cum *P. betulino* forma et indumento pilei comparandus, contextu vero cum *P. soloniensi*, 18-19 cm. latus, 7-10 cm. basi crassus: pori vix 5 mm. longi, siccitate collabentes.

364. **Polyporus elatinus** Berk. Hook. Journ. 1854, p. 140, Dec. n. 424. — Pileo reniformi, vertice elongato, glabro, radiato-rugoso, vernice tenui, ochroleuca vestito; contextu albo; poris minutis, angulatis, irregularibus. 5217

Hab. ad Pinos East Nepal et Sikkim Indiæ orient. (HOOKER). — Pileus 5 cm. latus, 3 cm. et ultra longus; pori longi, 200 μ . lati.

365. **Polyporus Schulzeri** Fr. Hym. Eur. p. 556, Kalchbr. Ic. Hung. t. 34, f. 1, *Pol. Irpex* Schulz. — Pileo sessili, e carnosio suberoso, pulvinateo, glabro, azono, pellicula albida tecto; poris rotundis, majusculis, hydnoideo-dentatis, albis. 5218

Hab. in Quercubus languescentibus Slavoniæ. — Pororum fabrica singularis species, sed sine dubio hujus gregis, subreniformis, regularis, 5-8 cm. lata. Hymenium ex icone magis Hydnum quam Ipicem refert, quare ill. Fries hanc speciem dicatam voluit felicissimo fungorum investigatori.

366. **Polyporus paradoxus** Fr. Vet. Akad. Förhandl. 1873, Hym. Eur. p. 555. — Giganteus; pileo dimidiato, sessili, crasso, molli, azono, lobato, levigato, alutaceo, contuso nigricante, cuticula tenuissima; poris minimis, serotinis, candidis. 5219

Hab. in truncis ad Sparreholm Sudermanniæ. — Species nobilis, pedalis et ultra, præcipue insignis carne floccosa, mollissima, ut foveæ digito pressæ persistent. Pileus difformis, late lobatus, non villosus quidem, sed cuticula floccis levigatis contexta. Latus inferius primo ut in *P. betulino* sine poris, qui successive explicantur. Num demum suberoso-induretur, dubium.

367. **Polyporus strumosus** Fr. Epicr. 462. — Pileo e carnosio-lento durissimo, convexo, gibboso, azono, fuligineo, griseo-pruinoso; margine acuto, nigricante, intus fibroso-zonato griseo-albo; poris curtis, tenerrimis minimis, stipatis, e fuligineo griseis, basi decurrentibus. 5220

Hab. ad truncos Guineæ. — Valde diversus, habitu fere *P. adusti*; crusta corrugata (sub lente pruinosa) dura sed confluyente tectus. Forma varia interdum postice adnata labiata.

368. **Polyporus natalensis** Fr. Nat. p. 13 (*Trametes*). — Pileo sub- 5221
 roso-lignoso, applanato, azono, impolito alutaceo-albo; cuticula membranacea, adnata; margine obtuso, inflexo; poris minutis, subrotundis, integerrimis, ligneo-pallidis.

Hab. ad truncos in terra Natal (WAHLENBERG), Inanda (MAC-OWAN). — Pileus vix 2,5 cm. latus; contextus siccus durus, 2-4 mm. crassus; pori vix 2 mm. longi, acie obtusissima.

369. **Polyporus unguatus** Berk. in Linn. Journ. XII, p. 165, Austr. 5222
 Fungi n. 100 (*Trametes*). — Pileo duro, albido, breviter unguato, postice decurrente, subtiliter tomentosus; margine obtuso rugoso; hymenio excavato; poris parvis acie subconcoloribus.

Hab. ad truncos Adelaide Australiæ. — Pileus 3,5-4 cm. latus, 2,5 cm. longus; pori 300 μ . lati. Varietas **Hobsoni**. Cfr. Berk. loc. cit.: pileo molliusculo, undulato, subtiliter tomentosus; poris amplis armeniicis, elongatis 1 mm. diam.: dissepimentis tenuioribus acie acutis. Bombay Indiæ (HOBSON).

370. **Polyporus venetus** Sacc. Mycol. Ven. Spec. p. 52, tab. VII, f. 5223
 4-6. — Simplex vel imbricato-multiplex, glaber; contextu compacto suberoso, albo; pileo unguato-dilatato vel multififormi, crasso, ubique tuberculato pileolosque laterales exserente, albo denique flavido, margine obtusiusculo; poris ligneo-pallidis, minutis angulatis; sporis minutissimis albis rotundis, diam. 3 μ . circ.

Hab. Tarvisii ad trabes in cellis vinariis, ubi cæspitem maximum 50 cm. latum vidi et Pâtavii in cavo annosæ Plataui.

371. **Polyporus occultus** Laseh in Klotzsch-Rabh. herb. myc. Edit. II, 5224
 617, Winter Pilze p. 455. — Suberosus, gibbus vel effuso-reflexus, dimidiatusque confluens, supra breviter velatino-tomentosus, primo albidus, dein rufo-brunneus; poris majoribus, inæqualibus, angulatis, pruinosis; sporis sphæroideis, hyalinis.

Hab. in Salicibus vetustis in Germania.

- O. LIGNESCENTES Fr. Nov. Symb. p. 58. Concentrice sulcati vel striati, substantia quidem molli et succosa, tamen coriacea simul unde siccitate contracti et vulgo curvati. — A *Fomitibus* recedunt quia annui, molliores et non stratosi.

* Contextu albo.

372. **Polyporus induratus** Berk. in Mellis St. Helena p. 380, t. 56, 5225

f. E. — Pileo unguolato e tomentosio pallide sublaccato; poris elongatis, albis, minutis, angulatis; dissepimentis tenuibus; contextu fibroso-sericeo; poris 350 μ . lat.

Hab. ad truncos in insula St. Helena.

373. **Polyporus detritus** Berk. in Hook. Journ. 1856, p. 197, Dec. 5226
n. 572. — Albus; pileo convexo, e pruinoso-glabrato, sulcato-zonato; hymenio planiusculo; poris minutis, punctiformibus.

Hab. in ligno emortuo, Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 5 cm. vel ultra latus denique nitidulus.

374. **Polyporus hypopolius** Kälchbr. Grev. X. p. 90. — Pileo cori- 5227
ceo-lignoso, duro, effuso-reflexo, subconchato, vel prorsus resupinato, crusta rigida castanea obducto, tuberculis creberrimis exasperato, ad marginem acutum zonato; poris mediocribus, brevibus (1 lin.), subangulatis et, e situ elongatis lacerisque, ex albo ligneo-que canescentibus.

Hab. ad Rockhampton Australiæ (MÜLLER). — Pileus passim ex pluribus confluentis, 2,5-5 cm. longus, 10-12 cm. latus, marginem versus valde attenuatus. Sitaceus sericellus, concentricè lamellatoplicatus, sordide cinereus. Hornotinus, supra inspectus *Pol annosum* valde tuberculosum in memoriam revocat.

375. **Polyporus salignus** Fr. Epier. p. 452, Hym. Eur. p. 514, Berk. 5228
Outl. p. 241, Kickx p. 227, *Dedalea* Fr. S. M. I, p. 337, Pers. Myc. Eur. 2, n. 10, 12, *Boletus albus* Bolt. t. 78 (erronea ex ipso in fronte Tomi IV), Ray. Syn. 3, p. 25, n. 11, Batt. t. 38, f. E. — Cæspitosus, coriaceo-mollis, elasticus; pileis dimidiatis, imbricatis, dilatato-reniformibus, adpresse villosis, albidis, circa marginem sublobatum, tumidum depresso-sulcatis; poris tenuibus, confertis, elongatis, flexuoso-intricatis, albis.

Hab. ad truncos vetustos Salicum in Europa. — Cæspites vulgo minores, inodori. *P. salignus* Rostk. 27, t. 2 recedit pileo fusco contra definitionem e Frieso translata.

376. **Polyporus holmiensis** Fr. Nov. Symb. p. 42, Hym. Eur. p. 544, 5229
Ic. t. 181. — Cæspitosus, amplus, albus; pileis suberoso-induratis, dimidiatis, imbricatis, valde dilatatis, integris, levibus, azonis; poris minutis, inæqualibus, linea fusca ab hymenophoro limitatis.

Hab. ad truncos vetustos Holmiæ, autumno — Multa cum priorè habet communia, sed gravibus simul notis differt.

377. **Polyporus cadaverinus** Schulzer et Kälchbr. Ic. Hung. t. 35, 5230
f. 1, Fr. Hym. Eur. p. 544. — E mycelio sulphureo, passim rutilante produnt tubercula, quæ apice sensim in ramos horizontales protruhunt.

duntur, gerentes pileos semicirculares v. reniformes (raro rite explicatos), obscure olivaceo-fuscescentes; stipites cinnamonei, in ligno immersi; caro coriacea, lutea, fibris obscurioribus radiantibus picta; pori minuti, angulati, marginem obtusum versus reticulati; odor Phalli gravissimus, per decennium persistens.

Hab. in cavernis Quercuum putridarum in Slavonia. — Species abnormis, apto loco vix inserenda, nec rite definienda.

378. **Polyporus implitus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 58. — Pileo effu- 5231
so-reflexo e carnoso suberoso lignoso, triquetro, scruposo inæquabili, azono, albo; contextu fibroso, candido; poris stipatis, tenuissimis elongatis, basim versus albis, apicem versus fuscis, ore acuto.

Hab. ad truncos in Costa Rica (ÆRSTED). — Pileus 5-10 cm. transverse latus.

379. **Polyporus cartilagineus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 49. 5232
— Pileo dimidiato vel centro affixo e rufo-fuligineo subzonato; cuticula cartilaginea, tuberculis postice tendentibus ornata; contextu albido, demum pallide fusco; poris minutis.

Hab. ad ligna emortua, Dolosbagey, Ceylon (THWAITES). — Pileus circiter $2\frac{1}{2}$ cm. latus, 12-18 mm. longus, quandoque spurie stipitatus; tuberculis papillæformibus; poris $\frac{1}{5}$ mm. diam. Vere singularis.

380. **Polyporus imberbis** (Bull.) Fr. Epicr. p. 451, Hym. Eur. p. 543, 5233
Kickx p. 227, Quél. p. 257, *Boletus* Bull. t. 445, f. 2, (admodum macra), *DicJalea* Chev. Paris p. 247, Secr. 2, p. 485, *P. levis* Pers. Myc. Eur. 2, p. 68 (si specimen visum idem). — Cæspitosus; pileis imbricatis, lobatis, glabris, albido-pallidis, demum fusciscentibus, sulcis concentricis zonatis; poris tenuibus, confertis, linearibus labyrinthiformibusque, lutescentibus.

Hab. ad basim truncorum, in Europa australiore vere. — Cæspites vulgo ampli, valde imbricati, olidi, in struma radicali sessiles; pileus $1\frac{1}{2}$ -2 cm. latus ob poros profundos, intus cum carne albos, crassus.

381. **Polyporus heteroclitus** (Bolt.) Fr. Syst. Myc. 1, p. 344, Hym. Eur. 5234
pag. 544, Berk. Outl. p. 241, *Boletus* Bolt. t. 164. — Cæspitoso-multiplex, coriaceus; pileis sessilibus, e tuberculo radicali undique expansis, lobatis, villosis, azonis, aurantiacis; poris difformibus elongatisque, aureo-luteis.

Hab. ad terrain in Anglia sub Quercubus et in humo ad silvæ marginem, Han-hai ad fluvium Charyana Mongoliæ borealis (Po-

TANIN). — Pileis 14 cm. longus, 10 cm. latus, 3-5 mm. crassus incremento rapide stipulas obvolvens.

** Contextu pallido.

† Pileo rugoso-zonato.

382. **Polyporus Auerianus** Mont. Cuba t. XVI, f. 1, Syll. n. 500. 5235

— Lignosus, grædis; pileo suberoso-lignoso, sessili, rigido, initio ob marginem acutum deflexum convexo, tandem pulvinate, glaberrimo, rugoso radice striato, concentricè sulcato e ligneo subfulvo; contextu pallido; poris minutissimis, longis tenuissimis, stratosis, acutis, carque rufescentibus, subnitentibus (*chatoiants*).

Hab. ad truncus arborum in ins. Cuba (AUBER et RAMON de la SAGRA).

383. **Polyporus ochreus** Berk. Hook. Lond. Journ. 1845, p. 53, 5236

Dec. n. 38. — Ernpens; pileo angulato, suberoso, pauci-zonato, ochroleuco primo subtiliter tomentoso deum glabro; margine obtuso sterili; contextu albido; hymenio subconcolore; poris punctiformibus, parvisæpe obtusatis, acie obtusis, integerrimis.

Hab. ad cortices putridas arborum, Paramotta, Swau-River Queensland Australiæ, in Tasmania et in pænis. Malacca (SCORRENI). — Pileus 3.51 cm. latus. *Polyporo ochreo-laccato* Mont. similis. *Polyporo nigrinato* proximus; *Trameti* affinis.

384. **Polyporus zonalis** Berk. Fung. Brit. Mus. p. 375, tab. X, fig. 5, 5237

P. micromegas Mon. Cub. p. 423 — Suberosus, tenuis, imbricatoplex, sessilis, loraliter conuatus, rigidus; pileis semiorbicularibus, rotundato-lobis, repetito-venatis, rugulosis, pruinosis, cervinis; zonis glabris, nitentibus ævis, margine acuto; poris minutissimis, fusciscentibus.

Hab. ad ligna eurtua Ceylon Sikkim, Borneo, Cuba, Mexico, Brasilia, Australia. — Affinis *P. aceroporo*. Pilei 2.5-5 cm. lat. 18-30 mm. long.

385. **Polyporus incurvus** Cooke in Gry. XIII, p. 503. — Carnosus, 5238

deum cartilagineus, gidus, tenuis stipitatus; pileo semiorbiculari vel reniformi, recte purpuro-zonato, ruguloso, pruinoso, albido, margine acuto illexo, crispato-lobato; stipite laterali, brevi vel elongato-ruguloso, oncolori; hymenio concavo, pallido; poris minutis, subæqualibus, rotundatis, $\frac{1}{5}$ - $\frac{1}{6}$ mm., dissepimentis tenuibus.

Hab. ad caudices cæcidos Gopig pænis. Malacensis. — Pileus 6-5 cm.; stipes 5-cm. longus 6 mm. crassus. Admodum re-

fert plures formas *P. zonalis* Berk. sed stipite distincto, sæpe longo, laterali.

386. **Polyporus contractus** Berk. Dec. of Fung. n. 176. — *Imbricatus*, 5239
postice connatus; pileis repandis, siccitate contractis, nitidulis, crebre zonalis, hic illic plicato-rugulosis; contextu suberoso, pallido; poris minimis, incarnato-umbrinis.

Hab. in ligno emortuo in ins. Ceylon. — Pileus 7-8 cm. longus. *Polyporo microporo* et *Auberiano* arcte affinis.

387. **Polyporus lignosus** Klot. in Fr. Epier. p. 471, Nov. Symb. p. 58. 5240
— Pileo e subcarnoso suberoso-lignoso, applanato, concentricè sulcato, primo villosò-rugoso pallido, adulto glabrato flavido, intus pallido; poris longis, minimis, tenuissimis, stipatis, interne pallidis, versus superficiem fuscis.

Hab. in insula Mauriti; Victoria Australiae. — Insignis potius inter Suberosos inserendus, licet cutis hujus grægis et siccus sit ligneo-tenax; vegetus (quum siccitate incurvetur) omnino videtur carnosus et quidem *P. cubensi* et *P. strumoso* intermedius. Basis decurrens. Pori ex Klotzsch extus intusque violacei; sed in exempl. Friesiano ad medium pallidi, carne concolores.

388. **Polyporus cubensis** Mont. Cent. I, n. 52, Cuba, p. 404, et Syll. 5241
Crypt. n. 507. — Albido-pallens; pileo dimidiato sessili, e carnosò suberoso, rigido, plano, glabro, concentricè sulcato; margine obtuso repando, subtus convexo; poris rotundis, exiguis, æqualibus, obtusis concoloribus, tandem rufis; dissepimentis crassis.

Hab. ad truncos arborum in Cuba (RAMON DE LA SAGRA, C. WRIGHT).

389. **Polyporus havannensis** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 310. — 5242
Pileo dimidiato, convexo, zonato, fulvo-ochraceo, e pubescente glabro, radiato-rugosulo; margine leviter pulvinato, sterili, pubescente; hymenio pallido; poris parvis, subrotundis, acie obtusis.

Hab. ad ligna emortua, Cubae Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 5 cm. latus, 2½ cm. longus; pori ¼ mm. lati. Affinis *P. anebio* B. sed poris latioribus.

390. **Polyporus Liebmanni** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 59. — Pileo e 5243
carnoso lignoso, indurato, obovato, sessili, glaberrimo, obsolete concentricè striato, badio; contextu tenui fibroso porisque elongatis, stipatis, minimis, pallidis, ore rotundo, regulari.

Hab. ad truncos ad Mirador, Totatla Mexico (LIEBMANN). — Minima sed distinctissima species, *Polyp. castaneo* similis; pileus 2,5 cm. latus, 2-6 mm. crassus.

391. **Polyporus durus** Jungh. Crypt. Jav. p. 62. — Fuliginæo-nebulosus, fibroso-lignosus, durissimus; pileis subconfluentibus, imbricatis, planiusculo-connexis, glabris, tuberculoso-rugosis, azonis; poris rotundis, nudo oculo haud conspicuis. 5244

Hab. in truncis prostratis silvarum humiliorum Javæ. — Pileus 2,5-4 cm. lat.; contextus fibroso-lignosus; hymenium 1 mm. et ultra cr. Habitus *P. fumosi* et *adusti*.

392. **Polyporus Venezuelæ** Berk. et Curt. in Grev. XV, p. 20. — Fusco-cervinus, subimbricatus; pileo suberoso, dimidiato, convexo, subtiliter velutino, plerumque circa marginem glabrato, azono, postice tuberculoso et obscuriori; margine acuto; hymenio concavo contextuque cervino pallido; poris æqualibus, rotundis, 0,2 mm., dissepimentis rigidis. 5245

Hab. ad truncos Venezuelæ, Guianæ Amer. merid. — Pileus 5-8 cm. latus, nonnihil *P. plebeium* assimilans, sed obscurior, magis tuberculosis porisque latioribus.

393. **Polyporus Lindigii** Lév. Prod. Floræ novo-græv. (Fungi), p. 263. — Pileo sessili, semiorbiculari, postice attenuato, coriaceo, siccitate lignescente, inæquabili, glabro, zonato, pallide ochraceo vel flavo-ochraceo, prope marginem acutum fulvo-rubente; tubulis brevibus; poris subrotundis, æqualibus, obtusis, pallide gilvis; contextu albido lutescente. 5246

Hab. ad truncos arborum Tequemadama Canoas in Nova Grævata (LINDIG). — Pileus 4 cm. latus, 1 cm. crassus. *Pol. anebio* et *Pol. contracto* affinis.

†† Pileo levi.

394. **Polyporus plebeius** Berk. Fl. New-Zeal. II, pag. 179. — Pallidus, irubricatus; pileo dimidiato pulvinateo, subtiliter pubescente, azono, suberoso; hymenio concavo; poris minutis, punctiformibus, 181-182 μ . diam., acie obtusa. 5247

Hab. in ligno putri ad Rio Parus, Rio Jurua, Ohydos, Brasiliæ (TRAILL). — Var. α margine acuto in Himalaya et β margine obtuso in Nova Zelandia. *Polyp. vulnerato* Lév. affinis; pileus 50 mm. lat., 25 mm. long. — Var. **cubensis** Berk. Cub. Fungi n. 272; pileo dimidiato luride purpureo (sicco umbrino) pruinato; hymenio concolore; poris minutis. Ad truncos et caudices in Himalaya, Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT).

395. **Polyporus Testudo** Berk. F. Brisb. II, p. 59, t. X, f. 19-19. — Pileo imbricato, rigido, pulverulento, luc illic obscure striato sca- 5248

brilique; hymenio griseo; margine incurvo, puberulo; poris minutis, irregularibus, angulatis, dissepimentis tenuibus.

Hab. ad truncos Brisbane Australiæ (Bailey). — Pileus 8-12 mm. lat. et 12 mm. long.; pori oculo nudo vix discernendi. *Pol. plebeio* peraffinis.

396. **Polyporus atypus** Lev. Champ. exot. p. 184. — Pileo coriaceo, subreniformi, applanato, nudo, zonato, pallide luteo, basi depresso, in stipitem brevem lateralem attenuato; poris angulatis, æqualibus, ochraceis; dissepimentis obtusis; contextu albo. 5249

Hab. ad truncos Java. — Pileus 2 cm. lat., 1 mm. et ultra cr.

*** Contextu fusco.

397. **Polyporus vulneratus** Lév. Champ. exot. p. 188. — Pileo coriaceo-suberoso, horizontali, semiorbiculari, nudo, zonato, gilvo-cervino, postice depresso, sanguinolento; poris minutissimis, rotundis, cervinis; dissepimentis crassis, integris, concoloribus. 5250

Hab. ad truncos Java. — *Polyp. bicolori* affinis.

398. **Polyporus Dorcas** Berk. Fung. St. Doming, p. 4, n. 20. — Pileo subreniformi, postice affixo, convexo, crassiusculo, crebri-zonato, subtomentoso, opaco, cervino; hymenio umbrino; poris mediis, irregularibus, dissepimentis subacutis rigidis. 5251

Hab. in ligno emortuo S. Domingo. — Pileus 3,5-4 cm. lat. 2. 5 cm. long.; pori 450 μ . diam. *P. brunneolo*, *P. Menziesii* et *P. cubensi* nonnullis notis proximus.

399. **Polyporus Dozyanus** Lév. Fragm. Mycol. p. 123 (1848). — Pileis sessilibus, imbricatis, basi connatis, duris, reticulato-spongiosis, cinerescentibus; marginibus undulatis, sublobatis; poris angulatis, inæqualibus, pallide ligneis, brevibus. 5252

Hab. ad truncos in insula Java. — Pilei vix 3 cm. diam. superne irregulariter marginem versus striatis; dissepimenta integra, tenuia; substantia pilei dura, homogenea, pallide flava.

400. **Polyporus anebus** Berk. in Hook. Journ. 1847. p. 504. — Pallide cervinus; pileo semiorbiculari, tenui, coriaceo, subtiliter pruinoso velutino, leviter zonato; margine acuto; contextu concolore; poris minimis, subrotundis, breviusculis. 5253

Hab. in lignis in ins. Ceylon. — Pileus 5 cm. latus, 3,5-4 cm. longus; caro mollis, concolor. *P. pruinato* Ki. subaffinis, habitu, colore pilei zonisque differt.

P. RESUPINATI Cooke l. c. Anodermei molles, resupinati, margine tenuiter reflexo. — Verisimiliter formæ Dimidiatorum atypicæ resupinatæ.

401. **Polyporus pachylus** Berk. in Herb. n. 2861. et Cooke Præc. 5254
n. 343. — Pileo caruoso-lento pallido, brevi, glabrescente, postice effuso-reflexo, resupinato; margine obscuriori; poris magnis, $\frac{1}{2}$ mm. diam., subæqualibus, subangulatis, plerumque obliquis; dissepimentis acie acutis; contextu albo.

Hab. ad truncos in British North America. — Pileus 6-8 mm. lat. «An *P. pachyus* Rost.?»

402. **Polyporus ascoboloides** Berk. Austral. Fung. n. 76, p. 162. — 5255
Pileis resupinatis, orbicularibus, crassiusculis, congestis, e strato crasso coriaceo oriundis, vix reflexis, tomentoso-albidis; hymenio nigro; poris regularibus, hexagonis, parvis.

Hab. ad truncos in Australia. — Pilei 3,5-4 mm. lat. Primo obtutu *Ascobolium* refert.

403. **Polyporus diffissus** Berk. Fl. New. Zeal. p. 180. — Carnosus, 5256
ruber: carne tandem divulsa; poris parvis; dissepimentis tenuibus, acie membranacea, denticulata.

Hab. in trunco Fagi in Nova Zelandia (Coleenso). — Forte forma resupinata ejusdem speciei Anodermeæ.

Species nobis ignotæ.

404. **Polyporus acerinus** Opiz. Seznam. p. 137. (Bohemia). 5257

405. **Polyporus brunneus** Schw. (ubi?) in herb. Berk. 5258

406. **Polyporus citrineilus** Berk. et Curt. in Curt. Catal. 5259

407. **Polypores citromallus** Berk. et Curt. in herb. Berk. (Specim. 5260
imperf.) (Cuba).

408. **Polyporus decrescens** Zoll. Arch. Neerl. Ind. I. p. 387. 5261

409. **Polyporus Encephalum** Hoffm. Veg. subterr. (Germania). 5262

410. **Polyporus Gordoni** B. et Fr. in herb. Berk. (abnormis). 5263

411. **Polyporus hæmatinus** Berk. in herb. (Imperfecta specim.) (India). 5264

412. **Polyporus hepatitis** B. et C. in herb. Berk. (exempl. imperfe 5265
cto) (Venezuela).

413. **Polyporus Laburni** Opiz. Sezn. p. 136. (Bohemia). 5266

414. **Polyporus luteiporus** Opiz. Lotos 1855, p. 87. (Bohemia). 5267

415. **Polyporus Notarisii** Berk. in herb. *P. reticulatus* De Not. herb. 5268
nec Fr.

416. **Polyporus odontoporus** Kalcabr. in herb. Berk. (*Pavina*). 5269

417. **Polyporus austriacus** Zoll. Arch. Neerl. Ind. I. p. 387. 5270

418. **Polyporus semipellucidus** Zoll. Arch. Neerl. Ind. II, p. 291. 5271

Obs. Formas Polypororum plurimas abnormes (fodinarias, cellarias etc.) descripsit Persoon in Mycol. Europ. vol. II, quas cfr.

FOMES Fr. Nov. Symb. p. 31, Cooke Præc. p. 117 *) (Etym. *fomes*).
— Pileus primitus lignoso-induratus (raro mollis, plorans), contextu floccoso-intertexto, crusta rigida obductus, azonus, sed demum concentricè sulcatus, perennis, successive strata nova gerens, reviviscens, sed stratum recens tantum vegetum. — Plures ad sunt species inter hoc genus et Polyporos lignescentes ambiguae.

A. MESOPODES Fr. N. Symb. p. 59, — Pileus integer, glaber; stipes distinctus, verticalis, simplex.

a. *Normales*: pori apice non contracti.

* Stipite glabro nigricante.

1. **Fomes nigripes** Fr. Linn. V, p. 515, Epicr. p. 435. — Suberoso- 5272
lignosus; pileo convexo, plano, glaberrimo, azono, opaco, fusco-ferrugineo; margine obtuso; stipite radicato, glabro, laccato-nitente, atro; poris minutis, æqualibus, fusco-ferrugineis.

Hab. ad truncos Brasiliæ. — Pileus non laccatus.

2. **Fomes diabolicus** Berk. in Hook. Jour. 1856, p. 174, Dec. n. 553. 5273
— Pileo crassiusculo, rigido, umbilicato, depresso, primum subtiliter velutino, cito glabrescente; margine primum integro, demum crenato-lobato; stipite cylindrico, sublaccato, levi, disco orbiculari affixo; hymenio brunneo, postice libero; poris punctiformibus.

Hab. ad truncos emortuos, Panurè Brasiliæ (Spruce). — Pileus 10-15 cm. latus; stipes 7-8 cm. longus, 1 cm. crassus. *Polyporo vario* affinis.

3. **Fomes rufo-atratus** Berk. in Hook. Journ. 1856, Dec. n. 554. 5274
— Pileo tenui, orbiculari, umbilicato, pruinoso, velutino, glabrescente, radiatim lineato, rufo; stipite tenui; hymenio pallido; poris punctiformibus.

Hab. ad truncos emarcidos, Panurè Brasiliæ (Spruce). — Pileus 3.5-4 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus, 2 mm. crassus.

4. **Fomes incrustatus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 60. — Pileo subero- 5275
so-lignoso. crasso, subdepresso, planiusculo, rugoso, glabro, sordi-

*) Pleraque *Fomitis* species ab auctoribus originalibus sub *Polypori* titulo traduntur, quam notationem vero, brevitatis causa, in singulis speciebus consulto omittimus. Auctores reductores præcipui sunt Ill. Fries in Nov. Symb. Mycol. et Cooke in Præc. Mon. Polyp.

de umbrino, centro levi, circa marginem inflexum, rotundatum sulcis concentricis notato, crustaceo-laccato, opaco: stipite concolori, toruloso, centrali, firmo, crasso, inæquali, medio vulgo oom rami rudimento; contextu porisque exiguis, subrotundis, pallidis.

Hab. ad San José in Costa Rica (ERSTED). — Pileus 5-7,5 cm. latus; stipes 5-7,5 cm. longus. Medius quasi inter *F. Umbraeculum* et *F. lucidum*.

5. **Fomes Rhizomorpha** Mont. Cent. II, n. 11, Guy., n. 354, Syll. 5276
Crypt. n. 510. — Mesopus; pileo coriaceo-rigido, tenuissimo, convexo, e badio nigro, opaco, radiatim ruginoso; margine repando sursum reflexo; stipite levi aut tuberculato, simplici vel ramoso, glaberrimo, atro; poris minutis, umbrino-fuscis, intus albidis.

Hab. ad stipites et ramos dejectos in silvis Guyanae Amer. merid. (LEPRIEUR). — Quoad stipitem *Marasmiopolyclado* analogus.

6. **Fomes hypoplastus** Berk. in Hook. Journ. 1856, Dec. of Fungi 5277
n. 552. — Pileo orbiculari, rigido, ligneo, profunde umbilicato, opaco brunneo, zonis obscuris, crebris picto, levi; margine repando; stipite cylindrico, tenui, laccato, sursum compresso dilatato; hymenio albedo; poris punctiformibus; contextu albo.

Hab. ad truncos Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 6 cm. latus, stipes 10-15 cm. longus, 6-7 mm. crassus.

7. **Fomes Lorenzianus** Kalchbr. Sziber. Gomb. p. 21, t. III, fig. 1. — 5278
Biennis; pileo centrali, suberoso-fomentario, plano-depresso, 10-12 cm. lato, rugoso, incrustato quidem at non lucido, tactu aspero, tabacino vel fulvescente, marginem pallidum, rectum versus sulcis concentricis superficialibus notato; stipite firmo, deorsum attenuato 7,5-10 cm. longo, 2,5 cm. crass., crustaceo-laccato, lucido, atro; poris exiguis cum contextu pilei pallide fusciscentibus, ore albidis.

Hab. in truncis pr. Conception Uruguay Amer. austr. — *Fomititi incrustato* Fr. proximus, forte hujus varietatem sistens. Stipes vero æquabilis, nitidus purpureo-ater et margo subacutus.

* * Stipite fusco, pruinoso vel tomentoso.

8. **Fomes angustus** Berk. Dec. pag. 143. — Pileo orbiculari, crassiusculo, coriaceo-suberoso, profunde umbilicato, crebri-zonato, rugoso, umbrino albo-variegato; stipite valido umbrino, epidermide crustacea; hymenio primum plano, sicco concavo, albo poris minutis punctiformibus, 160 μ . diam. 5279

Hab. in ramis emortuis, Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus

25 cm. lat.; stipes 12 cm. long., 2,5 cm. cr., pori *Folysticto sacro* subaffinis.

9. **Fomes Rhinocerotis** Cooke Enum. Polyp. p. 150. — Pileo striato zonato, 17-22 cm. lato, vix 6-7 mm. crasso; stipite laccato, 20 cm. longo, 12 mm. crasso, e basi sclerotioidea, dura, 7-8 cm. crassa oriundo; poris minutis, rotundis, regularibus.

Hab. ad truncos Penang pr. Malaccam.

10. **Fomes rudis** Berk. Fung. Flor. Van Diem. p. 323, nec Lév. — Stipite subcentrali. in ligno radicante, æquali, brunneo, pruina tabacina tecto, dein nitido; pileo convexo, centro depressiusculo, orbiculari, brunneo pruinaque simili tecto vel minute velutino, rugoso; margine obtuso; poris brunneis, subcircularibus, mediis; contextu pallido, spongioso-molli.

Hab. in ligno putri in Tasmania. — Pileus 8-12 cm. lat.; stipes 2-6 cm. long. *F. rugoso* subaffinis.

11. **Fomes pullatus** Berk. Grev. XV, p. 21, *Polyporus pullatus* Berk. in Herb. 2340. — Pileo orbiculari, rugoso, sulcato-zonato, primum glauco-albo, subtiliter velutino, demum brunneo; contextu molli, umbrino; hymenio plano, nigro, poris parvis, subhexagonis, 350 μ . diam.; stipite elongato, irregulari, pulverulento.

Hab. ad terram, Hong-Kong Japoniæ. — Pileus 9 cm. mensiens.; stipes 13 cm. longus, 12 mm. crassus.

12. **Fomes rugosus** Nees ab Esenb. Fungi Javanici, p. 21, tab. VII, Fr. Epicr. p. 435. — Pileo coriaceo-rigido, e convexo depresso, glabro, opaco concentricè sulcato radiatimque corrugato, spadiceo-nigricante; contextu cinnamomeo; stipite inæquali toruloso, radicato, crustato, velutino-pruinato; poris minimis stipatissimis, fusconigris, pruina floccosa, griseo-fusca primo obductis.

Hab. ad terram, Peradenya Ceylon (Tuwaites), Perak Paeninsulæ Malacensis, Demerara in Guyana Amer. merid. — Pileus recens nonnihil lateritius, vix 6 mm. cr.; stipes farctus. Interdum stipes centralis, 4-6 mm. cr., pileo regulari; interdum pileus imperfectissimus et parce rugosus. — Var. **guineensis** Fr. l. c.: pileo concavo regulari, poris subremotis ob stipitem apice dilatatum. In Guinea. — Var. **javanicus** Fr. l. c.: pileo subconvexo inæquali repandoque, stipite tenuiori, longiori, æquali. In Java.

13. **Fomes scleropodius** Lév. Champ. Mus. p. 123 (1846). — Pileo coriaceo, orbiculari, applanato, depresso, nudo, rugoso-radiato, zonato, fulvo; margine ancipiti; poris conspicuis, sexangulatis, ore

integrîs, subluridis, a stipite remotis; stipite cylindrico, subtomentoso, basi tuberculosa crassa rimosa sclerotioidea suffulto.

Hab. in insula Bourbon (DUSSEMIER). — Pileus 12 cm. latus.

14. **Fomes camerarius** Berk. Dec. p. 143, in Hook Journ: 1856. — 5285

Pileo crassiusculo, rigido, pulvinate, in mesopodibus umbilicato, opaco, umbrino, zonis crebris picto, subintegro; stipite elongato, irregulari, pileo obscuriore pruinoso; hymenio concavo, albo; poris punctiformibus; contextu pallido, zonato.

Hab. in truncis emortuis, Panurè in Brasilia (SPRUCE). — Pileus 5-10 cm. lat.; stipes 5-16 cm. long., 4-8 mm. cr.

15. **Fomes Schomburgkii** M. et B. in Berk. Dec. II, n. 12, Mont. Guy. 5286

n. 350, Fr. Nov. Symb. p. 44. — Mesopus, gracilis, coriaceo-suberosus; pileo orbiculari, depresso, umbilicato, quandoque laterali, fesso-lobato tenui, rigidiusculo, concentrice zonato, radiatim ruguloso, sericeo-striato fusco-umbrino, intus stipiteque (sæpius) centrali gracili, flexuoso, rugoso, concolori; hymenio concaviusculo sepiario; poris minimis rotundis, dissepimentis tenuibus.

Hab. in Guyana Amer. merid. (SCHOMBURGK, LEPRIEUR).

16. **Fomes calcigenus** Berk. Fung. Not. Braz. p. 8 in Lond. Journ. 5287

1843. — Pileo tenui, coriaceo, orbiculari, umbilicato; margine plus minus depresso, subtiliter velutino, demum glaberrimo polito, rubro-castaneo zonato, minutissime striato; stipite centrali radicante, ruguloso, subgracili, crustaceo-corticato, subtiliter velutino, fusco, intus molli fibroso; poris mediis longis, angulatis, dentatis, intus pallidis.

Hab. in solo calcareo, Goyaz Brasiliæ (GARDNER). — Pileus 1,8-2,5 cm. lat.; stipes centr. 5 cm. longus, 2 mm. cr.; pori 2-4 mm. longi, $\frac{1}{2}$ mm. diam. *P. sacro* affinis dicitur.

17. **Fomes omphalodes** Berk. in Hook. Journ. (1856), p. 172. — Pileo 5288

orbiculari, crassiusculo, convexo, umbilicato, rugoso, zonato, hepatico; stipite gracili subinde furcato, pallide brunneo, pruinoso, radicante; hymenio concavo, cinereo; poris punctiformibus, acie pruinosa, trama impressa, contextu albo-zonato.

Hab. ad terram, raro ad truncos, Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 2,5-5 cm. latus; stipes 10-15 cm. longus, 2-4 mm. crassus.

18. **Fomes cassiæcolor** Berk. in Hook. Journ. (1856), p. 171. — Pileo 5289

orbiculari, tenui, rigido, coriaceo, umbilicato, opaco, glabro, cinnamomeo, crebre zonato-sulcato; stipite tenui, irregulari; hymenio cinnamomeo; poris minutis angulatis, 1,5 mm. circ. latis; contextu subconcolori.

Hab. ad terram, Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 5 cm.

- latus; stipes cylindraceus, 7-8 cm. longus, 3 mm. crassus, pruinosis, brunneus, *F. heteromorpho* similis, at hymenii colore diversus.
19. **Fomes pansus** Berk. in Hook. Journ. 1856, p. 169. — Pileo orbiculari, latissime umbilicato, tenui, rigido, radiatim rugoso lineatoque brunneo, zonis crebris obscurioribus subtiliter pruinosis, margine arcuato; stipite tenui, brunneo, pruinosis; hymenio candido; poris punctiformibus; contextu pallido, zonato. 5290
- Hab.* Demerara in Guyana Britannica Amer merid. et Panurè Rio Negro. — Fere impossibile videtur inter *F. pansum* B. et *F. camerarium* B. separationis lineam rite statuere. Pileus 6-6,5 cm. latus; stipes 7-7,5 cm. altus, 3 mm. crassus.
20. **Fomes xylodes** Berk. in Hook. Journ. (1856), p. 171. — Pileo tenui, coriaceo, umbilicato, umbrino, zonis plurimis picto sublevi; margine arcuato; stipite gracili, concolori, pruinosis; hymenio cinereo-umbrino; poris punctiformibus, trama leviter sulcata; acie tomentoso-granulata; contextu umbrino. 5291
- Hab.* ad terram inter folia putrescentia, Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 3,5-8,5 cm. latus; stipes 5-7,5 cm. altus, 2-5 mm. cr.
21. **Fomes heteromorphus** Lév. Champ. Mus. p. 123, Berk. Hook. Journ. 1856, p. 171. — Pileo orbiculari, plerumque latere fisso, rugoso-radiato, nudo, fusciscente, zonis badiis raris variegato; margine tenui inflexo; poris minutis, rotundis, albis demum fuscis, callo limitatis; stipite elongato, sublignoso, tomentoso, fulvo tandem denudato crustaceo. 5292
- Hab.* ad truncos in Guyana gallica (LESCHENAULT) et ad ligna et terram Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 2-6 cm. latus; stipes longus 10-12 cm. crassus.
22. **Fomes procerus** Berk. in Hook. Journ. (1856), p. 171. — Pileo tenui, coriaceo, infundibuliformi, rufo-badio, zonato; stipite pro-cero rigido, umbrino fasciato, sursum dilatato, pruinosis; hymenio sordide albo, cinerescente; poris punctiformibus, ocellatis; trama sulcata; contextu umbrino. 5293
- Hab.* ad terram, Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 5 cm. latus; stipes 35 cm. longus, 6-7 mm. crassus.
23. **Fomes oxilis** Berk. in Hook. Journ. (1856), p. 173. — Pileo orbiculari, tenui, umbilicato, rufo-badio, zonato, rugosiusculo; stipite gracili, umbrino, pruinosis; hymenio cinereo; poris punctiformibus; trama leviter sulcata; contextu pallido. 5294
- Hab.* ad terram, Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 2,5 cm. latus; stipes 10 cm. et ultra longus, vix 2 mm. crassus.

β. *Ocellati* Cooke l. c. — Pori apice abrupte contracti, hinc ostiolo minutissimo præditi et quasi ocellati.

24. **Fomes ocellatus** Berk. in Hook. Journ. (1856), p. 172, t. X, f. 3. 5295

— Pileo orbiculari, coriaceo, convexo, hepatico, zonato, sublevi radiatoque rugoso, opaco v. sericeo, nitido; stipite gracili umbrino, pruinoso; hymenio convexo, cinereo; poris ocellatis, acie alba; trama leviter sulcata; contextu sericeo, cinnamomeo.

Hab. ad terram, Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 3,5-7,5 cm. latus; stipes 10-18 cm. longus, usque ad 2,5 mm. crassus, subinde sursum compositus.

25. **Fomes pallidus** Berk. Hook. Journ. 1856, p. 176, Dec. n. 559. — 5296

Pileo suberoso convexo, reniformi, pallido, zonis crebris notato; stipite laterali umbrino, pruinoso; hymenio leviter umbrino, concavo.

Hab. in ligno emortuo, Panurè Rio Negro (SPRUCE). — Pileus 7-8 cm. latus; stipes 5 cm. longus, 8-9 mm. crassus, irregularis. *Fomiti camerario* similis.

26. **Fomes variabilis** Berk. in Hook. Journ. (1856), p. 193, t. IX, f. 1, 5297

Dec. n. 562. — Pileo convexo coriaceo ex elliptico reniformi, umbrino, zonis brunneis picto, sublevi; stipite elato, umbrino, pruinoso; hymenio e plano concavo, pallide umbrino; poris papillæformibus.

Hab. ad terram, Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 1-6 cm. circ. latus; stipes 10-22 cm. longus, 2-7 mm. cr. — Var. **mesostictus** Berk. et var. **ellipticus** Berk. citantur in Cooke Præc. n. 370.

27. **Fomes semiclausus** Berk. in Hook. Journ. (1856), p. 193, Dec. 5298

n. 561. — Pileo rigido, coriaceo, flabelliformi, sublobato, umbrino, zonis brunneis picto subsericeo; margine acuto; stipite laterali compresso; hymenio pallido; poris ocellatis; contextu ferrugineo.

Hab. ad truncos cariosos, Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 5-12 cm. latus; stipes magnit. varius. *F. brunneo-picto* affinis. — Var. **spathularius** Berk. in Cooke Præc. n. 371.

28. **Fomes brunneo-pictus** Berk. in Hook. Journ. (1856), p. 176, Dec. 5299

n. 560. — Pileo convexo, reniformi radiato-rugoso, brunneolo, zonis crebris sulcisque concentricis picto, subsericeo; stipite laterali, umbrino, pruinoso; hymenio pallido, umbrino, brunneolo; contextu cinnamomeo.

Hab. ad ligna emortua, Perak pænius. Malacensis et Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 5 cm. lat.; stipes 7-8 cm. long., 8-9 mm. cr. *F. pallido* subaffinis.

- B. PLEUROPORES Fr. Nov. Syst. p. 61, *Placodes* Quéf. — Pileus horizontalis, glaber, crustaceo-laccatus; stipes lateralis v. excentricus, simplex, corticatus.

** Stipite laccato (*Ganoderma* Karst. et Pat.).

29. **Fomes amboinensis** (Lam.) Fr. Epicr. p. 442, *Agar. amboinensis* Lam., *Polyp. Cochlear* Nees Act. N. Cur. XIII, t. 6, Rumph. Amb. t. 57, f. 1. — Pileo suberoso-lignoso, subcochleariformi, rugoso-tuberculoso stipiteque laterali longissimo, toruloso glabris, laccato-nitidis, e cinereo nigricantibus; poris determinatis, exiguis, ex albo fusciscentibus.

Hab. ad truncos in Amboina, Java et insulis maris Pacifici Singapore (O. BECCARI). — Forma monstrosa stipitibus ramosis; Rumph. l. c., f. 2, 3. Forma pileo e margine digitato-prolifera: *P. Pisachapani* Nees Fung. Jav. prodr. c. ic. Sequentes quatuor species ut varietates presentis haberi possunt.

30. **Fomes Lingua** Nees Act. Nat. Cur. XIII, t. 3, Fr. Epicr. p. 442. 5301
— Pileo suberoso-lignoso, linguiformi, scruposo-rugoso, impolito, glabrato, fusco-nigricante, postice angustato in stipitem lateralem arcuatum subtus postice plano sterili luteo, apice poris minutis cinereo-fuscis fertili.

Hab. in Java et ad Sarawak Bornei (O. BECCARI). — Minor, totus horizontali-arcuatus.

31. **Fomes japonicus** Fr. Epicr. p. 442. — Pileo suberoso-lignoso, 5302
horizontali undulato-lobato, levi stipiteque elongato, verticali, toruloso, glabris laccato-nitidis, ferrugineis; poris planis, elongatis, minutis, ex albo cinnamomeis.

Hab. in Japonia. — Proximis medius; junior luteus qualis in margine quoque adulti observatur. Forma dimidiata: Thunb. Jap. tab. 39.

32. **Fomes gibbosus** Nees Nov. Act. N. Cur. XIII, t. 5, Fr. Epicr. 5303
p. 442. — Pileo tuberoso-lignoso, subreniformi, rugoso-tuberculoso stipiteque laterali, valido, toruloso glabris apice testaceo-fuscis; poris determinatis, minutis, rubiginoso-fuscis.

Hab. in insula Java et Rockhampton in Queensland Australia (THOZET). — Magnus, infus quare *P. amboinensis* obscurior; pori superimpositi sed non distincte stratosi.

33. **Fomes fornicatus** Fr. Lam. V, p. 516, Epicr. p. 443. — Pileo 5304
tuberoso-lignoso, obovato-lingulato, levigato, glaberrimo, laccato, azono, ferrugineo, cum stipite confluyente arcuato; margine obtuse

sterili: poris minimis, nudis, expallentibus; margine prominente a stipite discretis.

Hab. in truncis Brasiliae. — Versiformis, distinctus. Pori primo ferruginei dein pallidiores, contraria ratio in *F. lucido* et *F. waboinensi*.

31. **Fomes lucidus** (Leys.) Fr. N. S. p. 61, S. M. I. p. 353 cum ampla synon., Hym. Eur. p. 537, Krombh. t. 4, f. 22-24, Rostk. t. 13, Grev. t. 245, Ventur. t. 49, Berk. Outl. t. 16, f. 2, Gill. Champ. e. icone, *Boletus* Leys. Sowerb. t. 134, Fl. Dan. t. 1253, Schaeff. t. 263, *B. nitens* Batsch f. 225, *B. pseudo-boletus* Jacqu. Austr., *B. obliquatus* Bull. t. 7, 159, *Polyp. laccatus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 64. — Pileo e suberoso lignoso, flabelliformi, sulcato-rugoso stipiteque laterali, aequali laccatis, nitidis, e flavo sanguineo-castaneis; poris determinatis, longis, minutis, ex albo cinnamomeis.

Hab. ubique terrarum, zona arctica excepta, solus splendidiorum tropicorum typum exprimens in regione temperata. Mire mutabilis; etiam sessilis (cfr. Batt. t. 36). — Pileus 5-15 cm, latus; stipes 15-25 cm. longus, 2½ cm. et ultra crassus. Cfr. Pat. in Journ. de Botau. 1887, pag. 170, ubi distinguuntur: forma typica sporis ovoideis, leviter verrucosis; forma **boninensis** sporis levibus ovoideo-oblongis, 12 ≈ 6 (Ex ins. Bonin); forma **noukahivensis** sporis levibus, multo minoribus, 8 ≈ 6 (Ex ins. Marquises). — Nec differt *P. scutipatera* Pers. Batt. t. 35, f. D. Lusus maxime abnormes, crescentes merismoideos sistentes, depinxit Borszczow in Fung. Ingr. tab. 7, 8.

35. **Fomes obokensis** Pat. Bull. Soc. Myc. Franc. III, p. 119, t. IX, 5366 fig. a, b (*Ganoderma*). — Pileo sessili, dimidiato, pondere levissimo, crusta tenui, nitida flavo-aurantia tecto; margine rotundato; carne sicca, tenera, pallide umbrina sub cute flavida, cavernulis gasterosporiferis divergentibus saturationibus percursa; gasterosporis globulosis echinulatis, 20-30 μ . diam., ochraceo-fulvis, copiosis; tubulis pallidis, angustis, ore minuto, integro; sporis oblongis, asperulis, uniguttulatis, 20 ≈ 10-12, rubiginosis.

Hab. in basi truncorum Munose pr. Obok Africae orientalis. — Pileus 7-8 cm. latus; tubuli 1.5 cm. longi.

36. **Fomes neglectus** Pat. Journ. Bot. 1887, p. 169 (*Ganoderma*). 5367 — Sessilis, difformis, expansus, crassus, rubiginoso-ater, nitido-verniceus, fragilis, contextu brunneo; hymenio albedo; poris minutis rotundis, integris; tubulis albidis, brevissimis; sporis globosis, flavis, 11-12,5 μ . diam., grosse obtuse verrucosis, færetis.

Hab. in truncis Nicaragua Americae. — Pileus 8-10 cm. longus, 5 cm. latus. *Fomit* lucido affinis, a quo differt tubulis brevissimis sporisque globosis.

37. **Fomes formosissimus** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 35. — Pileo 5308
horizontali applanato-convexo, suborbiculari, 15 cm. diam., 10 cm. lat., antice rotundato, postice subtruncato reniformi, auriculis cum stipite brevissimo, crasso, horizontali confluentibus saepeque cum eo plus minusve matrice adnatis, dense sed leniter concentricè sulcato, sulcis undulato-repandis, cutè crustacea tenui, fragili, carne arcte adnata, laccato-nitentissima, castaneo-olivascens, hinc inde (an in locis tritis) opaca et violascentè; margine non vel vix incurvulo, obtusiuscule rotundato; carne mediocri, 0,5-1 cm. crassa, floccoso-fibrosa, sub cutè pallescenti fulva, ceterum ferrugineo-umbrina, compactiuscula, obsolete zonata; hymenio plano compacto, duro, æquali non stratoso; margine sterili, stricto, obtuso, sulcato, nitente et olivaceo-castaneo vel opaco et violascente cincto, etiam in parte postica, primo pulvere albido obducto, dein pallide griseo fulvescentè; tubulis longiusculis, 1,5 cm. long., dense stipatis, griseo-umbrinis, intus pruina alba-grisea plus minusve obductis, ore parvulo, 150-200 μ diam., in juventute albo, obturato; dissepimentis mediocribus, 40-50 crassis, acie obtusiusculis.

Hab. ad truncos Paraguari (BALANSA).

38. **Fomes Curtisii** Berk. Kew Gard. Misc. I, pag. 101. — Pileo 5309
excentrico, molli-suberoso, sulcato, zonato, ochroleuco, hic illic sanguineo-laccato; stipite elongato, rugoso, sanguineo-laccato; hymenio ex albo ochraceo; poris punctiformibus.

Hab. ad truncos in Carolina inferiore (CURTIS) et in Mexico. — Pileus 8-15 cm. latus; stipes 5-13 cm. longus, 1 $\frac{1}{4}$ -2 $\frac{1}{2}$ cm. crassus.

39. **Fomes nutans** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 61. — Pileo perexiguo, 5310
glabro, suberoso, tenui, orbiculari, convexo, abrupte concentricè sulcato et a stipite, vertici pilei adnato, radiato-rugoso, e pallido badio-nigro; stipite procero, gracili, crustato-laccato, apice recurvo; poris longissimis, minutis, rotundis e pallido brunneis.

Hab. ad San José in Costa Rica (ERSTED). — Pileus vix 2 cm. latus, habitu *Hydni Auriscalpii*, substantia tenuissima, floccosa, dura tamen primo albida dein pallide ferruginea; stipes usque ad 2 cm. longus, 4-8 mm. tantum crassus, flexuosus, tortus, quasi volubilis, at omnino simplex, glaber junior palles, vetustus castaneo-niteus. *F. nitenti* valde affinis.

40. **Fomes longipes** Lév. Champ. Mus. p. 124. — Pileo, reniformi 5311
convexo, nudo, concentrice sulcato, sanguineo; margine inflexo obtu-
toso; poris magnis, angulatis, albidis, ore obtusis; stipite laterali
longissimo, cylindrico, atro-sanguineo, laccato, nitido.

Hab. ad truncos, Guyane française (herb. Mus. Par.). — Pileus
12-15 cm. latus.

41. **Fomes Umbraculum** Fr. Elench. p. 74, Epicr. p. 435, *Pol. leptopus* 5312
Freye. Voy. t. 2, f. 2. — Elatus, suberoso-lignosus; pileo cras-
so convexo-plano, azono, regulari stipiteque procero, tenui glabris
castaneis laccatis; poris exiguis pallide cinnamomeis.

Hab. in Sierra Leona Africæ (AFZEL) et ad radices arborum vari-
arum indeterminatarum ad pedem montis «Boschberg» pr. Som-
erset East, Promont. Bonæ Spei (MAC-OWAN) et in ins. Rawak.
— Stipes longissimus, 18-20 cm. long., 1½ cm. cr., æqualis, le-
vis, glaberrimus, superficie laccata, ut in *Fomite lucido*, sed vix
nitente. Pileus planus, centralis, crassiusculus, azonus, stipiti con-
color et similis, 9-11 mm. latus. Substantia lignoso-suberosa,
rigida, immutata persistens. Pori minuti, æquales, subrotundi,
obtus.

** Stipite pruinoso vel velutino.

42. **Fomes dealbatus** B. et C. in Grev. J. p. 39, Rav. fasc. 3, n. 10. 5313
— Pileo convexo, zonato, quandoque sulcato, dealbato; stipite elon-
gato, distorto, pruinoso; hymenio concavo, albido; poris micro-
scopicis.

Hab. ad terram in silvis pr. fluvium Santee in Amer. foeder.
(RAVENEL). — Pileus 1¾-5 cm. latus; stipes 6 cm. longus, 6 mm.
vel ultra crassus; pori microscopici, 125 μ . lati. Interdum *me-
sopus* occurrit.

43. **Fomes polydactylus** Berk. in Hook. Journ. (1856), p. 196, Dec. 5314
n. 569. — Pileo suberoso, polydactylo, umbrino, zonis brunueis
picto subvelutino, lorum apicibus orbiculari-dilatatis; hymenio
albo; poris parvis subangulatis.

Hab. inter radices arborum, Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Pi-
leus e stipite radiato bi-tri-furcato oriens, basi fasciatus; pori
160 μ . circ. diam.

44. **Fomes superpositus** Berk. Linn. Journ. XIII, p. 161, Austral. 5315
Fungi n. 67. — Pileis conchiformibus, imbricatis, e stipite com-
muni lateraliter cylindrico oriundis, pallidis, pruinosis, anguste
zonato-sulcatis; poris minimis, brevibus: contextu ochraceo.

Hab. ad truncos; dubitanter ex New England Amer. ðor. [singulare vero inter mycetes australienes descriptus!]. — Cæsper e trunco communi 12 cm. longo, 1 cm. crasso pileisque circiter octonis. 3,5-4 cm. latis, 2,5 cm. longis exacte super impositis formatus.

45. **Fomes deformis** (Schaeff.) Fr. Hym. Eur. p. 536, *Boletus* Schaeff. 5316
Bav. t. 264. — Pileo lignoso, crassissimo, putinato, glabro, azono stipiteque laterali, verticali, crassissimo rugosa, impolitis, rubello-albis, intus albo-zonatis; poris curtis, minutis, albis.

Hab. ad truncos Bavariæ. — Species paradoxa, grandis, stipite 8 cm. longo, 4 cm. crasso, ut etiam caro pilei. Tam pileus quam stipes peculiari ratione scrobiculati.

46. **Fomes languidus** Fr. Fungi Guin., Epicr. p. 442. — Pileo sube- 5317
roso-coriaceo, rigido, explanato; villo adpresso levigato opaco-impolito stipiteque laterali brevissimo verticali carneo-pallidis; poris rotundis, inæqualibus, e sanguineo griseo-fuscis.

Hab. in Guinea. — *Polyporo sanguineo* affinis. Stipes basi præmorsus, inæqualis, 6 mm. lat. et cr. Pileus horizontalis, sat tenuis, postice emarginatus, lobis circumscriptis, undulato-lobatus absque zonis et sulcis. Caro gilva. — Var. **monochrous** Mont. Cent. II, n. 82: unicolor, sordide erubescenti-gilvus; pileo coriaceo-membranaceo, tenui, lento, plano-depresso, basi attenuata affixo, semiorbiculato subreniformi glabrato, concentrice polyzono; margine acuto patente; contextu ligneo-pallente; poris rufo-carneis, subnitidis pro ratione longiusculis. minutis, angulatis, subregularibus, ore non acutis. Ad ligna dejecta Cayenna Guyanæ Amer. merid. (LEPRIEUR.)

47. **Fomes obsoletus** Fr. Epicr. p. 442. — Pileo suberoso-lignoso, 5318
reniformi, planiusculo, velutino, ferrugineo-fusco, stipite laterali brevi adscendente; poris longis minimis rotundis ferruginascentibus, indumento floccoso-granuloso oblitteratis.

Hab. ad ligna Brasiliæ. — Habitus *P. rarit.* Intus ferrugineus, vix zonatus, licet adsint sulci concentrici.

48. **Fomes atro-purpureus** Berk. Hook. Journ. 1856, pag. 194. Dec. 5319
n. 564. — Pileo reniformi, radiato, rugoso, sulcato-zonato, atro-purpureo, subtiliter velutino lineatoque; stipite elongato, gracili, irregulari, fusco; hymenio concavo pallido; poris minutis.

Hab. ad terram, Pauurè Brasiliæ (SERICE). — Pileus 2,5 cm. latus; stipes 15 cm. longus, 2 mm. cr., apice furcatus; caro umbrina; pori 140 μ . lati.

49. **Fomes Pes-simiæ** Berk. Dec. n. 565. — Pileo furcato-digato, 5320
crasso, rugoso, umbrino-laccato, lobis fertilibus subflabelliformibus;
stipite crasso cum pileo confluyente; contextu intimo umbrino, exte-
riori albo, molliuscule; hymenio obliquo, albo; poris punctiformi-
bus; dissepimentis crassis.

Hab. ad truncos putrescentes, Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 15 cm. longus, 12-13 cm. latus; stipes 4 cm. circ. crassus; pori vix 300 μ . diam. *F. australi* similis.

50. **Fomes hemibaphus** Berk. in Hook. Journ. 1856, pag. 193, Dec. 5321
n. 563. — Pileo reniformi, suberoso, brunneo. radiato-rugoso zo-
nato; stipite valido, umbrino, pruinoso; hymenio albo, concavo; po-
ris minutis, punctiformibus; contextu pallido.

Hab. ad ligna emortua, Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 7-8 cm. latus; stipes 5-7 cm. longus, 12-18 mm. cr. basi in-
crassatus. Habitus *Porothelii rugosi*.

51. **Fomes placopus** Lév. Ch. Mus. p. 124. — Pileo orbiculari vel dimi- 5322
diato, uno latere fisso, convexo vel depresso, nudo, atro, zonis pro-
minentibus notato; margine obtuso, poros angulatos fulvos denum
nigricantes acie obtusos arcte ambiente; stipite centrali vel late-
rali longissimo, cylindrico, simplici vel ramoso, crustaceo, nudo, lac-
cato, nigro.

Hab. ad truncos Java (ZOLLINGER). — Pileus 3-6 cm. lat.; stipes
6-13 cm. long.

52. **Fomes mastoporus** Lév. Champ. exot. p. 182, Bonit. t. 137, f. 1. 5323
— Pileo reniformi, suberoso, zonato, ruguloso, nudo, basi gibbo,
cute crustacea umbrina; poris minutissimis, rotundis, papillatis, fu-
sco-purpurascensibus, margine obtuso circumdatis; stipite laterali,
subcylindrico, pileo consimili.

Hab. ad truncos, Singapour peninsulae Malacensis et Sarawak
Bornei, Malesiae (O. BECCARI). — *F. gibbosi* statura.

53. **Fomes testaceus** Lév. Champ. Mus. p. 126. — Pileo suberoso- 5324
lignoso, tuberculoso, suborbiculari, concentricè sulcato, nudo, crusta-
ceo, testaceo-fusco, in stipitem brevem, crassum, concolorem produ-
cto; poris minutissimis, fulvis, ore obtusis, intus concoloribus, mar-
gine obtuso circumdatis, contextu fulvo.

Hab. ad truncos Brasiliæ merid. (DUPRÉ). — Pileus 3-5 cm.
latus; stipes vix 2 cm. altus.

54. **Fomes Pala** Lév. Champ. exot. p. 183. — Pileo lento, subreni- 5325
formi, lobato, nudo, zonato, postice depresso, cinereo-fusco; margine
obtusiusculo, inflexo; poris angulatis, fuscis; stipite laterali verti-

cali, longo, subcylindrico, nudo, basi incrassato, sursum compresso; pileo concolori.

Hab. ad truncos in Surinam. — Pileus 6-8 cm. lat.; stipes 6-8 cm. long.

55. **Fomes opacus** B. et Mont. Cent. VI, n. 63, Syll. Crypt. n. 511. 5326
— Pleuropus; pileo suberoso, suborbiculari, fuligineo, zonis concentricis, paucis, obscurioribus notato stipiteque laterali, elongato, verticali, toruloso, intus molli laceatis, pruina ferrugineo-olivacea obductis opacis; contextu porisque longis minutis, primitus albis, tandem ligneis, ore obtusis.

Hab. ad ligna prope Bahiam Brasiliæ (BLANCHET).

56. **Fomes Auriscalpium** Pers. in Gaudich. Voy Uran. Botan. p. 169, 5327
t. 1, fig. 5, Mont. Cent. VII, p. 35. — Spadiceus; pileo horizontali convexo reniformi zonato tandem concentrice sulcato stipiteque erecto laterali, pro ratione longo crustaceo-laccatis; poris primo pallidis demum pileo concoloribus, minimis, angulatis (penta-hexagonis) intus nudis, acie acutis.

Hab. ad truncos per totum Brasiliæ imperium (WEDDELL).

57. **Fomes pudens** Berk. Hook. Journ. 1852 p. 138, Dec. n. 418. — Pi- 5328
leo laterali, suborbiculari, rugoso, zonato stipiteque elongato e rhizomate cylindrico oriundo, subtiliter fulvo-velutino, intus albo; substantia suberosa pallida; poris brevibus rotundis, subintegris.

Hab. ad ligna M. Khasia Indiæ (D. HOOKER). — Pileus 3,5-4 cm. latus; stipes 7-8 cm. longus. *F. Auriscalpio* subaffinis.

58. **Fomes Glaziovii** Berkeley Fung. Glaz. p. 751, n. 9167. — Pi- 5329
leo tenui suborbiculari, quandoque umbilicato, zonato, primum subtiliter tomentoso-glabrescente, integro v. crenato; stipite elongato, coffeato, basi radicante pulverulento, quandoque furcato; hymenio brunneo; poris minutis.

Hab. in Brasilia (GLAZIOU). — Variat colore inter fuscum et ochraceum, quo ultimo casu zonæ minus distinctæ sunt; pileus diam. 2½ cm. et ultra; stipes plures cm. altus; pori ¼ mm. diam. In Cooke Præc. species hæc iteratur sub n. 166 et 394.

59. **Fomes regulicolor** Berk. in Grev. XV, p. 21. — Pileo reniformi, 5330
convexo, sericeo, levi, subzonato, purpureo-fusco; margine obscuriori, subacuto; stipite laterali, ascendente, contorto vel difformi, velutino, fusco; hymenio fusco; poris æqualibus, minutis, rotundi, ⅛ mm. diam.

Hab. ad radices languentes, Cubæ Amer. centr. — Pileus 2½-

4 cm. latus; stipes 8 cm. longus, 12 mm. crassus, sursum leviter attenuatus.

60. **Fomes coffeatus** Berk. Exot. Fung. p. 385. — Cæspitosus; pileo 5331
solido, suberoso, suborbiculari, obliquo, æquali, rufo-brunneo; margine pallidiori, brunneo; stipite elongato, subæquali, obscure brunneo, pruina coffeicolore consperso.

Hab. in truncis putrescentibus, raro St. Vincent's (Rev. L. GULDING). — Pileus 18-20 mm. lat.; stipes 3.5 cm. alt., 9-12 mm. cr.

*** Incertæ sedis.

61. **Fomes corrugis** Fr. Hym. Eur. p. 536, *P. rugosus* Trog Schweiz. 5332
Schw. n. 401, non Nees. — Pileo suberoso, crasso, dimidiato, rugoso, villosa, obscure fusco; stipite firmo, laterali; poris minutis, æqualibus, fuligineo-griseis.

Hab. ad truncos Quercus et Fagi in Helvetia. — Descriptio incompleta, sed juxta *P. lucidum* collocatus. *P. hirtus* QuéL. a cl. Frieso huc locatus, ex ipso auctore est verus *Polyporus*. Cfr.

- C. MERISMOIDEI Fr. Nov. Symb. p. 62. *Merisma, Suberosi* Fr. Ep. p. 451, *Xylopius* Karst. — Cæspitosi, subsessiles, e trunco tuberculove communi enati, suberoso-coriacei, persistentes; contextu floccoso, fomentario; poris adnatis.

62. **Fomes graveolens** Schw. Car. n. 904, Fr. Epicr. p. 451. — Cæ- 5333
spitoso-ramosus, lignescens; pileis durissimis, ligulatis, plicatis, zonatis, fuscis; poris minutissimis spadiceis.

Hab. in Quercubus imprimis aquatica, in Georgia Americæ, rarior. — Cæspitem insignem, capitis humani magnitudine, format; pileis superioribus latioribus, 2½ cm. latis, 5-8 cm. longis, inferioribus minoribus, demum in meras clavulas abeuntibus, numerosissimis et tam arcte sibi appressis, ut poros contegant. Ceterum pilei margines pallidiores, durissimi, ætate splendentes. Pori ob minutiam non conspicui, nisi fracto pileo. Substantia dura, floccosa, spadicea. Odor gravis, subnauseosus.

63. **Fomes conglobatus** Berk. Hook. Journ. 1845, p. 303, Dec. n. 79. 5334
— Pileis suberosis erumpentibus, arctissime imbricatis, massam globosam efformantibus, arcuatis, rugosis, fusco-purpureis, margine pallido, postice leviter laccatis; hymenio brunneo; poris punctiformibus, dissepimentis obtusissimis.

Hab. in cortice Fagi Ohio Amer. bor. (LEA, JAMES, ELLIS). — Pileus 10-12,5 cm. latus.

64. **Fomes senex** N. et Mont. Ann. 2, V, pag. 70 et Fl. Chil. VII, 5335
p. 359. Berk. in Hook. Jour. 1856. pag. 198. — Grandis; pileo
utrinque planiusculo, suberoso, castaneo-fusco glabrescente; margine
creto, concentricè rugoso, rugis tuberculato-rugosis; poris ferru-
gineis, minutissimis, substantia pilei multo longioribus.

Hab. in montibus Juan Fernandez (BERTERO) et ad truncos ar-
borum Sikkim Indiæ, Ceylon, Perak Malaccæ, Cubæ (C. WRIGHT),
Guyanæ, Brasiliae, Valenzuelæ. — Adest var. margine obtuso, et
altera poris cinnamomeis: utraque in Brasilia.

65. **Fomes rhabarbarinus** Berk. Exot. Fung. p. 388. — Horizontalis, 5336
durus; pileo applanato, lato, rugoso, profunde ac repetite zonato,
atro-brunneo, saepius laccato; hymenio brunneo-cinnamomeo; po-
ris rotundis, minutissimis, oculo nudo fere inconspicuis.

Hab. ad truncos dejectos in Brasilia. — Pileus 12,5 cm. lon-
gus, 20 cm. latus, 18-20 mm. crassus. — Ex Cooke non satis di-
versus a *F. senex*.

66. **Fomes crassus** Fr. Epicr. p. 451 Hym. Eur. p. 543. — Cæspi- 5337
toso-multiplex, fomentario-lignosus; pileis dimidiatis, crassis, imbric-
atis, incrustatis, durissimis, fuligineo-caescentibus; stipitibus nu-
merosis, cespitoso-connatis; poris minutis, rotundis, æqualibus,
subcinnamomeis.

Hab. ad basim truncorum in Europa. — Structura et color
exacte *F. fomentarii*, ut hujus lusum maxime abnormem suspice-
tur ill. Fries, licet saepius conformis sit lectus.

67. **Fomes fuliginosus** (Scop.) Fr. Epicr. p. 451, Hym. Eur. p. 543, 5338
Boletus Scop. Carn. II, p. 470. — Cæspitosus, suberosus, fusco-
rufus, pileis dilatatis, imbricatis, hispidulis, circa marginem sinua-
tum et plicatum nigro-fasciatis; poris subrotundis, minutis.

Hab. ad radices truncorum in Europa. — Species insignis, cæ-
spitosa, 16 cm. lata.

68. **Fomes anthracophilus** Cooke Grev. XII, p. 16. — Imbricato-mul- 5339
tiplex, e lento coriaceus, induratus; pileolis dimidiatis, imbricato-
concretescentibus, sinuoso-lobatis, subtomentosis, demum adpresso-
squamosis, basi-fuscis, postice in stipites inæquales albidos atte-
nuatis, ambitu leniter zonatis, poris mediocribus, $\frac{1}{3}$ - $\frac{1}{2}$ mm. inæ-
qualibus, subdentatis.

Hab. ad terram pr. Rockhampton Australiae (THOZET). — Cæ-
spes siccus durus 15 cm. diam.; pori 1 cm. et ultra longi.

69. **Fomes Cornu-bovis** Cooke Grev. XIII, p. 2. — *Polyporus pha-* 5340
nus Berk. in herb. — Maximus, lignoso-suberosus, induratus, im-

bricatus, nigrescens; pileis dimidiatis postice confluentibus, decurrentibus, concentricè sulcato-zonatis, glabris; margine tenui acuto, contextu fibroso, tenui, atro-purpureo; hymenio atro-fuligineo, sæpe glaucescente; poris minutissimis, rotundis, æqualibus, 300 μ . diam. elongatis.

Hab. in ramis putridis Goping in pænis. Malacensi et Khasia Indiæ. — Cæspes 3-6 cm. latus; pilei 15-20 cm. longi, 1 cm. circ. postice crassi.

70. **Fomes furcatus** Jungh. Crypt. Jav. p. 69. — Suberosus; pileis 5311 fuscis, oblongis, obtusis, furcato-divisis, basi attenuatis, subimbricatis, infra basi nudis sterilibus, antice hymenio crasso duro ferrugineo tectis.

Hab. in silvis montium Kendang et Patuha, alt. 700-1500 m. in ins. Java. — Substantia pilei fulva, lignoso-suberosa, 2 mm. cr.; pilei 5-8 cm. longi, tuberculoso-strigosi, subarcuati vel convexuli, subhorizontales, rarius simplices linguiformes.

- D. FOMENTARI Fr. Nov. Symb. p. 62, *Placodes* et *Phellinus* Quéf. — Floccosofomentarii, primitus exsucci, haud carnosi nec spongiosi, leves, glabri (nec floccosi v. pruinosi), crusta dura cornea tecti; poris denum stratosi. Lignosi, subpulvinati, vere perennes, quotannis nova strata addentes. — In individuis 10-20 annorum zonæ angustæ annis calidis et siccis, crassæ et late pluviosis respondere videntur. Cave, ne fallat fungus sitaneus, haud stratosus. In annosis cutis passim rimoso-diffracta v. soluta.

* Contextu albo albidove.

71. **Fomes scansilis** Berk. Linn. Journ. XVI, p. 56. — Levis; pileo 5342 pulvinate, brunneo, repetite profunde sulcato-costato, coffeato; cuticula tenui, rigida; contextu crasso, candido, fibroso, in poros brunneos punctiformes desinente.

Hab. ad truncos in insula Tahiti. — Plura centim. lat., postice adnexus.

72. **Fomes enteroleucus** Fr. Epicr. p. 468. — Pileo pulvinate, ob- 5343 tuso, crasso, concentricè sulcato, glabro, e fusco nigro; cute crassa, durissima, annosa fragili (nec rugosa) incrustata, intus stippeo molli, candido; poris minutis convexis, ferrugineis, intus fuscis.

Hab. ad truncos in Chili. — Contextu crasso e stupa laxa distincte verticali ab omnibus differt.

73. **Fomes volvatus** Peck 27 Rep. p. 98, t. 3, fig. 3-6, Bull. Torr. 5344 Bot. Club. vol. 7, p. 104. — Pileo globoso vel subgloboso, sessili vel raro stipitato, levi, glabro, azono, albidò, quandoque nonnihil lutescenti vel subescenti-brunneo tincto; poris hymenophori cras-

sitiem longitudine æquantibus vel excedentibus, ore punctiformibus, nitide cinnamomeo-brunneis vel atro-brunneis; sporis pallidis, carneo-tinctis, 9-13 \approx 5.

Hab. ad truncos Abietis nigræ, New York Amer. freder. — Var. **typicus**: minor 13-19 mm. diam. sessilis; poris ore nitide cinnamomeo-brunneis. — Var. **obvolutus** (*Polyporus obvolutus* Berk. et Cooke): major 21-32 mm. diam. sessilis, pororum ore vulgo atro-brunneo. Ad truncos Pini contortæ in California, et Pini rigidæ, New York. — Var. **Torreyi** Gerard Ms.: major 21-32 mm. diam. stipitatus, pororum ore atro-brunneo. In California (JOHN TORREY, M. D.). — Singularem in hac specie characterem sistit marginis productio veluti in volvam seu velum penitus vel partialiter poros obtegens. Insuper dissepimenta pororum ore differenter colorata atque permanenter crassiora quam in pororum profunditate.

74. **Fomes ulmarius** Fr. Syst. Myc. I, p. 365, Hym. Eur. p. 562, A. 5345
sitaneus pileo albo, Sowerb. t. 88; B. *annosus* pileo nigricante, margine fulvo, Berk. t. 16, f. 5. — Pileo suberoso-lignoso, durissimo, incrustato, tuberculoso, glabrato, sitaneo albo, contextu albo; poris rotundis, stratosi, lutescentibus; sporis 7-8 μ . long.

Hab. ad Ulmos in Europa et ad Sandlake, New York Amer. bor. (PЕСК). — Sessilis, dilatatus, 8-11 cm. latus, tuberculosus.

75. **Fomes cytisinus** Berk. Engl. Fl. V, p. 142, Cooke pag. 277, Fr. 5346
 Hym. Eur. p. 562, B. *suberosus* Sowerb. t. 288, ex qua *Polyporus gibbosus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 67. — Amplius; pileis imbricatis, lignosis, durissimis, primo levibus, dein tuberculis, albido-fuscescentibus; margine subacuto, intus albedo; poris minutis, albis.

Hab. ad basim truncorum Cytisi Laburni, Londini Britannicæ. — Pileus 30 cm. et ultra lat., crassus, intus pallidus, subzonatus. Pori observantur stratosi, quare ad Fomentarios referatur, sed *F. fraxineo* proximus sec. Berkeley. Multa habet communia cum *F. epipteleo*.

76. **Fomes hornodermus** Mont. Cent. VII, p. 36. — Pileo durissimo 5347
 supra applanato, concentricè sulcato, cute crassa cornea laccato-nitente, tandem atra incrustato, subtus convexo pulvinato; contextu pallido eburneo; poris minutis rotundis intus extusque albis; dissepimentis crassis.

Hab. ad truncos emortuos in Brasilia (WEDDELL).

77. **Fomes geotropus** Cooke in Grev. XIII, p. 32. — Pileo suberoso- 5348
 lignoso, durissimo, incrustato, concentricè sulcato, radiato-rugoso,

postice subtuberculoso, glabrato, pallido; margine acuto, incurvo; contextu albo; tubulis abbreviatis stratosi; poris minutissimis, rotundis, albis pallescentibus.

Hab. ad truncos, Demerara Guyanæ Britannicæ, Amer. merid. — Pileus 10-25 cm. latus, 2½-5 cm. postice crassus; substantia haud fibrosa nec zonata: affinis *F. ulmario*, nonnihil habitu specimina maiora, grossa *F. Auberiani* M. imitans, sed minus friabilis atque insectorum vexationibus admodum obnoxius.

78. **Fomes ligneus** Berk. Exot. Fung. p. 387 (1839). — Ligneo-co- 5349
loratus; pileo convexo, unguato, duro, rugoso, zonato; hymenio demum attenuato; poris minutissimis, rotundis.

Hab. in insula St. Vincentii (Rev. L. GUILDING) et Mauritii (Mr. TELFAIR) et Demerara. — Pileus 9-5 cm. long., 13 cm. lat., 6 cm. crass.

** Contextu pallido, lignicolori.

79. **Fomes pinicola** Fr. Elench. p. 105, Hym. Eur. p. 561, Gill. 5350
Champ. c. ic., *A. sitaneus*, subrotundus, fulvus, margine obtuso, pallido, stillante, *Boletus fulvus* Schaeff. t. 262, *B. marginatus* Pers. Syn. p. 534, Swartz Vet. Akad. Handl. 1810, p. 87, *B. hornotinus* et *annosus*, pileo unguato, nigricante, margine cinnabarino, *B. semiovatus* Schaeff. t. 270 (varietas), *B. igniarius* Fl. Dan. t. 953, Pers. Syn. pag. 534, *B. pinicola* Swartz l. c. pag. 88, Wahlenb. Suec. n. 2009, *B. marginatus* Weinm. — Pileo suberoso-lignoso, e pulvinate unguato, incrustato, glabro, inæquabili, e fulvo nigricante, margine adulti cinnabarino, intus duro, pallido; poris minutis, obtusis, e pallido ochroleucis.

Hab. ad truncos Pini in Europa boreali copiose; raro ad Betulas in Europa, in truncis putridis Pini silvestris, pr. Minussinsk Sibiricæ Asiaticæ, Croghan, New York Amer. bor. (PECK) Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Magnus, vere perennis et reviviscens, margine accrescens, sed pori non distincte stratosi. Odor acidus.

80. **Fomes unguatus** (Schaeff.) Sacc. Michelia I, p. 539, *Boletus un-* 5351
guatus Schaeff. Fung. Bar. t. 137 (ab auctoribus non citata), nec Bull. — Pileo unguato, 10-12 cm. lat., crasso, concentricè sulcato rufo ochraceoque subzonato, ruguloso (haud verniceo); margine fulvente; poris minutis, breviusculis tramaque ex albo lutescentibus.

Hab. in truncis Coniferarum in M. Grappa Ital. bor. (ART. ROSSI) et in albis Tridentinis (ANNA ROSSATI). — Forte var. unguata sulcato-zonata præcedentis.

81. **Fomes marginatus** Fr. Epicr. p. 468, Hym. Eur. p. 561, Quélet 5352
t. 19, f. 2 (var.); reliqua synonyma dubia. — Pileo suberoso-ligno-
so, subapplanato, incrustato, concentrice sulcato, glabro sed
griseo-pruinoso, ad marginem pallidum versicolori-zonato, intus
alutaceo; poris rotundis, stramineis, ore albis, tritis rufescentibus.

Hab. ad truncos Quercus, Fagi, Betulæ, Pini etc. in Europa et
prope Conception del Uruguay Amer. merid. — Ungulæformis,
10 cm. metiens etiam rufus, semper glaber. A *F. pinicola* quocum
videtur confusus, clare distinctus, magis explanatus nec plorans.
Sitanea zona albo-cinerea, hornotina fulvo-badia, tertii anni sangui-
neo-rubiginosa scabra, antiquiores nigricantes rugoso-rimosæ. Pori
exoleti ligneo-pallidi, stratis parum distinctis.

82. **Fomes Pini-canadensis** Schwein. Amer. bor. n. 410, p. 157. — 5353
Subsuberosus, fere totus resupinatus, pileo vix in margine conspi-
cua, ligno adnatus nec separabilis, indurescens et tum contractus,
cervino-gilvus, fibris adpressis subzonatus; ambitu ovato-orbicu-
lari; margine acuto, 10-15 cm. diam.; tubulis longissimis, versus
marginem sterilescentibus, fusco-incarnatis, intus cinereis, ore mi-
nuto, anguloso, rubro-incarnato.

Hab. ad truncos Pini canadensis, Pine swamp Mauch chunk
Amer. bor.

83. **Fomes rufo-pallidus** Trog in Flora 1832, p. 556, Hym. Eur. p. 561. 5354
Ep. p. 469, Ic. t. 186, f. 1. — Pileo suberoso-lignoso, duro, rugoso-
inæquabili, e fulgineo-rufo nigricante, intus floccoso-fibroso; poris
minutis sed longis, angulatis, albo-rufescentibus, ore rufofusco,
albo-pruinato.

Hab. ad truncos Pini in Helvetia, Suecia et Fennia. — Simplex
v. concresecens, azonus.

84. **Fomes Gelsorum** Fr. Syst. Myc. I, p. 377, Hym. Eur. p. 162, 5355
Mich. Gen. p. 118, n. 7, Batt. t. 37, f. C. — Pileo suberoso-ligno-
so, durissimo, glabro, superne truncato, subtus plano, lateribus
perpendicularibus, undulato-sulcatis; poris minutissimis, albis.

Hab. ad Moros Italiæ. — Forma admodum singularis, si con-
stans. Interna structura ignota. Priscam speciem enumerat Polli-
nius in Flora Veron., quæ dubia tamen manet.

85. **Fomes rugulosus** Lév. Champ. exot. p. 189. — Pileo coriaceo- 5356
suberoso, semiorbiculari, nudo, rugoso, sulcato, pallide lurido; mar-
gine obtuso, subtus sterili; poris minutis subrotundis contextuque
pallidioribus; dissepimentis acutis integris.

Hab. ad truncos, Java. — Pileus 3-4 cm. latus. — Cl. Cooke in

Præc. Polyp. n. 417 huc ducit *P. monochroum* Mont., qui ex auctore ipso idem est ac *F. languidus*.

86. **Fomes glabrescens** Berk. Exot. Fung. p. 391. — Suberoso-co- 5357
riaceus, tenuis; pileo pallide ochraceo, minute velutino zonato; poris minutis, rotundis, pallide cinnamomeis; parietibus subtilibus.

Hab. in insula Mauritiæ (TELFER). — Pileus 15 cm. lat., 10 cm. longus sessilis; caro ligneo-colorata.

87. **Fomes Stevenii** Leveill. in Demid. Exp. p. 91, t. 2, Fr. Hym. 5358
Eur. p. 557. — Pileo dilatato, semiorbiculari, zonato, pallide cinnamomeo, cute crustacea fragili, contextu fusco; poris umbrinis, ore albido

Hab. in Europa et in arborum frondosarum truncis prope Miussinsk Sibiria Asiaticæ. — Habitus *P. applanati*, sed intus fuscus et pori umbrini. Pileus ex icone griseus, zonis fuscis variegatus.

88. **Fomes dochmius** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 50. — 5359
Pileo dimidiato, obliquo, duro, glabrescente, zonato, fasciato, radiato-rugoso lineatoque; margine tomentoso; contextu pallido; hymenio ochroleuco; poris punctiformibus.

Hab. ad ligna emortua, Ceylon (THWAITES). — Pileus 9-10 cm. latus, 6 cm. longus. Affinis *F. ferreo*.

89. **Fomes cinnamomeus** Trog in Flora 1832, p. 556, Fr. Hym. Eur. 5360
p. 561. — Pileo lignoso, e globoso pulvinateo, crasso, leviusculo, glabro, incrustato, primo flavo, dein zonis discoloribus variegato, intus duro, pallido, margine porisque minutis, rotundis læte cinnamomeis.

Hab. in pomis Europæ. — Elegans, colore farinæ recentis. Zonæ variant cinnamomeæ, canovirentes et fuscescentes. Species haud rite cognita; *B. igniarius* Bolt. ex icone et descriptione convenit.

90. **Fomes squalidus** Fr. Epicr. p. 469. — Pileo suberoso-lignoso, ap- 5361
planato, concentrice sulcato, e canescente-sericeo glabro, isabellino-canesciente, postice nigricante, intus pallido; poris minimis curte interrupteque stratosi, fusco-pallentibus.

Hab. ad truncos in Brasilia. — Sulcis exceptis, pileus omnino levis, admodum rigidus.

91. **Fomes scabrosus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 469, *P. corrugatus* (ju- 5362
nior), *P. fusco-badius* (adultus) et *P. scabrosus* (exol.) Pers. in Freyc. Voy. sec. Mont. qui orig. examin. — Pileo suberoso-lignoso, applanato, rudi, rugoso tuberculosoque zonato, glabro, ba-

dio-umbrino, margine pallido; poris primo subrotundis, dein elongatis linearibus, ligneo-pallidis.

Hab. ad truncos in insulis Marianis.

92. **Fomes Thomsoni** Berk. Hook. Journ. 1854, p. 142, Dec. n. 428. 5363

— Suberosus; pileo angulato-deformi, sulcato, rugoso, postice decurrente laccato; contextu pallide ligneo; poris mediis rotundis v. leniter angulatis, acie obtusiuscula subintegra, dissepimentis crassiusculis.

Hab. ad truncos verisimiliter pineos, Simla Indiæ (Dr. Thomson). — Pileus 3 cm. latus, 10 cm. longus; pori circ. 700 μ . diam.

93. **Fomes cupreus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 64. — Pileo convexo, 5364

lignoso, durissimo, ungulato, semiorbiculari, leviter concentricè sulcato, brunneo-nigricante, intus albo-fuscoque variegato; poris longissimis, tenuissimis, non stratosi, callo verniceo cupreo, glaberrimo nitido obturatis, haud stratosi pallide fuscis, basim sæpe albicantibus.

Hab. ad truncos in Guinea (AFZELIUS). — Pileus 7-10 cm. latus, 2,5 cm. circ. crassus, glaberrimus; substantia admodum tenuis, non fomentaria; pori 1-1,5 cm. longi. *F. australi* similis, at multis notis recedens.

94. **Fomes polytropus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 45. — 5365

Durus; pileo dimidiato, lignicolori, radiato-rugoso, subcostato; contextu porisque minutis, cervinis.

Hab. ad ligna emortua, Dolosbagey, Ceylon (THWAITES). — Pileus 2½-8 cm. latus, 3-5 cm. longus; pori ¼ mm. diam. illis *F. Auberiani*, cum quo noster affinis, latiores. Quandoque longe decurrens.

95. **Fomes perpusillus** Pers. in Lév. Champ. exot. p. 191. — Minu- 5366

tulus; pileo durissimo sublignoso, semiorbiculari, basi gibboso nudo, rugoso, grosse sulcato, nigro; margine patente, obtusiusculo porisque majusculis, cervinis, angulatis, obtusis subtomentosis.

Hab. ad truncos in America boreali. — Pileus 3-6 mm. latus.

96. **Fomes introstuppeus** B. et C. Grev. XIII, p. 2. — Pileo ungu- 5367

lato, crasso gibbro, remote concentricè sulcato, tuberculato, e fuligineo demum caescente, intus stuppeo-molli, pallido lignicolori; cute crassa dura; margine obtuso pallidiorè; hymenio ochraceo, tubulis elongatis stratosi; poris rotundatis, minimis, æqualibus, 600 μ . diam., dissepimentis crassis obtusis.

Hab. in ramulis pr. Porak in insula Malacensi nec non in ramis Juglandis in India. — Pileus 20-30 cm. latus, 15-22 cm.

longus, 12 cm. crassus. *F. scansili* Berk. et *F. pinicolæ* Fr. affinis.

97. **Fomes hyperboreus** Berk. Exot. Fung. pag. 453. — Ungulatus, 5368
durus, ponderosus, pileo glabro concentricè sulcato; disco brunneo; margine obtuso, pruinoso, cervino, intus pallide cervino; hymenio convexo, ætate angustato, umbrino; poris minutis rotundis.

Hab. ad truncos in America bor. Arctica (Doct. RICHARDSON). — Pileus 5 cm. long., 10 cm. lat., 5 cm. cr. Affinis *F. igniario*, *ligneo* et *australi*.

98. **Fomes sulcatus** Cooke Grevillea XII. p. 32. — Pileo durissimo, 5369
convexo-plano, reniformi, glabro, opaco, umbrino, concentricè dense profundoque sulcato, cute crassa indurata; contextu albo, fuligineo-maculato; tubulis abbreviatis, stratosi, albidis; poris rotundis, minutis, albis; dissepimentis crassiusculis; hymenio convexo, margine sterili.

Hab. ad truncos, Demerara Guyanæ Britannicæ. — Pileus 15-23 cm. latus, 4 cm. postice crassus, margine subacuto gradatim attenuatus.

99. **Fomes memorandum** Speg. Fung. Arg. I, pag. 165, n. 15. — Pi- 5370
leis nunc effusis, nunc pluribus basi confluentibus, effuso-reflexis, subimbricatis, superne cortice griseo crustaceo glabro tectis, radiatim ruguloso-sulcatis, concentricè plurizonatis, coriaceo-lentis, flexilibus, siccis durissimis; margine crassiusculo, integro albicante; tubulis longiusculis, compactis, mollibus, siccis durissimis sæpe rimoso-secedentibus, intus pallide fulvescentibus extus sordide albis, marginem versus substerilibus, ore rotundo, integro nunquam pruinoso; sporis globosis, basi subapiculatis, crasse l-guttulatis, hyalinis, 5 μ . diam.

Hab. in detritis ligneis in paludibus prope Riachuelo Argentinæ. — Fungus totus 3 cm. ad 2 μ . diam., caro 2-3 mm. crass.; tubuli 2-6 mm. longi; odor gravis funginus, aromaticus.

*** Contextu badio v. fulvo.

100. **Fomes sclerodes** Berk. Journ. Linn. Soc. X, p. 311. — Lignosus, 5371
durus, tenuis, dimidiatus, zonatus, pileo e tomentoso glabro, rugoso hymenioque subrufo; poris minimis, subangulatis, acie obtusis; contextu fulvo nec rhabarbarino.

Hab. ad ligna emortua Cubæ (C. WRIGHT). — Pileus 4½ cm. latus, vel ex confluentia, 10 cm. 2½-4 cm. longus; pori ⅓ mm. diam. Affinis *F. rubiginoso* B. qui tamen minime zonatus porisque

$\frac{1}{4}$ mm. diam. gaudet. Insuper multo durior. Hymenii color ex ætate variat atque sæpe *F. igniarum* similis.

101. **Fomes Mangiferæ** Lév. Champ. Mus. p. 130. — Pileo suberoso-ligno- 5372
 gnoso sessili semiorbiculari vel accretionibus elongato, nudo, sulcato, postice fusco, antice lurido; margine patente, obtuso, sterili; poris angulatis, ochroleucis, obtusis, concoloribus; contextu fulvo.

Hab. ad truncos Mangiferarum, Mahé Sechellarum (PERVILLE).
 — Pileus 1-2 cm. crassus.

102. **Fomes fraxinophilus** Peck 35 Rep. St. Mus. p. 136. — Pileo 5373
 sessili, crasso, suberoso, subtriquetro, angusto, subinde postice decurrenti, prima ætate albido, pulvescentia vel tomento minuto albido oblecto, dein griseo demumque nigrescente, in exoletis concentricè sulcato, rimoso, substantia intus obscure zonata, primo albida, dein isabellina vel pallide cinnamomea; margine obtuso; poris stratosi, planis aut subconnexis, parvis, subæqualibus, subrotundis; dissepimentis integris, obtusis, albidis; sporis late ellipsoideis, 7-8 \approx 6-7,5, hyalinulis.

Hab. in truncis ramisque emortuis languidisve Fraxini in America boreali. — Pileus 5-10 cm. longus, 2,5-4 cm. latus. *P. connato* proximus; a *F. fraxineo* sat diversus.

103. **Fomes fastuosus** Lév. Champ. exot. p. 190. — Pileo suberoso, 5374
 sessili, conchiformi, tenuiter velutino, ferrugineo, zonato; poris minimis, subrotundis, fuscis margine obtuso sterili, pileo pallidiori circumscriptis, contextu fulvo.

Hab. ad truncos Singapur in pæninsula Malaccæ. — Pileus 8-10 cm. lat., læte ferrugineus.

104. **Fomes sordidus** Lév. Champ. exot. p. 190. — Pileo duro, sub- 5375
 cuneato, applanato, nudo, inæquabili, basi protracto, depresso, umbrino; margine obtuso, patente, fertili; poris minutis, angulatis, obtusis, fusco-nigricantibus intus contextuque fulvis.

Hab. ad truncos in America. — Pileus 3-4 cm. latus.

105. **Fomes trachodes** Lév. Champ. exot. p. 192. — Pileo suberoso, 5376
 duro, semiorbiculari, convexo, sericeo, adpresso, fulvo, demum castaneo, basi tuberculoso, versus marginem zonato; margine inflexo acuto; poris contextuque concoloribus minimis, subrotundis, dissepimentis acutis.

Hab. ad truncos, Java. — Pileus basi 1 cm. et ultra lat.

106. **Fomes extensus** Lév. Champ. Mus. p. 129. — Pileo coriaceo- 5377
 suberoso sessili, applanato, nudo, nigro, crustaceo, creberrime zonato; margine lobato obtuso; poris inconspicuis, fulvis.

Hab. ad truncos in Guadalupa (LHERMINIER). — Pileus 2-3 cm. lat., 2 cm. cr.

107. **Fomes elatus** Lév. Champ. Mus. p. 129. — Pileo semiorbiculari 5378
applanato, sessili, nudo, zonato, subcrustaceo, rufescente; margine
obtusissimo, poros inconspicuos stratosos fulvos ambiente.

Hab. ad truncos, in Guadalupa (LHERMINIER). — Pileus 3 cm. lat., 2 cm. cr.

108. **Fomes punctatus** Jungh. Crypt. Jav. p. 64. — Magnus; pileo 5379
reniformi dimidiato, medio 2,5 cm. fere crasso, sordide fusco, cortice
levi vernicoso tecto, tuberculoso-rugoso; margine subsinuoso;
hymenio e nebuloso-sordide et pallide rufo; rimis punctiformibus,
umbilicato-depressis, confertis. nudo oculo bene conspicuis notato;
poris minimis nudo oculo haud conspicuis.

Hab. in silvis altit. 1000 circ. m. in ins. Java. — Hymenium punctato-scribiculatum.

109. **Fomes multiplicatus** Mont. Guy. n. 357, Syll. Crypt. n. 493. — 5380
Apus; pileo dimidiato, sessili, amplo, convexo, sulcis confertis con-
centricis notato, glabro, laccato, fusco-badio, primitus rubiginoso;
hymenophori subtenuis contextu badio; poris tenuissimis, longissi-
mis, cinnamomeis, ore obtusis.

Hab. ad truncos, Guyana Amer. merid. (LEPRIEUR).

110. **Fomes ochrolaccatus** Mont. Cent. III, n. 42, Syll. Crypt. n. 492, 5381
Fr. Nov. Symb. p. 64. — Pileo sessili, suberoso, lignoso, hemisphæ-
rico-pulvinato, subungulato, crustaceo-laccato, luteolo, concentricè
sulcato; margine obtusissimo, crasso, subtus planissimo; contextu
spadiceo, humecto nigricante; poris mediocribus longis intus pal-
lidis, ore obtuso materie laccata ochracea illitis; dissepimentis
crassis.

Hab. ad truncos in ins. Philippinis (CUMING).

111. **Fomes leucophæus** Mont. Syll. Crypt. n. 497. — Dimidiatus; pi- 5382
leo maximo, suberoso-lignoso, convexo-plano, tuberculato-nodoso,
glabro, tandem concentricè sulcato, crustaceo-laccato, ex albo la-
cteο cinerescente, lineolis obscurioribus fasciato; margine obtuso, la-
cteο, sterili; poris minimis, primè niveis tandem fuscescentibus, ore
intusque albis.

Hab. ad truncos Americæ borealis Ohio (SULLIVANT). — Pileus
transversim 3 dia. latus, 13-15 cm. longus, postice fere decime-
trum crassus, tandem cinerescens et superficiem *Sterei fasciati*
Schwz. referens. Substantia durissima, floccoso-suberosa, badia.
Pori longissimi, omnium minutissimi, intus nivei, ore obtuso eadem

materia, qua totus fungus primitus est vestitus, initio obturati, dein obducti. Inter *F. australem* et *F. applanatum* medius, a quibus crusta lactea obducente nec unquam ex toto secedente longe distat.

112. **Fomes cremorinus** Cesati Myc. Born. p. 5. — Totus plus minus pallide gilvus; contextus magis fulvescens; pileo suborbiculari, plano, 5-8 cm. lato, glaberrimo, nitente, concentrice sulcato; margine acuto; hymenio plano poris minutis rotundis, acie obtusata. 5383

Hab. ad truncos ad Sarawak Bornei Malesiæ (O. BECCARI).

113. **Fomes galegensis** Mont. Cent. II, n. 96, Syll. Crypt. n. 499. 5384
— Magnus, conchiformis; pileo pulvinateo, semiorbiculari, supra convexo, crustaceo-laccato, zonis squamaceis, imbricatis concentrice sulcato; contextu porisque minutis angulatis acutis, longissimis, spadicis; dissepimentis crassis.

Hab. ad truncos arborum in insula Galega (A. LEDUC).

114. **Fomes conchatus** (Pers.) Fr. S. M. I, p. 376 cum. syn., Hym. Eur. 5385
p. 560, Pers. Myc. Eur. 2, p. 85, Berk. Outl. p. 246, Kickx p. 220, *Boletus* Pers. Obs. I, p. 24, Secr. n. 40. — Pileo suberoso-fomentario, tenui, effuso, subconohæformi-reflexo, concentrice sulcato, tomentoso, spadiceo; margine acuto; poris curtis, exiguis, trama tenui concolore.

Hab. ad Salices, Fagos in Europa et Amer. bor. — Pileus subtus concavus. Variat totus resupinatus, qualis a *F. salicino* probe distinguendus.

115. **Fomes lobatus** Schwein. Amer. bor. n. 409, p. 157. — Inæqualiter denudatus, postice porrectus, 7-10 cm. latus, solitarius, 5386
vix 1 cm. crassus, durus; pileo contorto, eleganter lobato, rugoso, sed glabro, cinnamomeo-pulverulento; margine tumido, subrevolutato, tubulis brevissimis, inferne obliquis, spadiceis; poris minutis citrinis aut pallescentibus, demum spadiceis.

Hab. ad truncos Salem Amer. bor., rarius.

116. **Fomes scalaris** Berk. in Hook. Journ. 1856, p. 199, Dec. n. 576. 5387
— Pileo atro-purpureo, scabro, tomentoso, sulcato, zonato, scalaritriquetro; contextu spadiceo; hymenio rufo-umbrino; poris minimis, punctiformibus, stratosi, acie plana.

Hab. ad truncos emortuos, Pauurè Brasiliæ (SERUCE). — Pileus 6-7 cm. latus, 5 cm. longus. *Fomitiphæo* affinis.

117. **Fomes sclerodermeus** Lév. Champ. Mus. p. 129. — Pileo coriaceo-suberoso effuso-reflexo, semiorbiculari, sessili, concentrice sulcato, nudo, crustaceo, fusco; margine obtuso, patente, subtus ste-

rili; poris minutis, angulatis, ore obtusis, fuscis; contextu concolori.

Hab. ad truncos Guadalupe (L. HERMINIER). — Pileus 6 cm. latus.

118. **Fomes megaloma** Lév. Champ. Mus. p. 128. — Pileo suberoso-5389
lignoso, applaato, semiorbiculari v. lobato, sessili, sulcato, nudo, crustaceo, fuscescente; margine crasso, subtus latissimo, nudo, poros minutos stramineo-fuscis ambiente; contextu concolori.

Hab. ad truncos, New York Amer. bor.

119. **Fomes rhodophæus** Lév. Champ. exot. p. 190. — Pileo coria-5390
ceo, suborbiculari, applanato, postice gibboso, nudo, castaneo, zonis saturatoribus; margine patente, subtus sterili; poris minimis, angulatis, luridis, denticulatis; stipite brevissimo, laterali, verticali v. nullo.

Hab. ad truncos in insula Java.

120. **Fomes Inzengæ** De Not. in Erb. Critt. Ital. n. 636, Fr. Hym. 5391
Eur. p. 557, Inzeng. Sic. I, p. 17, t. 2, f. 1. — Pileus suberoso-fomentario, convexo-dilatato, dense concentrice sulcato, glabro, in-crustato, lacteo, intus molli, subumbrino; pororum strato crassissimo, umbrino, zona obscuriore a pileo limitato; poris obsolete stratosi, umbrinis, ore minuto, flavo.

Hab. ad truncos Populi et Quercus in Italia et Sicilia. — Amplus, speciosus, ex icone *P. ulmario* Sowerb. simillimus sed internus color et structura videntur admodum diversi et pileo annosi crusta persistenter alba, quasi calcarea. Pororum stratum ultra 2,5 cm. crassum. — Cfr. Mich. II, p. 377 ubi contendimus speciem hanc esse formam *F. fomentarii*.

121. **Fomes mirus** Kalchbr. Sziber. Gomb. p. 13, t. I, f. 3. — Seg-5392
mentum modo adest, stratum tubulorum longissimorum ostendens; tubulis bi-triplo longioribus quam in *Fomite Inzengæ*, scilicet ultra 8 cm. longis, omnino continuis nec stratosi, ore minuto, rotundo, plano, niveo.

Hab. in truncis in Sibiria. — Superne vestigia modo fomenti mollis, ferruginei adsunt, ex quo conjicere licet, hunc fungum ad Fomentarios pertinere. Cum nullo alio cognito *Fomite* comparandus!

122. **Fomes badius** Berk. Exot. Fuug. n. 18, p. 453. — Crassus, du-5393
rus, subponderosus, badius, intus ferrugineus; pileo parce concentrice sulcato, minutissime ferrugineo-tomentoso, demum glabrato; hymenio levi, poris mediis angulatis, dissepimentis tenuibus.

Hab. in America boreali Arctica (DR. RICHARDSON). — *F. ignia-*

vio affinis sed pori majores. Species eadem ita describitur in Grev. XV, p. 21: pileo lignoso, pulvinate, crasso, bis v. ter concentricè sulcato, glabro, crustaceo-laccato, intus rigido, badio-ferrugineo; margine rotundato, pallidiore; tubulis elongatis, compactis, stratosis; poris æqualibus, rotundato-angulatis $\frac{1}{3}$ mm. diam.

**** Contextu umbrino v. fusco-purpureo.

123. **Fomes australis** Fr. El. p. 108, Nov. Symb. Myc. pag. 47, 5394

Hym. Eur. p. 556. — Pileo durissimo, convexo-plano, dimidiato-sessili, undulato-tuberculoso, glabro, incrustato, opaco, subspadiceo; margine sterili glaberrimo; poris prælongis, minutis, confluenti-stratosis, umbrinis, ore primo albidis.

Hab. ad truncos Europa, Ceylon, Borneo, Sumatra, ins. Fidji, Guyana, Brasilia, Venezuela, Khasia, Tasmania, N. Zelandia, Australia. — Fungus sitaneus pileum habet valde dilatatum [ultra 18 cm.], semiorbicularè, ligneo- v. gilvo-pallescentem, jugis elevatis, concentricis, tuberculis maxime undulatum, contextum grumoso-flocculosum, qualis etiam in *P. australis* var. *applanata* (Klotzsch Linn. VIII, p. 484), quæ vero differt pileo magis explanato, leviore, haud tuberculoso, modo concentricè sulcato. *P. tornatus* Pers. in Freyc. Voyag. nullo modo recedit.

124. **Fomes piceus** Cesati Myc. Born. p. 5. An *P. australis* var. *ap-* 5395

planata Fr. ep. p. 464? — Pileo 8 cm. diam. deplanato, piceo, sublaccato, concentricè sulcato, obsolete tuberculoso, durissimo; margine inferiore zona angustissima sterili, obtusato; carne tenui, dura, cinnamomea, obsolete (specimine juniore) stratosà; hymenio extus brunneo, compacto, tubulis brevibus, poris minutissimis, subangulosis, acie plana; sporis ochraceis.

Hab. ad truncos Sarawak Bornei, Malesiæ (O. BECCARI).

125. **Fomes chilensis** Fr. Novæ Symb. myc. pag. 63. — Pileo sube- 5396

rosso, ungulato-dilatato, jugis elevatis, concentricis tuberculis colliculoso undulatoque, lateritio-pallescente; contextu molli, laxè floccoso, umbrino; poris elongatis, contiguis, pallide umbrinis.

Hab. in truncis Chili Amer. austr. (HOCHSTETTER) pr. Somerset-East, Promont. Bonæ Spei, Africae australis (O. MAC-OWAN), et ad Rockhampton in Queensland Australiae (A. THOZET). — Pileus 2 dm. et ultra latus, non laccato-nitens.

126. **Fomes applanatus** (Pers.) Wallr. D. Kr. Fl. II, p. 591, Fr. Epicr. 5397

p. 465, Hym. Eur. p. 557, Gill. Champ. c. ic., Klot. Bor. t. 393, Berk. Outl. p. 245, Pers. Obs. 2, p. 2 sub *Boletò*, *P. dryadeus* Rostk.

27, t. 9, Forma monstrosa: *P. merismoides* Corda apud Sturm 27, t. 63, Batsch f. 130, Bull. t. 454, f. c. habitum refert, sed anceps. — Pileo explanato, tuberculoso, obsolete zonato, pulverulento glabro, e cinnamomeo canescente, cute crustacea, rigida, demum fragili, intus mollissimo, laxe floccoso; margine tumido, ex albo cinnamomeo; poris minimis, subferrugineis, ore albido, trito fuscescente.

Hab. ad truncos Fagi, Quercus, Populi tremulae in Europa, ad truncos in Carol. media et superiore Amer. bor., in ligno emortuo Obydos Rio Jurna Brasiliae (TRAILL), ad arbores Hokianga Melbourne Australiae. — Circiter 35 cm. latus. Recens sq. longe mollior, sed non carnosus succosusve. Bulliard suo *Boleto igniarvio* potissimum adscripsit. Pori molliores, breviores, tactu fuscescentes; odor acidus.

127. **Fomes nitens** Fr. Epicr. p. 463. — Pileo durissimo, semigloboso, concentricè striato, glaberrimo, laccato-nitente, castaneo, postice stipitiformi-porrecto pendulo; poris minimis, praelongis, umbrinis. 5398

Hab. ad truncos in America tropica. — Nobilis, sq. minor, vetustus ater.

128. **Fomes pediformis** Fr. Epicr. p. 463. — Pileo durissimo, convexulo, orbiculari-undulato, jugis a basi angustata sessili radiatim rugoso, in ambitu concentricè sulcato, laccato-nitente atro; poris praelongis, impalpabilibus, pallide umbrinis. 5399

Hab. ad truncos Guineae. — Pedem ob ambitum sublobatum eximie refert, insignis. Pororum stratum omnino contiguum in spec. praesent., e margine duplicato, duorum annorum.

129. **Fomes orbiformis** Fr. Epicr. p. 463. — Pileo durissimo, convexo, orbiculari, postice oblique sessili-adnato, concentricè sulcato, crustaceo-laccato, fusco-nigro, griseo-pruinoso; poris praelongis, minutis, fusciscentibus. 5400

Hab. ad truncos Guineae. — Affinis priori, sed forma, margine obtuso, poris conspicuis et defectu insignium elevatarumque rugarum radiantium facile dignoscitur. Etiam minus nitens et sulci concentrici (praecipue versus marginem) obsoletiores.

130. **Fomes nigro-laccatus** Cooke Grev. IX, p. 97. — Pileo flabelliformi, convexo-plano, suberoso-lignoso, sulcato-rugoso; margine crispato, castaneo-nigrescente, laccato, nitido, dein opaco, intus molli. floccoso; poris pallidis, demum umbrinis, rotundis, minimis. 5401

Hab. ad ligna in insula Mauritii. — Pileus 20 cm. long., 12 cm. lat., 4-5 cm. cr. *F. laccatum* in memoriam revocat.

131. **Fomes endophæus** Berk. Hook. Journ. 1851, pag. 142, Dec. 5402
n. 427. — Durissimus; pileo dimidiato-decurrente, rigido, rugoso,
toruloso subvelutino; contextu nigro, purpureo; poris minimis
stratosis.

Hab. in ligno emortuo Khasia Indiæ (Dr. HOOKER). — Pileus
3 cm. et ultra latus, 10 cm. longus.

132. **Fomes Ærstedii** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 63. — Pileo renifor- 5403
mi, ungulato-applanato, basi gibbo, suberoso-ligioso, crasso, utrin-
que applanato dilatatoque concentricè sulcato, glaberrimo, fulve-
scente; margine truncato; substantia durissima, floccosa, umbrina,
tenuissima; poris rotundis, minimis, intus umbrinis, ore ochraceo-
pallido.

Hab. ad truncos ad San Jan Indiæ occid. (ÆRSTED). — Pileus
transversim pedalis; adest subinde forma stipite brevissimo laterali,
pileo tantum 7.5 cm. lato, obovato (exoletè castaneo-fusco), mar-
gine deorsum maxime decrescente, ob strata seriora valde dimi-
nuta. Nobilissima inter affines species, *F. australi* proxima at di-
stinctissima.

133. **Fomes mortuosus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 64. — Umbrinus; 5404
pileo suberoso, tenui, utrinque applanato, a basi radiato-rugoso, con-
centricèque remote sulcato, versus marginem acutissimam, strictum
saepè lobatum attenuato, crusta tenui, laccata, opaca, glabra, ri-
gido-fragili vestito; contextu floccoso porisque minimis stipatissi-
mis absque trama, concoloribus.

Hab. ad truncos in Pulo Milu (DIDRICHS). — Pileus 5-7.5 cm.
transversim latus, postice usque ad 12 mm. crassus; pori 4 mm.
et ultra longi. *F. dryadeo* proximus et valde tenuis.

134. **Fomes verruculosus** Mey. Ess. p. 303, Fr. Epier. p. 465. — Pileo 5405
applanato, tenui, dimidiato-sessili, concentricè sulcato, tuberculoso,
tomentoso, fusco-canescente; poris minimis, confluenti-stratosis,
fuscis.

Hab. ad truncos in Surinam et Columbia. — Respondet *F.*
Ribis, sed rigidus nec coriaceo-flaccidus.

135. **Fomes subflexibilis** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 311. — 5406
Pileo subungulato, duro sed non omnino inflexibili, paucisulcato,
umbrino-brunneo, subtiliter tomentoso; hymenio concolori; poris
minutis; contextu pallido-umbrino.

Hab. ad ligna emortua, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pi-
leus 6 cm. vel ultra ob confluentiam latus, 4 cm. longus; pori $\frac{1}{5}$
mm. diam. Affinis *F. igniaris*.

136. **Fomes vegetus** Fr. Epicr. p. 164, Hym. Eur. p. 556, Icon. t. 183, 5467 f. 3, Berk. Outl. p. 245, *Fungus arboreus, marimus, fuscus* Doody in Raji Syn. 2, app. pag. 335. — Pileo amplo, dilatato, glabro, opaco, fusco, concentricè sulcato, zona annua lata; contextu floccoso, laxo, tenuissimo, cute hornotina, crassa, separabili; poris minutis, secedentibus, umbrinis, singulorum annorum strato intermedio floccoso distinctis: sporis 2-3 μ . diam.

Hab. ad truncos Ulmi in Hallandia, Tiliæ in Scotia (Klotzsch). — Affatim similis *F. australi* β . *applanato* et cum *F. applanato* confusus, sed plurimis notis ab omnibus differens. Est inter maximos, rapide crescens, jam primo anno pedalis, sed caro admodum tenuis, a qua demum tam cutis quam pori longissimi separari possunt; rationes a *F. australi* maxime alienæ. Porro quum in hoc diversorum annorum strata ita confluant, ut discerni nequeant, in *F. vegeto* non tantum discreta, verum etiam strato proprio fomentario separata. Subtus planus, primo albicans, margine glaberrimè, nitido, sterili, angusto.

137. **Fomes peguanus** Mont in Béläng. Voy. Ind. or. Crypt., p. 148, 5468 Syll. Crypt. n. 498. — Magnus, durissimus; pileo sessili, reniformi, convexo, undulato basi subtus gibboso, suberoso, juniore adpresso velutino ferrugineo-badio, zonis obscurioribus concentricis sulcato; margine (duplicato) obtuso subrepando; poris minutissimis, curtis, intus glaucis, extus roseo-umbrinis, pubescentibus.

Hab. in truncis Naucleæ in silvis Peguanis Indiæ (BÉLANGER).

***** Contextu ferrugineo.

138. **Fomes fomentarius** (L.) Fr. Syst. Myc. I, p. 374 c. syn., El. 5469 p. 109, Hym. Eur. p. 558, Sverig. atl. Svamp. t. 62, Rostk. 4, t. 52, Berk. Outl. p. 245, Gill. Champ. c. ic., *Boletus* Linn. Succ. n. 1252, Leuz. f. 48, Weinm. p. 330, Sowerb. t. 133 (specim. sitabenum), Batt. t. 37, f. E., ut *B. unguatus* Bull. t. 491, hunc et duos sqq. complectitur). — Pileo unguato-pulvinato, crasso, glabro, remote concentricè sulcato, glabro, opaco, e fuligineo canescente, intus molli, floccoso, ferrugineo-fulvo, cute crassa, durissima, persistente; margine porisque prælongis, minutis, distincte stratosis, primo glauco-pruinosis, dein ferrugineis.

Hab. ad Fagos abunde optimus, vegetior copiosum fomentum molle quotannis edens; minor, macrior et durior ad Betulas etc. in Europa pr. Minussinsk Sibiricæ Asiaticæ, in Amer. fœder. et Ontario Canada (LE METAYER). Pulo Penang Malaccæ (BECCARI). —

- Pileus 15 cm. latus, 9 cm. longus. Subtus planus, e basi crassissima marginem versus attenuatus, hinc triqueter quidem, sed ambitu semiorbicularis et undique declivis. Duplex monstrum: alterum caulescens. cylindricum Batt. t. 37, *E*, Nees Nov. Act. Nat. Cur. X, c. ic.; alterum effusum, resupinatum: *Pol. expansus* Desm. Exs. n. 16. Ob fomitem optimum olim hujus copia quotannis in silvis Sueciæ meridion. colligebatur, cujus maxima pars ad externos vendebatur. — Var. **leuciticus** Kalchbr.: pileo candido: ad Caraganæ arborescentis ramos in Sibiria.
139. **Fomes excavatus** Berk. Ann. N. Hist. 1839, p. 387. — Pileo 510
duro, ungulato, intus cinnamomeo; hymenio excavato, margine obtuso; poris tenuibus perfecte rotundis, cervinis, intus cinnamomeis.
Hab. ad Betulas, Isle à la Crosse (RICHARDSON). — Pileus 3-4 cm. lat. et long., sordide albus brunneo-zonatus, zonis vix depressis, glaberrimis. In speciminibus annosis adsunt costæ 4-5, glabræ, plano-convexæ, atro-brunneæ.
140. **Fomes nigricans** Fr. Syst. Myc. I. p. 375, El. p. 109, Hym. Eur. 5411
p. 558, Ic. t. 184, f. 2, Pat. Tab. 139, Berk. Outl. p. 245, Sommerf. n. 1648. — Pileo pulvinato, crassissimo, dense concentricè sulcato, glabro, nitido, nigro, crusta durissima crustaceo-laccata persistente, intus durissimo, ferrugineo; margine obtusissimo porisque minimis, planis, confluenti-stratosis, nudis ferrugineis.
Hab. ad Betulas Europæ borealis, Amer. bor., Indian Lake (PECK). Cubæ (C. WRIGHT). — Pileus 5-8 cm. latus. Forma fere præcedentis, sed certe diversus, altior (subglobosus), minus dilatatus, durissimus (numquam a Tineis, ut prior post aliquot annos, corroditur), fomiti ineptus, quia lentius crescit et intus ex maxima parte tubulis induratis contextus. Forma typica pileo levi, laccato, nitido speciem suadet distinctissimam, sed cum hac confunditur trivialis forma pileo triquetro, rugoso, opaco, ad sequentem accedens, Rostk. t. 51, Quélet t. 19, f. 3.
141. **Fomes ignarius** (L.) Fr. Syst. Myc. I, p. 375, Hym. Eur. p. 559, 5412
Gill. Champ. c. ic., Pers. Myc. Eur. 2, p. 81, Secr. n. 28, Sommerf. l. c., Lenz f. 47, Venturi t. 61, f. 4, Rostk. 4, t. 54, *Boletus* Linn. Suec. n. 1250, Bull. t. 454, Bolton t. 80, Sowerb. t. 132, *Bol. obtusus* Pers. Obs. 2. — Pileo primo tuberculoso-globoso (immarginato), levi indumento tenui, flocculoso, adpresso, cano, dein ungulato, e ferrugineo fusco-nigricante, opaco, cute concreta, scruposo-inæquabili carneque zonata, ferruginea durissimis; margine rotundato; poris minimis, convexis, stratosis, cinnamomeis, exoletis

albo-farctis, primitus canescentibus; sporis sphaeroideis, hyalinis. 6-7 μ . diam.

Hab. ad truncos, præcipue Salicum, vulgaris in Europa, Sibiria, Ceylon, Amer. bor., Brasilia, Australia. — Pileus 8-10 cm. latus, 6-7 cm. longus, 5 cm. et multo ultra crassus. Tota indole et historia a prioribus differt. Incrementa nova, quæ vernalia, individua minora ubique, majora margine tantum et in hymenio (tum primo poris carente) reddunt floccoso-cana, dein ferruginea, tandem obscurata. Fomiti ineptus, sed ad ignem diu servandum, quia lente consumitur, adhibetur, unde nomen. Variat resupinatus: Mich. t. 62, *P. loricatus* a. Pers. Myc. Eur. 2, p. 86.

112. **Fomes marmoratus** B. et C. N. Pac. exp. n. 95. — Pileo con- 5413
vexo, ligneo, zonato, subtiliter pulverulento laccato; contextu hymenioque ferrugineis; poris minutis punctiformibus.

Hab. ad cortices, Nicaragua Amer. centr. et Demerara Guyanæ, Amer. merid. — Idem est ac *Polyporus fasciatus* (Fries) in Herbario Kewensi, sed non ac *Polyporus fasciatus* (Fr.) in Herbario Berkeleyi.

113. **Fomes zelandicus** Cooke Grev. VIII, p. 75. — Pileo suberoso- 5114
coriaceo, duro, convexo, supra concentrice sulcato, subrugoso, atro-umbrino; margine obtuso, velutino, pallidicre; carne zonata, ferruginea; poris prælongis, stratis, minimis, rotundatis, fusco-ferrugineis, demum caryophyllaceis.

Hab. ad truncos in Coromandel Indiæ or. — 8-15 cm. latus, resupinatus 32 cm. fere attingens. Hymenium margini lato, sterili, velutino in statu resupinato obsoleto circumdatum. Affinis *F. applanato* Fr. sed prorsus distinctus. — «Si vere e Coromandel, cur zelandicus dictus et inter mycetes Novæ-Zelandiæ enumeratus?».

114. **Fomes rimosus** Berk. Cent. I. n. 40?, Fr. Nov. Symb. Myc. p. 5415
66. — Pileo lignoso, durissimo, pulvinate-ungulato e stratis annosis, demum rimosis, subumbrinis profunde sulcato, sitaneo latiori velutino-pruinato, cinnamomeo; contextu fibroso, durissimo, eximie radiante porisque longissimis, tenuissimis, nequiquam stratis, fulvo-ferrugineis, ore impalpabili, rhabarbarino.

Hab. ad truncos Demerara Guyanæ Brit., Amer. merid., in Noya Hollandia et ad Caput Bonæ Spei Afr. australis. — Pileus 2 cm. circiter transversim latus, 5 cm. et ultra crassus. *P. pertuso* statura conformis at omnino diversus.

115. **Fomes roburneus** Fr. Epicr. p. 464, Hym. Eur. p. 557, Ic. t. 184, 5416
f. 1. Quél. p. 263, *P. annosus* Fr. El. p. 106 nec S. M. — Pileo du-

rissimo, triquetro protractoque, late adnato, scrobiculato-tuberculoso, laecato, glabro, opaco, fusco-nigricante; margine pallido; poris minutis, convexis, confluenti-stratosi, umbrino-purpureis.

Hab. ad ligna durissima Quercus in Suecia et Germania raro. — Duritie et pondere fere lapideus.

116. **Fomes fulvus** Fr. Epicr. p. 165 (excl. nonnullis dubiis synonymis), Monogr. II, p. 270, Hym. Eur. p. 559, Icon. t. 184, f. 3, Berk. et Br. n. 1138, Scop. p. 469, *P. botulatus* Secr. n. 29. — Pileo lignoso-suberoso, durissimo, triquetro, levi (haud concentrico sulcato), primo hirsuto villosove, fulvo, demum canescente; poris curtis, rotundis, minutis, cinnamomeis, pruina cinereo-lutea primo tectis.

Hab. ad truncos arborum frondosarum, præcipue Populi tremulæ, in Europa, in ligno emortuo, Ceylon (THWAITES), Sarawak Bornei (O. BECCARI), in trunco Liriodendri in Pensilvania Amer. bor. (MICHENER), Clarence River in New South Wales Australiæ (DE MÜLLER). — Pileus utrinque convexus, basi lata adnatus, margine minus obtusus, hinc exacte triqueter. Pori haud distincte stratosi. Pauca citantur synonymia, quum in hac regione exsistent plures formæ nondum rite determinatæ v. c. *P. pomaceus* Pers. (sæpius *F. igniarii* varietas), *P. strigosus* Schultz. (forte *P. vulpinus*). — ***Fl. Novæ-angliæ** B. et C. N. Am. F. n. 133: pileo reniformi, disco pulvinato affixo, ferrugineo, velutino; hymenio concolore; poris parvis: dissepimentis rigidis. Ad truncos in Amer. bor. Pileus 2 cm. lat.; pori 100 μ . lati.

117. **Fomes Loniceræ** Weinm. Syll. p. 102, Ross. p. 331, Fr. Elench. p. 110, Hym. Eur. p. 560, Montagn. in Ann. Scienc. Natur. 1836, t. 12, f. 6. — Pileo suberoso, duro, effuso-reflexo, tenui, adscendente, scruposo-tomentoso, fusco-nigricante; margine tumente, ferrugineo: poris mediis, fulvo-cinnamomeis, primo griseo-pruinatis.

Hab. ad plerasque Loniceræ species e tribu L. Xylostei in Europa. — ***F. Evonymi** Kalchbr. Enum. II, n. 1232, Ic. Hung. t. 35, f. 3. Fr. Hym. Eur. p. 560, Fuck. Symb. p. 21 (*Tramet.*): pileo convexo-plano, concentrico sulcato, subtuberculoso, tomentoso, dein glabrato, nigricante, margine acuto: poris curtis, minutis, fulvo-cinnamomeis. Ad radices Evonymi europæi et verrucosi in Europa. Pileus 2-6 cm. latus, 1 cm. crassus. Variat sessilis et effuso-reflexus, subimbricatus. «Pori sæpe stratosi, hinc non *Thametes*». Monente Kalchbrenner præcedentis subspecies.

118. **Fomes caliginosus** Cesati Myc. Born. p. 5. — Pileo semiorbiculari usque 8 cm. lato, plus minus convexo; margine acuto subin-

flexo, opaco, nigrescente, zonato, in speciminibus junioribus hinc inde lineola pallidiori, radiata rugoso-sulcato; contextu tenuissimo, cum tubulis flexibilibus concolore rhabarbarino; poris minutissimis, acie obtusa, rotundis.

Hab. ad truncos Sarawak Bornei (O. BECCARI) et Perak pænisula Malacensis, Malesiæ. — Diceret pileum *P. rugosi* Nees.

149. **Fomes tropicus** Jungh. Crypt. Jav. p. 63. — Magnus, suberosus, pondero levis; pileis dimidiatis, basi effusa adnatis, subimbricatis, subzonatis levibus, nitidis fuscis, ambitu pallidioribus dein fusco-nigricantibus; poris minutis, rotundis, nudo oculo vix conspicuis: hymenio sulphureo; sporis cinnamomeo-ferrugineis. 5420

Hab. in truncis pr. Bataviarum ins. Javæ. — Pilei 7-8 cm. longi, 12-13 cm. lati, substantia hymenii 10 mm. cr., pilei 10-12 mm. cr. Variat stipite laterali crasso tereti, nigro, vernicoso.

150. **Fomes holomelanus** Berk. in Herb. n. 2605 et in Cooke Præc. Pol. p. 51. — Pileo minuto, duro, unguato, atro, glabro, leniter concentricè sulcato, plerumque radiato-rugoso; contextu fulvo-ferrugineo, tubulis elongatis; poris pallide umbrinis, minutis. 5421

Hab. ad truncos Panaræ Brasilæ (SERRÆ). — Pileus 1-2 cm. latus.

151. **Fomes scleromyces** B. et C. Journ. Linn. Soc. X. p. 312. — Durus, ligneus; pileo convexo, subtenui, concentricè sulcato, tuberculato, subtiliter tomentoso, umbrino; contextu porisque longis, parvis, angulatis, concoloribus. 5422

Hab. ad ligna emortua, Cubæ (C. WRIGHT). — Pileus 5 cm. longus, 8 cm. latus; pori $\frac{1}{2}$ mm. diam.: reviviscens.

152. **Fomes rhytiphæus** Mont. Cent. VII. p. 37. — Suberosus, perennis; pileo dimidiato, sessili, semicirculari, supra convexo, concentricè sulcato, sulcis confertis rugosis, canescente glaberrimo, subtus concavo, crasse marginato, cute crustacea; contextu ferrugineo; poris minutissimis, angulatis, fuscis, intus glauco-pruinatis. 5423

Hab. ad truncos circa Minas Morro-Velho Brasilæ (WEDDÉLL).

153. **Fomes gryphæformis** Berk. Hook. Journ. 1845, p. 54, Dec. n. 41. — Durissimus: pileo hemisphærico-conchæformi, cinnamomeo; margine subtenui, lineato, rugoso, badio; hymenio concavo porisque minutis, stratosi, ballis, intus rhabarbarinis. 5424

Hab. ad truncos in Australia (DREMMON). — Pileus 12-13 cm. diam., 6-7 cm. altus. *F. igniario* affinis.

154. **Fomes leprosus** Fr. Elench. p. 107, Epicr. p. 461. — Pileo pul- 5425

vinato-subungulato inæquabili, azono, leproso-tomentoso, rubiginoso-umbrino, intus ferrugineo; poris tenuissimis, atris.

Hab. ad truncos Brasilæ (LUND). — Distinctissimus; vere affinem vix habemus descriptum. Valde singularis est superficie leproso-tomentosa, qualis in *Stereo leproso* infra, ceterum maxime inæquabili et foveolata, nec non colore pilei rubiginoso-umbrino pororumque aterrimo. Pileus reniformis, leniter pulvinatus, diametro aliquot centimetra, margine obtuso. Substantia mollis, subfragilis, ferruginea. Pori distincte stratosi, interiores sensim in pilei substantiam abeuntes, intus ferruginei, ore atro.

155. **Fomes glaucotus** Cooke in Grev. IX, p. 12. — Pileo suberoso-lignoso, applanato, concentrice sulcato, glabro, nitido cinereo, postice gibbo; intus molli fibroso, rhabarbarino-fusco; poris rotundis, minutis, brevibus, cinnamomeis. 5426

Hab. in ligno in Japonia (C. WELFORD).

156. **Fomes Ribis** (Schum.) Fr. Syst. Myc. I, p. 375 cum syn., Hym. Eur. p. 560, Rostk. t. 53, Fl. Dan. t. 1790, f. 2, Corda apud Sturm XI, t. 62, Berk. Outl. p. 246, Kickx p. 220, Secret. n. 41, *Boletus* Schum. Dec. Fl. fr. *B. ribesius* Pers. Myc. Eur. 2, p. 80, Bull. t. 454, f. E. — Pileo suberoso-coriaceo, applanato, leviusculo, velutino, e ferrugineo umbrino, intus una cum margine acuto porisque curtis, exiguis, nudis fulventibus. 5427

Hab. ad radices variarum *Ribis* specierum in Gallia, Italia, Germania, Belgio, Britannia, Pyreneis et Fennia. — Pileus ad 12 cm. latus; pori 2 mm. longi. Hic et proxime antecedentes perennant, stratosæ reviviscunt, poris in annosis stipatis, quare a Fomentariis non exclusi.

157. **Fomes fusco-purpureus** Boud. in Bull. Soc. bot. France 1881 p. 92, t. II, f. 3, *Polyporus rubriporus* Quél. 10, suppl. p. 9. — Pileo conchoide, 1 cm. lato, tenui, 5 mm. crasso, villosa, brunneo-fulvo; margine incrassato, flavescente, tomentoso, badio-rubiginoso juxta sulcum; carne suberosa, subtenera, pallide fulva; poris perexiguus, curtis, 1-2 mm., læto rubro-sanguineis; sporis ovoideis, 5 μ . longis, pallide fulvis. 5428

Hab. in basi *Quercuum* Sologne et Saintonge Gallia (BOUDIER et BRUNAUD). — *Fomiti conchato* affinis.

158. **Fomes salicinus** (Pers.) Fr. Syst. Myc. I, p. 376, Hym. Eur. p. 560, Ic. t. 184, f. 1, Berk. Outl. p. 246, Karst. Icon. t. V, Pat. tab. 141, *Boletus* Pers. et Auctt. pro parte. — Pileo lignoso, durissimo, undulato, glabro, ex maxima parte resupinato; margine 5429

brevi, obtuso, patente, e cinnamomeo canescente; poris minimis, rotundis, ferrugineo-cinnamomeis.

Hab. ad Salicum truncos, præcipue Sal. Capreæ, Syringæ in Europa, Amer. bor., Australia, ad promont. Bonæ Spei pr. Somerset-East (MAC OWAN). — 30 cm. et ultra metiens. A præcedentibus distinctissimus, *F. fomentario* v. *igniario* affinis, crusta ebenea. E situ totus resupinatus v. locis verticalibus superne margine angusto, undulato, glabro cinctus. Hujus loci videtur *P. plicatus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 212 (var. pilei margine striato-plicato) et *P. lorricatus* β . Pers. Myc. Eur. 2, p. 87.

159. **Fomes thelephoroides** Karst. Symb. Myc. Fenn. XVIII, p. 80. 5430

— Pileo sessili, subdimidiato, subimbricato, scruposo vel squamoso, azono, umbrino vel nigrescente-fusco, intus floccoso, fomentario, ferrugineo; margine tenui, lacero pallidiore, 4-5 cm. lato et longo, basi usque ad 1 cm. crasso; poris meliis, inæqualibus, rotundis, oblongatis vel subflexuosis, glauco-pruinosis, firmis.

Hab. ad truncum Pini silvestris prope lacum Salois Fennicæ. — Forma et colore *Thelephoram laciniatam* refert.

160. **Fomes tenuis** Karst. Symb. Myc. Fenn. XVIII, p. 81. — 5431

suberoso, effuso-reflexo, subtriquetro, plano vel convexo, vulgo in longitudinem protracto, sepiissime toto resupinato, scruposo, concentricè sulcato, e ferrugineo umbrino-fusco; margine primitus subtomentoso et fulvente ferrugineo; poris rotundis, obtusis, æqualibus, integris, minutis, intra glauco-irroratis.

Hab. ad lignum induratum Pini et Piceæ in Fennia saltem australi haud rarus. — Pileus 2-5 mm. crassus, maximam partem poris elongatis contextus.

161. **Fomes Korthalsii** Lév. Champ. exot. p. 190. — 5432

semiorbiculari, reflexo, applanato, velutino, zonato, ferrugineo, basi depresso, tuberculoso; margine obtuso sterili; poris minutissimis, rotundis, obtusis intus contextuque ferrugineis.

Hab. ad truncos Sumatra.

162. **Fomes albo-marginatus** Zipp. in Ann. Sc. nat. 1844, p. 191. — 5433

Pileo durissimo, sessili, semiorbiculari, tuberculoso, grosse sulcato, nudo, ferrugineo sordido; margine obtusiusculo, inflexo, albido; poris angulatis, inæqualibus, denticulatis, pallide cinnamomeis, intus contextuque ferrugineis.

Hab. ad truncos in insula Java. — Pileus 3-4 cm. latus.

163. **Fomes aruensis** Berk. Linn. Journ. XVI, p. 43, Fungi of Chal- 5434

lenger n. 163. — Pileo dimidiato, tenui, sulcato-zonato, radiato-

rugoso, primum pulverulento-brunneo; margine tenuiori; hymenio concolori; poris demum elongatis; contextu ferrugineo.

Hab. ad truncos in ins. oceanica Aru. — Pileus 5 cm. latus, 3, 5-4 cm. longus; pori 100 μ . circ. diam.

164. **Fomes propinquus** Sp. Fungi Arg. Pug. III, p. 7. — Pileis dimidia- 5435
tis, applanatis, deorsum inferne subeffusis, saepius lateraliter pluribus connato-continuis (3 cm. lat. front., 1 cm. crass. bas.), superne glabris, rugosulis hinc inde minute scrupulosis, marginem versus concentricè zonato-sulcatis; cute primo tenui, molli, fulvo-fusca, subnitente, dein crustacea dura, fusco-ferruginea; hymenio pororum oribus elliptico-angulosis, e basi radiatum elongatis, saepius majusculis, $\frac{1}{3}$ - $\frac{1}{2}$ mm., integerrimis. carne suberoso-subfloccosa, coriacea, dura, fulvo-ferruginea, sub sectione non nitente, 3-4 mm. crass. cum hymenio continua; tubulis parietibus crassiusculis intus ferrugineo-fulvis, nubecula pruinosula fulvo-carnea vestitis plus v. minus elongatis 0,5 cent. l.

Hab. ad asserem vetustum fabrefactum en la Boca del Riachuelo in Argentina Amer. merid. (Spegazzini).

165. **Fomes pachyotis** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 37. — Pileo 5436
horizontali, orbiculari dimidiato 18 cm. diam., 9 cm. lat., explanato, subungulato, antice rotundato postice subreniformi-truncato; cute crustacea, crassa, carni arte adnata, sub pressione grosse areolato-fragili, pallide testacea v. fulvo-testacea, opaca, glabra, tactu tamen asperula, sulcis 1 v. 2, validis plurimis, aliis subobsoletis, concentricis notata; margine erecto incurvulo, acutato-rotundato, undulato-repandulo, postice medio pulvinate-incrassato lateque truncato-adnato; carne subcrassiuscula, 0,5-1 cm. crass., ferruginea v. testaceo-cinnamomea, sub cortice pallidiore, floccosa-fibrosa, dense obsoletissimeque zonata; hymenio compacto duro, planissimo, primo pulvere sordide albo obducto, dein nudo e griseo pallide sordideque ferrugineo, ubique peripherice margine mediocri, 1-2 mm. subzonato, crustaceo limitato; tubulis longiusculis, 1-5 cm. long., umbrino testaceis intus pulvere griseo saepius conspersis, ore minuto, 150 μ diam., rotundato-ungulato, dissepimentis subcrassiusculis, 80-100 μ . cr., acie acutiuseculis, integerrimis.

Hab. ad truncos Paraguari (Balansa).

166. **Fomes hylocharis** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 36. — Strato- 5437
sus; pileo maximo orbiculari-expanso, 30 cm. diam., 25 cm. lat. postice rotundato adnato, superne applanato, concentricè pluri-sulcato, plicis seu marginibus pilei annorum praeteritorum duobus

posticis planis distantibus, tribus anticis subungulatis superimpositis, omnibus valde prominentibus, crassis, acutato-rotundatis, undulato-zonatis, laxe obsoleteque gibbuloso-undulatis; cute crassa, 1 mm. cr., durissima, carni arcte adnata, fusco-subatra v. sordide plus minusve obducta levi v. lepra arcte adpressa testaceo-ferruginea plus minusve obducto; margine subrecto acutiuscule rotundato, crasso, durissimo intensius colorato; carne subtenui, 0,5-1 cm. crassa, suberoso-floccosa, ferruginea cuti hymenioque concreta; hymenio plano v. undulato primo pulvere albescente obducto, dein nudo et pallescenti-ferrugineo, compactissimo duro, postice leniter effuso, subdecurrente, sed ubique ad marginem pilei latiusculo, 3-10 mm. lat., crustaceo, fusco limitato atque adeo zonula sterili prominula, pallidiori, strictiuscula, 1,5-2 mm. lat., diviso; tubulis longiusculis, pluri-stratosis, strat. 2,5-4 cm. umbrinis, compactissimis, gracilibus, ore minuto, 100-150 μ . diam., intus plus minusve griseo-pruinulosis; dissepimentis tenuibus, 30-35 μ . crassis, acie integerrimis.

Hab. ad truncos Guarapi (BALANSA).

167. **Fomes focalis** Ksch. in Grev. X, p. 54. — Hujus fungi segmentum modo lamellare adest quod, obiter inspectum, e *F. fomentario* 5418 sumtum videtur; sed pileus crusta laccata, castanea est obductus, fomentum vero ferrugineum sericeo-nitens et tactu mollissimum, ut velutium diceret.

Hab. ad truncos prope Murraysburg Africae australis (MAC-OWAN). — Forma pilei ex unico fragmento non eruenda, hinc species dubia.

168. **Fomes reniformis** Morg. Myc. Miam. Polyp. p. 103. — Pileo 5439 sessili vel substipitato, reniformi vel dimidiato, adscendenti, sursum concavo deorsumque convexo, superficie ferrugineo concentrica sulcato et subzonato; margine tenui acutoque; poris minutis, ferrugineis, ore albidis.

Hab. ad basim arborum velustarum Miami Walley Ohio America bor. — Pileus 7,5-15 cm. latus, 2,5 cm. basi crassus. See Cooke *F. incrassato* subjungendus.

***** Contextu flavo v. olivaceo.

169. **Fomes endotheius** Berk. Chall. 1874-75. n. 211. — Pileo un- 5440 gulato, fulvo, pulverulento-velutino; contextu duro, sulphureo; hymenio pallide umbrino; poris punctiformibus

Hab. in insula Malanipa Philippinarum. — Pileus 5 cm. latus, 4 cm. altus. Affinis *F. igniario*; pileus 2-3-costatus.

170. **Fomes subolivaceus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 313. — 544
Pileo rigido, crassiusculo, tomentoso, extus ezonato, rugoso, subolivaceo; margine obtuso; contextu fibroso, zonato, concolori; poris minutis, brunneis, acie subtomentosis.

Hab. ad ligna emortua, Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 5 cm. latus, $2\frac{1}{2}$ longus; pori $\frac{1}{4}$ mm. diam.: in *F. rubensueliano* multo minores $\frac{1}{8}$ mm. haud excedentes.

***** Contextu rubro.

171. **Fomes crociticinctus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 311. — 542
Durus, rigidus, reviviscens; pileo zonato-sulcato, rugoso, brunneo, sublaccato, glabro; margine lobato, juniore crocato tomentoso; hymenio crocato; poris minutis; dissepimentis tenuibus.

Hab. ad ligna emortua, Cuba (C. WRIGHT) et in ditone Sarawacensi, Bornæ (O. BECCARI). — Pileus 3 cm. longus et latus, elongato-dimidiatus; pori $\frac{1}{5}$ mm. diam. Eius forma juvenilis, ex integro tomentosa. Ex Cesatii sententia potius forte *Inodermeis* quam *Placodermies* inscribendus.

172. **Fomes Kermes** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 49. — Pileo 544
ileo dimidiato, conchiformi, sulcato-zonato, velutino, scabro, lateritio; contextu cinnabario; hymenio pallido marginato; poris minutis.

Hab. ad ligna emortua in regione centr. ins. Ceylon (TAWARRES) et Perak pœnins. Malacensis. — Pileus 5-8 cm. latus, 18-25 mm. longus; pori $\frac{1}{8}$ mm. diam.

173. **Fomes pyrrochreas** Cooke Grev. 1885, p. 11. — Durus, effu- 544
sus, centro affixus; margine reflexo, arcte pileiformi, sulcato-zonato, glabro, brunneo, crusta dura tecto; contextu aurantio-rubro; hymenio pallido, marginato; tubulis brevibus stratosi; poris minutissimis, rotundis, æqualibus, $\frac{1}{4}$ mm.: dissepimentis crassiusculis.

Hab. ad caudices in Nova Guinea, Australiæ (Centurio ARMSTRANGE). — Affinis *F. Kermeli* B., a quo differt pileo glabro, brunneo, poris minutis, nec non pilei crusta compacta. Vulgo effusoresupinatus margine reflexo, pileus circiter 12 mm. latus, 6 mm. crassus atque 8 cm. longus.

174. **Fomes lateritius** Cooke in Grev. IX, p. 12. — Pileo suberoso-li- 544
gnoso, explanato, dimidiato-sessili, sublateritio, concentricè viridi-zonato, postice tuberculoso duro, opaco, intus molli, liete lateritio; poris minutis rotundis confluenti-stratosi, ferrugineo-fuscis, $\frac{1}{2}$ mm. d.

Hab. in lignis, Rio Janeiro Brasiliæ (GLAZIOU). — Pileus 20-25 cm. lat. 10-12 cm. long., 5 cm. cr. Contextus minus densus quam in *F. ulmario*, pori tenuiores quam in *F. fomentario*.

- 175 **Fomes Demidoffii** Lévell. in Demid. Exp. p. 20, t. 3, Fr. Hym. 5446
Eur. p. 562. — Pileo lignoso-suberoso, pulvinateo, crasso, zonato, undulato, subtomentoso, cinnamomeo, demum denudato, rimoso; margine obtuso lateritio; poris angulatis, ochraceis.

Hab. ad truncos Juniperi excelsæ in Europa et Pini silvestris pr. Minussinsk Sibiriae Asiaticæ. — In specimine sibirico margo fuscidulus est, non vero, ut diagnosis vult, lateritius, hinc species non satis certa. *F. cinnamomeo* forsan affinis.

176. **Fomes roseus** (A. S.) Fr. Syst. Myc. 1, p. 372, Hym. Eur. p. 562, 5447
Weinm. p. 329, *Bolet.* Alb. et Schw. p. 251. — Pileo suberoso-lignoso, duro, triquetro, lev. subfasciato, extus intusque roseo, extus fuligine cinereo-nigricante afflato, intus floccoso-fibroso; poris minutis, rotundis, concoloribus; sporis 6 μ . long.

Hab. ad truncos abiegnos aliosque in Europa. — Pileus 5-12 cm. latus, basi 1-3 cm. crassus. Subcæspitosus. Hujus monstrositas subterranea est *Poria Stalactites* Hoffm. Veg. Crypt. pag. 11, t. 7 seu *Polyp. Stal.* Pers. Myc. Eur. 2, p. 92. Cf. Elench. p. 105.

- E. IMPOLITI Fr. Noy. Symb. p. 65. Pileus dimidiatus, lignosus, perennis, primitus anodermeus, floccosus v. pruinosus, dein indurato-incrustatus, substantia ipsa rigente. Contextus fibroso-radians, descendens in poros stipatos elongatos non stratosos.

* Contextu pallido.

177. **Fomes martius** Berk. in Hook. Journ. 1856, p. 198, Dec. n. 575. 5448
— Pileo pulvinateo, dimidiato, atro-sanguineo, zonis pallidis notato, glabro; contextu pallido senectute umbrino; hymenio pallido; poris punctiformibus.

Hab. ad ligna emortua, Panuræ Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 7-8 cm. latus; caro pallida, dein umbrina. *F. rutnerato* Lév. proximus at distinctus.

178. **Fomes hemileucus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 312, — Pi- 5449
leo suberoso, crassiusculo, rigido, dimidiato, subtiliter tomentoso albo, postice leviter laccato rufo; hymenio albo; poris minutis, rotundis, acie obtusis.

Hab. ad caudices in silvis, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 8 cm. latus, 4 cm. longus; pori $\frac{1}{5}$ mm. diam. Affinis

- F. vulnerato* Lev., qui plane diversus poris valde minoribus. *F. Persoonii* Mont. est etiam ex affinis sed poris multo latioribus.
179. **Fomes exotephrus** Berk. Challeng. Exp. n. 245. — Pileo duro, 5450
sulcato-zonato, primitus subtiliter tomentoso-glabrescente; margi-
næ sulcato, prominulo, obtuso, lobato; contextu lignicolore; poris
brunneo-ferrugineis, minutis.
Hab. ad truncos ad Admiralty ins. Oceaniæ. — Pileus 6 cm.
circ. latus. Affinis *Fomitii caliginoso* sed caro pallida, nec intense
ferruginea.
180. **Fomes contrarius** Berk. et Curt. Grevillea XV, p. 21. — Pileo 5451
subzonato; vertice affixo vel subimbricato, 3-5 cm. lat., brunneo,
primo ochraceo, dein obscuriori, concentricè leniter sulcato-depres-
so, tenui, rigido, tomentoso, demum glabrescente; contextu tenui,
lignicolori, fibroso-radiato; tubulis contextu æqualibus; poris mi-
nutis, regularibus, rotundatis, $\frac{1}{5}$ mm. diam, hymenio albo, demum
argenteo-griseo.
Hab. ad truncos Cubæ Amer. centr. et Brisbane in Queensland
Australiæ. — Magis tomentosus atque zonatus quam *Fomes he-
mileucus* B.
- * * * Contextu fulvo v. cinnamomeo.
181. **Fomes tasmanicus** Berk. Fl. Tasm. p. 254. — Pileo angusto, 5452
sulcato, pallide fulvo, tomentoso; hymenio contextuque concolori-
bus; poris minutis, punctiformibus, 211-212 μ .
Hab. in ligno putri in Tasmania (ARCHER). — *F. conchato* et
F. salicino analogus.
182. **Fomes anisopifus** Lév. Champ. exot. p. 191. — Imbricatus, du- 5453
rissimus; pileis sessilibus, semiorbicularibus, tuberculosis, grosse
sulcatis, tomentosulis, cervinis; contextu ferrugineo; poris conspi-
cuis, angulatis, pallide cinnamomeis.
Hab. ad truncos, Java. — Doct. Cooke ducit ad *P. pubescen-
tem*, sed ab hoc contextu durissimo, ferrugineo abhorret.
183. **Fomes Fullageri** Berk. Challeng. III, p. 54. — Durissimus; pi- 5454
leo pulvinate, postice nigrescenti-brunneo, antice subtiliter velu-
tino, rhabarbarino, rugoso parce sulcato; vertice elongato; con-
textu fulvo; poris minutissimis.
Hab. ad truncos, Lord Howe island Australiæ (FULLAGER). —
Pileus 8 cm. latus, 1-1,5 cm. longus, 3,5-4 cm. crassus; pori 130
 μ . diam.

184. **Fomes inamoenus** Mont. Nilgh. n. 116 bis, et descr. in Cent. III, 5455
post n. 42. — Apus; pileis suberosis sculari-imbricatis, semior-
biculari-reflexis contextuque concoloribus cinnamomeis, supra con-
vexis ob tomentum brevissimum contextum ad tactum mollibus,
colliculosis; margine tumidiusculo, subtus planiusculis, inaequali-
bus; poris longis, minutis, rotundis, obtusis.

Hab. ad truncos in montibus nilgheriensibus Indiae (PERROTET).

185. **Fomes auriformis** Mont. Gay., n. 359, Syll. Crypt. n. 505. — 5456
Apus; pileo lignoso, suberoso, duro, semiorbiculari, conchato, centro
subtuberculoso rugoso, marginem versus acutum concentricè zona-
to, glabro, cinnamomeo-fulvo, intus concolori; poris brevissimis,
minutissimis, angulato-rotundis, spadiceis, ore acuto farinosis.

Hab. ad truncos, Guyana Amer. merid. (LEPRIEUR).

186. **Fomes sarcitus** Fries Nov. Symb. Myc. p. 66. — Pileo lapi- 5457
deo-lignoso, applanato, ex accrementis imbricatis-sulcato, fibroso-lac-
cero, subsquamoso, umbrino, intus fulvo-luteo, striis radiantibus
albis variegato; poris minimis, obtusis, aequalibus, pallide fulvis,
saepe obturatis.

Hab. ad truncos ins. San Jan Indiae occidentalis (ERSTED). —

A *F. heteroporus* Mont. vable differt.

187. **Fomes capucinus** Mont. Cent. VII, p. 37. — Pileo suberoso-li- 5458
gnoso, convexo, e reniformi flabellato, tomentoso, molli, ferrugineo-
badio, concentricè striato-sulcato; margine acuto, interdum postice
in pseudopodium prolongato; contextu fulvo-cinnamomeo (capucino)
bistrato; poris exiguis oblongis aut irregularibus intus et ore tenui
cinnamomeis.

Hab. ad truncos in Brasilia (WEDDILL).

188. **Fomes heteroporus** Mont. Cent. II, n. 95. — Dimidiatus, scutato- 5459
vel umbonato-affixus; pileo tenui, coriaceo-suberoso, pulvinate con-
centricè zonato, e cinereo umbrino-nigrescente, fibris rigidis appres-
sis (hinc *Trametes* species?) raro recurvis longitrorsum lineato,
etiam glabrato; margine acuto deflexo; contextu floccoso, fusco,
stratis pallidis variegato; poris mediocribus, stratosi, pro ratione
longis, junioribus rotundis ore obtusissimis, annotinis majoribus,
subheduleis, acutis, haud laceratis; dissepimentis attenuatis intus
floccoso-albis.

Hab. ad truncos, Galega (V. LEDUC). — Singularis et quoad ge-
nus ambiguus.

189. **Fomes rufo-flavus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 310. — Pi- 5460
leo dimidiato, e subtiliter pubescente glaberrimo, polito, sublaccato,

zonato, subundulato, rufo; margine tenui; hymenio citrino; poris minimis, subrotundis, acie obtusis.

Hab. ad ligna emortua, Singapore penins. Malacensis, Sarawak Bornei, Colombo, Ceylon (O. BECCARI), Cubæ (C. WRIGHT) et Venezuelæ Amer. merid. — Pileus 18 mm. latus, 12 mm. longus; pori $\frac{1}{7}$ mm. diam. Ob pileum nitide rubrum atque hymenium citrinum ad *Anadermeos* accedit. Parvus, elegans. Sec. Cesati specimina juvenilia cuticula rufa secernibili tecta, mox sanguineo-laccata.

190. **Fomes pullus** B. et Mont. in Berk. Dec. Fung. n. 13, Mont. 5461

Syll. n. 495. — Apus, minimus, subimbricatus, lateraliter confluent, durus; pileo dimidiato, porrecto, semiorbiculari, conchato, supra subtilissime velutino minute concentriceque zonato hymenioque spadiceo-pullo, zonis tenuibus subcristulatis; margine acuto scabriusculo; poris contextuque ferrugineo-fuscis, minutis, angulatis, ore cinereis.

Hab. ad truncos in insula Java (ZOLLINGER).

191. **Fomes pusiolus** Cesati Myc. Born. p. 5. — Pileo fuscello, lineo- 5462

lis concentricis notato, glabro; margine acutissimo; contextu pallidioris ad gilvum vergente uti hymenium planum vel concavum; poris microscopicis, acie tenui acuta.

Hab. ad Sarawak Bornei Malesiæ (O. BECCARI). — Minutus, magnitudine Pisi dimidiati, omnino resupinatus, centro adfixus. *Poronie punctate* formam fere simulans.

192. **Fomes scutellatus** Schw. Amer. bor. n. 387, p. 157. — Minor, 5463

rarius dimidiatus, 1-2,5 cm. latus, plerumque basi affixus, hinc scutellatus, orbiculatus vel inæqualiter undulatus; pileis durissimis, nigro-fuscis, zonis sulcato-rugosis, plicatis, glabris; margine albo subprominente; hymenio excavato, albo, pulverulento; poris minutis, rhombeis demum nigrescentibus, tubulis albo-cinereis, centro longioribus.

Hab. in ramis et truncis Syringæ, Bethlehem et New York Amer. fœder. (PECK). — Forma **noveboracensis** vulgo dimidiata atque plus minus unguolata. Pori non manifeste rhomboidei in plerisque speciminibus, neque nigrescentes, in speciminibus unguolatis elongati atque longitudine crassitiem hymenophori multo superantes. In statu juvenili pileus tomento velutino minuto, ætate tamen evanido, vestitus atque vel uniformiter nigrescens, vel nigricans zonis pallidioribus variegatus, raro ex integro pallidus. In truncis Alni et Hamamelidis Virginicæ.

*** Contextu rhabarbarino v. ferrugineo

193. **Fomes holosclerus** Berk. Dec. of Fung. n. 173. — Durissimus; 5464
pileo tenui, utrinque plano, semiorbiculari, rubiginoso, acuto, plus
minus tuberculoso, zonato, scabriusculo, glabrato; hymenio con-
textuque rhabarbarinis; poris minutissimis angulatis.

Hab. ad ligna emortua et truncos, Ceylon (THWAITES, GARDNER),
Panurè Brasiliæ (SPENCE). — Pileus 12-13 cm. latus, 7-8 cm. lon-
gus; pori oculo inermi vix conspicui. *F. rubiginoso* Berk. et *F.*
seni N. et M. subaffinis.

194. **Fomes lineato-scaber** B. et Br. F. Brisb. II, n. 148, pag. 59, 5465
t. XI, f. 1, p. 11. — Pileo dimidiato, postice descendente, rigido,
brunneo, margine pallido frequenter zonato, lineato-radiato, sca-
broso; hymenio rhabarbarino; poris punctiformibus; dissepimentis
obtusis.

Hab. ad truncos North Queensland Australiæ (WOOD). — Pi-
leus 10 cm. latus, 6 cm. longus; pori 300 μ . diam. Pulcherrima
species, *Polyporum gilvum* in mentem revocans.

195. **Fomes spadiceus** Berk. Exot. Fung. p. 388. — Durus, corti- 5466
ceo-suberosus; pileo subtili, brunneo-nitente, minute velutino, cre-
bre zonato; hymenio ferrugineo-cinnamomeo; poris minutis, sub-
rotundis, cinnamomeo-albescentibus.

Hab. ad truncos in India orientali (WRIGHT). — Pileus 3 cm.
longus, 6 cm. latus.

196. **Fomes caryophylleus** Cooke Grevillea XV, p. 21. — Totus ru- 5467
fo-brunneus, caryophyllaceus; pileo suberoso, conchato, subtenui,
leniter concentricè sulcato, velutino, intus concolori; hymenio con-
cavo; margine acuto; poris regulariter rotundatis, minutis, $\frac{1}{2}$
mm. diam.

Hab. ad truncos Brasiliæ (GLAZIOW).

197. **Fomes inflexibilis** Berk. Hook. Journ. 1856, p. 199, Dec. n. 576, 5468
P. recurvus Berk. — Pileo unguolato, brunneo, cristato-sulcato,
durissimo; contextu ferrugineo; hymenio umbrino; poris puncti-
formibus.

Hab. in truncis emortuis Panurè Brasiliæ et in insula Borneo.
— Pileus 5 cm. latus.

198. **Fomes pectinatus** Klotzsch in Linn. VIII, p. 485, Fr. Epicr. 5469
p. 467, Hym. Eur. p. 559, *P. conchatus* Quéf. t. 17, f. 5. — Pi-
leo suberoso-lignoso, duro, triquetro, supra concentricè lamellato-

plicato, tomentoso-leproso, ferrugineo-fusco; margine porisque minimis, curtis, obtusis gilvis, nudis (num semper?).

Hab. in regione Jurana Europæ, in India or., Amer. bor., Australia, Cuba, insula Malamon Philippinarum. — Pileus 2,5 cm. v. ultra latus. Icon Queletii tam exacte congruit cum specimenibus ex India orientali, ut ad hæc facta facile crederes. Fr. l. c.

199. **Fomes linteus** B. et C. N. Pac. exp. n. 96. — Durus, ponderosus; pileo dimidiato, sulcato, radiatim rimoso, brunneo, villo albicante dealbato; margine tenui; contextu ferrugineo; hymenio cinnamomeo; poris minutis, punctiformibus. 5470

Hab. ad cortices emortuos, Nicaragua Amer. centr.

200. **Fomes calvescens** Berk. Ann. Nat. Hist. 1839, p. 396. — Cervinus, sat teavis, durus, suberoso-coriaceus; pileo dimidiato subimbricato, ruguloso, demum levigato, margine læte zonato, pulchre velutino; hymenio inæquali; poris minutis, angulosis, dissepimentis tenuibus, margine abrupte sterili. 5471

Hab. ad truncos, New Orleans Amer. bor. — Pileus 3,5-4 cm. long., 6 cm. lat.

201. **Fomes caliginosus** Berk. Challeng. Exp. n. 209. — Pileo tenui, rigido, sæpe longe decurrente zonato, lineato-rugoso, atro-brunneo; margine acuto crenato-lobato; contextu hymenioque ferrugineo; poris minutis. 5472

Hab. in truncis ins. Malamon Philippinarum. — Pileus 12-15 cm. latus, 8 cm. longus; pori stratosi, minores quam in *Fomite australi*.

202. **Fomes rubiginosus** Berk. Fung. Flor. Van Diem. p. 324, non Rostk. — Horizontalis, solidus, sessilis, tenuis, zonatus, rugosus minute velutinus præcipue in juventute, ferrugineus, senectute brunneo-tinctus, margine subinde rufescenti-griseo; carne ferruginea; hymenio inæquali, ferrugineo; poris minutis, rotundis. 5473

Hab. in lignis putridis in Tasmania. — Affinis *Fom. Ribis*.

203. **Fomes loricatus** Pers. Myc. Eur. II, p. 86 (var. glaucoporus). — Gregarius, durissimus, perpendicularis; pileo crassiusculo, spadiceo, rugoso-tuberculoso, substrigoso; poris minutissimis, æqualibus, glauco-ferrugineis, materia glauca primo obductis, dein cinnamomeis. 5474

Hab. ad basim truncorum in Gallia (CHAILLET), — 5 cm. latus, 8-9 mm. cr., irregularis, subfasciatus, in pilei parte subexcavatus, in parte porifera convexus, margine subacuto. — Var. **phæoporus** Pers. l. c.: latior; pileo undulato, magis glabro; mar-

gine prominente; poris conspicuis rubiginosis. Ad Salices cum muscis connatus.

204. **Fomes substygius** B. et Br. in Cooke Præc. Polyp. n. 522. 5475
Hab. Perak Malaccæ (ex Grevillea). — Cl. Cooke citat l. c. B. et Br. Fungi Ceyl. n. 463 ubi describitur forma repetito zonato-sulcata *Polyp. senis* Mont.

**** Contextu umbrino.

205. **Fomes nicaraguensis** B. et C. North Pac. exp. n. 97. — Ungu- 5476
 latus; pileo ex albido pallide umbrino, subtiliter tomentoso, levi, contextu umbrino; hymenio irregulari brunneo; poris minutis.

Hab. in ligno emortuo, Nicaragua Amer. centr.

206. **Fomes Gourliei** Berk. Fl. Tasm. p. 253. — Dimidiatus; pileo 5477
 convexo, parce zonato, stipiteo-velutino, umbrino; contextu molli-suberoso porisque mediis, angulatis, concoloribus, 500 μ . lat.

Hab. in corticibus in Tasmania (W. GOURLIE). — Affinis *F. fulvo* et *F. excavato* Berk. Pileus 25 mm. lat.

207. **Fomes endapalus** Berk. Austral. Fung. n. 81. — Pileis imbricatis, 5478
 coriaceis, spadiceis, longitudinaliter lineato-rugosis, subtiliter tomentosis; margine sterili pallidiorè; hymenio concolori; poris minutis, angulatis, postice elongatis; contextu molli.

Hab. pr. Tweed River Australiæ (GUILFOYLE). — Pileus $2\frac{1}{2}$ -8 cm. latus, 12 mm. longus; pori $\frac{1}{5}$ mm. lat.

208. **Fomes calcitratus** B. et. C. Journ. Linn. Soc. X, pag. 314. — 5479
 Pileo durissimo, dimidiato, concentricè sulcato zonatoque umbrino, vallis subvelutino-spongiosis rugosis; margine acuto; hymenio subferrugineo; poris minimis, punctiformibus; contextu umbrino.

Hab. in ligno emortuo, Cubæ (C. WRIGHT). — Pileus 9 cm. latus, 6 cm. longus; pori $\frac{1}{2}$ mm. lat.

209. **Fomes strigatus** Berk. Decad. of Fung. n. 174. — Pileo rigido, 5480
 tenui, semiorbiculari, brunneo, zonato, strigis parvis notato; contextu concolori; poris parvis, brevibus, rotundis, brunneolis.

Hab. ad arbores occiduas in silvis, Hantane, Ceylon (GARDNER). — Pileus 8 cm. latus, 5 cm. longus; pori minuti, $\frac{1}{4}$ mm. haud æquantes.

210. **Fomes Curreyi** Berk. in Grev. XV, p. 21, *Polyporus xerophyl-* 5481
laceus Curr. Linn. Trans., Ser. 2, Vol. I, p. 120 (non Berk.). — Pileo rigido, suberoso-coriaceo, dimidiato, reniformi, radiato-stri-goso, subseruposo, brunneo, concentricè zonis elevatis rugoso; con-

textu fusco; hymenio tabacino; poris rotundatis, regularibus, $\frac{1}{4}$ mm. diam.; dissepimentis crassiusculis.

Hab. ad truncos in insulis Andaman, Perak pænisulæ Malacensis, Indiæ, Australiæ. — Caret zonis numerosis, obscuris, concentricis *P. æerophyllacei* Berk.; crassior atque magis fulvus. Pori duplo latiores; habitus minus delicatus atque penitus differens.

**** Contextu atro-violaceo (v. ignoto).

211. **Fomes melanoporus** Mont. Cuba p. 422, Syll. Crypt. n. 503. 5482

— Apus; pileo suberoso-lignoso, duro, convexo, pulvinate, supra tomentoso, profunde sulcato, sordide fusco, margine obscuriori, intus atro-violaceo; contextu floccoso vel fibroso radiante; poris tenuissimis, longis, acutis, ferme atris granulaque atomaria resinosa nitida foventibus, dissepimentis tenuibus.

Hab. ad cortices, Cuba America centr. (RAMON DE LA SACRA, C. WRIGHT).

212. **Fomes melanoporoides** Cesati Myc. Born. p. 5. — A *P. melano-* 5483

noporo Mont. pileo non sulcato, sed omnino inæquabili, differt; facies lurida; totus, etiam contextu, e violaceo nigricans, poris minutissimis acie obtusa.

Hab. ad truncos Sarawak Bornei Malesiæ (O. BECCARI).

213. **Fomes ponderosus** Kalchbr. in Grevillea X, p. 99. — Pileis 5484

lignosis, durissimis, dimidiato-sessilibus, scalarimbricatis, conchatis, indurato-incrustatis, scabriusculis, luride griseis ad basin fuligineo-fuscescentibus; margine tenni quidem sed obtusiusculo v. tumente, subdeflexo; poris minimis, rotundis, umbrino-nigricantibus.

Hab. ad truncos Rockhampton Australiæ (MÜLLER). — Fungus duritie et pondere insignis. Pileoli 2,5-5 cm. lati, eumorphi, 4-6 mm. crassi, margine deflexo, eleganter limbati. Colore pororum et forma ad *Dichroos* accedit; sed ceteræ notæ hunc fungum ad *Impolitos* trahunt.

F. LEVIGATI FR. Nov. Symb. p. 71, *Lignosi* Fr. Epicr. p. 470. — Pileus dimidiatus, lignosus (etiam primitus aridus quo a Polyporis lignescensibus differt), cuticula tenni, levigata (non discreta heterogenea) tectus, subpolitus (junior vero sepe flocculosus). Pori stipati non stratosi, contextus floccoso-fibrillosus, pallidior.

* Contextu albo v. pallido.

214. **Fomes connatus** Fr. Epicr. p. 472, Hym. Eur. p. 563, Ic. t. 185, 5485
f. 2, Gill. Champ. c. ic., Berk. Outl. p. 218, Batt. t. 37, f. G. (in

Ulma). — Pileis suberoso-lignosis, effuso-reflexis, scalari-imbricatis, conerescentibus, villosis, albis cinereisve, intus porisque stratosus, minutis, subrotundis albis.

Hab. ad varias arbores. ex. gr. Acerem platanoideum, Populum tremulam in Europa, Acerem saccharinum, Sandlake, New York Amer. bor. (Peck), ad truncos Ohio (Ellis). — *P. connatus* Weinm. Ross, p. 332, in Acere quoque lectus, cum nostro convenit, excepto pileo lateritio.

215. **Fomes Neesii** Fr. Syst. Myc. I, p. 370, El. p. 91, Hym. Eur. 5486 p. 564. — Candidus; pileo lignoso, tenacissimo, conchato, azono, primo villoso, dein glaberrimo, intus concolore; margine acuto; poris subrotundis, inæqualibus, obtusis.

Hab. ad ramos dejectos Fagi in Europa. — Omnino superficialis et facile liber, vulgo simplex, interdum vero conerescens, primitus rigidus et tenax. — Var. **minor** pileo villoso, rugoso, sordido, poris denticulatis: ad ramos Alni dejectos.

216. **Fomes annosus** Fr. Syst. Myc. I, p. 375, Epicr. p. 471, Hym. 5487 Eur. p. 464, Ic. t. 186 f., Berk. Outl. p. 247, *P. scoticus* Klotz. A. pileo reflexo subpileato, poris obtusis, *P. subpileatus* Weinm. p. 332, Klotzsch Herb. Myc. 2, *P. resinusus* Rostk. 4, t. 29, *P. serpentarius* Pers. Myc. Eur. 2, p. 82; B. pileo toto resupinato, poris inæqualibus, *P. scoticus* Klotzsch. — Pileo lignoso, e convexo applanato, rugoso-tuberculoso, sitaneo brunneo sericeoque, hornotino annosoque crusta rigida, glabra, nigricante obducto, intus albo; poris mediis, albidis; sporis ovoideis vel oblongato-ovoides hyalinis, $5 \approx 4$.

Hab. ad radices truncorum, præcipue in truncis cavis in Europa, Amer. bor. et Cubæ (C. WRIGHT). — Totus 10-13 cm. longus, 5-8 cm. latus. Quoad formam admodum varia, sed optima et clare distincta species.

217. **Fomes populinus** Fr. Syst. Myc. I, p. 367, Hym. Eur. p. 564. — 5488 Albus; pileo suberoso-lignoso, rigido, azono, villoso, intus concolore; margine obtuso; poris minutis, curtis, rotundis.

Hab. ad Populos albas et nigras in Europa. — Pileus singulus 1-1½ cm. latus. Imbricatus, basi decurrente conerescens, transversim dilatatus. In Pop. nigra vidit Fries subsolitarium, pileo primo flocculoso-farinoso, vetusto durissimo et lignoso. Uterque intus candidus, non stratosus; hinc Secr. n. 60 carne alutacea (nisi succo arboris sit imbutus) recedit. Forte huc spectat *Trametes lignicola* (*populina*) Lasch in Kl. Herb. n. 1809, Bot. Zeit. 1854,

p. 186: pileo suberoso, effuso-reflexo, tomentoso; margine obtuso; poris majoribus, subæqualibus, angustis. Ad ramos Populi tremulæ, Driesen Germaniæ.

218. **Fomes castaneus** Fr. Syst. Myc. I, p. 369, Hym. Eur. p. 564, 5489

P. populneus Pollini Pl. Veron. I, p. 34. — Pileo coriaceo-lignoso, applauato, levi, glabro, azono, castaneo, intus albo; poris curtis, rotundis, minimis, luteolis, marginem versus fusciscentibus.

Hab. ad Populos nigras Italiæ et Germaniæ. — Pileus vix 5 cm. crassus. *F. variegato* respondet, sed minor et coloribus recedens. *P. castaneus* Rostk. pileo zonato et textura diversus.

219. **Fomes ægerita** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 70. — Albidus; pileo 5490

suberoso-lignoso, planiusculo, dimidiato, basi decurrente, azono, primum flocculoso, dein glabro; contextu flocculoso, albo; poris minutis, rotundis, intus extusque pallescentibus, integris, ore inæquali acuto, in stratum heterogeneousum stipatis.

Hab. ad truncos in Mexico Amer. bor. — Pileus 5 cm. latus. Affinitate naturali *F. supino* et *F. microporo* forsan proximus sed omnium partium colore distinctus.

220. **Fomes compressus** Berk. in Hook. Journ. 1845, pag. 53, Dec. 5491

n. 30. — Minor, oblique compresso-ungulatus; pileo zonato, lineato-rugoso, primum albedo-fulvo, demum brunneo-nigro; contextu angustissimo, albedo; hymenio obliquo, albo; poris stratosi, parvis, punctiformibus, subintegris.

Hab. in ligno emortuo duro in Australia (DRUMMOND). — Pileus 2,5 cm. latus, 8-9 mm. longus; pori 250 μ . diam. *Fomitil annoso* affinis dicitur.

221. **Fomes microporus** (Sw.) Fr. Syst. Myc. I, p. 376, Epicr. p. 472, 5492

Berk. Fung. Brit. Mus. p. 375, tab. X, fig. 6, *Boletus microporus* Swartz Fl. Ind. occ. III, p. 1925. — Pileo lignoso, effuso-reflexo, rugoso, glabro, pallido, intus albedo; poris minimis, acutis, pallidis, fusciscentibus.

Hab. ad truncos Jamaicæ (SWARTZ). — Affinis *F. ulmario*. Pileus 5-7,5 cm. lat., rigidus etsi tenuis, margine reflexo subundulato. Ex ic. Berk. l. c. pileus extus argillaceus; pori violaceo-fusci, stratosi.

222. **Fomes nubilis** Fr. Epicr. p. 471. — Pileo lignoso, applanato, 5493

inæquali, glabro, azono, fusco-brunneo, circa marginem subsulcato; intus albo; poris curtis, minutis, subrotundis, obtusis, ex albo ligneo-pallescentibus.

Hab. in Guinea. — Simillimus *F. sanguinario*. Basi scutato-

dilatata adnatus. — Var. **albo-limbatus** Cooke in Grevillea: pileo glabro nigrescente, margine limbo lato, albo, per sulcum a disco discreto, cincto. Ad Bazuja Caffrariæ (Rev. Baur).

223. **Fomes Virginæ** Manc. et Sacc. *) *Polyporus cingulatus* Berk. 5494

Decad. of Fungi n. 441 (*Trametes*) nec Fr. — Suberosus, sordide albus, pileo tenui reniformi, crebri flavo-zonato, subtiliter pubescente; stipite laterali disciformi; hymenio concavo; poris minutis, punctiformibus, rotundis, acie obtusa, integra.

Hab. ad ligna emortua Perak pænis. Malacensis et Swan River Australiae. — Pileus 5-10 cm. latus, 3-5 cm. longus, 2 mm. et ultra crassus. Pori 200 μ . circ. diam. *Habitus Polysticti velutini* *).

224. **Fomes Thwaitesii** Berk. Dec. n. 489. — Candidus; pileo tenui 5495
flabellato-reniformi, subtiliter tomentososo, crebre zonato; margine acuto; poris 4-6-gonis mediis; dissepimentis tenuibus, acie tenuissima sublacerata.

Hab. in lignis putridis Ceylon et Perak. — Pileus 2,5-4 cm. lat. substipitatus; pori fere $\frac{1}{2}$ mm. diam. — Var. **umbrino-tinctus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, pag. 52: pileo reniformi, antico cavo, postice umbrino; hymenio umbrino (nec albo). Ad ligna emortua, Ceylon (THWAITES). Species videtur dubiæ sedis, inodermea sec. Berk., placodermea sec. Cooke.

** Contextu pallido.

225. **Fomes fraxineus** (Bull.) Fr. S. M. I, p. 374, Hym. Eur. p. 563, 5496

Berk. Outl. p. 247, *Boletus* Bull. t. 433, f. 2. — Pileo suberoso-lignoso, glabro, subapplanato, azono, ex albo rubiginoso fuscoque, primo levi, dein concentricè sulcato-plicato, intus pallido; poris minutis, curtis, rufo-ferrugineis, primo margineque villo sebaceo, albo obductis; sporis 6-7 μ . long.

Hab. ad Fraxinos in Europa et Demerara in Guyana Britannica Amer. merid. — Forma varius, junior mollior, sed non carnosus, vere perennans; nec tamen specimina suecica nec americana stratosata vidimus. Secr. n. 68 (excl. syn. *Pol. lucidi*) vix alius esse potest. Basis subdecurrens.

226. **Fomes heinitophrus** Berk. Fl. New Zeal. p. 179. — Pileo un- 5497

*) Species dicata ornauissimæ Dominæ VIRGINIÆ DE NOTARIS-CUBORI illustrissimi Notarisii filii, quæ vertendis pluribus diagnosisibus ex anglico idiomate beneuole operam dedit.

gulaformi concentricè sulcato, e fusco-purpureo cinerescente, subtilissime tomentoso; contextu lignicolore; hymenio concavo, albido; poris punctiformibus, stratosis.

Hab. in truncis arborum in Nova Zelandia (COLENSO) et ad truncos in Coromandel Indie. — *Fomiti fraxineo* et etiam *F. fomentario* subaffinis.

227. **Fomes variegatus** Secr. n. 45, Sowerb. t. 368, Fr. Hym. Eur. 5498 p. 563. — Pileo suberoso-lignoso, glabro, subapplanato, levi, glabro, azono, nitido, aurantio badioque-variegato, intus pallido; poris rotundis, minutis, curtis, inæqualibus lacrisque, lutescentibus.

Hab. ad truncos Fagi in Europa. — Habitu *P. varii*, sed basi, hujus sectionis more, decurrens, et Sowerby quoad substantiam cum *P. lucido* comparat.

228. **Fomes fasciatus** (Sw.) Fr. S. M. I. p. 373, Epicr. p. 471, *Bol.* 5499 *fasciatus* Sw. Fl. Ind. occ. p. 1922. — Pileo lignoso, tenui, applanato, levi, glabrescente, fusco-ferrugineo, nigro-fasciato, intus pallide fusco; poris minutis, æqualibus, obtusis, albidis.

Hab. ad caudices Guineæ, Jamaicae, Amer. centr. et Panuræ, Brasiliæ (SPRENGER). — Suberosus, durus, tenuis; pileus fere glaber, fasciis nigro-fuscis, basi haud effusa; pori exigui, rotundi, æquales, obtusi, ligneo-albidi.

229. **Fomes semitostus** Berk. in Hook. Journ. 1854, pag. 143. Dec. 5500 n. 430. — Perennis, imbricatus, subflexilis, suberosus; pileo dimidiato, tenui, lato; margine lobato, opaco subglabro, antice ligneo-pallido postice fusco-tincto, sulcato, zonato; hymenio pallido; poris minutis, stratosis, punctiformibus.

Hab. in ligno emortuo M. Khasia (Dr. HOOKER), forma resupinata ad Sarawak Bornei Malesiæ (O. BECCARI). — Pileus 3 cm. circ. latus, 10 cm. et ultra longus; pori circ. 200 μ . diam. *Polyporo tosto* similis-at minutie pororum rite distinctus.

230. **Fomes ferreus** Berk. Dec. of Fung. n. 175. — Durissimus, suberosus; pileo sitaneo cervino velutino, hornotino tenui levi subglabro fusco-fasciato, perennanti crasso rudi dealbato scabriusculo; contextu pallido-ligneo; poris minimis, pallidis, æqualibus, breviseulis.

Hab. ad ligna emortua, Ceylon (THWAITES, GARDNER), Cuba (C. WRIGHT), Brasiliæ. — Pileus 10 cm. latus, 5 cm. longus, *Fomiti fasciato* subaffinis.

231. **Fomes concentricus** Cooke in Grevillea IX, p. 12. — Pileo li- 5502 gnoso, subapplanato, levi remote concentricè sulcato, fusco, purpu-

reo-fasciato, intus duro, ligneo-pallido, zonato; poris minutis, rotundis. $\frac{1}{4}$ mm. diam., ochraceis, demum cinnamomeis.

Hab. in ligno in Japonia. — Pileus 17 cm. lat., 12 cm. long., 5 cm. cr.; tubuli fere 2,5 cm. long. *F. fasciatum* æmulatur.

232. **Fomes levissimus** Fr. Elench. p. 106, Epicr. p. 470. — Pileo 5503
suberoso-lignoso, convexo-plano, levi, glabro, azono, e testaceo ligneo-pallescente, intus concolori: poris subrotundis, obtusis, cinnamomeo-pallidis.

Hab. ad truncos, Ceylon (Wahlenberg). — Durus quidem sed pondere insigniter levis. Pileus 5-8 cm. latus et ultra, transversalis, triquetro-applanatus, margine subacuto obscuriore, intus floccosus pallidus; pori obscuriores, dilute cinnamomei, medii, breves.

233. **Fomes Kamphöveneri** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 69. — Pileo tenui, 5504
suberoso-lignoso, rigido indurato, reniformi, utrinque applanato, concentricè sulcato e pubescente glabrato, alutaceo-pallido; margine acuto, intus floccoso-pallescente; poris minutis, subrotundis, stipatis, alutaceis.

Hab. in insula Tahiti (Didrichs.). — Pileus 7-10 cm. latus, 4-7 mm. crassus, absque omnibus zonis discoloribus, junior et versus marginem sæpe in griseum vergens; pori 2 mm. vel parum ultra longi. An idem sit *P. Marianus* Pers. e descriptione minus completa non liquet.

234. **Fomes scopulosus** Berk. Hook. Journ. 1854, 143, Dec. n. 429. — 5505
Ligneus, durus; pileo subflabelliformi vertice affixo, albido, zonato, rugoso; hymenio coffeato; poris punctiformibus, acie obtusa.

Hab. ad ligna emortua prope Daintree River Australiæ nec non Sikkim Indiæ. — Pileus 12-13 cm. latus, 5 cm. longus; pori 250 μ . diam.

235. **Fomes sanguinarius** Kl. in Linn. VIII, p. 484, Fr. Epicr. p. 420. 5506
— Lignoso-tuberosus, durus: pileo applanato subtenui, interdum papilloso, fusco-sanguineo expallente, basi effuso; margine acuto villosulo; poris minutissimis, obtusis, pallide cinnamomeis; contextu pallido.

Hab. in insula Mauritiï (Telfair) et ad Sarawak Bornei Malesiæ (O. Beccari). — Pileus reniformis v. ovatus, effuso-reflexus, azonus, tuberculosus, glaber, 7,5-10 cm. latus.

236. **Fomes oblitus** Berk. Grev. XV, p. 22. — Pileo suberoso-ligno- 5507
so, convexo-applanato, reniformi, glabro, sublevi; zonis inconspicuis concentricis variegato, rufo-brunneo; margine obtuso, sub-

tus sterili; contextu ligni-colori; poris minutis, subrotundis, æqualibus, $\frac{1}{5}$ mm. diam., ochraceo-pallidis.

Hab. ad truncos in insula Mauritii et in Australia. — Pileus 5-8 cm. diam., 12-18 mm. postice latus, plerumque sublaccatus.

237. **Fomes xylocreon** Sp. Fung. Arg. Pug. III, n. 17. — Pileis dimidia- 5508
tis, ungulato-pulvinatis, maximis, 30 cm. lat., 15 cm. long., 14-18 cm. crass., solitariis v. e basi majoris centralis plurimis parvulis exsurgentibus glaberrimis, non v. obsolete zonato-sulcatis, primo levibus v. rugulosis, sordide cinereis, dein ubique horride et irregulariter verrucoso-seruposis, profunde rimulosis ob cutem diffracturimosam et pileos abortivos adnatos, pluries crasse stratosi (strat. 2-4 cm. crass.); cute pilei non v. vix crustacea, tenui, dura in senectute sordide et intense fusciscento; carne lignicolori (sordide albo-fulvo-fusca), in juventute suberosa, dein lignosa, dura compacta, radiatim fibrosa in hymenium descendente; hymenio extus primo albo, dein sordide e cinereo albo-fusciscente; poris substantia incrustante, persistente, cinereo-alba tectis; tubulis minutissimis, gracillimis, confertissimis, compactissimis, fulvo-fusciscentibus ut carni concoloribus, plus v. minus elongatis, 6-20 mm., subimpercipue stratosi.

Hab. in trunco vetusto Salicis Humboldtianæ en Barracas del Sur Argentinae Amer. merid. (SPERGAZZINI).

*** Contextu carneo.

238. **Fomes carneus** Nees in Nov. Act. Nat. Curios. XIII, t. 3, Fr. 5369
Epicr. pag. 471, Hym. Eur. pag. 563, Berk. et Br. n. 1366. — Pileo effuso-reflexo, lignoso, duro, tenui, rugoso, glabro, azono, carneo, intus concolore; poris minutis, rotundis, basi decurrentibus.

Hab. in truncis Britanniæ, Carol. inf., N. York Amer. bor., Cubæ Amer. centr., Brasiliæ, Australiæ, Javæ. — Præcedentibus minor, tenuior, sed durus et perennans. Pilei longitudinaliter effusi, imbricati, rarius solitarii, 8-10 cm. longi, $2\frac{1}{2}$ -4 cm. lati, 5-7 mm. cr.

239. **Fomes Pandani** (Lour.) Fr. Epicr. p. 469 *Boletus igniarius* 5510
Lour. Coch. p. 893. — Pileo suberoso-lignoso, pulvinate; poris tenuissimis, nudis, ruberrimis.

Hab. ad caudices Pandani in Cocincina.

240. **Fomes coccineus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 67. — Dimidiato-ses- 5511
sili; pileo suberoso, pulvinate, e flocculoso polito, azono, e gilvo alutaceo-pallescente; contextu pallido venis rubris variegato; poris stipatis, elongatis, minutis, intus forisque ruberrimis.

Hab. ad caudices in insula coralliorum Atoll Motuiti (ВЕНМ). — Pileus numquam stipitis rudimentum offert sed secus totam diagonalem latere adnatus, basi decurrens et junior multo crassior quam latus, triqueter, dein magis explanatus, 7-7,5 cm. latus, 2,5 cm. crassus, supra convexus, glabratus at non nitens. Pori circ. 2 mm. longi. A præcedente forte non differt.

**** Contextu umbrino.

241. **Fomes cinereo-fuscus** Curr. Linn. Trans. 1876, p. 124, t. XIX, 5512
f. 1. — Pileo dimidiato, lignoso, durissimo; margine tenui, basim versus incrassato, fusco-cinereo, rugoso-tuberculoso; poris minimis concoloribus.

Hab. ad truncos Pegu Indiæ. — Pileus 3,5-5 cm. latus; pori minutissimi, subinde prorsus nigri. Affinis *Fomiti ferreo, fasciato et supino*.

242. **Fomes placodes** Kalchb. Grev. IV, p. 73. — Pileo floccoso-su- 5513
beroso, utrinque applanato, subreniformi, tenui, rigido, leviter concentricè sulcato, sublaccato, verrucis multis obsito, rufescenti-ochraceo, intus obscuriore cinnamomeo-umbrino (nec fulvo); poris minimis, brevissimis, pore rotundis, integris, griseo-cinnamomeis, demum⁴ fuscidulis.

Hab. ad Rockhampton in Queensland Australiæ (THOZET). — Pondere levissimus, fere æneo-nitens.

243. **Fomes tostus** Berk. Hook. Journ. 1844, p. 189, Dec. n. 6. — 5514
Sessilis, dimidiatus, lignoso-coriaceus; pileo imbricato-canfluenti lobato-multipli, tenui, crebri-zonato, zonis hic illic elevatis, radiatim rugosis, fusco-variegato, basi effuso; poris brevibus, mediis, angularis; dissepimentis crassiusculis, subacutis, contextuque umbrino-pallidis.

Hab. in insulis Philippinis (CUMING). — Cæspes 15 cm. latus, 8-9 cm. longus; pori 500 μ . circ. lati. Sec. Fr. (Nov. Symb.) species hæc ad sectionem propriam (*Placoderma*) *Polysticti* referenda est.

244. **Fomes semilaccatus** Berk. Grev. XV, p. 22, *Polyporus zona-* 5515
tis var. *semilaccatus* Berk. in Linn. Journ. Vol. XVI, pag. 46, Chall. Fungi n. 208. — Pileo reniformi, rigido, postice laccato rufo decurrente, antice pallido, zonato rugoso; hymenio pallido; poris punctiformibus; contextu pallido.

Hab. in insula Malamon Philippinarum. — Pileus 7-8 cm. latus, 2,5 cm. longus; pori 175 μ . diam.

245 **Fomes arenosus** Cooke Grev. XIII. p. 2. — Pileo subtenui, rigido, zonato, lineato, rugoso, antice pallido lignicolori, postice atro-purpureo, plerumque discoideo-affixo; hymenio pallido; poris mediis rotundatis subæqualibus, $\frac{1}{4}$ mm. diam., granulis arenarum involventibus: contextu umbrino. 5516

Hab. ad ramos dejectos in terra arenosa Gopin in pæninsula Malacensi. — Pileus 5-7,5 cm. latus, 2-4 mm. crassus. Habitus *Polypori Parishii* Berk. at substantia brunnea præcipue diversus.

246. **Fomes sepiater** Cooke Grev IX, p. 100. — Pileo suberoso, convexo, concentricè sulcato, primo striato, demum glabro, atro-umbrino, intus pallido-ligneo; poris elongatis, $2\frac{1}{2}$ -3 mm., minutissimis, rotundatis, obscurioribus. 5517

Hab. ad ramos in Brasilia (GLAZIOW). — Pileus 2,5-4,5 cm. lat., 2,5-3 long., 3 mm. cr. Habitus fere *P. sideroidis*.

**** Contextu rhabarbarino v. ferrugineo.

247. **Fomes adamantinus** Berk. Hook. Journ. 1851, pag. 141, Dec. n. 426. — Durissimus; pileo subflabelliformi, explanato, zonato, demum glabro, crusta dura oblecto; contextu primum rhabarbarino, demum umbrino; poris stratosi, minutis, subrotundis, subconcoloribus. 5518

Hab. in ligno emortuo, M. Khasia, Sikkim et Darjeling India (Dr. HOOKER). — Pileus 10 cm. latus. Habitus *F. ferrei* v. *P. igniarivii*. Basis pilei sæpe in stipitem spurium producta.

248. **Fomes homalopilus** Mont. Cuba p. 123, Syll. Crypt. n. 501 *P. carneo-fulvus* Berk. in Fries Nov. Symb. Myc. p. 52, n. 48, ex specimine auctoris. — Dimidiato-sessilis; pileo coriaceo-suberoso, rigido, tenui, supra scabro, rubro-fusco, zona marginali latissima insigni subtusque planissimo; margine subrepando patente; contextu floccoso rhabarbarino; poris tenuissimis, brevibus, obtusis, vix conspicuis, concoloribus, demum fuliginosis, intus pallidioribus floccosofactis. 5519

Hab. ad truncos, Cuba Amer. centr. (RAMON DE LA SAGRA, C. WRIGHT).

249. **Fomes Palliseri** Berk. Grevillea X, p. 98, *Trametes arcticus* Berk. herb. — Pileo e carnosio-lento coriaceo, conchiformi, levi vel papillato; leniter sericeo, postice albo, antice cinereo-fusco; margine subacuto, sæpe albido, obscure zonato; carne alba; poris albis, æqualibus, rotundatis, mediis; dissepimentis incrassatis. 5520

Hab. ad truncos, Victoria Queensland. — Pileus 5-7,5 cm. lat., 1 cm. cr.

250. **Fomes supinus** (Sw.) Fr. Syst. Myc. p. 376, Epicr. p. 471. *Boletus* Swartz Fl. Ind. Occ. III, p. 1926. — Pileo effuso-reflexo, 5521
tuberculoso, lignoso, glabro, pallido, intus ferrugineo; poris minimis cinereo-fuscis.

Hab. ad truncos in Jamaica (SWARTZ). — Semirotundatus, effusus, 5 cm. lat. subtus minute tuberculosus, margine obtuso, intus ferrugineus; pori sub lente rotundi, obtusi: variat totus resupinatus.

251. **Fomes valenzuelianus** Mont. Cuba, p. 398, t. 15, f. 4, Syll. 5522
Crypt. n. 502. — Pileo sessili, e caruoso spongioso, suberoso, convexo applanato, e fulvo lutescente rubiginoso-fuscescente, intus concolori radiatim divergenti-fibroso, cute contigua, levi, opaco, azono, vetusto rugoso vel undulato-tuberculoso, sulcis profundis concentricis subbinis exarato; poris minimis, curtis, rotundis, planis, umbrinis, intus pruina alba glaucescentibus; sporis brunneis limbo concolori cinctis.

Hab. ad truncos, Cuba Amer. centr. (RAMON DE LA SAGRA), et ad fluvium Santee, Amer. bor. (CURTIS). — *F. supinus* Swartz quidem affinis sed ex sententia Friesii (Nov. Symb. Mycol. p. 52), quoad colorem ab hoc prorsus discedit.

252. **Fomes incrassatus** Berk. Chall. III, n. 141. — Durus, reniformis; pileo primum tenui, azono, demum incrassato, rugoso, marginem versus repetite zonato, pulverulento coffeato; cuticula dura; hymenio cinnamomeo; margine demum sterili sulcato; contextu ferrugineo; poris punctiformibus, 300 μ lat., dissepimentis obtusis, rigidis. 5523

Hab. ad truncos in pæninsula York Australiæ. — Pileus 8 cm. latus; pori 300 μ . lati.

- G. RESUPINATI Cooke Præc. Pol. — Pileus resupinatus, marginatus, margine sæpe reflexo.

253. **Fomes cryptarum** Fr. Syst. Myc. I, p. 376, Hym. Eur. p. 566, 5524
Cazin Champ. Luzon. p. 13, *P. undatus* Pers. Myc. Eur. 2, t. 16, f. 3, *Bot. cryptarum* Bull. t. 478 (mutuata in Nees f. 222). — Pileo suberoso-stuppeo, effuso-reflexo varioque, azono, adpresse sericeo, rufescenti-ferrugineo, intus porisque longissimis, minutis, rotundis pallidioribus.

Hab. ad ligna putrida pinea in Europa. — Colore et forma maxime mutabilis, sub jove expallens.

254. **Fomes spongiosus** Pers. Syn. pag. 543 (*Boletus*), Cooke Præc. 5525 n. 566 * *Boletus resupinatus* Bolt. Fung. t. 165, p. 165. — Coriaceo-spongiosus, sessilis, ferrugineus; tubis longissimis, erectis; poris minutis, rotundis.

Hab. ad truncos circa Halifax Angliæ. — Nunc in cæspitem crassum crescit, nunc fere crustaceus; tubuli totum fere fungum constituentes, longit. varii: fungi superficies quoque variat.

255. **Fomes tropicalis** Cooke Grev. XIII, p. 32. — Effusus, crassus, 5526 induratus, 25-50 cm. longus, 8-10 cm. latus; margine atro, sterili; contextu fusco; hymenio pallido; poris obliquis, plerumque stratosis, regularibus, rotundatis, $\frac{1}{4}$ - $\frac{1}{5}$ mm. diam.; dissepimentis crassiusculis, rigidis.

Hab. ad caudices, Demerara Guyanæ, Amer. merid. — Plerisque *Fomitis obliqui* formis similis, sæpe $2\frac{1}{2}$ cm. crassus atque longitudine 3-4 pedes usque adæquans.

256. **Fomes obliquus** (Pers.) Fr. Syst. Myc. I, p. 378 c. descr. et syn., 5527 Hym. Eur. p. 570, Weinm. p. 333, *Boletus* Pers. Syn. (ex inventore Achario habeo), *P. incrustans* et *umbrinus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 93, 94, Rostk. 27, t. 7. — Latissime ambiens, 4-9 mm. crassus, decorticans, excarnis, e pallido spadiceo-nigricans, ambitu erecto, cristato vulgo cinctus; poris (ligno impositis, basi perviis) longis, minimis, obtusis, subpentagonis; sporis sphæroideis, brunneis, guttulatis, 5-7 μ . diam.

Hab. ad truncos v. c. Citrorum, Alni, Robiniæ in Europa, in ligno emortuo, Ceylon (TWARRES), ad arbores emortuas, Ohio Amer. bor., ad cortices Newfield, New Jersey (ELLIS), Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT), Rio Javary Brasilæ (TRAILL), Australia. — Nobilissimus fungus. Sub cortice crassiore incipit crescere, integros truncos sæpe ambiens eorumque corticem abiciens (ut ratione maxime diminuta *Corticium comedens*), prorsus excarnis, annuus (sed in ver emortuus persistens, in quo statu obscurato, indurato vulgo legitur), cum nullo alio *Polyporo* comparandus. Pori vulgo obliqui, quia arbores stantes sæpius destruit.

257. **Fomes lividus** Kalchbr. Grev. X, p. 105. — Totus effusus, ligno 5528 arcte adhærens, margine determinato, firmus; poris minutis, rotundis, obtusis, ex albo lividis vel luridis, substantia umbrina.

Hab. ad Richmond River Australiæ (MUELLER). — Tubuli, in fun-

go vetustiore sibi stratose superpositi, ore albidu, in strato interiori colorem mutant et umbrini fiunt.

258. **Fomes bistratosus** B. et Cooke Journ. Linn. Soc. XV, p. 384, 5529
— Effusus, umbrinus; contextu parcissimo; poris stratosi punctiformibus.

Hab. ad ligna emortua, Paricatuba, Rio Purus Brasiliæ (TRAILL).
— Rigidiusculus, subiculo minutissimo. Habitus *P. chromatici*; sed pori minime obliqui atque color omnino diversus.

259. **Fomes acupunctatus** B. et Br. Cuban Fungi n. 487. — Effu- 5530
sus, limitatus, pallide umbrinus, intus ferruginosus; poris obliquis, margine sterili.

Hab. in lignis putridis in ins. Ceylon. — Format plagas inæqualiter lobatas, magnitudine varias, 2 mm., 9 mm. crassas; pori stratosi.

260. **Fomes bicolor** Jung. Crypt. Jav. p. 54. — Pileis suberoso-co- 5531
riaceis in series longissimas imbricatis, basi effusa subcohærentibus, rotundato-elongatis, levibus, azonis, ochraceis, basi sanguineis; hymenio pallide alutaceo; poris minimis, nudo oculo haud conspicuis.

Hab. ad truncos in silvis pr. Merapi altit. 1200 cm. in ins. Java. — Species dura, sed flexilis subelastica, intus concolor; substantia basi 2 mm. circ. crassa; hymenium tenue, e tubulis valde curtis, vix 400 μ . longis compositum, extus poris minimis apertum; pori sub lente conspici, rotundi; pilei singuli 2,5-4 cm. longi latique, basi denique connexi, effuso-confluentes, margine integro, longitudinaliter ruguloso-striati, hinc inde tuberculis irregularibus tecti. Transit ad effuso-reflexos. Habitu similis *P. seriali* Fr. et *P. floccoso* Jungh. at junior solitarius est et liber.

261. **Fomes tenax** Lév. in Ann. Sc. Nat. 1863, p. 284 (*Polyp.*) Cooke 5532
Præc. n. 572. * — Late effusus, durissimus, ambitu limitato, attenuato, sterili; tubulis ligno arte adnatis, stratosi, ochraceo-luteis; poris exiguis subtetragonis, obtusis, glaucis.

Hab. ad truncos Manzanos Nova Granata (LINDIG). — Fungus 1,5-2 cm. crassus. Affinis *F. contiguo*, a quo forma coloreque pororum discrepat.

262. **Fomes epimiltinus** B. et Br. Fungi Ceyl. n. 502. — Crassus, 5533
effusus; hymenio cinnamomeo, sicco pallido; poris minimis obliquis; mycelio sparso subnilino.

Hab. in ligno emortuo, Ceylon (THWAITES). — Habitus *P. subvincti*, siccus contractus; pori 0,2 mm. lati.

POLYSTICTUS Fr. Nov. Symb. p. 51 (70), Cooke Præc. Pol. in Grev. 1886, p. 77 (Etym. *polys* multus et *stictos* punctatus seu porosus). — Pileus coriaceus v. membranaceus v. stiposus, inodermeus, h. e. cute tenui fibrosa tectus, strato intermedio fibrilloso in hymenophorum abeunte. Pori a centro successive versus ambitum explicati, primitus punctiformi-superficiales, discreti, aperti dein magis excavati congesti, pilei substantiæ (horizontali) verticaliter oppositi. Trama ab hymenophoro formata. — *Polyporus* et *Fomes* tubulis præformatis, determinatis, homogeneis nec initio superficiali-punctiformibus a *Polysticto* præ ceteris dignoscuntur. *Trametes* magis affinis, dignoscitur poris longitudine inæqualibus et secus pilei contextum dispositis eoque contiguis *).

A. PERENNES Fr. Nov. Symb. p. 71, *Pelloperus* QuéL. — Mesopodes v. pleuropodes, stipite anodermeo, contextu sporisque subferrugineis, pileo coriaceo-spongioso.

1. **Polystictus circinatus** Fr. Monogr. II, pag. 203, Hymen. Eur. 5534 pag. 530 et Leon. tab. 180, fig. 1, *P. dualis* Peck 30 Rep. p. 44. — Pileo compacto, crasso, orbiculari, plano, azono, velutino, fulvo-ferrugineo, e strato duplici formato, inferiore cum stipite contiguo, lignoso-suberoso, superiore e tomento floccoso, compacto, molli; stipite obeso, fulvo-tomentoso; poris decurrentibus, minutis, integris, fusco-griseis; sporis 3,5-4 \approx 2-3.

Hab. inter folia abiegna coacervata, cum quibus stipes con-
crescit in Europa et ad basin truncorum Pinorum Adirondack Mt.
et West Albany Amer. bor. (PECK), Natal (WAHLBERG). — Species
nobilissima, summo opere memorabilis strato pilei duplici, utroque
crasso, ut in *Hydno mirabili* (Fr. Ic. t. 3, f. 2). Stipes 2½ cm.
longus et æque fere crassus. Pileus 8-11 cm. latus; caro concolor.

2. **Polystictus tomentosus** Fr. Syst. Myc. I, p. 351, Hymen. Eur. 5535 p. 530, Weinm. Ross. p. 341, Kickx p. 219, *P. rufescens* Rostk. 4, t. 7. — Pileo suberoso, duro, difformi, azono stipiteque inæquali persistenter tomentosis, fulvis; poris exiguis, æqualibus, obtusis, integerrimis, primitus rore albido tectis.

Hab. ad terram in pinetis Europæ et New England (SERRAVALLE). — Pileus usque 12 cm. latus. A priore longe distat carne homogenea, pileo irregulari, interdum laterali. *P. perenni* proximus, sed crassior.

*) Quoad citationem auctorum specierum *Polysticti*, eadem rationes habentur ac ille de quibus diximus apud *Fomitum*. p. 150, in nota.

3. **Polystictus Cumingii** Berk. Hook. Journ. 1812, p. 147, Dec. n. 7. 5536
 — Pileo tenui, duro, coriaceo, cyathiformi, ferrugineo, pulverulento-tomentoso, subazono; margine acuto; hymenio subcinnamomeo; poris minutissimis; stipite crasso, extus spongioso.
Hab. ad terram in insulis Philippinis (CUMING). — Pileus 5 cm. latus; stipes 4-6 cm. longus, 12-13 mm. cr.; pori oculo nudo haud conspicui. *Pol. tomentosum* affinis.
4. **Polystictus Montagnei** Fr. Epicr. p. 431. Hymen. Eur. p. 530, 5537
 Mont. in Ann. Scienc. Nat. 1836, n. 42, Quélet. t. 14, f. 4 (forma minor). — Ferrugineus; pileo suberoso, molli, difformi, azono, tomento leproso secedente vestito; stipite curto, inæquali; poris curtis, amplis, rotundis, obtusis, integerrimis, concoloribus.
Hab. in silvis Arduennarum (MONTAGNE), in montibus Juranis (QUÉLET), prope Bruxelles in Belgio ad terram (DOMINÆ BOMMER et ROUSSEAU). — Ab omnibus vicinis distinctus poris amplis, Favolorum similibus, haud laceratis. Forma primaria icone Queletii duplo major. Contextus cinnamomeus.
5. **Polystictus luteo-nitidus** Berk. in Hook. Journ. (1856) 175, Dec. 5538
 n. 556. — Pileo rugoso, luteo, sericeo, nitente, irregulari-lobato, crebri-zonato, primum subvelutino; stipite deformi, spongioso-vestito; poris punctiformibus, luteo-olivaceis.
Hab. ad terram, Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 5 cm. latus; stipes 5 cm. et ultra longus, 8-12 mm. crassus; pori decurrentes; hymenium olivaceo-flavum. — A *P. tomentosum* omnino diversus. Stipes subinde divisus prolifer.
6. **Polystictus Peckianus** (Peck) Cooke Enum. Polyp. p. 148, *P. fla-* 5539
cidus Peck 26 Rep. p. 68. — Pileo carnoso, depresso vel infundibuliformi, tenaci, glabro, raro disco nonnihil villosa, zonato, luteo, laeis obscurioribus notato; margine plerumque lobato atque undato; poris brevibus, minutis, angularibus, luteis; stipite centrali, solido, deorsum leviter attenuato, glabro, subconcolore.
Hab. ad terram in silvis, Worcester, New York, Amer. foder. — Statura 8-13 cm. metiens; pileus 5-10 cm. latus; stipes 6-9 mm. crassus.
7. **Polystictus Kalchbrenneri** Fr. Hymen. Eur. p. 531, Kalchbr. Ic. 5540
 tab. 35, fig. 1. *P. scutigera* Kalchbr. Enum. II, n. 1224, non Fr. Klench. — Pileo coriaceo, tenui, plano-disciformi, zonato, radiato-rugoso, tomentoso, molli, fulvo-ferrugineo; stipite brevi, pulverulento, cum strato inferiore pilei umbrino-fusco contiguo et concolore; poris minutis, integris, fusco-griseis.

Hab. in coryletis ad Olaszinum Hungariæ. — Affinis *P. circumnato* strato duplici pilei, sed utroque longe tenuiore. Statura *P. perennis*; stipes $2\frac{1}{2}$ cm. longus, 5 mm. crassus; pileus $2\frac{1}{2}$ cm. latus, singulum stratum 2 mm. modo crassum.

8. **Polystictus concinnus** Fr. Epier. p. 436, Pal. Fl. Ov. t. 43, f. 1. 5541
— Pileo coriaceo, tenui, infundibuliformi, orbiculari, velutino, zonis rufis cinereisque variegato; stipite procero, tenui, attenuato, fusco; poris decurrentibus, minimis, pallidis.

Hab. ad truncos Africae tropicæ et in Guinea. — *P. sacris* minor, calli defectu etc. certe distinctus.

9. **Polystictus cinnamomeus** Jacq. Collect. I, p. 116, t. II (*Bolet.*), 5542
Sacc. Mich. I, p. 362. Bresad. Trid. p. 88, t. 99. — Totus extus et intus vivide cinnamomeus; hymenio vero dilutiore; stipite velutino-tomentello, 3-4 cm. long., 4-5 mm. cr.; pileo plano-depresso v. subinfundibuliformi 2-3 cm. lat., zonato; margine sæpius eximio fimbriato; hymenio versus marginem sterili; poris majusculis angulosis (pentagonis vel hexagonis); sporis ellipsoideis 6-7 = 4-5, flavidis.

Hab. in silvis Austriæ et Tyrolis; inter muscos in silva Montello et Conegliano in Italia bor. — Affinis *Polystictico perenni* et *picto*, a quibus poris duplo triplove majoribus statim dignoscitur.

10. **Polystictus perennis** (Linn.) Fr. Syst. Myc. I, pag. 350 cum 5543
synon., Hymen. Eur. p. 531, Weinm. Ross. p. 310, Rostk. t. 6, Hussey I, p. 51, Kickx p. 219, *Boletus* Linn. Suec. n. 1245, Schaeff. t. 125, Sowerb. t. 192, Fl. Dan. t. 1075, *Bolet. coriaceus* Bull. t. 28, 449, fig. 2, *B. subtomentosus* Bolt. t. 87, *B. confluens* Schum. p. 378. — Pileo coriaceo, tenaci, plano-infundibuliformi, e velutino glabrato, zonato, e cinnamomeo spadiceo; stipite firmulo, deorsum incrassato, velutino; poris minutis, angulatis, acutis, primo albo-irroratis, dein nudis, laceris: sporis ovoideis, hyalinis, 4-5 = $2\frac{1}{2}$.

Hab. ubique ad terram sterilem, etiam ad truncos, basi saltem discretus in Europa, pr. Minussinsk in Sibiria et in Amer. feder. — Pileus 3-6 cm. latus; stipes $2\frac{1}{2}$ cm. longus, crassitie varians.

11. **Polystictus pictus** (Schultz) Fr. Epier. p. 435, Hymen. Eur. p. 531, 5541
Bolet. Schultz Starg. p. 485, *B. fimbriatus* Bull. t. 254, non aliorum, Mich. t. 70, f. 9. — Ferrugineus; pileo coriaceo, tenui, plano-umbilicato, zonato, e pubescente glabrato; margine tenuissime inciso-fimbriato; stipite gracili, glaberrimo, deorsum attenuato; poris subrotundis, minutis, integris.

Hab. ad terram in Europa. — Dense gregarius, stipitibus basi pileisque confluentibus. *P. perenni* gracilior, magis politus, sed brevius durans, fuscescens. Pileus 2½ cm. latus, poris dilutior, zonis fuscis obsoletisque. A Schleichero habuit Fries ex Helvetia; nunc igitur Secr. 3, p. 70, n. 23?

12. **Polystictus oblectans** Berk. Hook. Journ. 1845, p. 51, Dec. n. 35, 551.

P. splendens Peck 26 Rep. p. 68. (teste Cooke). — Pileo tenui, coriaceo, depresso, inciso, repando, centro praesertim zonato, strigoso-striato nitidulo, late cinnamomeo; stipite centrali velutino, rubro-fusco; poris parvis, dentatis, cinnamomeis.

Hab. ad terram arenosam, Ceylon (THWAITES), India, Tasmania, New Zelandia Australia (DRUMMOND), Center Amer. bor. (PECK), Brasilia. — Pileus 3,5-4 cm. latus; stipes centralis 2,5 cm. altus, 2-4 mm. crassus. *Pol. perenni* similis, *P. cinereo* et *P. Montagnei* subaffinis. Forma Americana 2,5 cm. alt.; pileus 12-20 mm. lat.; stipes 1-2 mm. cr.

13. **Polystictus bulbipes** Fr. in Pl. Preiss. II, p. 135, Nov. Symb. p. 72. 5546

— Cinnamomeus; pileo coriaceo-membranaceo, flaccido, regulari, fibroso-radiato, unicolori, disco umbilicato; margine reflexo, dentato; stipite regulari, cylindrico, velutino, bulboso; poris confertis, tenuibus, integris, primo fulvis dein cinnamomeis, nec primitus albo-pruinatis.

Hab. ad terram in Australia (PREISS) et Mexico. — Pileus 2,5-5 cm. latus, azonus, saepe cum vicinis concreescens; stipes 2,5 mm. circ. longus. *P. perenni* proximus at conspicue diversus. — **Pol. perdurans* Kalch. Grev. IX, p. 1: totus ferrugineus, habitu toto *Pol. perennis* sed pileo dense zonato radiatimque striolato, glabro, subnitente; stipite curto, ad basin bulbose incrassato, velutino; poris mediocribus, subangulatis, acutis. In Tasmania boreali-orientali (MUELLER). Pileus 2,5-3 cm. lat.; stipes 2,5 cm. long., 4-5 mm. cr. — **Pol. Ciadonia* Berk. cent. I: pileo coriaceo, tenui, pro ratione parva, sublaterali, profunde umbilicato, ad marginem obsolete zonato, ferrugineo; stipite inaequali, sursum attenuato, 3 cm. longo, 3-4 mm. crasso saepe ramo sterili aucto, ferrugineo, primum subtiliter velutino, dein glabrato; poris minutis confertis, subrotundis, integris, cinnamomeis. In Australia et P. Natal (WOOD).

14. **Polystictus fragilissimus** Mont. Guy., n. 365, et Syll. Crypt. 5547

n. 585. — Mesopus; pileo coriaceo, tenui, orbiculari, centro depresso, concentricè striato, glabro, fulvo-cinnamomeo; stipite crasso brevi

contextuque ferrugineo; poris longis, mediis, angulatis, a pileo secedentibus, concoloribus.

Hab. in carbonariis Guyanæ Amer. merid. (LEPRÉUR).

15. **Polystictus parvulus** Kl. in Linnæa 1833, pag. 483, Berk. Exot. 5548

Fung. p. 384, Fr. Epicr. p. 435, *P. connatus* Schw., *P. foveicola* B. et C. — Pileo coriaceo-membranaceo, profunde et acute umbilicato, obsolete sericeo, zonato, badio; margine reflexo laciniato; stipite tenui, subtuberoso, velutino; poris decurrentibus, magnis, angulatis, tenuibus, demum laceris cinnamomeis.

Hab. ad terram in Amer. bor. (RICHARDSON), Ohio, N. York etc. — Pileus 8-16 mm. lat., nitens; stipes 1-2,5 cm. long., sursum 1-2 mm. cr. Ad Mich. t. 70, f. 10 accedit. Teste Berk. a *P. perenni* differt præcipue poris amplioribus, nempe circ. 1 mm. d.

16. **Polystictus substriatus** Rostk. t. 9 Fr. Hym. Eur. p. 532. — 5549

Pileo coriaceo, planiusculo, obliquo, striis radiantibus subzonato, glaberrimo, castaneo; stipite æquali, squamuloso, atro-punctato, fusco-cinereo; poris curtis, rotundis, æqualibus, cinnamomeis; sporis luteo-fuscis.

Hab. ad Fagi truncos in Germania, lectus vere. — Pileus 6 cm. latus; stipes 5-6 cm. longus. Caro pallide fusca et pori in icone citata dilutiores pinguntur.

17. **Polystictus peronatus** Schulz. in Fr. Hym. Eur. p. 532. — Pileo 5550

spongioso-coriaceo, tenui, depresso, glabro, fusciscenti-flavido, zonis obscurioribus variegato; stipite elongato, æquali, albo, e vagina fissa ochracea erumpente; poris minutis, decurrentibus, intus fuscis, ore albo-pruinoso.

Hab. ad terram fagetorum Hungariæ australis. — Vagina 2½ cm. longa, stipitem volvæ instar cingente species omnino paradoxa.

18. **Polystictus carbonarius** Fr. Syst. Myc. I. p. 349 c. syn.. Hym. 5551

Eur. p. 532, Mich. t. 70, f. 6. — Pileo coriaceo, tenui, orbiculari, plano-infundibuliformi, zonato, glabro, nigricante; stipite brevissimo, æquali porisque minutis albis.

Hab. in carbonariis Italiæ, cæspitosus. — Elegans, parvus, 2½ cm. vix attingens. Ob stipitem cum nullo præcedentium conjungi potest et poris albis ad Hornotinos transit.

19. **Polystictus Salpincta** Cooke Grev. VIII, p. 142, t. 132, f. 3-4. 5552

— Pileo campanulato vel tubæformi, umbrino, demum atro, umbrino, glabro, subnitido, striato; margine sublacerato, reflexo; stipite gracili, elongato, concolori, subvelutino; poris irregularibus, subangulatis, pallidioribus, brevibus; margine lacerato-dentatis.

Hab. in ligno emortuo in Nova Zelandia (Dr. BERGGREN). —
Cm. 2,5 circ. altus.

20. **Polystictus dependens** B. et C. Cent. N. Am. Fungi 44 et North 5553

Am. Fungi n. 116. — Totus cinnamomeus; pileo cyathiformi vel turbinato, vertice in stipitem gracilem cylindricum elongato striato-sericeo subzonato; sæpe disco orbiculari, spongioso, concolori inserto; poris parvis angulatis, 80 circ. μ . latis, acie leniter denticulatis.

Hab. in ligno decorticato Pini humi jacente, Carolina meridionali. — *Polysticto radiato* similis. Pileus 1,2-1,7 cm. latus; stipes 5-8 mm. circ. altus et 2-2,5 mm. crassus.

B. SACRI Fr. Nov. Symb. p. 72, *Hornotini* Fr. Epier. — Mesopodes v. submesopodes, stipite crustaceo-corticato contextu porisque albis, pileo subcirculari coriaceo-papyraceo.

21. **Polystictus sacer** Fr. F. Guin. t. 20, Epier. p. 436, Berk. Fung. 5554

Brit. Mus. p. 371, t. IX, f. 4. — Pileo tenui, rigidiusculo, orbiculari, utrinque applanato, profunde umbilicato, zonato, fusco rufoque variegato, glabrescente, radiatim striato; stipite centrali, tuberoso-radicato, fulvo-brunneo, sursum attenuato velutino; hymenio pallido a stipite omnino distincto; poris mediis subhexagonis.

Hab. ad terram in Guinea et Java. — Pileus velutinus zonis glabris rufo-badiis variegatus, 10-12 cm. lat.; stipes 15-18 cm. alt., 6-8 mm. cr., pruina detersa nitens. Fungus speciosus, Nigritis sacer.

22. **Polystictus pulcher** Fr. Epier. p. 437. — Pileo coriaceo-mem- 5555

branaceo flaccido, orbiculari, utrinque plano, fusco, pallidiore, concentricè sulcato; stipite farcto, procero, gracili, attenuato, laccato-corticato subpruinoso; poris callo depresso remotis rotundis obtusissimis, distantibus, brevissimis, albis.

Hab. ad truncos in Guinea. — Eximie respondet *P. sacro*, sed longe tenuior. Stipes 4 cm., 1-2 cm. cr., flexuosus, apice subcanus; pileus 2 cm. latus, umbone elevato umbilicatoque; margine tenuissimo involuto subtus sterili.

23. **Polystictus renatus** Berk. in Hook. Journ. 1856, 170, Dec. n. 543. 5556

— Pileo ex infundibuliformi laterali, lobato vel subintegro crenulato, tenui, rigido-papyraceo, badio, rufo-lineato, rugoso, glabro; stipite elongato, umbrino, pruinoso; hymenio albido; poris angulatis parvis.

Hab. ad terram, Panurè Brasilie (SPRUCE). — Pileus 2,5-5 cm. latus; stipes 10-15 cm. longus, 1-2 mm. cr.; pori circ. 200 μ . lati.

24. **Polystictus partitus** Berk. in Hook. Journ. 1856, 170, t. X, f. 1, 5557
 Dec. n. 542. — Pileo tenui, coriaceo, infundibuliformi, e basi sæpius
 sursum diviso, zonato, rufo-variegato, lineato; margine lacerato-
 lobato; stipite elongato, umbrino, pruinoso: hymenio niveo; poris
 mediis acie prominente.
Hab. ad terram Panurê Brasiliæ (SPRUCÉ). — Pileus 5-7,5 cm.
 latus; stipes 10-15 cm. longus, 3 mm. crassus, hymenium ætate
 protracta siccitateque leniter ochraceum; pori 450 μ . lati, dissepimentis
 rigidiusculis. — Var. **cuneatus** Berk. loc. cit.: pileo 12,5
 cm. lato, e basi subcuneiformi exurgente. Ad terram Panurê Bra-
 silie (SPRUCÉ).
25. **Polystictus Parmelia** Berk. in Hook. Journ. 1856, 173, Dec. n. 550, 5558
 — Pileo tenui, papyraceo-orbiculari, umbilicato, lobato, crenato, ni-
 tidiusculo, rufo-badio, zonato; stipite gracili, umbrino, pruinoso; hy-
 menio ex albido brunneo; poris minutis subangulatis; contextu
 pallide umbrino.
Hab. ad terram, Panurê Brasiliæ (SPRUCÉ). — Pileus 2,5-5
 cm. latus; stipes 7,5-18 cm. longus, 1-4 mm. cr.; pori 220 μ .
 circ. lati.
26. **Polystictus marasmioides** Berk. in Hook. Journ. 1856, 173, Dec. 5559
 n. 551. — Pusillus; pileo orbiculari, infundibuliformi, badio, zonato;
 margine crenato; stipite gracillimo; hymenio e pallido cinerescente;
 poris minutis subangulatis.
Hab. ad terram Panurê Brasiliæ (SPRUCÉ). — Pileus 8-20 mm.
 latus, tenuis, papyraceus; stipes 3,5-9 cm. longus, circ. 2 mm. cr.;
 pori 200 μ . circ. lat. *P. Parmelia* affinis.
27. **Polystictus passerinus** Berk. in Hook. Journ. 1856, t. X, f. 2, 5560
 175, Dec. n. 557. — Pileo primum spathulato, flabelliformi, rubro-
 badio, nitido, demum conato-cupuleformi umbrino; stipite gracil-
 limo; hymenio ex albo umbrino; poris minutissimis, subhexagonis.
Hab. in silvis Panurê Brasiliæ (SPRUCÉ). — Pileus 2,5-5 cm.
 latus; stipes 20 cm. et ultra longus, vix 2 mm. cr.; pori 120 μ .
 vix lati. *P. renato* proximus at minutie pororum diversus.
28. **Polystictus Perula** Fr. Epicr. p. 137, *Microporus Perula* Palis Fl. 5561
 Ow. pag. 23, t. 8. — Pileo coriaceo-papyraceo, infundibuliformi,
 inequali, subzonato, striato, rufo-fusco; poris minimis, rotundis, de-
 currentibus; stipite excentrico, brevissimo, glabro.
Hab. ad ligna putrida, Oware, Benin, Guinea, Guyana et Brasi-
 lia. — *P. xanthopodi* affinis. Stipes (ex icone) 4 mm. longus; pi-
 leus tenuis infundibuliformis, striis plicisque nonnullis longitudina-

libus notatus, marginibus inæqualibus: pori æquales, sordide albescentes.

29. **Polystictus eriopus** Cesati Myc. Born. p. 4. — Totus fungus 3 cm. 5562
 altus; pileo erecto, reniformi, repando-lobato, ad stipitis subæqualis cinereo-velutini insertionem infundibulari, spadiceo fere nigricanti, radiatim striatulo, ceterum levi, glabro, opaco; substantia tenui coriacea valde rigida, marginis attenuati zona angustissima nuda; hymenio ex alutaceo cinereo; poris minutissimis, æqualibus, rotundis.

Hab. ad truncos Sarawak Bornei Malesiæ (O. BECCARI).

30. **Polystictus incomptus** Fr. Epicr. p. 437. — Pileo papyraceo, obli- 5563
 que infundibuliformi, dense velutino, olivaceo-griseo, adulto zonis alternis, exoleto toto glabrato badio; stipite excentrico, brevissimo, glabro, atro; poris decurrentibus, impalpabilibus, albidis.

Hab. ad truncos Guineæ. — Forma *P. xanthopodis*, sed pileus amplior, nudo oculo subtus omnino levis; stipes 1 cm. long., basi dilatata adnatus ruguloso-striatus. Nobilis species.

31. **Polystictus canalium** Loar. Coch. II, p. 693 (*Bolet.*) Fr. Epicr. 5564
 p. 437. — Minimus, glaber; pileo umbilicato, viscoso, levi, albo; poris angulatis, marginalibus, minimis; stipite longo, tenui, reflexo.

Hab. in tubis ligneis pluviam tectorum evacuantibus in Cocincina. — E loco natali non typicus.

32. **Polystictus xanthopus** Fries Obs. 2, p. 255, Epicr. p. 437, *P.* 5565
crassipes Curr. F. Pug. pag. 122. *P. cupro-nitens* Kalchbr. in Thüm. M. U. n. 1702, *P. Katui* Ehrenb. Hor. Ber. t. 19, f. 12, *P. saccatus* Pers. in Freye. Voy. t. 1, f. 3. — Pileo coriaceo-papyraceo infundibuliformi subobliquo, levi v. rugoso, glabro, zonato, fulvo-badio; poris minimis rotundis; stipite brevi, glaberrimo, flavo-nitente.

Hab. ad ramos in tropicis vulgaris, in Sierra Liona Africa, in India, Java, Guyana, Malesia, Brasilia, Peru, Pegu, Sumatra, Cocincina, Amer. merid., Australia, insulis maris Pacifici. — Stipes 5-10 mm. longus, centralis, basi dilatatus, superficie polita et lucida; pileus tenuis, profunde umbilicatus, 4-6 cm. latus, 1 mm. cr.; pori integerrimi, pallidi, subtetacei. See. Ces. Myc. Born. p. 4 *P. affinis* Nees, *P. luteus* Nees, *P. Perota* Fr. sunt forme pleuropode rufo-aurate hujus speciei, quam nuncupavit *P. polychroum* et cui addidit formam pleuropodam pallidam longistipitam et brevistipitam ex ins. Borneo (BECCARI).

33. **Polystictus florideus** Berk. Dec. n. 416. — Pileo umbilicato, sub- 5566

infundibuliformi, nitidissimo, zonato, radiatim rugoso, atro-purpureo; margine lobato: stipite centrali v. excentrico, luteo; poris minutis, rotundis, acie obtusa.

Hab. in lignis putridis in East-Nepal, Sikkim, Pegu India. — Pileus 10 cm. lat.; stipes 12-14 mm. long.; pori 250 μ . diam. *P. xanthopodi* affinis sed pori diversi.

- C. DISCIPEDES Fr. Nov. Symb. p. 74. — Pleuropodes, stipite brevissimo (rarius elongato) basi scutato-dilatato, pileo subreniformi v. spatulato, coriaceo.

a *Dilatati* Cooke Præc. p. 78: pileo sicco.

34. **Polystictus siennæcolor** Berk. Grev. XV, p. 22. — Pileo coriaceo, plano, zonato-sulcato, rufo-brunneo (siennæcolori), glabro; stipite brevissimo, laterali, discoideo, concolori; poris minutissimis, rotundis, punctiformibus, pallidis. 5568

Hab. ad truncos, Ceylon et Brasilia. — Eadem fere ac *P. flabelliformis* magnitudinem attingens, sed glaber atque unicolor.

35. **Polystictus apophysatus** Rostk. 27, t. 4, Fr. Hym. Eur. p. 580. 5568
— Pileo coriaceo, infundibuliformi, griseo-pallescente, nigro-zonato; margine incarnato; stipite albo, brevissimo, medio margine prominente cincto, infra atro; poris majusculis, angulatis, lacris, aurantiacis.

Hab. in Germania. — Fungus summopere insignis, cum alio vix comparandus, nisi cum *Pol. versicolore* γ . *stipitato* Alb. et Schw. p. 253. Vix huius loci, stipes enim videtur centralis. Pileus 5-8 cm. latus; stipes 4-5 mm. longus, 6-7 mm. crassus.

36. **Polystictus flabelliformis** Kl. in Linnæa 1833, p. 483, Berk. Exot. Fung. p. 386, Fr. Epicr. p. 444. — Pileo coriaceo-membranaceo, plano-depresso, zonato, tomento sordido secedente glabrato, subbadio; stipite brevissimo laterali, basi abrupte nigro; poris minutis, rotundis, albidis. 5569

Hab. ad ligna emortua Ceylon (THWAITES), Sikkim Indiæ, in insula Mauritii, Pegu et Perak pænisulæ Malacensis, Borneo (O. BECCARI), Rockhampton in Queensland Australiæ (A. THOZET), Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT), Demerara Guyanæ Amer. merid. — Pilei 4-10 cm. lat. subinde latere connati; pori rotundi v. elliptici. *P. versicolorem* fere imitatur. Adsunt var. glabrati et stipite basi vix nigricanti.

37. **Polystictus makuensis** Cooke in Grevillea XVI, p. 25. — Pileo coriaceo-membranaceo, plano-depresso, zonato, glabrato, nitido, ba- 5570

dio-fusco vel castaneo; margine acuto, lobato, sinnato vel subintegro; carne alba; stipite subelongato, pallido, plerumque crasso, ad basim disciformi; hymenio albido; poris rotundatis, sat minutis ($\frac{1}{4}$ - $\frac{1}{3}$ mm.) regularibus; dissepimentis tenuibus, acie dentatis.

Hab. in ligno, Namuli, Makua Country, East Tropical Africa (J. T. LAST). — Pileus 8-8,5 cm. latus, vix 0,5 mm. crassus; stipes circ. 2,5 cm. longus, 8-9 mm. cr. *P. flabelliformi* affinis at hymenio albido, poris amplioribus dentatis, colore niveo carnis distinguitur.

38. **Polystictus porphyritis** Berk. Hook. Journ. 1856, p. 196, Dec. Fung. 5571 n. 568. — Tenuis, coriaceus; pileo flabelliformi, ochraceo-zonato, purpurascente; margine tenui; stipite brevi subconcolore; hymenio pallido; poris minutis, subangulatis.

Hab. ad caudices putredine exesos, Cubæ (C. WRIGHT) et ad truncos emortuos, Panuræ Brasilæ (SPRÖCK). — Pileus nitide brunneus, 5 cm. et ultra latus, margine albidus; hymenium album; stipes 8-9 mm. longus, levis.

39. **Polystictus Adami** Berk. in Cooke Enum. Polyp. p. 137, *P. dilatatus* Berk. Hook. Journ. 1846, Dec. n. 169. — Pileo laterali, spathulato, tenui, coriaceo, badio, zonato, glabrato; stipite longo, sursum dilatato, furfuraceo, luteo; hymenio determinato pallido; poris minutis.

Hab. in ligno putrescente in silvis ad basin M. Adam's Peak in Ceylon et Australia. — Pileus 3 cm. lat., 3,5-4 cm. long.; stipes 4-4,5 cm. long. Affinis *P. xanthopodi* et *affini*, sed pori majores etc.

40. **Polystictus dilatatus** Lév. Champ. exot. p. 184. — Pileo membranaceo, lobato, cuneiformi, obsolete zonato, nudo, cinereo fulvo, in stipitem brevissimum attenuato; poris angulatis, inæqualibus, denticulatis; contextu pallido.

Hab. ad truncos in insula Java. — Pileus applanatus horizontalis, 8-12 cm. lat.

41. **Polystictus mutabilis** B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 47 et North Am. Fungi n. 123. — Pileo coriaceo, rigido, flabelliformi vel spathulato, zonato, luteo-albo, primum subtiliter sericeo, striato, tomentoso, demum glabrescente, crebri-zonato, deorsum in stipitem definite lateralem variæ longitudinis augustato; margine tenuissimo, lobato; hymenio albo; poris minimis, albidis, punctiformibus.

Hab. in lignis Carol. inf. Amer. fœder. (RAVENEL), ad truncos *Perseæ* pr. Gainesville Floridæ, ad caudices in silvis densis Cu-

bæ (C. WRIGHT), in ligno emortuo Guyanae, Panurè et Rio Negro Brasiliae (SPRUCE). — *Pol. dealbato et fibroso-radianti* affinis. Pileus albidus 7 circ. cm. longus latusque; stipes obsoletus usque ad 7,5 cm. longus, 7-8 mm. crassus. — Forma **minor** S. et P. Myc. Mal. n. 33: pileo vix 3 cm. lat., 2 cm. long. 1 mm. crass.; stipite 2 cm. long. 2½ mm. cras. Ad cortices in Malaca (SCORTECHINI).

42. **Polystictus dealbatus** B. et Curt. North Am. Fung. n. 125. Rav. 5575
Fung. Carol. III, p. 10. — Pileo convexo zonato, quandoque sulcato, dealbato; stipite elongato, distorto, pruinoso; hymenio concavo, albido; poris microscopicis.

Hab. ad terram Santee River Amer. bor. (RAVENEL). — Pileus 2-5 cm. lat.; stipes lateralis v. subcentralis 6 cm. long., 6-8 mm. cr.; pori 100-120 μ . diam. Eadem species sic describitur in B. et C. Cent. N. Am. Fungi n. 46: pileo suberoso reniformi contracto, pallido, zonato, sericeo-striato, farinaceo; contextu albo demum friabili; margine acuto; stipite definite laterali irregulari, flexuoso, rugoso, hic illic pallide lateritio, farinaceo, basi incrassato; hymenio albo vel rufescente; poris minimis pallidis. — ***P. cretatus** Berk. in Cooke Enum. p. 137, *P. Raceneli* B. et C. North Am. Fungi n. 122 (nec B. et Fr.): pileo subflabelliformi, demum lobato, zonato, albido, lineato-sericeo 2,5-4 cm. lat.; stipite albo pruinato 18 mm. longo, 4-6 mm. cr.; poris ochroleucis minimis, 200 μ . diam. Ad truncos in Carolina inf. (RAVENEL).

43. **Polystictus xerophyllus** Berk. Fl. New. Zeal. p. 178; tab. CV, 5576
fig. 2. — Pileo flabellato, suborbiculari, radiato-rugoso, scabriusculo; margine crenato; stipite brevi, nigro, ruguloso, subtiliter velutino; hymenio pallido; poris parvis, acie obtusiuscula.

Hab. in ligno putri in Nova Zelandia (COLENSO). — *P. vario* et *grammocephalo* affinis.

44. **Polystictus luteus** Blum. et Nees ab Esenb. Fungi Javan. p. 16. t. 5577
IV, fig. 1-5. — Pileo rigido, tenui, glabro, lutescente; poris minutis, cinereo-lutescentibus; stipite lutescente basi dilatato.

Hab. in silvis montosis Javæ (BLUMÉ), ad ligna emortua in insulis Nikobar et Aru Oceani Indici, in Cuba (C. WRIGHT) in Malaca (SCORT.), in Carol. inf. Amer. fœder. (CURTIS), Panurè Brasiliae (SPRUCE, GARDNER) socius *Sterci elevati*, in Australia. — Pilei simplices seu rarius lateribus connati, flabelliformes, coriacei, duri, persistentes, vix 1 mm. crassi, 2½-5 cm. lati, glabri et subzonati: color luteus, in aliis dilutior, in aliis in castaneum transit; stipes

marginalis, inequalis et tuberculatus, basi valde dilatatus; hymenium e poris rotundis, parvis sed conspicuis, constat.

45. **Polystictus petaliformis** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 307. — 5576

Pileo flabelliformi, tenui, zonato, papyraceo, striatulo, rufo, postice subtiliter hirtio, in stipitem subdisciformem super matricem effusum angustato: margine tenuissimo, lobato, subimbricato: poris parvis, brevibus, angulatis, acie subobtusis.

Hab. ad caudices emarcidos Cuba: Amer. centr. — Hymenium album; pileus 6 cm. longus et latus; pori $\frac{1}{3}$ mm. lati.

46. **Polystictus polygrammus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 307. 5579

— Pileo flabelliformi, hic illic lobato-fisso, coriaceo, lineato, fulvo-umbrino, subtiliter scabroso-hirtio, subzonato, opaco, postice in stipitem obsolete angustato; hymenio ochraceo; poris minimis angulatis; dissepimentis tenuibus dentatis.

Hab. ad ligna emortua Cubæ (C. WRIGHT). — Pileus 5 cm. longus latusque; stipes a subjacente hymenio separatus sed vix discum excedens; pori $\frac{1}{7}$ mm. diam.

47. **Polystictus vernicipes** Berk. Challng. III. p. 50. — Pileo tenui, 5580

conchiformi, pallido, zonato, crenato, subplicato, radiato-striatulo, zonis umbrinis picto; stipite brevissimo, polito; poris albis.

Hab. ad truncos in Japonia (Bikins). — Pileus 4 cm. latus, $2\frac{1}{2}$ cm. longus; pori $\frac{1}{4}$ mm. diam.

48. **Polystictus carneo-niger** Berk. Grev. XII, p. 15. — Pileo reni- 5581

formi, tenui, nigro, radiato-rugoso, 5 cm., obscure zonato; stipite brevi elongatove, concolore, deorsum velutino-fusco, ad basim discoideo; hymenio carneo; poris minutis, brevibus: dissepimentis crassis.

Hab. pr. fluvium Daintree Australiæ.

49. **Polystictus nephridius** Berk. in Hook. Journ. 1856. p. 195 Dec. 5582

n. 566. — Pusillus, tenuis; pileo phlebophoro, glabro, badio reniformi; stipite brevissimo nigro: poris minutis punctiformibus; hymenio pallido.

Hab. ad caudices in silvis Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT) et in truncis emortuis, Parure Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 1-5 cm. latus; stipes subinde disciformis.

50. **Polystictus stereoides** Berk. Herb. 2448, Cooke Præc. n. 618. 5583

Hab. . . . (loc. ignot.). Ex Cooke in litt. pollet stipite 2,5 cm. longo, hinc est diversus a *Polystictio stereoides* Fr.; differt autem a *P. stercino* proximo?

- 51 **Polystictus affinis** Nees F. Jav. p. 18, t. 4, f. 1, Fr. Epicr. p. 445. 5584

— Pileo papyraceo, flabelliformi, rigido, castaneo, zonis obscurioribus picto stipiteque laterali, tenui, æquali, castaneo-fusco, basi scutato-adnato, glabris; poris determinatis, curtis, minimis, albo-alutaceis.

Hab. passim ad ramos, subcæspitosus, in ins. Philippinis, India, Nikobar et Aru, Java, Sumatra, Pegu, Australia, Brasilia. — *P. Pevulæ*, ut videtur, respondens. Variat stipite 2,5 cm. longo et brevissimo. Pileus 5 cm. lat., 1-2 mm. cr. — Var. **melanopus** Jungl. F. Jav. p. 70: pileo spadiceo-fusco primum rotundato integro dein reniformi, ambitu lobulato, stipite elongato, tenui, nigro.

52. **Polystictus stereinus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, pag. 308. — 5585

Flabelliformis (siccus rigidus inflexus); pileo tenui, plurizonato, castaneo-rufo, glabro; stipite disciformi; hymenio albo; poris minimis, subrotundis, acie pruinosis.

Hab. ad truncos caudicesque emortuos Cubæ, Amer. centr. (C. WRIGHT), Trombetas Brasiliæ (TRAILL), in insul. Admiralty. — Pileus 18-25 mm. latus et longus; pori $1\frac{1}{2}$ mm. diam. Adsunt duæ varietates: altera pileo pallidiori minus rufo nitido, altera rigidior, minus regularis atque non ita ut in typo plurizonata.

53. **Polystictus caryophyllaceus** Berk. et Curt. in Grev. XV, p. 22. 5586

— Pileo membranaceo, applanato, cuneiformi, postice in stipitem attenuato, levi, glabro, caryophyllaceo vel purpureo-atro; margine acuto, serrulato, pallidior; stipite tenui, fusco, cylindrico, ad basim disciformi; poris curtis, æqualibus, subrotundis, prope marginem obsolete.

Hab. ad truncos, Venezuelæ, Amer. merid. — Pumilus sed longitudine $2\frac{1}{2}$ cm. paullo superans; stipes enim tertiam occupat partem.

54. **Polystictus gallinaceus** B. et Cooke Journ. Linn. Soc. XV, pag. 5587

379. — Pileo tenui, chartaceo, flabelliformi, zonato, postice umbilicato, subtiliter tomentoso, glabrescente, radiato-lineato; stipite cylindrico, tomentoso, e basi orbiculari oriundo; poris minimis.

Hab. ad ligna emortua Brasiliæ, Obydos, Rio Purus (TRAILL). — Pileus $4\frac{1}{2}$ cm. latus, ochraceus, margo tenuis plerumque lacer; stipes 12 mm. longus, 2 mm. crassus; pori $\frac{1}{8}$ mm. lati. Affinis *P. stereino* B. Forma minor occurrit ad Rio Purus (TRAILL) forma et colore nonnihil pennam Meleagridis referens.

55. **Polystictus spathulatus** (Hook.) Berk. Exot. Fung. pag. 385, Fr. 5588

Epicr. p. 443, *Bol. spathulatus* Hook. in Kunth Syn. p. 9. — Fulvus; pileo coriaceo, convexo, late obovato, glabro, nitido; stipite

lateralis, elongato, crasso, glabro, simplici; poris minutis, subrotundo-angulatis.

Hab. ad truncos prope Lochsa in Perù et Amer. centrali. — (HUMBOLDT). — Pileus concentricè sulcatus, non discolori-zonatus, intus concolor 6 mm. latus; stipes 3-16 mm. longus, 3 mm. crassus.

56. **Polystictus squamæformis** Berk. in Hook. Journ. 1852. p. 139, 5589
Dec. n. 420, t. VII, f. 2. — Pileo reniformi, brevissimè stipitato, tenui, castaneo, subtiliter virgato, subzonato, sericeo-nitido; margine tenuissimo subtus sterili; hymenio pallido; poris mediis postice dentato-elongatis.

Hab. in lignis emortuis ad Sarawak, Bornei (O. BECCARI) et M. Khasia Indiæ (HOOKER). — Pileus 4-4,5 cm. latus, 2,5 cm. longus; pori 600 μ . circ. lati, dissepimenta rigidiuscula. Habitus fere *P. modesti*. Adsunt formæ variæ, teste Cesati.

57. **Polystictus manubriatus** Lév. in Zollinger Verzeichniss p. 17. — 5590
— Pileo coriaceo, reniformi, convexo, azono, levi, sanguineo-atro, lanato; stipite dorsali marginali elongato cylindrico, glabro, pileo pallidiori, basi dilatato; poris albis vix conspicuis, acie obtusis, contextu albo.

Hab. ad truncos in insula Sumatra.

58. **Polystictus intonsus** Berk. Fl. Tasm. p. 252. — Pileo flabelli- 5591
formi, tenui, velutino, brunneo; stipite excentrico brevi; hymenio albo; poris minutis, punctiformibus, decurrentibus, 111-142 μ .

Hab. in ligno putri in Tasmania (ARCHER). — Species minuta *P. intonso* affinis.

59. **Polystictus crenatus** Berk. Fung. Brit. Mus. pag. 372. — Pileo 5592
brevissimè stipitato, tenui, plano, rigido, subreniformi, crenato-lobato, rufo, glabrescente, zonato; hymenio pallide brunneo; poris minutissimis.

Hab. in insula Ceylon (KÖNIG), Java et Sumatra (BLUME et KORTHALS). — Margine obtuso infra sterili distincta species, teste Lév. Pileus 7,5-10 cm. lat., 3,5 cm. long.

60. **Polystictus unguicularis** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 76. — Pileo 5593
coriaceo, tenui, reniformi, glaberrimo, concentricè striato et a basi radiato-rugoso, unicolori ochroleuco, postice porrecto stipitato; poris minutis pallidis confertis acutis, demum lacero-dentatis.

Hab. ad truncos in regno Mexicano (LIEBRMANN). — *Stereum striatum* vel *complicatum* referens, vix 2,5 cm. diam., 2 mm. crassus, margine acuto in sicco incurvato.

61. **Polystictus microloma** Lév. Champ. exot. p. 183. — Pileo submem- 5594

branaceo, coriaceo, orbiculari, nigro, badio, zonato, postice depresso, poris minutissimis rotundis, margine nudo, tandem filiformi, nigro circumdatis; stipite cylindrico tomentosio, fusco demum denudato, nigro, basi peltato-dilatato.

Hab. ad truncos, circa Manillam Philippinarum. — Stipes 2-5 cm. long. *P. Schomburgkii* Berk. proximus.

62. **Polystictus pterygodes** Fr. Epicr. p. 545, Fung. Guin. f. 7. — 5595

Subsessilis; pileo papyraceo reniformi pulchre flabellari-expanso obsolete zonato glabro nitido lutescente, postice late depresso tuberculo scutato-dilatato adnato; poris minimis, rotundis, griseo-pallidis.

Hab. ad ramos in Guinea. — Elegans 5-7 cm. latus, depressus, margine convexo reflexo, subtus determinate sterili, zonis nec depressis nec discoloribus.

63. **Polystictus nephelodes** Lév. Champ. Mus. p. 125. — Pileo coria- 5596

ceo, membranaceo, subspathulato, plano, depresso, nudo, azono, fusco-nigricante; margine tenui subtus sterili; poris minutis, angulatis fulvis, ore obtusis; stipite laterali, brevi, nudo, nigro; contextu pallido.

Hab. ad truncos Paramaribo (Kegel) et in Australia. — Affinis *P. flabelliformi* sed distinctus.

64. **Polystictus lacer** Jungh. Crypt. Jav. p. 65. — Coriaceo-elasticus, 5597

tenuis, erectus; pileo stipitato castaneo-fusco levi azono, juniore subintegro obovato spathulato, dein margine irregulariter fesso flabelliformi; hymenio alutaceo-pallido; poris rotundis, nudo oculo haud conspicuis.

Hab. in truncis in silvis M. Merapi Javæ alt. 1000-1400 m. — Stipes pileo concolor, teretiusculus, 12-13 mm. rarius 25 mm. longus, junior floccoso-tomentosus; pileus 2,5-4 cm. longus, obovatus vel spathulatus, substantia 0,8 mm. circ. crassa, pallida.

65. **Polystictus multiformis** Mont. Guy., n. 344, Syll. Crypt. n. 489. 5598

— Parvulus; pileo coriaceo, subdimidiato, polymorpho, reniformi-spathulato, cochleariformi, supra rufo-vaccino, zonis angustissimis concentricis nigris notato fibrillisque ad ambitum usque crenatum radiantibus, subtus umbrino; stipite laterali e tomentoso scruposo-tuberculoso inæquali concolori; poris minimis e rotundo angulatis ore farinosis in stipitem longe decurrentibus; contextu rhabarbarino, strato intermedio nigro.

Hab. ad terram in Guyana Amer. merid. (Leprieur.) — Pileus 7-15 mm. long., 1-1,5 cm. lat., vix 1 mm. cr.; pori 50-80 μ . diam $\frac{1}{2}$ mm. longi.

66. **Polystictus cinerescens** Lév. Champ. exot. p. 181, *P. Leveillei* 5599
Cooke Enum. p. 144. — Pileo coriaceo, applanato, subreniformi, velutino, zonis fulvis et obscurioribus confertissimis variegato; margine acuto, contextu albo; poris minutissimis, angulatis, cinerescens; stipite subnullo laterali.
Hab. ad truncos Java. — Pileus 6-7 cm. lat., 10 mm. vix cr.
67. **Polystictus sideroides** Lév. Champ. exot. p. 182. — Pileo suberoso 5600
subinfundibuliformi zonato stipiteque brevi crasso excentrico velutinis ferrugineis; poris minutis longiusculis angulatis, fuscis, intus contextuque ferrugineis, dissèpimentis tenuibus acutis.
Hab. ad truncos, Sumatra et Java. — Pileus 7-8 cm. lat.
68. **Polystictus Blumei** Lév. Champ. exot. p. 185. — Pileo coriaceo, 5601
submembranaceo, nudo, zonato, lurido, in stipitem brevem producto; margine tenuissimo; contextu albo; poris superficialibus, inæqualibus, angulatis, ligneis.
Hab. ad truncos Magamedon in Java. — Cum *P. versicolori* comparandus, sed stipite, pilei tenuitate etc. distinctus.
69. **Polystictus nothopus** Lév. Champ. exot. p. 194. — Pileo duro 5602
suborbiculari, subvelutino, obsolete zonato; poris inconspicuis, rotundis, fuscis; stipite dorsuali brevi, obliquo, sursum attenuato; pileo concolori.
Hab. ad truncos, Java. — Pileus 4-6 mm. lat.; stipes (singulari) e medio disco pilei oritur et extrorsum flectitur; pori terram spectant.
70. **Polystictus ostreatus** Lév. Champ. Mus. p. 127. — Pileo coriaceo, 5603
plano-depresso, reniformi, nudo, obscure zonato, versus marginem rugosum obtusum subtus sterilem fulvo; poris minutis, subrotundis, concoloribus; stipite laterali, subnullo, basi dilatato; contextu fulvo.
Hab. ad truncos, Rio-de-Janeiro Brasiliæ (GAUDICHAUD). — Pileus 10-12 cm. lat., 5-6 mm. crass.
71. **Polystictus brachypus** Lév. Champ. Mus. p. 127. — Pileo coria- 5604
ceo, reniformi, applanato, nudo, levi, zonato, rubescente; margine patente, ancipite, subtus sterili; poris angulatis, minutissimis, brevibus, ore integris pallidis; stipite brevi, laterali, nudo, albo.
Hab. ad truncos, Guadalupe (LHERMINIER). — Pileus 3 cm. latus, 2-3 mm. crass.
72. **Polystictus lenziteus** Lév. in Zoll. Verz. (1851) 17. — Pileo sube- 5605
roso, applanato depresso, nudo, zonato, albido, laterali vel stipite brevissimo basi dilatato suffulto; poris hexagonis sat magnis, acie acutis, ochroleucis, versus marginem sublamellatis.

Hab. ad lignum putridum in ins. Sumatra.

73. **Polystictus asper** Jungh. Crypt. Jav. p. 60, f. 31. — Pileo sub- 5606
dimidiato, tenui, duro, coriaceo-elastico, castaneo, strigoso-aspero;
hymenio cervino-murino basi nigrescente; margine sterili; poris
nudo oculo bene conspicuis, eximie regularibus, rotundis.

Hab. in truncis in Java. — Pilei basi uno tantum puncto af-
fixi, plani, horizontales. 7-8 cm. lati, basi spadiceo-nigricante ambi-
tu castanei nitentes, a basi versus ambitum longitudinaliter striati,
concentrice zonis planiusculis ornatis; pilei substantia castaneo-au-
rea, mollis; hymenium cum pilei substantia 1 mm. circ. cr., basi
nigricans.

74. **Polystictus cycliscus** Mont. Fl. Chil. VII, p. 363, t. 7, f. 7, Syll. 5607
Crypt. n. 519. — Apus, nummiformis, unicolor, ochraceo-fulvus;
pileo sessili suborbiculati coriaceo-suberoso rigido tenui, supra
convexo-plano glabro; margine membranaceo, initio demisso dein
semirevoluta purpurascens; poris obscurioribus, mediocribus, inæ-
qualibus, angulatis, ore dentatis; dissepimentis crassis.

Hab. ad ligna, Chili (CL. GAY et BERTERO).

75. **Polystictus cotyledoneus** Speg. Fung. Arg. II, p. 7. — Resupi- 5608
natus; pileis solitariis vel 2-3 gregariis, orbicularibus, 2-3 cm.
diam. confluenso difformibus, ad centrum tantum puncto matrici ad-
natis, cortice tenui, udo sordide albo, sicco sublutescenti marginem
versus cinerescens ac crenulato-lobulato, concentrice 2-3 zonato,
radiatim ruguloso, cartilagineo-tenacissimo, glaberrimo, subnitente;
carne pertenui, fibroso-tenaci $\frac{1}{2}$ -1 mm. crass., candida; hymenio
estrato tubulorum minutissimorum, densissime stipatorum ore integro
vix perspicuo gaudentium efformato, udo molli, pellucido, roseo-
fusciscente vel roseo-lutescente, sicco durissimo, sordide roseo-al-
bicante 1-2 mm. crass., toto fertili.

Hab. ad palos fabrefactos pontem constituentes en la Boca del
Riachuelo in Argentina, Amer. merid. (Dr. O. SCHNYDER). — Fun-
gus pulchellus, udus explanato-convexus, siccus cupulari-contracto-
crispatus, facillime dignoscendus: an affinis *Pol. Cyclisco* Matgn.
et tunc an typice resupinatus?

76. **Polystictus virgineus** Schwein. Car. n. 919, t. 2, f. 4-6. Fr. Ep. 5609
p. 481. — Tenuis, candidus; pileis orbiculatis, glabris, undulato-lo-
batis; zonis tuberculosis; poris majusculis.

Hab. ad truncos America borealis et in panis. Malace (SCOR-
TECHINI). — Pilei in orbem plerumque dispositi, passim substipitati,

5 cm. lati, tenues, ceterum habitu *P. versicoloris*. Contextus pro more floccosus; pori rotundi, dissepimentis tenuibus.

77. **Polystictus conchifer** Schwein. Car. n. 918 Fr. Epicr. p. 163. 5610
— Minor, tenuis, spongioso-coriaceus, albus; pileo conchiformi, glaberrimo, splendente; poris mediis dentatis.

Hab. ad ramos dejectos Carolinæ et ad ligna cariota, Buffalo (CLINTON), Lowville, Amer. fœder. — Species valde singularis, sæpe concretescens, forma et magnitudine eximio varians. Primo Pezizam. brevi et crasso stipite instructam, e disci centro Cladoniarum pyxidatarum more proliferam refert, excavatus, passim fusco-zonatus; specimina vero explicata pileum habent tenuem, lateraliter extensum, reniformem, 2½ cm. diam. utrinque planum, ferme sessilem, sulcis nonnullis concentricis exaratum. Margo integer, acutus; pori tenui dissepimento interstincti, acuti, angulati, dentati, sed vix laceri. Teste Cooke Præc. n. 642 vix differt a præcedente.

78. **Polystictus ochro-tinctus** B. et C. N. Pac. exp. n. 92. — Pileo 5611
e flabelliformi orbiculari ochraceo, glaberrimo polito sulcato-zonato; stipite concolori nitente; hymenio albo; poris parvis rotundis.

Hab. ad ligna emortua in insulis Bonin maris Pacifici, in Japonia et Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT). — Quandoque pleuropus ut in forma Cubensi. Pori ¼ mm. diam.

79. **Polystictus atro-cervinus** Berk. Hook. Journ. 1856, p. 234, Dec. 5612
n. 583. — Pileo tenui, coriaceo, flabelliformi reniformique cervino subtiliter tomentoso, zonato, rugosiusculo; hymenio albo vel leniter umbrino; poris minutis punctiformibus.

Hab. ad truncos emortuos Panuræ et M. Cocui Brasiliæ (SPRÜGGE) et Ceylon. — Pileus 5 cm. latus; pori vix 180 µ. diam. *P. Didrichsenii* subsimilis.

80. **Polystictus Didrichsenii** Fr. Nov. Symb. Myc. pag. 76. — Pileo 5613
coriaceo-flexili, cuneato-flabelliformi, e basi radiato-rugoso, alutaceo-pallescente; margine in stipitem brevem lateralem basi scutato-dilatatum attenuato; contextu albo; poris minutis, obtusis.

Hab. ad truncos in ins. oceanica Bora-Bora et Brasilia. — Pileus 2,5 cm. latus. Accedit ad *P. affinem*. — Var. **mejopora**: poris minoribus: Berk. F. Bras. n. 195. Pr. fluvium Trombetas et pr. Manaor Brasiliæ (TRAILL).

81. **Polystictus cervino-nitens** Schwein. in B. et C. Cent. N. Am. Fungi 5614
n. 47 (in nota) Ann. Nat. Hist. XII, p. 433. — Pileo flabelliformi, tenui, radiato-rugoso, plicatove, ligneo-coriaceo, sublobato, cervino-fulvo, zonis crebris obscurioribus sericeo-striato; hymenio cou-

textuque subconcoloribus dilutioribus; poris minimis, punctiformibus.

Hab. ad truncos Demerara et Surinam in Guyana Britannica Amer. merid. — Pileus 5 cm. altus, 5 cm. latus. *P. albo-cervino* Berk. tam stricte affinis ut plures formæ utriusque characteribus gaudere videantur.

82. **Polystictus Baurii** Kalch. Grev. X, p. 53. — Pileo carnosocoriceo, horizontali, tenui at rigido, reniformi, vage ruguloso, e pubescenti glabrato, alutaceo, margine loborum imbricatorum serie aucto; poris minutis, rotundis, obtusis, concoloribus, perbreuibus, substantia pallida. 5615

Hab. ad truncos Africæ austr. ad Bazuja Caffrariæ (Rev. BAUR). — Pileus 7-12 cm. longus latusque, 4-6 mm. crassus; stipes brevis, scutato-adnatus, digiti minoris crassitie.

83. **Polystictus brunneolus** Berk. Hook. Journ. III, p. 187. *P. modestus* Berk. in Hook. Journ. — Suberoso-coriaceus; pileo tenui, reniformi-flabellari, cervino-pallido, crebri-zonato, sericeo-nitente; margine acutissimo; stipite brevissimo; hymenio contextuque pileo subconcoloribus; poris minutis, punctiformibus, dissepimentis obtusiusculis. 5616

Hab. ad truncos in Guiana et insul. Java Philippinis. — Pileus 5.5 cm. latus, 3.5-4 cm. long.

84. **Polystictus modestus** Kunze in Fr. Linnæa V, pag. 519, Epier. p. 444. — Pileo coriaceo, tenui, applanato, obsolete velutino, zonatoque cinnamomeo-pallescete, utrinque in stipitem brevissimum album scutato-adnatum decurrente; poris minutis, rotundis, obtusis, lacteo-pallescetibus. 5617

Hab. in truncis Surinam Amer. austr., Java et Pegu. — Contextu floccosus, pileo concolor.

85. **Polystictus Menziesii** Berk. Fung. brit. Mus. n. 26, Journ. Linn. Soc. XIV, p. 47. — Pileo cupæato, antice rotundato, tenui, coriaceo flexili, flabelliformi, disco parvo affixo zonato subtiliter tomentoso; poris subhexagonis; margine angusto sterili, dissepimentis tenuibus. 5618

Hab. in ligno emortuo, in insulis Sumatræ (MENZIES) et Ceylon (THWAITES). — Pileus 2½-3 cm. longus, pallide umbrinus; pori ½ mm. diam. In speciminibus Ceylanicis pori tantillum latiores, sed nulla nota essentiali diversi.

86. **Polystictus murinus** Lév. Champ. exot. p. 185. — Pileo rigido subtrigono pruiato fusco, zonis saturatoribus variegato, in stipi-

tum horizontalem producto; contextu porisque requalibus, angulatis integris, dilute cinnamomeis.

Hab. ad truncos Java. — Habitus fere *P. versicoloris*.

87. **Polystictus microcycclus** Lév. Champ. exot. in Ann. Scienc. Nat. 5620
1854. p. 188. — Pileo reflexo, membranaceo, coriaceo, creberrime zonato, tomentoso, spadiceo; margine acuto lobato; poris angulatis, vix conspicuis, curtis, e fulvo fuligineis.

Hab. ad truncos in insula Java (ZIPPÉLIUS). — Cent. 4-8 latus. *P. spadiceo* affinis dicitur.

88. **Polystictus malacensis** Cooke Grev. 1885 p. 13. — Pileo coriaceo, 5621
tenui, flabelliformi, lobato, vinoso-fusco, zonato, sericeo-nitido; margine acuto; stipite brevi, disciformi; hymenio umbrino; poris rotundis, æqualibus, $\frac{1}{5}$ mm. d.; dissepimentis tenuiusculis, quandoque laceratis, contextu rhabarbarino.

Hab. ad caudices, Perak pænisulæ Malacensis. — Pileus 8 cm. vel ultra longus; stipes vix 12 mm. superans, sæpe minor. Affinis *P. discipedi* B.

89. **Polystictus discipes** Berk. Dec. of Fung. n. 170. — Coriaceus; 5622
pileo reniformi, fulvo, nitidulo, glabrato, leviter zonato, hic illic rugoso, plicatove; stipite disciformi; hymenio inæquabili luteo-fusco; margine sterili luteo; poris minutis.

Hab. ad ligna emortua, Talagalla Ceylon (GARDNER). — Pileus 4-5 cm. latus, $2\frac{1}{2}$ -4 cm. longus; pori minuti $\frac{1}{4}$ mm. vix diam. æquantes. Affinis *P. brunneolo* cum plerisque notis *P. cuprei*. Species pereximia.

90. **Polystictus peroxydatus** Berk. Chall. n. 102. — Tennis suborbi- 5623
cularis, rubiginoso-pulverulentus; pileo leviter zonato rugoso; stipite brevi crasso; hymenio convexo ferrugineo; poris angulatis; contextu rhabarbarino.

Hab. ad truncos, Pennant Hills Paramatta Australia. — Pori $\frac{1}{4}$ mm. diam.; pilei color rubiginosus.

91. **Polystictus Königii** Berk. Fung. Brit. Mus. p. 373, n. 13. — Pileo 5624
tenui, rigido, duro, semiorbiculari, subtiliter pruinoso-velutino, glabrescente, lineato, punctulato, cervino, zonis obscurioribus castaneove; margine obtusiusculo; poris parvis distinctis, rotundis; dissepimentis subintegris, contextu ferrugineo pallidioribus.

Hab. in insula Ceylon. — Pileus 5-7.5 cm. latus; pori 250 μ . diam.

92. **Polystictus Meleagris** Berk. Chall. n. 157. — Pileo flabelliformi, sti- 5625
pite brevissimo affixo, zonato, radiato, lineato, brunneolo; margine

colorat. crassiss. ad. quadrilobis striato; hymenio = pallido umbrino, poris angularibus et illis sinuatis; dissepimentis rigidiusculis.

Hab. ad truncos in insula oceanica Arn. — Pileus 5-8 cm. latus, 4 cm. longus; pori $\frac{1}{4}$ mm. diam. saepe intunduliformis. Adest varietas cum eodem stipite longiori subtiliter laccato.

93. **Polystictus confundens** Cesari Myc. Born. p. 6. — Pileo subsp. 523
 titulato, diam. vix $2\frac{1}{2}$ cm. chartaceo, fusciscenti, sericello, zonato, zonis obsolete et statellis, margine attenuato, repando; hymenio pallidiori; poris minutissimis, subretinalis.

Hab. in ditone sarawacensi, Borni Malasiae (O. BECCARD). — Basis stemis nunc inconspicua, nunc paullisper producta.

94. **Polystictus inconspicuus** Miq. Bull. Neerl. 1839, p. 454 et Fung. 727
 aliquot exot. p. 194, t. XIII, f. 3. — Pileo lignoso-suberoso, tenui, duro, explanato, semiterenari vel postice protracto, glaberrimo, fibroso-verniceo unicolore, obsolete zonato griseo aut ferrugineo-griseo, margine integerrimo acutusculo; poris cinnamomeis stratis, versus marginem pallidioribus.

Hab. ad truncos vetustos in Guiana anglica et batava. —

P. Hostmanni Berk. Hook. Journ. 1842, p. 139; pileo convexiusculo ligneo-suberoso, valde tenui, zonato, badio, subvelutino, glabrescente, margine acutissimo; stipite obsolete; hymenio pallidiori; poris subinconspicuis rotundis. Ad truncos in Surinam. Pileus 5 cm. lat., 2.5 cm. long.

95. **Polystictus brachyporus** Mont. Guy. n. 371 et Syll. Crypt. n. 520. 528
 — Pileo sar dimidiato, membranaceo, rigido, tenuissimo, fusco, lineolis radiantibus; zonato; ambitu integro; margine in stipitem crassum basi dilatatum attenuato; contextu obscuriore fusco-badio; poris mediis, nulloeribus, angulatis, brevissimis; dissepimentis tenuibus acutis, striis decurrentibus elongatis.

Hab. ad ligna Cayenna Guyanae, Amer. merid. (LAPORTE.)

96. **Polystictus nepalensis** Berk. Hook. Journ. 1852, pag. 162, Dec. 592
 n. 474. — Candidus, carneso-mollis; pileo labelliformi, cute tenuissima glabra vestito; poris mediis; dissepimentis tenuissimis, acie acuta.

Hab. ad ligna emortua, Nangki East Nepal Indiae (D. HOOKER) ad 3500 m. alt. — Pileus 5 cm. latus, usque ad 4 cm. longus; pori circ. 800 μ lati. *P. pubescenti* affinis, *P. virgineo* subsimilis.

97. **Polystictus Libum** Berk. Fung. Austr. n. 85. — Pileo coriaceo, 760
 glaberrimo, ponto, postice disco affixo lobato, profunde umbilicato saeviusculis, caudato, zona altera profunde radiata, margine lutescen-

te; poris ochraceis, angulatis, mediis, dissepimentis rigidusculis acutis.

Hab. ad Tweed River Australiæ (GUILFOYLE). — Pileus 8 cm. latus, 6 cm. longus; pori $\frac{1}{2}$ mm. lati.

98. **Polystictus sanguineus** (Linn.) Mey. Esseq. p. 304, Fr. Epier. 5631
p. 414, Krombh. t. 5, f. 6-7, *Bol. sanguineus* Linn. Sp. pl. II.
p. 1646, Swartz Obs. bot. p. 408, t. II, f. 4, *Bol. ruber* Lam. —
Miniatus; pileo coriaceo, tenui, reniformi, glabro, nitido; stipite la-
terali brevi, basi orbiculari dilatata adnato; poris minutis rotundis.

Hab. in truncis in India, Java, Borneo, Philippinis, Malacca, Sumatra Amer. fœder., centr. et merid., Africa, Nova Zelandia, Tasmania, insulis maris Pacifici. — Subreniformis, nitens, obsolete concentrice sulcatus, 2,5-10 cm. lat. conchato-planus, flaccidus; stipes 4-6 mm. long.; pori nudo oculo vix conspicui, versus marginem evanescentes. *C.* pileo zonis flavis variegato Mey. l. c. *B.* pileo sessili tenui, plano, concentrice sulcato. In truncis Uruguay (herb. Kalchbr.) et Argentina.

99. **Polystictus regius** Miq. Tijl. Wetensch. Amsterd. 1852, p. 191, 5632
Frametes regia Kalchbr. Szibar. p. 16. — Apus; pileo semiorbiculari, dimidiato, sessili, suberoso-crassiusculo, appanato, glabro, supra azono cinnabarino-miniato; margine acuto; hymenio extrorsum substratoso, miniato, non renitente; poris brevibus subrotundis obtusis, trama crassiuscula separatis.

Hab. in truncis cæsis præsertim Aloës in promont. Bonæ Spei (DREGE, ZEYHER), in Sibiria Asiatica (MARTIANOFF). — Pileus 8-9 cm. lat., 5 cm. long. Huc pertinet *Polyp. sanguineus* Mout. et Berk. nec Fr., qui verum *Boletum sanguineum* Linnæi americanum spectat, teste Miquel. Teste Kalchbr., *P. cinnabarino* est propior, si tamen ejus species revera eadem est ac Miquelii.

b) Hygrophilii Cooke Præc. p. 79; pileo hygrophano, siccitate incurvo.

100. **Polystictus russogramme** Berk. Fungi of the Challenger exped., 5633
p. 45, n. 191. — Umbone affixus, spadiceo-rufus, coriaceo-mollis, rigescens; pileis imbricatis, subzonatis, radiato-lineatis; margine acutissimo, tenui, lacerato; poris irregularibus; dissepimentis acutis, tenuibus, dentatis, flexuosis.

Hab. ad truncos in ins. Moluccis. — Pori $\frac{1}{9}$ mm. diam.

101. **Polystictus rasipes** Berk. Challeng. n. 241. — Pileo flabelli- 5634
formi, conchato, sericeo, lineato, subvelutino, zonato, rufo, exsiccato

incurvo; stipite brevi, applanato, hispidulo; hymenio pallido; poris minutis angulatis; dissepimentis tenuibus.

Hab. in truncis ins. Admiralty. — Pileus 18-25 mm. latus; stipes 6-7 mm. longus, sursum dilatato; pori 130 μ . circ. diam. Siccitate valde contractus.

102. **Polystictus hydrophilus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 306. 5635

— Pileo carnoso, flabelliformi, tomentoso, luteo, marginem versus zonato, in stipitem brevem crassum angustato; hymenio concolore; poris minimis, angulatis, dentatis.

Hab. ad caudices Cubæ, Amer. centr. (C. Wright). — Recens copiose aquosus. Pileus 5 cm. vel ultra latus, evidenter valde contractus; pori $\frac{1}{6}$ mm. diam.

103. **Polystictus rigescens** Cooke Grev. 1885 p. 12. — Pileo carnoso- 5636

molli, tenui, demum rigido, contracto, flabelliformi, sæpe sublobato, zonato, purpureo-fusco, glabro, stereiformi, postice attenuato discoideo-affixi; margine acutissimo, flexuoso; hymenio albido; poris minutissimis, sub lente vix conspicuis, æqualibus, rotundatis, $\frac{1}{8}$ - $\frac{1}{10}$ mm.; dissepimentis tenuibus.

Hab. ad caudices emarcidos, Perak pænisulæ Malacensis. — Pileus 5-8 cm. latus et longus, exsiccatione contractus et contortus. Affinis *P. thelephoroidi* Hook. sed non ita tenuis, obscurior, basi discoideus, porisque multo magis minutis.

D. PROLIFICANTES Fr. Nov. Symb. p. 77. — Pleuropodes v. apodes, pileo plus minus prolificanti-multiplice, in stipitem indefinitum (subinde deficientem) plus minus protracto, coriaceo tenui.

104. **Polystictus prolificans** Fr. Epicr. p. 413. — Pileo coriaceo, lon- 5637

gitudinaliter costato; margine prolifero-lobato stipiteque laterali elongato, tenui villosis griseis; poris inæqualibus, mox labyrinthiformibus, dentatis, fusciscentibus.

Hab. in truncis in Mexico et Amer. bor. — Offert cum sequentibus typum peculiare distinctissimum. Stipes difformis, subtorulosus, raro ramosus, 7-10 cm. long.; pileus pro ratione parvus, tenuis, margine subpapyraceus; costæ [Rhizomorphæ cuiusdam ecorticatæ sensu Acharii, facie] superficiæ adnatæ in margine exseruntur et novos pileolos edunt.

105. **Polystictus xalapensis** Berk. in Hook. Kew. Misc. I, p. 103. 5638

— Tenuis, membranaceus; pileo flabelliformi, varie lobato, 5-10 cm. longo, pallido, sericeo, demum subglabro atque nitente, pluries et delicate zonato; hymenio candido; poris minutis; dissepimentis

tenuissimis atque delicatis, mox secedentibus atque dentatis, hinc hydnoideis.

Hab. ad truncos in Carol. mf. Amer. bor. (CURTIS) et Xalapa.

106. **Polystictus laceratus** Berk. Ann. Nat. Hist. 1839. p. 392. — 5639

Effuso-reflexus, tennis; pileo zonato, glabro, rugoso, striato, ligni-colori; poris majusculis, angulatis, mox laceratis, fusciscentibus; dissepimentis tenuibus dentatis.

Hab. ad ramulos radicesque Cuba et Amer. fœd. — Pileus 5 cm. longus, 18 mm. latus; hymenium fusciscentis.

107. **Polystictus elongatus** Berk. Hook. Lond. Journ. 1842, p. 149. 5640

Dec. n. 16. — Pileo cuneiformi, antice rotundato lobatoque, postice valde attenuato, tenui, coriaceo, tomentoso-glabrescente, pallide ochraceo, zonis obscurioribus, lineato-striato; hymenio concavo subrufescente; poris minutis; dissepimentis tenuibus laceratis; sporis albis.

Hab. ad ligna emortua in India, Ceylon ad 900-1200 m. alt. (THWAITES, GARDNER), in Java, in ins. Philippinis (CUNNING) ad truncos Castaneæ in Pensylvania Amer. fœder. (MICHENER), ad radices caudicum in campis, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT), Japonia et Mexico. — Pileus 5-6 cm. long.; pori minuti sed oculo inermi conspicui. *Polyst. versicolori* et *sectori* affinis. — ***Pol. Hodgkinsoniæ** Kalch. Grevillea t. 145, f. 24: pileo tenui, membranaceo-coriaceo, rigido, plano-convexo, spathulato, striis elevatis radiantibus dense lineato, primum subsericeo demum verucelloso; margine acuto, subtus sterili sublobato, albido; stipite curto, cylindrico, basi disciformi, linea recta in pileum transeunte; poris minutis, brevissimis, angulatis demumve dentato-laceris, ex albo flavescentibus. Ad truncos N. S. Wales, Richmond River (MARIA HODGKINSON). A simili *P. elongato* B. pileo teneriore, eximie lineato differt.

108. **Polystictus nilgheriensis** Mont. Nilgh., n. 146, et Cent. III, post 5641

n. 42. — Pileo conchiformi, suberoso-coriaceo, tenui, e triquetro subreniformi convexo, zonis concentricis velutinis angustis notato, spadicæo-nigricante opaco, antice prole nova subimbricato; margine demisso subtus sterili obtusiusculo; contextu porisque non stratosi minutissimis, ore acutis, intus nudis tabacinis.

Hab. in truncis vetustis montium nilgheriensium Indiæ (PERROTTER), in Carol. super. Amer. fœder. et in Amer. bor. Britannica ad 54 lat. N. et in ligno emortuo, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT).

109. **Polystictus Ornithorhynchi** Kalch. Grev p. 96. t. 145, f. 23. — Pi- 5642

leis subæspitosis, tenuibus, coriaceis, obovato-cuneatis, azonis, vil-

loso-tomentosulis, rubiginoso-umbrinis, in stipitem concolorem, brevem vel subnullum attenuatis; poris decurrentibus, brevibus, rotundis, umbrinis; substantia cinnamomea.

Hab. ad truncos Richmond River Australiae (M. HODGKINSON). — Pileus 2,5 cm. circiter latus, cuticula tegitur glabra, nigricante, cui stratum tenue tomenti umbrini superpositum est. E grege quidem *Pol. prolificantis*, sed a ceteris hujus gregis ob pileum azonum et erugem dissimilis.

110. **Polystictus Kurzianus** Cooke Grev. XV, p. 22. — Pileo ochraceo-albo, membranaceo-coriaceo, conchiformi, tenui, reniformi, convexo, postice imbricato, pubescente, glabrescente, zonis concentricis angustis obscurioribus notato; stipite brevissimo, disciformi; hymenio contextuque concolori; poris irregularibus, angulatis, acie acutis, dentatis, $\frac{1}{4}$ mm. lat., $\frac{1}{2}$ mm. long. 5643

Hab. ad truncos lavae, Malesiae et Perak pænisulae Malacensis, Indiae. — Similis *P. nilgheriensis* M.

111. **Polystictus multilobus** Kalchbr. Grev. X, p. 96. — Pileo coriaceo, tenui et rigido, subreniformi in stipitem lateralem brevissimum angustato, vage ruguloso, e pubescenti glabrato, albo-alutaceo, margine lobato, lobis rotundis, azonis, in fungo adultiore imbricatis; poris minutis, rotundis, obtusis, perbrevibus, cum substantia albis. 5644

Hab. in truncis Richmond River Australiae (MUELLER). — Pileus 7-12 cm. longus latusve, 4-6 mm. crassus.

112. **Polystictus ilicincola** B. et C. North Am. Fung. n. 140, Rav. Fung. Car. Fasc. 5, n. 17. — Pileo flabelliformi, pallido, glabrato nitido radiato-ruguloso; poris pallidis sinuatis. 5645

Hab. ad cortices Ilicis opacae in Alabama, Amer. foeder. (PETERS). — Pileus 18 mm. latus; pori $\frac{1}{3}$ mm. lati; hymenium valde simile illi *P. abietini*.

113. **Polystictus Friesii** Kl. in Fr. Epicr. p. 480. — Pileo coriaceo-tenui e basi angustata flabelliformi expanso lobato dense concentricè striato sericeo gilvo, versus marginem papyraceo; poris inaequalibus lacero-dentatis fuscis, marginalibus integris. 5646

Hab. in regionibus calidis Americae borealis, Tasmania et Afric. austr. — Elegans, forma fere *Polypori modesti*.

114. **Polystictus Fockei** Miq. Tijd. Wetensch. Amsterd. 1852, p. 193. 5647
— Apus; pileis e basi tuberosa pluribus imbricatis, tenuiter coriaceis, cuneato-flabelliformibus, subplanis, levibus, glabris, carneo-gilvis, obscure subaurantio-zonatis, margine extenuato integerrimis vel erosulis; hymenio a margine remotiore, cinnamomeo; poris an-

gulatis, inæqualibus, brevissimis, subdenticulatis, demum labyrinthiformibus.

Hab. in ligno cæso in distr. Pora Surinam, martio (Focke). — Cum *P. Friesii* comparandus. Pileus 3,5-4 cm. lat. et long.

115. **Polystictus radiato-rugosus** Berk. Fung. Flor. Van Diem. p. 323, 5648
in Ann. Nat. Hist. III. — Dense imbricatus; pileis horizontalibus, subtilibus, demum levibus radiato-rugosis, sordide albis vel griseis; carne alba, fibroso-coriacea sed fragili; tubis carnis longitudinem æquantibus, mediæ magnitudinis, intus albis, irregularibus, ore sæpe eroso.

Hab. ad truncos in Tasmania. — Pilei 6 cm. lat.

116. **Polystictus Flabellium** Mont. Cuba, p. 388, t. 15, f. 2, Syll. 5649
Crypt. n. 521. — Apus, membranaceus, imbricato-cæspitosus; pileo papyraceo primum spatulato, tandem late flabelliformi-expanso multifido, longitrorsum striato zonisque concentricis notato, e candido subnitente pallide rufescente opaco glabro; poris minutis, oblongis, irregularibus contextuque fibroso cum pileo concoloribus acutis dentatis demum laceratis; dissepimentis tenuissimis.

Hab. ad ramos et truncos Cuba (RAMON DE LA SAGRA, C. WRIGHT).

117. **Polystictus pellucidus** Berk. Challeng. n. 263. — Deuse imbricatus; pileis tenuibus, lobatis, sericeo-hirsutis, leviter zonatis; hymenio e pallido brunneo; poris parvis dentatis; dissepimentis cartilagineis. 5650

Hab. ad caules graciles herbarum in Japonia. — Pileus 0,5 mm. diam.

118. **Polystictus exiguus** Cooke Grev. XV, p. 23. — Pusillus; pileo membranaceo, triquetro, pallido cervino, postice in stipitem brevem, tenuem (vel obsoletam) producti, supra radiato fibroso-hirsuto; margine tenui, inciso-lobato; hymenio albo, tubulis elongatis; poris rotundis, æqualibus; dissepimentis tenuibus, integris, sæpe dentatis. 5651

Hab. inter muscos ad radices in Nova Zelandia Australiæ. — Pileus 3-5 mm. latus, vix ultra; stipes interdum 2-3 mm. longus, interdum nullus; pori $\frac{1}{6}$ mm.

119. **Polystictus plicatus** Lév. Champ. exot. p. 185. — Pileo coriaceo-suberoso, submembranaceo, flabellato, lobato, cinereo, basi depresso; margine fimbriato, subtus sterili, fusciscente, in stipitem brevem crassum attenuato; poris impressis, angulatis, obtusis, subtomentosis, ochraceis; contextu albo. 5652

Hab. ad truncos in insula Java (BLUME).

120. **Polystictus Gaudichaudii** Lév. Champ. exot. p. 185 et in Bonit. 5653

t. 140, f. 2. — Cæspitosus coherens; pileo coriaceo, semiorbiculari vel flabellato, nudo, lurido, zonis murinaceis variegatō; poris brevibus, angulatis, subradiantibus, acutis, erosis; stipite laterali canaliculato, intra convexo abrupte poros marginante.

Hab. ad truncos in peninsul. Malacæ ad Singapour (GAUM-CHAUD).

121. **Polystictus rheicolor** B. et C. Journ. Soc. X, p. 310. — Pileo 5654
subreniformi, convexo, postice in stipitem spurium desinente, fibroso-sericeo lineato; contextu porisque parvis angulatis croceis; dissepimentis tenuibus.

Hab. ad caudices in silvulis, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT).
— Pileus 5 cm. latus, 4 cm. longus, siccus margine inflexo; pori $\frac{1}{3}$ mm. diam. Affinis *P. Splitgerberi*.

122. **Polystictus Splitgerberi** Mont. Cent. II, n. 83, et Syll. Crypt. 5655
n. 522. — Apus, imbricato-cæspitosus; pileis papyraceis dimidiatis, e basi angustata spathulato-cuneatis, convexis, supra tenuissime longitrorsum striatis, azonis, luteo-fuscescentibus; contextu intense aureo nitido; margine tenuissime subfibroso, siccitate involuto; poris majusculis, irregularibus, subdadales, profunde dentato-laceris, extus intusque pileo concoloribus ad ambitum minoribus; dissepimentis tenuibus; sporis albis.

Hab. ad cortices arborum, Surinam Amer. merid. (SPLITGERBER), Cubæ (C. WRIGHT) et in Mexico, Amer. centr. et Pegu Birmanicæ
— Margo aureus, fusco-brunneo umbratus; hymenium viridi-luteum. Specimina cubensia poris minoribus.

123. **Polystictus galio-pavonis** Berk. et Br. Fung. Brisb. II, p. 59 5656
et in Grevillea. — Pileo coriaceo, tenui, rigido, applanato, conchiformi, levigato, leniter pubescenti cervino, lineato-zonato; margine fusco, acuto; poris minimis, angulatis, ochraceis.

Hab. ad truncos Queensland Australiæ.

124. **Polystictus nebularis** Cooke Grev. XV, p. 23. — Pileo coriaceo, 5657
tenui, reniformi vel conchiformi, effuso-reflexo, e pubescente sericeo griseo, zonato, zonis fuscis cæruleisque alternatis; contextu griseo; poris curtis, angulatis, æqualibus, $\frac{1}{5}$ mm., concoloribus; dissepimentis tenuibus.

Hab. ad truncos Brasilicæ (GLAZIOU).

125. **Polystictus hinnuleus** B. et Cooke Journ. Linn. Soc. XV, p. 378. 5658
— Flavofuscus; pileo cuneiformi, radiato-lineato, margine lobato; stipite brevissimo cum pileo confluyente; poris irregularibus; dissepimentis tenuibus, decurrentibus.

Hab. ad ligna emortua, ad Rio Trombetas Brasiliæ (TRAILL).

— Pileus subcoriaceus, 3 cm. latus; pori circiter $\frac{5}{7}$ mm. lati, ore lacerati.

126. **Polystictus pæcilus** Berk. Fung. Brit. Mus. pag. 372, in Ann. 5659
Nat. Hist. 1843. — Stipite brevi laterali; pileis subreniformibus, rigidis, lateraliter connatis, brunneis, subglaucis, subzonatis; hymenio ochraceo; poris submagai-angulatis; dissepimentis tenuibus, dentato-elongatis.

Hab. ad truncos in insula Ceylon (?). — Pilei 7,5–10 cm. lat.

127. **Polystictus petalodes** Berk. in Hook. Journ. 1856, p. 198, Dec. 5660
n. 574. — Subcarnosus; pileo cuneato, flabelliformi, castaneo, zonato, lineato, rugoso; hymenio umbrino; poris angulatis; dissepimentis tenuibus; contextu albo.

Hab. ad truncos emortuos, Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 7,5 cm. latus, 5 cm. longus; pori 260 μ . circ. diam. Pulchra species, *P. zonalis* subaffinis, peraffinis autem *P. pæcilo*.

E. FUNALES FR. NOV. Symb. p. 78. — Dimidiato-sessiles, pilei strato intermedio coriaceo, superiori e fibris rudibus solutis imbricatis composito.

128. **Polystictus Mons-Veneris** Jungh. Crypt. Jav. p. 61. — Pileo 5651
in fibrillas nitentes, fulvo-aureas soluto, molli, pulvinato; poris magnis irregularibus; dissepimentis elongatis dentato-prominulis.

Hab. in truncis ramisque Tectonæ grandis in silvis ius. Javæ usque alt. 300 circ. m. — 5–8 cm. latus, 4–5 cm. longus basi 12 mm. et ultra crassus. Fibrillæ in stratum 12 mm. circ. crassum dense congestæ, lamina pilei residua vix 700 μ . cr.

129. **Polystictus leoninus** Kl. in Linnæa VIII, p. 486, Berk. Exot. 5662
Fung. p. 390, Fr. Epicr. p. 459. — Pileo carnoso-spongioso, molli, dimidiato-adnato fibroso-strigoso fulvo azono margine deflexo; poris majusculis inæqualibus in dentes compressos laceratis è purpureo ferrugineis.

Hab. ad truncos Indiæ orient. et in Guinea. — Fere effuso-reflexus; pileus ex maxima parte e fibris rigidis intextis, nulla massa carnosa junctis compactus, per plura cm. effusus.

130. **Polystictus leonotis** Kalchb. Grev. IV, p. 73. — Pileis spongioso- 5663
carnosis, imbricato-concrescentibus, plano-convexis, strigoso-hirsutis, azonis sed nonnunquam obsolete sulcatis, saturate ferrugineo-fulvis; margine obtusiusculo, repando; poris minimis, rotundis, palide cinnamomeis; carne colorata.

Hab. in truncis Australiæ (sine loco) (de MÜLLER). — Juxta *Poly. Rheadem* et *P. leoninum* collocandus.

131. **Polystictus ursinus** (Link) Fr. S. Myc. I, p. 361, Fung. Natal. 5661
p. 9 (*Trametes*), *Boletus ursinus* Link Diss. I, pag. 38. — Pileo suberoso-coriaceo, conchiformi, inæquali, fibris erectis elongatis confertissimis strigoso-hirsutissimis vestito, intus ferrugineo-badio; poris minutis, inæqualibus elongatisque acutis, canescente-ferrugineis.

Hab. ad truncos in terra Natal (WAHLENERG). — Sec. Fries *Trameti hydroidi* peraffinis, an ergo ex hoc genere?

132. **Polystictus funalis** Fr. Epicr. p. 459. — Pileo fibroso-spongioso. 5665
sessili, conchato, ferrugineo, toto fere dissoluto in fibras rudes funiculares rigidas ramosissimas, imbricatas; poris tenuibus inæqualibus laceroque-dentatis, e pallido fuscis.

Hab. ad truncos in Guinea, India, Brasilia. — Hymenium variat poroso ligneo-pallido et fusco lacero-dentato.

133. **Polystictus stupeus** Berk. Ann. Nat. Hist. VII, 1841, 453. — 5666
Apus, suberosus; pileo dimidiato, convexo, azono, stupeo-villoso, ochraceo-fulvo, intus hymenioque ligneo-pallidis; poris magnis, 5-6 angulatis; dissepimentis acie tenuissimis.

Hab. ad truncos in America bor. et India. — Pileus 6 cm. longus, 2,5 cm. latus.

134. **Polystictus ozonioides** Berk. Hook. Journ. 1852, p. 166, Dec. 5667
n. 339 (*Trametes*). — Pileo sessili reflexo, postice effuso, lateraliter elongato connatoque fulvo strigoso-stuppeo; contextu pallido; poris apertis; dissepimentis dentatis pallide ochraceis.

Hab. in ligno emortuo Darjeeling Indiæ. — Pileus 2,5-5 cm. longus, 7,5-12,5 cm. latus; hymenium concavum, pallide ochraceum; pori I mm. circ. lati; dissepimenta crassiuscula. *P. funali* similis.

135. **Polystictus Fergussoni** Berk. Grev. XV, p. 23. — Pileo pulvina- 5668
to, spongioso, strigoso, umbrino; contextu radiante, fibroso, concolori; hymenio pallido umbrino, subplano; poris rotundatis 0,3 mm., æqualibus; dissepimentis rigidis, subacutis.

Hab. ad truncos, Natal Africae australis. — Pileus 5 mm. obscurissime zonatus.

136. **Polystictus Lindheimeri** B. et C. Grev. I, p. 66 (*Trametes*). — 5669
Pileo dimidiato, applanato, fulvo, floccis mollibus, strigosis, spongioso-implicatis vestito; margine tenui; poris demum umbrinis, mediis; dissepimentis dentato-elongatis, rigidis.

Hab. ad truncos Texas Amer. bor. (C. WRIGHT). — Pileus 15 cm. lat., 7,5 cm. longus, pallidus; pori 800 μ . circ. diam., leuiter angulati. *P. ozonioides* et *P. aculeifero* subaffinis.

137. **Polystictus aculeifer** B. et C. Fung. Cub. n. 305 (*Trametes*). — 5670

Læte umbrinus; pileo aculeis rigidis multiplicibus subfasciculatis setoso, interstitiis spongioso-tomentosis; poris mediis irregularibus acie tenuibus.

Hab. ad ligna emortua, Cubæ (C. WRIGHT). — Pileus vix 2 $\frac{1}{2}$ cm. latus; poris $\frac{1}{2}$ mm. diam. sæpe diffractus; dimidiatus vel irregulariter effusus, quandoque omnino sterilis. Affinis *P. Lindheimeri* B. et C. ex Texas et *Tr. ozonioidi* B. ex Sikkim.

138. **Polystictus trichomallus** B. et M. Cent. VI, n. 65 et in Syll. 5671

Crypt. n. 524. — Dimidiatus; pileo fibroso-spongioso, sessili, applanato, fusco-atro, in fibras concolores rigidas ramosissimasque imbricatas toto fere soluto; poris mediocribus inæqualibus, angulatis, acie (ore) acutissimis, tandem labyrinthoideis, concoloribus.

Hab. ad ligna emortua, in Guyana gallica (POITEAU, LEBREUR), Demerara Guyanæ Britannicæ, Brasilia Amer. merid. (TRAILL), Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT). — Plerumque 23 cm. latus, fibrarum brunneo-fulvarum intricata massa vestitus.

139. **Polystictus holophæus** Mont. Cent. IV, n. 79, Syll. Crypt. n. 525. 5672

— Apus, unicolor, castaneo-fuscus; pileo spongioso-carnoso dimidiato semiorbiculari-flabellato, applanato, supra tomentosus, zonis depressis concentricis notato, margine acuto deflexo; contextu tabacino divergenti-fibroso; poris magnis laceratione dædaleis, dissepimentis crassis concoloribus tandem nigrescentibus fimbriatis.

Hab. ad truncos in pinetis in Gallia, Lorient (MONTAGNE) et Agri Syrtici (PERRIS).

140. **Polystictus endothrix** Berk. in Hook. Journ. 1856, 197, Dec. 5673

n. 573. — Ungulato-subimbricatus; pileo extus hadio, fibroso, velutino, intus zonato, fibroso-spongioso, umbrino; hymenio griseo, purpureo-tincto; poris parvis dentatis.

Hab. in palationibus ad S. Carlos Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 5 cm. et ultra latus, 3,5-4 cm. longus; pori 400 μ . vix diam. dissepimenta rigida, crassiuscula. Habitus *Trametes hydnoïdis*, *P. trichomallo* et *P. funali* affinis.

141. **Polystictus cladotrichus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 307. 5674

— Pileo dimidiato vel e decurrente reflexo, strigoso, brunneo; poris mediis angulatis, dissepimentis rigidis demum laceratis dentatis.

Hab. ad ligna emortua, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). --

Pileus 5-8 cm. latus, $2\frac{1}{2}$ -5 cm. longus; pori $\frac{5}{7}$ mm. diam., 4 mm. profundi.

142. **Polystictus Perrottetii** Lév. Champ. exot. in Ann. Sc. nat. 5675 1844, p. 195 (*Trametes*). — Pileo coriaceo, flaccido, semiorbiculari, membranaceo, pilis longis ramosis intertextis vestito, margine patente; poris angulatis, inæqualibus, dentatis, concoloribus.

Hab. ad truncos in ins. Java (PERROTTET). — Pileus 12-15 cm. lat.; pori pilei crassitudine 8-10-plo longiores.

- F. STUPEOSI Fr. Nov. Symb. p. 79, *Inoderma* Karst. p. p. — Dimidiato-sessiles, pileo e flocculoso giabrato v. adpresse villosa, inæquabili, azono, contextu fibroso-lignoso v. stupeo, jugiter sicco. — A *Coriaceis* pileo azono distincti.

a) Contextu albo.

143. **Polystictus cervinus** Schwein! Car. n. 902, Fr. Epicr. p. 474. 5676 — Pileo suberoso-coriaceo, subresupinato, conchiformi, inæquabili, adpresse velutino, dilute cervino; poris majusculis sublaceratis ligneo-pallidis.

Hab. rarior ad cortices Persicarum dejectos in America boreali, Alabamæ ad ramos Citrorum (PERGÆ). — Longitudinaliter effusus, subimbricatus, 4 cm. latus, basi crassus, versus marginem attenuatus, subformicatus, sulcis concentricis concoloribus exaratus, obsolete strigoso-velutinus; specimen Eriesianum testaceo-fulvum, rugosum; substantia tenui, alba, subfloccosa; poris pallidis, oblique prominulis, acutis, basi præcipue laceris, majoribus quam in proximis.

144. **Polystictus ravidus** Fr. Epicr. p. 475, Hym. Eur. p. 566, *Boletus heteroclitus* Sowerb. t. 367, *Sistrotrema cinereo-lutescens* Pers. Myc. Eur. 2, p. 205. — Pileo suberoso-coriaceo, appanato, basi effuso, sordide lutescente, circa marginem zonis spurii villosa-rugosis notato, intus albo; poris curtis, inæqualibus, laceris, lutescentibus. 5677

Hab. ad Salices vetustas in Gallia, Anglia. — Major, imbricatus, tenax, forte Dædaleæ species, *D. unicolori* affinis.

145. **Polystictus villosus** (Sw.) Fr. S. M. 1, p. 344, Epicr. p. 475. 5678 *Boletus* Swartz Fl. ind. 1933. — Pileo suberoso, effuso-reflexo, villosa, albo-cinereo, zonis spurii notato opacoque; poris majusculis angulato-dentatis, albidis.

Hab. in truncis Jamaicæ. — Habitus *P. serialis* sed pileus magis explicatus, 2,5-5 cm. lat., aliter coloratus et pori majores, acuti.

146. **Polystictus albidus** Trog. in Fr. Epicr. p. 475, Hym. Eur. p. 567, 5679
 Secr. n. 64, Schaeff. t. 124 (bene) — Albus; pileo suberoso-lignoso, versiformi, libero, scruposo-rugoso, azono, margine obtuso; poris tenuibus, minutis, subangulatis, acutis, integris.

Hab. ad truncos putridos abiectos, in Europa. — Valde distinctus, licet habitu trivalis, *P. carnosus* similis. Primitus vero aridus, stupens et elasticus, dein durus, lignosus. Nulla forma constans: globularis, conchata, triquetra, substipitata, sed non effuso-reflexa.

147. **Polystictus cristulatus** Speg. Pug. III. n. 20. — Inodermeus, 5680
 lentus; pileo dimidiato explauato-subunguiculato, 5-6 cm. diam. bas.; 2-3 cm. lat. front.; 1,5-2 cm. crass., postice matrici effuso-adnato, sæpe pluribus confluentibus, superne ob pileolos innatos plus minusve abortivos, dense gibboso, laciniato-cristato, dense et adpresse tomentosulo-hirsuto, cinereo-fulvescente vix margine tantum subglabro, decolorato; hymenio e tubulis minutis ore parvulo $\frac{1}{5}$ - $\frac{1}{4}$ mm. diam. pallide alutaceis composito, zona sterili latiuscula marginato; tubulis intus pallescentibus, numquam elongatis vix 1-1,5 mm.; carne candida, continua non v. vix fumose verticaliter zonata, compacta, submolli, fibrillis inconspicuis.

Hab. in palo vetusto Salicis Humboldtianæ en la Boca del Riachuelo in Argentina, Amer. merid. (SPEGAZZINI). — «Species satis distincta inter numerosissimas affines vigentes, quarum per multas maxime ludentes ac transitorias publicare ausus non sum, usquedum sedulius eas comparatim studere potero». Spegazz. l. c.

148. **Polystictus Fibula** Fr. Epicr. p. 475, Nov. Symb. p. 68, Hym. 5681
 Eur. p. 567. — Albidus; pileo coriaceo, molli, tenaci, velutino-hirto, azono, sæpe radiato-rugoso, intus niveo, margine integro, acuto; poris minoribus, rotundatis, acutis, demum laceris, lutescentibus.

Hab. ad ramos dejectos Quercus in Europa, ad cellæ vinariæ fenestram in Britannia, nec non in Amer. fœder. — Minor, postice adnatus, ambitu ubique liber, nunc peltas orbiculares sistens, nunc concresecendo varius. Sowerb. t. 387, f. 8, habitum sistit, sed loco in ligno fabrefacto differt.

149. **Polystictus expansus** Fr. Epicr. p. 475, Fungi Guin. f. 12. — 5682
 Albidus; pileo coriaceo subflaccido azono opaco, tomento tenui denso adpresso levigato, margine acuto repando-lobato; poris curtis med'is æqualibus, exquisite pentagonis, integerrimis, acutis, pallescentibus.

Hab. ad truncos in Guinea (AFZELIUS). — Postice effuso-adna-

tus, undique expansus, in ambitu liber absque zonarum et sulcorum vestigio.

150. **Polystictus biformis** Klotz. Linn. VIII, pag. 486, Fr. Epicr. 5683
p. 475, Berk. Exot. Fung. p. 392, *P. caroliniensis* Berk. Hook.
Journ. 1849. — Imbricatus; pileo effuso-reflexo, stupeo-coriaceo,
mollis, villosus-tomentosus, albus, azono primo levi dein concentricè
sulcato; margine integro acuto; poris majusculis acutis ligneo-
pallidis, demum lacerato-dentatis.

Hab. ad Betulas in America boreali (RICHARDSON), in Quercu
in Carol. inf. Amer. fœder. (CURTIS), in Quercu et Liquidambare
in Pennsylvania (MICHENER), in Alabama (BEAUMONT), ad radices,
Gainesville Floridæ, ad Sambucum in Sibiria Asiat. (MARTIANOFF).
— Pileus 5-10 cm. lat., 2-5.5 cm. long.; pori irregulares sepe
brunneo-violacei. — Var. **Populi-balsamiferæ** Berk. l. c.: pileo
obsolete villosus, albus, poris latis, brunneis. In insula à la Croise
(D. RICHARDSON). Affinis *Pol. obietino*.

151. **Polystictus fimbriatus** Fr. Epicr. p. 476 et in Linnea V, p. 520. 5684
— Pileo stupeo-coriaceo, tenui, villosus, azono, canescente, mar-
gine fimbriato; poris magnis, inæqualibus, gyroso-laceris, obscure
fuscis.

Hab. in truncis Brasiliæ, Javæ et Manillæ Philippinarum. —
Pileus subrotundus, 2.5 cm. lat.

152. **Polystictus serialis** Fr. Epicr. p. 476, Syst. Myc. I, pag. 370, 5685
Bol. Poria contigua A. et S. p. 255. — Pileis stupeo-suberosis,
tenuibus, angustis, seriatim elongatis, effuso-reflexis confluentibus-
que scrobiculatis, testaceis, margine porisque obtusis, inæqualibus,
minutis, albis.

Hab. in pinetis montanis ad ligna putrida in Europa et Amer.
bor. — Perennare videtur, pileus primo totus albus, dein accre-
menta marginalia modo alba, e villo adpresso rugosus.

153. **Polystictus molliusculus** Berk. Hook. Journ. 1847, p. 320, Dec. 5686
n. 126. — Imbricatus; pileis effuso-reflexis, sublobatis, leniter zona-
tis, albis, zonis strigis mollibus sparsis ornatis; contextu albo;
poris mediis pallidis, dissepimentis crassis, primo integris dein la-
ceratis.

Hab. ad ligna Ohio Amer. bor. (LEA). — Cm. 12-13 longus
vel ultra, 7-8 cm. latus, subinde omnino resupinatus; pori 600 μ .
diam. Habitus *Polypori alutacei* at tenuior.

154. **Polystictus gossypinus** Leveill. in Ann. Sc. Nat. 1843, p. 124, 5687
Fr. Hym. Eur. p. 566. — Albus; pileo coriaceo, effuso-reflexo, ap-

planato, tomentoso, azono, contextu concolore; poris primo dædaleis, dein angulatis, pallide cinereis, dissepimentis tenuibus, denticulatis.

Hab. in Vogesis ad truncos, et in Britannia in trunco Ulicis. — Pori ter, quater longiores, quam caro pilei.

155. **Polystictus hapalus** Leveill. l. c., Fr. Hym. Eur. p. 566. — Al- 5688
bus; pileo coriaceo, effuso-reflexo, tenui, azono, nudo, margine acuto, subtus sterili; poris angulatis, albis, dissepimentis denticulatis.

Hab. ad truncos cæsos pr. Rentille Galliæ. — *P. gossypino* videtur valde affinis, pileo nudo pororumque colore distinctus.

156. **Polystictus hololeucus** Kalchbr. in Hedw. XV, p. 114, Symb. 5689
Myc. Austral. II. — Totus albus; pileo floccoso-suberoso, dimidiato-sessili, convexo, subtus plano, concentrice sulcato, tactu molli, floccoso-glabrato, margine acuto, albo; carne fere fomentaria, alba; poris longis, mediocribus, ore rotundis, integris, ex albo lutescentibus.

Hab. ad truncos, Victoria Australia (MÜLLER). — Pileus 10-14 cm. longus, 3-4 cm. crassus.

157. **Polystictus venulosus** Jungh. Crypt. Jav. p. 57. — Candidus; 5690
pileis subdimidiatis, suberoso-coriaceis, imbricatis, confluentibus, strigoso-venulosis, basi venoso-scribiculatis; poris nudo oculo bene conspicuis.

Hab. in truncis silvarum ad M. Merassi 1300 m. circ. alt. in insula Java et insula Mauritiæ. — Pilei 2,5 cm. lati, candidi, subzonati, substantia uba. 2 mm. cr., hymenium 1 mm. cr. *P. Neesii* Fr. similissimus.

158. **Polystictus subflavus** Ann. Sc. nat. 1846, p. 300. — Pileo co- 5691
riaceo, applanato, sessili, semiorbiculari, zonato, hirsuto, lurido; margine tenui, patente, integro v. lobato; poris angulatis, denticulatis, lutescentibus; contextu albo.

Hab. ad truncos, New York Amer. bor. (SALLÉ). — Ad *P. pergamenum* et *elongatum* accedere dicitur.

159. **Polystictus nigro-zonatus** Saut. in Hedw. 1876, p. 33. — Al- 5692
bilis; pileo stupeo-coriaceo, subsessili, semicirculari, nigrescenti-zonato et radiatum ruguloso, glabrato, convexiusculo, subtus plano, basi protracto; margine acuto, zonis crebris, elevatis, setoso-hirtis poris inequalibus, labyrinthiformibus; contextu floccoso, niveo.

Hab. in basi truncorum Fagi in silvis pr. Salzburg. — Pileus 5-12 cm. latus, 2,5-7 cm. longus, 12-24 mm. cr.

160. **Polystictus proteiformis** Cooke Præc. p. 81, n. 725 *Polyporus* 5693
proteus Kalchb. Grev. X, p. 102, nec Berk. — Pileis effuso-reflexis,

stuposo-coriaceis, intus albis imbricato-concrescentibus vel integris orbicularibus, melio dorso adnatis, ceterum liberis, demum in stratum planum, resupinato-effusum confluentibus, leviter concentricè sulcatis, margine acutis, adpresse puberulis, albis, senio glabrescentibus et postice gilvescentibus; poris minutis, rotundis, obtusis, ligneo-fuscescentibus aut gilvescentibus.

Hab. ad truncos, Melbourne Australiæ (MUELLER). — Pilei primum orbiculares, 2-5-5 cm. lati, demum in stratum 10-13 cm. longum confluentes; hymenium sæpe uno alterove sulco circulari notatum. In diverso evolutionis statu vix idem fungus videretur.

161. **Polystictus Sullivantii** Mont. Cent. III, n. 43, Syll. Crypt. n. 526. 5691
— Apus; pileo coriaceo, tenui, dimidiato, effuso-reflexo et integro centro affixo, villo contexto hirsuto, zonato, candido; poris inæqualibus mediocribus albo-fuscescentibus, ore acutis dentatis.

Hab. ad ramos dejectos sessilis, Ohio Amer. fœder. (SULLIVANT).

162. **Polystictus pergamenus** Fr. Epicr. pag. 480, *P. Menandianus* 5695
Mont. Cent. IV, n. 80. — Pileo coriaceo-membranaceo, rigido, tomentoso, concentricè sulcato albo; poris seriatis pallescentibus, in laminulas tenuissimas dentatas productis.

Hab. ad truncos Pini in Amer. bor. et Mexico. — Ad *P. abietinum* accedit sed pileus valde inæquabilis, latior, tenuior, siccus valde rigidus; pori tenuiores peculiari ratione seriatim dispositis albidi et laminulis tenuissimis appeudiculati. — ***P. laceratus** Berk. Exot. Fung. p. 392: effuso-reflexus, tenuis, zonatus, levis, rugoso-striatus, ligneo-coloratus; poris latis, angulosis mox ruptis, brumeis; parietibus tenuibus dentatis. Ad truncos, New Orleans (Hook.). Pileus 5 cm. lat., 2 cm. long. — ***P. pseudopergamenus** Thüm. Myc. univ. n. 1102: pileo sericeo, subzonato, albido, zonis pallidissime ochraceis, margine obscuriore; poris seriatis, in laminulas tenuissimas, dentatas productis, fusco-atris. Ad truncos Betulæ etc. Copake, New York Americæ borealis (PЕCK).

b) Contextu pallido.

163. **Polystictus seriatus** Kærhbr. Grev. X, p. 102. — Stuposus; 5696
contextu pallide ligneo; pileis semiorbicularibus, rigidis, utrinque planis, plerumque serialiter connatis, concentricè sulcatis, radiatim rugulosis et passim nodulosis pulveraceo-velutinis, testaceis v. gilvo-fuscescentibus; poris minutis rotundis, isabellinis, in carneum vibrantibus.

Hab. ad truncos Victoria Australiæ (MÜLLER). — Pilei 2,5-4 cm. longi latique, 2-4 mm. crassi, margine subobtusio.

164. **Polystictus actinobolus** Mont. Syll. p. 166. — Pileo convexo, hemisphaerico, coriaceo-suberoso, rigido, concentricè zonato, unicolori, fulvo-ferrugineo, brunnescente, radiatim rugoso, glabro, intus ligneo, margine obtuso subtus late sterili radiato-sulcato; poris tenuissimis brevissimisque cinnamomeis. 5697

Hab. ad ramos, Guyana Amer. australis (LEFRIEUR).

165. **Polystictus sciurinus** Kalchbr. in Thüm. Pilz. Fl. Sib. V, 14, n. 897. — Pileo suberoso-coriaceo, rigido-tenui, basi effuso, conchiformi-reflexo, ruguloso-strigoso, umbrino-fuscescente; margine acuto, lobato; poris majusculis, subangulatis, æqualibus, obtusis. cum substantia pilei pallide ligneis. 5702

Hab. ad truncos Betulæ verrucosæ, Minussinsk Sibiriae asiat. — Pileus subzonus, 6-8 mm. crassus. *Pol. vulpino* et *P. cervino* subaffinis.

166. **Polystictus scariosus** B. et C. North Am. Fungi n. 137. — Ochraceus; pileo dimidiato, postice decurrente, fibris radiantibus stupeo; poris decurrentibus, elongatis, angulatis. 5699

Hab. ad ramos Liriodendri in Carol. super. Amer. fœder. (CURTIS). — Pileus 12 mm. latus; poris $\frac{5}{7}$ mm. lati.

167. **Polystictus cristatus** Cooke Grev. X, pag. 132 (*Trametes*). — Longissime effusus; marginibus late reflexis; pileo tenui, læte ochraceo, flexili, pilis subrectis fimbriatis cristato; margine acuto; poris mediis, angulatis, brevibus, 0,7 mm. diam., dissepimentis plus minus dentatis concoloribus. 5700

Hab. ad truncos Port Denison Australiæ (JHANN). — *P. versatili* affinis, præsertim pilis fimbriatis distinctus.

168. **Polystictus undiger** B. et C. Journ. Linn. Soc. XI, p. 317. — Pileo tenui, submembranaceo, dimidiato, ochraceo, concentricè sulcato, vallis subtiliter spongiosis; hymenio subconcolori; poris parvis, angulatis, subhexagonis, acie tenuibus pruipatis. 5701

Hab. ad truncos, in silvis densis Cubæ America centr. (C. WRIGHT). — Pileus 4 cm. latus, 18 mm. longus; pori $\frac{1}{4}$ mm. lati.

169. **Polystictus acutus** Cooke Grev. X, p. 132 (*Trametes*). — Effusus; margine late reflexo; pileo tenui, pallide ochraceo, flexili, contextu implexim strigoso, margine acutissimo, strigoso-sericeo, pallido; poris mediis, rotundatis, curtis, $\frac{1}{3}$ mm. diam., dissepimentis rigidis, subcrassis, integris, obscurioribus. 5702

Hab. ad ramos Richmond River et Port Denison Australiæ

(CAMARA, JHANN). *P. Peradeniæ* affinis. *Trametes acuta* Lév. nil commune habet.

170. **Polystictus extensus** Berk. Herb. Cooke Præc. p. 82. — Pileo 5703
coriaceo, effuso-reflexo, radiato-strigoso, leniter concentricè zonato,
tenui, olivaceo-ochraceo, margine tenui, acuto, sinuato, crispato,
vel lobato, contextu hymenioque concolori; poris angulatis, majus-
sculis, inæqualibus $\frac{1}{2}$ - $\frac{2}{3}$ mm. diam. dissepimentis rigidis tenuibus.

Hab. ad truncos, $\frac{1}{3}$ mm. extensus, in Guiana Britannica. —
Habitus *P. occidentalis* Fr., sed tenior et flexuosus et diversi col-
loris. — Diagnosin misit el. COOKE.

171. **Polystictus versatilis** Berk. Hook. Journ. I, p. 150 (*Trametes*), 5704
Lév. Bon. t. 138, f. 1. — Longissime effusus; marginibus late re-
flexis; pileo tenui, albido, flexili; contextu angustissimo, implexim
strigoso, margine acuto strigoso-sericeo, pallide badio; poris me-
diis, angulatis vel sinuato-diffornibus, dissepimentis plus minus
dentato-elongatis, subconcoloribus.

Hab. ad lignum putrescens in ins. Philippinis (OLLSENING), Bor-
neo, Brasilia, Cuba et New Orleans Amer. bor. nec non Queens-
land Australia (DRUMMOND).

c) Contextu carneo vel lilacino.

172. **Polystictus pruinatus** Berk. et Klotz. in Linn. VIII, p. 486, 5705
Mont. Cub. p. 397. — Imbricatus; pileo basi effuso, gilvo-fusco,
pruinato, subinde tuberculato; margine obsolete zonato; substan-
tia coriacea, tenui; poris margine minutissimis.

Hab. ad cortices emortuos, Cubæ (C. WRIGHT) et in insula Mau-
ritii (TELFAIR). — Pileus 2,5 cm. diam., pori 4 mm. profundi.

173. **Polystictus Feei** Fr. Epicr. p. 476. — Pileo tuberoso-coriaceo, 5706
planiusculo, inæquabili, adpresse villosa, zonato, fusco canescente,
contextu porisque minutis, subrotundis, carnis.

Hab. ad truncos in Brasilia, Australia, Tasmania, Pegu. — Sub-
imbricatus, forma inæqualis, haud nitens.

174. **Polystictus Jelinekii** Reichardt Fungi, Hep. et Musci t. XXII, 5707
f. 2, p. 141. — Pileo umbilicato, sessili reniformi, plano-convexo,
basi depresso, carnosolento, alutaceo-fuscescente, contextu colo-
rato, striguloso, seruposo-ruguloso, zonis concentricis saturatori-
bus fasciato; margine plerumque integro raro sublobulato, conco-
lore acuto, subtus anguste sterili; poris minimis, oculo nudo vix
conspicuis, rotundis, æqualibus, obtusis ex albido fuscescentibus;
sporis fuscis, levibus, globosis, 10 μ . diam.

Hab. in truncis dejectis Tahiti. — Pileus 5-7,5 cm. latus; substantia 2 mm. circ. cr. *P. Feei* Fr. et *P. lutescenti* P. proximus, nec non *P. cingulato* Fr.

175. **Polystictus lilacino-gilvus** Berk. Fung. Flor. Van Diem. p. 324 5708

— Subimbricatus, suberoso-coriaceus. horizontalis, subtilis: pileis rugosis, lineis, subfibrosis. elevatis percursis, plus minusve ad marginem acutum zonatis, senectute brunneis; hymenio lilacino-griseo; poris concoloribus mediæ magnitudinis, irregularibus, ad marginem minus profundis; margine poris destituto.

Hab. in ligno putri in Tasmania (Gunn). — Affinis *Pol. gilvo*. Pilei 7,5 cm. lati, 3,5 cm. longi.

176. **Polystictus Eucalypti** Kalchb. Symb. ad Fl. myc. Austr. p. 73. 5709

— Pileo e carnoso suberoso, (deformi), velutino, tactu mollissimo, azono, apaco, levi colore peculiari ex umbrino in badium, violaceumque vibrante; poris minutis, rotundis, ore integris, roseo-pruinosis; substantia æquabili, purpureo-violacea.

Hab. in truncis Eucalypti, Rockhampton in Queensland Australia (Thozet). — Specimen auctoris monstruosum, sed characteres evidentes.

177. **Polystictus phæoporus** Mont. Guy., n. 378, et Syll. Crypt. n. 527. 5710

— Dimidiatus; pileo semiorbiculari, supra convexo, obscure zonato, glaberrimo, lilacino-fusco, contextu concolori, subtus plano, intense badio; poris mediis, angulatis, profundis, ore acutis.

Hab. ad truncos, Cayenna Amer. merid. (Leprieur). — Pileus 7-15 mm. lat., 3 mm. cr; pori $\frac{1}{3}$ mm. subæquantés.

d) Contextu rubro vel purpureo.

178. **Polystictus cinnabarinus** (Jacq.) Fr. Syst. Myc. I. p. 371, Epicr. 5711

p. 173, *Botetus cinnabarinus* Jacq. Austr. t. 304, *Trametes cinnabarina* Fr. Hym. eur. p. 583. — Pileo suberoso, convexo-plano, subzonato, ruguloso, e pubescente glabrato, cinnabarino, expallente, intus floccoso saturatiore: poris rotundis, mediis, læte cinnabarinis.

Hab. ad truncos lignaque arborum frondosarum, præcipue Betulæ, Sorbi et Alni passim sat frequens in Europa, Sibiria, India, Ceylon, Sumatra, Amer. bor. et Australia, Nova Zelandia, Tasmania. — ***Polyporus Cristula** Klotz. in Berk. Exot. Fung. p. 387: cinnabarinus, imbricatus, confluentis, coriaceus; pileis ad marginem zonatis, irregularibus, levibus; poris parce profundis, minutis, irregularibus, parvibus tenuibus, ruptis. In Bambusa putri in India?

(D. WIGNY). Affinis, nisi idem cum *Pol. cinnabarinum*. Pilei confluentes 2-2,5 cm. lat.

179. **Polystictus puniceus** Kaichbr. in Rev. Mycol. 1882, t. XXIX, 5712
f. 4. — Pileo coriaceo-membranaceo, umbonato sessili, planiusculo subreniformi, glabro multizono, intense sanguineo rubro, zonis inæqualibus, concoloribus; poris minimis, cum substantia interna ruberrimis.

Hab. in ins. Oceani Pacifici (REMY). — Pileus 12-13 mm. longus latusque, in umbone 2 mm., versus marginem vix 1 mm. crassus. Multum distat ex auctore a *P. sanguineo*.

180. **Polystictus purpurascens** (Hook.) Fr. Epicr. p. 473, *Bol. pur-* 5713
purascens Hook. in Kunth Syn. p. 11. — Pileo suberoso (?), reniformi, levi, azono, glabrato, flavo-fusco; poris minutissimis purpurascensibus, ore angulato.

Hab. ad ripas fluminis Magdalenæ, regione calidissima. — Auctor juxta *P. sanguineum* collocat.

e) Contextu flavo vel aureo.

181. **Polystictus sordidulus** Berk. in Cooke Enum. Pol. p. 153, *P.* 5714
sordidulus (Berk.) Fr. Nov. Symb. p. 64. — Pileo stuposo-coriaceo, plano, e velutino glabrato, inæquabili, ex helvolo-isabellino canescente, marginem versus obsolete sulcato, contextu helvolo; poris mediis subrotundis, inæqualibus, e dilute cinnamomeo demum rore albido canescentibus.

Hab. ad truncos S. Jose in Costa Rica (ERSTED). — Pori vix 2 mm. long. Forma valde irregularis, variat quoque resupinato-effusa.

182. **Polystictus sulphuratus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 79. — Pileis di- 5715
dimidiatis, imbricato-concrescentibus, suberoso-coriaceis, rigidis, azonis, fibroso-radiatis, luteis, intus radiato-fibrosis flavis; poris curtis, inæqualibus, acutis, seriatis, luteis.

Hab. ad truncos in regione Mexicana (LIEBMAN). — Accedit ad *P. radiatum* sed rigidior, sulphureo-luteus porique plane diversus. Pilei 2,5 cm. lati, postice gibbosi subtusque etiam marginati margine tenui, acuto, nigrescente, carne dura, fibroso-radiata sulphurea; pori versus marginem obsoleti et foveolares, dein acuti, plus minus seriato-radiantes, sæpe in lacunas lineares hiantes.

183. **Polystictus aurantiacus** Peck 26 Rep. p. 69. — Pileo molli, te- 5716
nui, sessili, dimidiato, interdum confluenti, fibroso-tomentoso, obscure zonato, aurantiaco; poris minutis, angulatis, acutis, inæqua-

libus, demum laceratis, pallidis in aurantiacum vergentibus; carne aurantiaco tincta, obscure zonata.

Hab. ad caudices vetustos in silvis, Richmondville, New York. Amer. bor. (Peck). — *P. bifirmi* proximus.

184. **Polystictus radiatus** (Sow.) Fr. Syst. Myc. I. p. 369, El. p. 102, 5717
Hym. Eur. p. 565, Berk. Outl. p. 248, Klotzsch. t. 461, *Boletus*
Sowerb. t. 196, Luc. Suit. Bull. t. 123, Batt. t. 39 C. — Pileo
suberoso, coriaceo, rigido, radiato-rugoso, primo velutino, fulvo,
dein glabrato, ferrugineo-fusco, margine patente, repando; poris
minutis, pallidis, argenteo-micantibus, demum ferrugineis; sporis
4-6 \approx 3-4.

Hab. ad truncos, præcipue Alni et Salicis, in Europa, Amer.
bor., Cuba, Venezuela, Australia. — 2-3 cm. latus. Valde inbrica-
tus, concrescens, lignescens, sed non perennis; jam vere modo
emortuus legitur. Teste Cooke, huc spectat *P. glomeratus* Peck
24 Rep. p. 78. — ***P. scrobiculatus** Karst. Symb. Myc. Fenn. IX,
p. 50: pileo suberoso, lignescente, dimidiato, sessili, basi sæpe
effuso, convexo, squamoso-scrobiculato, rufo-brunneo, margine te-
nui, patente, repando pallidiore, intus ferrugineo fulvo fibrosoque,
5-6 cm. lato; poris minutis et mediis, inæqualibus, curtis testaceis,
albo-irroratis, laceris; sporis sphæroideo-ellipsoideis, dilutissime
flavis, 4-5 \approx 3-4. Ad truncos Alni et Syringæ, Mustiala Fennicæ.

185. **Polystictus nodulosus** Fr. Epicr. p. 474, Hym. Eur. p. 566 et 5718
Ic. f. 187, t. 2, *P. salebrosus* Lasch in Rab. exs. 1606. — Pileo
suberoso-lignoso, durissimo, triquetro-noduloso, azono, villosa-rugo-
so scruposoque, e fulvo ferrugineo; poris curtis, subrotundis, inæ-
qualibus, acutis lacerisque, dilute cinnamomeis, argenteo-mican-
tibus.

Hab. ad ramos dejectos Fagi Sueciæ, Germanicæ et Britannicæ.
— Primo nodulos rotundos, confertos vulgo sistit, mox concre-
scentes, carne dura crassa.

186. **Polystictus extenuatus** Dur. et Mont. Fl. Alg. ined. et Syll. 5719
Crypt. n. 532. — Apus; pileo dimidiato, effuso-reflexo, semiorbicu-
lari, plano, coriaceo, flexili, tenuissimo contextuque fulvo subzonato,
postice hirta, prope marginem acutum lacinulatum adpresse radia-
timque villosa; poris concoloribus, mediocribus, angulatis tandem
lacero-sinulosis acutis, intus albo-cinerescenti-pruinosis; dissepimen-
tis tenuibus.

Hab. ad truncos *Suberis* circa La Calle Algeriæ (Durieu). —
Pileus 8 cm. lat., 4-5 cm. long., 3-5 mm. cr.

187. **Polystictus helvolus** Fr. Elench. I, p. 103. — Pileo coriaceo, 5720
undulato, tuberculoso, velutino, azono, helvolo, margine acutissimo;
poris dentatis subfuscescentibus.

Hab. in truncis in Guinea Africa (THUNBERG). — Pileus sessilis, dilatatus, 10 cm. planus, suborbicularis, superficie tuberculosa velutina, tactu mollis; color isabellino-helvolus, intus fere pallidior. margo substerilis, acutissimus; pori medii, acuti, demum laceri; habitus et substantia flexilis fere *P. hirsuti*, tamen eximie diversus est.

188. **Polystictus chrysites** Berk. Hook. Journ. 1856, pag. 233, Dec. 5721
n. 581. — Pileo tenui coriaceo flexili, tomento denso rhabarbarino vestito, sulcato-zonato, hymenio concolori; poris minutis angulatis; dissepimentis tenuibus.

Hab. ad arbores et caudices emortuos in silvis Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT) et Brasiliæ (SPRUCE). — Sporæ brunneæ; pileus 6-6,5 cm. latus, dimidiatus convexus; hymenium concavum; pori vix 150 μ . diam. Colore *P. Splitbergeri* Mont. similis.

f) Contextu fusco-ferrugineo.

189. **Polystictus triquetus** Fr. Epicr. p. 474, Hym. Eur. p. 565, Ic. 5722
t. 187, f. 1, Alb. et Schw. Secr. etc., qui pinicolam dicunt (nec Pers., ex quo ad Fagos et Quercus vivas nascitur, primo carnosus nec lignosus). — Pileo suberoso-lignoso, concrecente, hirtotomentoso, brunneo-fusco, postice porrecto substipitatoque, margine patente, undulato-lobato, lutescente, intus porisque curtis, minutis, inæqualibus, ore pruina alba micantibus e ferrugineo fusco-olivascensibus.

Hab. ad truncos Pini nec alibi in Europa et Amer. bor. — Pori demum lacerati, labyrinthici, quo insuper a *P. cuticulari* differt. In Suecia rarissimus.

90. **Polystictus leporinus** Fr. in Vet. Ak. Förh. 1852, p. 130, Mo- 5723
nogr. II, p. 271, Hym. Eur. p. 265, Ic. t. 186, f. 3. — Pileo suberoso, sessili, applanato, villosus, azono, udo umbrino-fusco, sicco fulvescenti-ferrugineo, margine patente; poris minutis, brunneis, dissepimentis acutis.

Hab. ad truncos vetustos, in silvis udis, prope Upsaliam Sueciæ lectus. — Priori affinis, sed prorsus azonus, sæpe radiato-striatus, raro concrecens, pileo hygrophano insignis. Pori curti, quam prioris minores minusque elongati. *P. cuticularis* Rostk. l. c. t. 32 est forma ambigua, sed huic proxima.

191. **Polystictus vulpinus** Fr. in Vet. Ak. Forh. 1852, p. 130, Monogr. 5724 II, p. 270. Hym. Eur. p. 565, Kalchbr. Ic. t. 37, f. 1, Luc. Suit. t. 99, *P. hispidus* Rostk. t. 31. *P. fibrillosus* Karst. Finl. Polyp. p. 30 (ipso teste), *P. cuticularis* Wahlenb. Suec. pag. 1998 cum bona descr. *P. populinus* Schulz. — Pileo suberoso, sessili, obsolete zonato, setoso-hispido, fulvo-lutescente, margine incurvo acuto, contextu tenui ferruginascente: poris elongatis, subæqualibus, primo albo-irroratis, adultis nudis, laceris, fulvo-cinnamomeis.

Hab. ad Populos, Padum variasque arbores in Europa et pr. Minussinsk Sibiriae Asiaticae. — Pileus 3-8 cm. latus; subpulvinatus, ex maxima parte e strato poroso constans, varians imbricatus, integer, sed numquam basi effusus; pori 1,5 cm. profundi (ex Karsten 5 mm. tantum). Margo siccitate incurvus.

192. **Polystictus Celottianus** Sacc. et Manc. *) *Pol. pulcher* Sp. F. 5725 Arg. III, n. 19, nec Fr. — Inodermeus, stuposus; pileo sæpius solitario, subunguiculato, quandoque late effuso, superne dense et compactiuscule lanuginoso-hirsuto, obsolete zonato, nonnihil scrupuloso, griseo-ferrugineo, inferne hymenifero; poris majusculis, 1 mm. diam., acie acuta, integra griseo-ferruginea: carne suberoso-stuposa, floccosa, azona, compactiuscula, sub sectione sericeo-nitente, intense fulvo-ferruginea, in hymenium descendente: tubulis longiusculis, parietibus tenuibus, intus vix nubiloso-pruinulosis, griseo-carneis.

Hab. in trunco emortuo putrescente Eucalypti Globuli en San José de Flores et en Palermo in Argentina Amer. meridional. (SPEGAZZINI). — Pileus 8-9 cm. diam. basal., 3-4 cm. lat. front., 1,5-3 cm. crass.; caro 0,5-2 cm. crass.; tubuli 0,5-1,5 cm. longi. Species pulchra, distinctissima *P. vulpino* affinis; an *P. substupeo* Berk. et Cook., aut *P. sulcifera* Berk. et Cook. (Th. fung. of Brazil) identicus? Diagnoses nimis manca! Sp. I. c.

193. **Polystictus conrescens** Mont. Syll. p. 166, Fr. Epicr. I, p. 474 5726 — Reflexus, late confluent: pileis suberoso-coriaceis orbiculatis, centro sericeo-villoso fulvo affixis, margine reflexo, undulato, crispo, testaceo, glabro; poris tenuissimis, longis, obliquis, rufescentibus, sæpe dentato-laceris.

Hab. ad lignum ramosque dejectos in insula Zuan Fernandes

*) In honorem egregii ALOY. CELOTTI, Scholæ Viticulturæ Conelianensis jam adjutoris, nunc Stationis pathologico-vegetalis romane adsistentis, qui præordinandis schedulis *Sylloges* operam dedit.

Ocean. Pacif. (BERTERO). — Resupinatus, reflexus, late confluentus, cum *P. serpente* comparandus.

194. **Polystictus campyloporus** Mont. Guy. n. 377, et Syll. Crypt. n. 528. --- Apus; pileo coriaceo-membranaceo, lento, conchato, sessili, lineolis confertis concentricis velutino zonato, cinnamomeo-fusco, margine acuto; poris fuscis, minutis, subrotundis vel dilaceratione concentrice labyrinthiformibus, ore pruinoso obtusis, byssinis. 5727

Hab. ad cortices, Guyana Amer. merid. (LEPRIEUR). — Pileus 2-3 cm. lat., 1-3 cm. long., $\frac{1}{2}$ mm. cr.; pori $\frac{1}{6}$ mm. alt., 70 μ . diam.

195. **Polystictus inconstans** Kalch. Grev. X, p. 55. --- Pileo tenui, lateraliter umbonato sessili, conchato, semiorbiculari vel elongato, basi cuneato-flabellari, margine plano, acuto, plus vel minus lobato, tenuiter crustato, zonato, rufo-fuscescente; contextu ferrugineo; poris minutis subrotundis, integris, cinnamomeis. 5728

Hab. in truncis vetustis mont. Boschberg Africae austr. (MAC OWAN), ad Bazuja Caffrariae (REV. BARK). — Pileus 3-10 cm. longus, 2-4 mm. crassus, in margine acuto fere papyraceus. Duplex forma: (a) pileo subsessili, unicolore, subnitente; conchato, vix lobato, zonis crebris exarato; (b) pileo tenuiori elongato, basi cuneato et substipitato, flabelliformi, eximie lobato, ad marginem modo parcius zonato, ceterum verrucoso, glabro, colore peculiari, illi argillae adustae simili, lateritio-fuscescente et passim testaceo.

196. **Polystictus Proteus** Berk. Fungi Zeyh. p. 8 in Hook. Journ. 1849, Fr. F. Nat. p. 12. --- Pileo coriaceo, subtenui, conchiformi, subflexili, sessili, reniformi, integro lobatoque basi plus minus effusa subzonato, umbrino-fusco pallescente, velutino-hispido vel fasciculato-setoso, intus subconcolori; poris mediis rotundatis vel elongatis, dissepimentis tenuibus, acie subaequali. 5729

Hab. in lignis dejectis in silvis prope Uitenhage Africae austr. — Pileus 7 cm. lat., 5 cm. long. — Var. **imbricatus** Berk. Fung. Zeyh. p. 8: imbricatus pileo tenui, coriaceo, flexili, velutino-villoso vel spongioso rarius fasciculato-piloso. In lignis putridis in silvis prope Uitenhage. Pileus 2,5 cm. latus. Affinis *P. zeylanico*.

197. **Polystictus Ecklonii** Berk. Grev. XV, p. 23. --- Pileo coriaceo-stuposo, tenui, effuso-reflexo, subreniformi, tabacino, azono, strigoso-hirsuto, margine acuto, hymenio contextuque concolori; poris curtis, magnis, $\frac{1}{2}$ mm., subrotundatis, acie acutis, denticulatis. 5730

Hab. ad ramulos Africae australis (ECKLON ET ZEYHER). — Pileus $2\frac{1}{2}$ -5 cm. latus, tenuis et flexibilis, caryophyllaceo-brunneus.

198. **Polystictus floccosus** Jungh. Crypt. Jav. p. 49. --- Effuso-refle- 5731

xus, coriaceus; margine superiore dein libero, horizontali, plicato; pileis sæpissime imbricatis, in series elongatas confluentibus, seruposo-fibrillosis, stramineo-cervinis; hymenio sordide stramineo et e sporis pallide nebuloso; poris rotundatis minoribus, æqualibus.

Hab. ad trabes asseresque e ligno *Tectonæ grandis* constructos, in ins. Java. — Junior adnatus plus minus effusus, 12–15 cm. longus, dein ambitu reflexus, pileatus. Pilei in series elongatas, 10–15 cm. longas, 1–2,5 cm. latas connati, 2 mm. crassi. A matrice facile separabilis. — Var. **solitarius** Jungh. l. c.: effusus, suborbicularis, subsolitarius, margine breviter reflexo velutino-tomentoso fusciscente, poris mediocribus. In truncis ramisque dejectis *Tectonæ grandis* in ins. Java. — 2,5–5 cm. latus, substantia crassior, stratum pororum sæpe 6 mm. et ultra crassum; pileus seu potius margo reflexus tomentoso-mollis, velutinus, rufescenti-spadiceus.

199. **Polystictus venustus** Berk. Hook. Lond. Journ. 1845, p. 55, Dec. 5732
n. 42. — Imbricatus, cæspites elongatos formans; pileis reflexis coriaceis zonatis albidis, zonis obscurioribus, antice fasciculato-tomentosis hispidulis postice subcalvescentibus, margine subfusco; hymenio purpureo; poris mediis variis, dissepimentis tenuibus laciniatis.

Hab. ad asseres corruptos Coniferarum Peradenya, Ceylon (THWAITES) et ad truncos Casuarinæ prope fluvium Sivan Australiae. — Forma resupinata. Pori 800 μ . diam. *P. abietino* affinis nec non *P. pergameneo*, *P. arctico* et *P. lacerato*.

200. **Polystictus floridanus** Berk. Fung. Brit. Mus. p. 376. — Pal- 5733
lide badius; pileis subflabellaribus lateraliter connatis, tenuibus, coriaceis, zonatis, pubescentibus; zonis glabrescentibus; poris parvis, irregularibus, subdentatis, contextu gilvo-badio.

Hab. in truncis e. g. *Quercuum* putrescentibus in Carolina, Florida, Brasilia et insula ocean. Aru. — Pileus 5 cm. lat., 3,5 cm. long. Pori 250 μ . diam.

201. **Polystictus Oniscus** Fries Nov. Symb. Myc. p. 82, *P. florida-* 5734
nus e Santee River non typicus Berk. in herb. — Effuso-reflexus, seriatim concrescens; pileo reflexo, coriaceo, rigido, inæquabili, pruinato-velutino, azono, cano-griseo opaco, margine acuto integro, contextu ex albo pallidiore fusco; poris subrotundis, inæqualibus, cinereo-fuscis.

Hab. ad truncos in regione Mexicana (HÖGGER) et e Carolina (RAVENEL) variisque dissitis regionibus copiose adest. — Pilei 2,5

cm. et ultra lati; pori 2 mm. circ. longi, marginem versus decre-
scentibus non lacerati.

202. **Polystictus indecorus** Jungh. Crypt. Jav. p. 51. — Suberoso-
coriaceus, durus, arcte adnatus, alutaceo-pallens; margine line
inde reflexo, rigido, pileato, albido, levi, fasciis concentricis un-
dulato; poris mediis rotundis s. obliquis laceris. 5735

Hab. ad truncos in insula Java. — 5-15 cm. latus, pilei (i. e. margo reflexus) albidi basi fusciscentes, nudo oculo leves, sub lente velutini; hymenium sordide alutaceo-pallidum. Fungus durus, 3-4 mm. cr. a ligno non sine cultro separabilis, ope mycelii pallidi byssaceo-indurati cum fibris corticis s. ligni interioribus co-hærens.

203. **Polystictus nuceus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 81. — Pileo sube-
roso, tenui, molliusculo, imposito, glabro, sulco uno alterove concen-
trico vage exarato, ex umbrino canescente, margine acuto nigres-
cente, contextu umbrino-sordido; poris tenellis, inæqualibus, gri-
seo-fuscis immixtis, lacunis majoribus. 5736

Hab. ad truncos putridos in Costa Rica (ERSTED). — *Lenzitem abietinam* in mentem refert. Pileus fragilis, plano-convexus, 2,5 cm. latus, contextus 4 mm. circ. crassus; pori 2 mm. et ultra longi vulgo minuti, lacunæ vero immixtæ triplo majores, rotundæ vel oblongæ siccitate forte ortæ; dissepimenta enim tenella, in vivo forsân mollia.

204. **Polystictus corrugis** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 82, non Fr. Hym. 5737
— Pileo coriaceo, radiato-rugoso ferrugineo-umbrino, versus mar-
ginem albidum fibroso, demum glabrato nigrescente, contextu fi-
broso haud rigescente, umbrino; poris minutis æqualibus, rotundis,
brevissimis, extus intusque albis, trama umbrina.

Hab. ad truncos Indiæ occidentalis (BENZON). — Minima hujus
gregis species, postice umbonato-adnata, habitu Stereorum mino-
rum; pileus utrinque planus vel superne declivis, 2,5 cm. et ultra
latus. Pori 800 μ . longi.

205. **Polystictus chrysoleucus** Kalkb. Grev. IV. pag. 72. — Ino-
dermeus, stuposus; pileis effuso-reflexis, imbricato-confluentibus,
mollibus, villosio-tomentosis, azonis, forma variis, circa marginem
tenuem uno alteroque sulco notatis; poris mediocribus primum
brevibus alveolaribus, demum profundioribus subrotundis, acutis vel
e situ obliquis, canaliculatis, ceterum integris, albido et demum
ochraceo-aureis; substantia molli, floccoso-fomentaria, pileo pror-
sus concolore ochraceo-badio. 5738

Hab. ad Rockhampton in Queensland Australiæ (THOZET). — An, præeunte Cooke, idem ac *P. Peradeniæ*?

206. **Polystictus candicans** Lév. Prodr. Floræ Novo-granat. (Fungi) 5739 p. 285. — Pileo sessili, coriaceo, applanato, albido-cinerescente, fusco-zonato, e basi ad marginem acutum undulatum fibroso-radiato, contextu fuscescente; tubulis primum integris, dein lamellatis, inæqualibus, fuscis.

Hab. ad truncos Tequendama, Canoas Novæ-Granatæ ad 2600 metr. altit. (LINNÉ). — Pilei 4 mm. cr. in modum Rosæ sæpe dispositi. Affinis *P. floridano*.

207. **Polystictus palmatus** Berk. Exot. Fungi pag. 304, ? Fr. Epicr. 5740 pag. 511 (sub *Hydno*). — Pusillus, inciso-palmatus, flavo-fuscus, apice multifidus, superne glaber, substriatus, nitens; poris medio-cribis, curtis; dissepimentis tenuibus, dentatis.

Hab. ad truncos in Nova Granata et ad flumen Magdalena reg. calidissim. (HUMBOLDT). — De aculeis longissimis, de quibus loquitur Fries, omnino silet Berkeley loc. citat. An ergo eadem species? — Pileus 3 cm. longus, 5 cm. latus.

- G. CORIACEI FR. NOV. Symb. p. 86, *Coriolus* Quél., *Hansenia* Karst. p. p. — Dimidiato-sessiles, coriacei, sæpius utrinque applanati, zonati, contextu tenaci-floccoso.

I. VERSICOLORES FR. I. c. Contextu albo.

a. *Genuini* Cooke Præc. I. c. Pileo sericello.

208. **Polystictus versicolor** (Linn.) Fr. Syst. Myc. I, p. 368 cum syn. 5741 El. p. 94, Hym. Eur. p. 568, Hussey I, t. 24, *Boletus* Linn. Suec. n. 1254, Bull. t. 86, Bolt. t. 81, Sowerb. t. 229, Fl. Dan. t. 1554, *B. variegatus* Schaeff. t. 263, Sterb. t. 27, K. Batt. t. 35, A. (ubique ceterum pictus, sed figuræ fucatæ sæpe fallaces). — Pileo coriaceo, tenui, rigido, applanato, postice depresso, levigato, velutino, nitido, zonis discoloribus variegato; poris minutis, rotundis, acutis lacerisque, albis, dein pallescentibus (sublutescentibus).

Hab. ad truncos, ubique terrarum copiose, colore et forma omnimodo ludens; poris laceratis optimum *Nistobrema* sensu Pers. sæpe sistit. *P. argyraceus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 73, est modo status exoletus, vernalis, corruptus. Cfr. Secr. n. 88-98. Hujus quoque loci Rostk. 4, t. 45, 46, 48; 37, t. 10 et *P. nigricans* Lasch in Rabenh. Exs. (variet.). Nobiliores lusus in tropicis. Quoad formam gasterosporam cfr. Pat. Tab. 143.

209. **Polystictus antarcticus** Speg. F. Fueg. n. 68. p. 31. — Inoder- 5742
meus; pileo coriaceo, subtenui, rigidulo, dimidiato-expanso, appla-
nato convexulo, ambitu integerrimo, acuto, non vel repandulo, po-
stice truncato-adnato, plus minusve decurrenti effuso, 2-3 cm. diam.
lat., 4-5 cm. long. superne velutino, puberulo, subvirescenti-vel
fulvescenti-tabacino, zonis strictiusculis, glabriusculis, rubescenti-
testaceis vel testaceis, concentricis plus minusve dense notato;
contextu 1-3 mm. crass. laxe fibroso-flocculoso, albescenti aluta-
ceo, cute tenuissime subheterogenea arcte adnata donato; hyme-
nio flavescenti-fulvescente vel fulvo, e tubulis breviusculis 1-2,5
mm. long., intus pallidioribus stratosulis e pileo non vel vix
ægre secedentibus, ore regularibus, rotundato-angulosis 200 μ .
diam., dissepimentis tenuibus, acie acuta, integra levissima donatis
efformato.

Hab. ad palos vetustos putrescentes in silvis prope Slogget bay
in Fuegia. — Species *Polysticto versicolori* Fr. peraffinis; an tan-
tum forma ejusdem flavescens?

210. **Polystictus subpalmatus** Saut. Hedw. 1876, p. 151 (sub *Polyp.* 5743
palmato sed non Berk.). — Coriaceus, erectus, levis, albidus, ra-
mosus, ramis complanatis, sursum dilatatis, palmatis.

Hab. in truncis fagineis pr. Salzburg (Stroml.). — Habitus *The-
lephoræ contortæ*. 7-14 cm. altus, e trunculo communi assurgens.
«An forma monstrosa *P. versicoloris*?»

211. **Polystictus vilis** Cesati Myc. Born. p. 6. — Pileo luride casta- 5744
neo zonis pallidioribus, *P. versicoloris* specimina senio deturpata
simulante; hymenio (in unico individuo aptiori) pallide gilvo, poris
minutissimis, ut non nisi lente vitrea discriminandis.

Hab. ad Sarawak, Bornei, Malesiæ. — Specimina tantummodo
exoleta. Facies tota *Sterei* cujusdam magis plebei.

212. **Polystictus fuscatus** Fr. Obs. 2, p. 257, Hym. Eur. p. 569, Bolt. 5745
t. 163, nec differre videtur *P. castaneus* Rostk. 4, t. 47. — Pileo
villosus, fusco, obscuro, azono v. zonis obscurioribus variegato; po-
ris laceris, luteis.

Hab. locis suffocatis in Suecia, Britannia, Germania.

213. **Polystictus Brusinæ** Schulz. in Hedw. 1886, p. 9. — Pileis ver- 5746
siformibus, subhorizontalibus, imbricatis aut discretis, plus minusve
crassis, obtusis, velutino-tomentosis, in centro nunc infuscato-cæ-
ruleis, azonis, nunc fulvis zonatisque, margine dilutioribus fere
luteolo-pallidis, 2-4 cm. latis; pseudostipitibus difformibus, badiis,
velutinis, raro ultra 1 cm. longis; poris minutis, integris, planiu-

sculis, determinatim decurrentibus, albis; tubulis aut invisibilibus aut vix 300 μ . longis; carne alba, subsuberosa; sporis (an maturis?) globosis, hyalinis, 2-3 μ . latis.

Hab. ad truncos vetustos Carpini Betuli in silvis pr. Vinkovec Slavoniæ. — *P. versicolori* similis, forte similitudinis causa neglectus.

214. **Polystictus hirtellus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 83. — Pileo segmen- 5747
toideo, stupeo-coriaceo, effuso-reflexo, pilis subtilibus erectis strigosis hirtulo, primitus azono, demum versus marginem obsolete et concolori-sulcato; contextu molli albido; poris mediis, rotundis angulatisque, helvolo-pallidis demum fuscescentibus.

Hab. ad truncos in terra Mexicana (LIEBMAN). — *P. hirsuto* simillimus at azonus, mollior porisque diversis. Pileus transversim 5-7,5 cm. latus, sæpe undulatus. Variat totus peltato-effusus orbicularis at a matrice facile secedens; vulgo vero plus minus reflexus, margine acuto.

215. **Polystictus pictilis** Berk. Hook. Journ. 1852, pag. 162, Dec. 5748
n. 433. — Pileo subflabelliformi, vertice affixo subtiliter velutino multizonato, zonis glabrescentibus; contextu postice subochraceo; poris brevibus ochraceis, dissepimentis rigidiusculis, acie acuta submembranacea.

Hab. in trunco Betulæ emortuo, East Nepal Indiæ altit. 4000 m. (D.^r HOOKER). — Pileus 3,5-4 cm. latus vel ultra, 2,5 cm. longus, rigidissimus, siccitate contractus; pori circ. 300 μ . diam. Habitus *P. zonalis*, *P. versicolori* subaffinis.

216. **Polystictus rufo-pictus** B. et C. Grev. XV, p. 23. — Pileo co- 5749
riaceo, subtenui, rigido, applanato, levigato, nitido, flavido-fusco, primo radiato-strigoso sericeove, zonis angustis concentricis rufis variegato, contextu hymenioque pallido; poris minutissimis, rotundatis, æqualibus, integris $\frac{1}{6}$ mm. diam.

Hab. ad ramulos Cubæ Amer. centr. — Superficialem cum *Polysticti versicoloris* plerisque formis similitudinem offert, sed hymenium obscurius porique multo magis minuti.

217. **Polystictus arenicolor** B. et C. Linn. Journ. X, p. 315, Cub. 5750
Fuug. n. 269. — Pileo dimidiato, postice decurrente, papyraceo, repetite zonato, strigoso, velutino, pallido, margine lobato; poris parvis angulatis, dissepimentis tenuibus; hymenio ochraceo.

Hab. ad ligna in silvis insulæ Cubæ. — Pileus 7 cm. lat., 4-5 cm. long. Pori 250 μ . diam. *P. pinsito* affinis.

218. **Polystictus plumbeus** Lév. Champ. Mus. p. 136. — Pileo coria- 5751

ceo, sessili, convexo, nudo, concentricè zonato-sulcato, e basi ad marginem acutum inflexum striatulo, glabro, fulvo-nitido; poris minutissimis, subrotundis, plumbeis, intus albis.

Hab. ad truncos Guadalupæ (LHERMINIER). — Pileus 3-4 cm. latus, 2 mm. crassus.

219. **Polystictus cinereus** Cooke Enum. Polyp. p. 135, *Polyporus* 5752
cinereus Lév. Champ. Mus. p. 140. — Pileo coriaceo, effuso-reflexo, semicirculari, sessili, zonato, villo cinerescente oblecto; poris angulatis medtis, intus extusque albis, contextu concolori.

Hab. ad truncos Brasiliæ (LE MELLE).

220. **Polystictus detonsus** Fr. Epicr. p. 479, Linnæa V, p. 519. — 5753
Pileo coriaceo, tenui, glabrato, opaco, griseo, zonis badiis variegato, margine acutissimo; poris minimis, æqualibus, acutis, e pallido lutescentibus.

Hab. ad caudices Palmarum in insula Java inque Brasilia. — Nunc orbicularis postice, nunc cuneato-reniformis latere adnatus.

221. **Polystictus surinamensis** Miq. Bull. Nœerl. 1839, p. 454. — Pi- 5754
leo coriaceo, lento, crasso, rigido, appresso, subflabelliformi; margine attenuato, crenato, inflexo, glabrato, polyzono, zonis aurantio-fuscis, zonis griseis angustioribus separatis, levigato, longitudinaliter striato-fibroso; poris minimis, æqualibus, acutis, griseo-carneis.

Hab. in truncis vetustis, Surinam. — Pileus 4-5 cm. lat., $\frac{1}{2}$ cm. cr.; zonæ aurantiæ 4 mm. lat. *Pol. detonso* affinis.

222. **Polystictus illotus** Kalchbr. Grev. X, p. 102. — Pileo coriaceo- 5755
membranaceo, flaccido, molliter velutino-tomentoso, concentricè sulcato, sordide griseo-fuscescente; poris minutis, angulatis, dissepimentis tenuibus, passim dentato-laceris, sordide albis.

Hab. ad truncos Melbourne Australiæ (MÜLLER). — E vicinia *P. versicoloris*, *P. detonsi*, *P. pinsiti* etc., sed cum nullo horum apte conjungendus.

223. **Polystictus pulchellus** Sacc. Mycol. Ven. spec. p. 50, t. VII, f. 11- 5756
15. — Subcoriaceo-membranaceus, tenuis; pileo e basi angustiore flabellato-lobato, nitido, candido, fusco-zonato; poris albis, curtis, mediocribus, mollioribus, dein fuscis; sporis minimis rotundis albis, circ. 3 μ . diam.

Hab. ad ramos pineos, acus interdum obvolvens, in Horto botanico Patavino in Italia boreali.

224. **Polystictus pavonius** (Hook.) Fr. Epicr. p. 477, *Boletus* Hook. 5757
in Künth Syn. p. 10. — Utrunque fuscus: pileo coriaceo, dimidiato-sessili, adpresse tomentoso, lineis concentricis eleganter zonato;

margine lobato; poris minutis, subangulatis, demum labyrinthiformibus.

Hab. in regione calidissima ad ripas fluvii Magdalenae Nova Granata. — Lignis putridis innascens. *Coram Pavoniam* lineolis pilei (sub lente tomentosi) referens.

225. **Polystictus obstinatus** Cooke Grev. XII, p. 17 (*Trameles*). — 5758

Pileo coriaceo-lignoso, indurato, tenui, convexo-piano depresso, pallido subcinereo, velutino, lineato-zonato; margine acuto, integro; poris e rotundo elongatis, $\frac{1}{2}$ mm. diam., denticulatis, lignicoloribus, saepe obliquis.

Hab. ad truncos Endeavour River Australiae. — Pileus 5-8 cm. latus, 2-3 mm. cr., subinde plures imbricati, habitus *Polyst. versicoloris*, sed differt contextu, zonis binis v. ternis linearibus, rubescentibus.

226. **Polystictus puellaris** Kalchbr. in Rev. Myc. 1882, tab. XXIX, 5759

fig. 2. — Coriaceus, contextu albo, pusillus, totus albus; pileo obovato, basi angustato sessili, conchato, velutino-glabrato, circa marginem leviter zonato; margine acuto; poris minutis acutis.

Hab. in ins. Oceani Pacifici (REMY).

b. Hirsuti Cooke l. c. Pileo hirsuto v. velutino.

227. **Polystictus hirsutus** Fr. Syst. Myc. I, p. 367 cum syn., Hym. 5760

Eur. p. 567, Sommerf. Lapp. n. 1614, Weinm. Ross. p. 321, Kickx p. 231, Berk. et Br. n. 1139, *Boletus* Wulf. in Jacq. Coll. II, p. 149, Schrad. Spic. p. 169. — Pileo suberoso-coriaceo, convexo-piano, pilis rigidis hirto, unicolore, sed sulcis concentricis zonato, albido; poris rotundis, obtusis, albidis, subfufescentibus.

Hab. ubique terrarum ad varios truncos. — 5-6 cm. longus, 3-4 cm. latus. Variat: *B.* poris omnino albis. *C.* poris ore luteis, intus vero albis (Seer. n. 75). *D.* poris obtusis, angulatis. *E.* pilei margine ferrugineo (Seer. n. 76, Fl. Dan. t. 2079, f. 1.). *F.* pileo nigricante. A *P. velutino* quocum in Myc. Eur. jungit Person, distinctissimus. — Var. **scruposus** Sacc. Fungi ven. novi vel crit. ser. V, p. 163; a typo recedit pileo tuberculato scruposo. Ad truncos Cerasorum, Vittorio (Treviso) Ital. bor. — Var. **puberulus** Kalchbr. in Thüm. Pilzf. Sibir; pileo e resupinato reflexo, pube alba molli, non vero pilis rigidis vestito. In Salicis trunco putri pr. Miussinsk. Sibiriae Asiaticae (N. MARTIANOFF). — Var. **marginatus** Bres. Hedw. 1885; pileo eximie ferrugineo-marginato. In Slavonia.

228. **Polystictus Bresadolæ** Schulz. in Hedw. 1885, p. 145. — Pileo late 5761

flabelliformi, fere 8 cm. lato, sublobato, scabroso, adpresse-tomentoso, azonato, fulvo; margine obtuso, levi, glabro luteo-albido, subtus fere concolori; poris minutis ad marginem carentibus; tubulis fuscis, postice 4 mm. longis, antice diminuentibus; carne, excepto margine achromatico, sordide-cinnamomea, radiatim fibrosa, verticaliter subzonata, fere undique circiter 6 mm. crassa.

Hab. subimbricatim ad Morum albam vivam in Slavonia.

229. **Polystictus galbanatus** Berk. Fung. Brit. Mus. p. 377, in Ann. 5762
N. H. 1842. — Pileo subtenui, plano, suberoso, obsolete zonato, luteo-velutino, setis longioribus passim immixtis; hymenio pallide flavo; poris parvis subprotundis dissepimentorum acie æquali.

Hab. ad truncos exoticos (loco ignoto). — Pileus 3,5 cm. lat., 3,5 cm. long. Pori 270 μ . diam.

230. **Polystictus velutinus** Fr. S. M. I, p. 368 cum syn., Hym. Eur. 5763
p. 568, Weinm. l. c., Berk. Outl. p. 248, Kickx p. 231, Wahlenb. Succ. n. 2004, Gill. Champ. France c. ic. — Pileo suberoso-coriaceo, utrinque plano, velutino-molli, leviter zonato, albo, demum lutescente, margine extenuato, acuto; poris rotundis, minutis, tenuibus, albis.

Hab. ad truncos arborum frondosarum in Europa pr. Minusinsk Sibiriae Asiaticae, Sarawak Bornei (O. BECCARI), in insulis Philippinis, in Japonia, in Carol. media Amer. bor., Cubae Amer. centr. (C. WRIGHT), pr. Conception del Uruguay, San Carlos Brasiliae (SPRUCE), in Nova Zelandia, Java. — Circiter 5 cm. latus. Junior humidus, dein induratus, non nitens ut *P. versicolor*, zonae paullum modo obscuriores. Plures hujus habemus subspecies ex America. Poris laceris notabilis est: Desmaz. exs. n. 466 (forsan errore pro *Ded. unicolore* exhibitus). — Var. **stratosus** Jungh. Jav. p. 59; pileo crassiusculo, dimidiato, suberoso-coriaceo, zonato, hymenii stratis tabulatim dispositis separabilibus. Ad truncos in silvis M. Merapi in ins. Javæ, 1300 m. circ. alt. A typo differt substantia crassiori, minus elastica, apice 2, basi 4-7 mm. cr. atque hymenii stratis compluribus composito. «An revera var. *P. velutini*?».

231. **Polystictus lugubris** Kalchbr. in Rev. Myc. 1882, tab. XXIX, 5764
f. 3. — Coriaceus, contextu albo; pileo pertenui, umbonato, sessili, conchato, velutino, nigricante, zonis plurimis angustis atro-cinereis notato; poris minimis, rotundis, albo-lutescentibus.

Hab. in ins. Oceani Pacifici (REMY). — *P. velutino* proximus

sed ob tenuitatem pilei vix 0,5-1 mm. crassi zonasque creberrimas distinguendus videtur.

232. **Polystictus imitatus** Karst. Symb. Myc. XVII, p. 161 (*Hanse-* 5765
nia). — Pileo coriaceo-suberoso, contextu fibroso, arido, firmo, triquetro, plano-convexo, sulcis paucis obsolete, concentricè zonato, velutino molli, albo vel albido, margine acuto, 4-8 cm. lato, usque ad 3 cm. crasso; poris minutis, tenuibus, inæqualibus, hinc inde laceris, majoribus, albis; sporis oblongatis v. elongatis. 5-6 \approx 1-2.

Hab. in truncis Alni incanæ et Tiliæ ulmifoliæ emortuis in silva Syrjææ prope Mustiala Fennicæ. — A *Polyst. velutino* pileo multo crassiori dignoscitur.

233. **Polystictus hirsutulus** Schw. Amer. Bor. p. 373. — Minutus, di- 5766
midiatius aut reniformis, subinfundibuliformis, etiam substipitatus, coriaceus, 12-14 mm. lat.; pileo strigoso-caescente griseo, fasciis notato ex pilis setosis, fuligineo-nigris, aggregatis, in centro et in margine inflexo, inde ciliato; poris pallidis, subdecurrentibus.

Hab. ad truncos Bethlehem Amer. bor.

234. **Polystictus Pocas** Berk. F. Chall. III, p. 51. — Pileo reniformi, 5767
vertice affixo, leviter zonato, villis radiantibus ornato, postice leviter decurrente, margine tenui, ochroleuco, acuto sterili; hymenio pallido, postice cinerescente; poris punctiformibus acie obtusissimis.

Hab. ad truncos in Japonia (Dickins). — Pileus 6 cm. longus, 2½ cm. latus. Extus *P. vellereum* B. assimilatur; sed pori omnino differentes.

235. **Polystictus nigro-marginatus** Schw. Amer. bor. p. 273 et Syn. 5768
Carol. p. 912. — Effusus subimbricatus, applanatus, suberosus, albus; pileo hirsuto, albo-zonato, margine late nigro; poris minutis albido-fuliginis.

Hab. in truncis Liriodendri ad longitudinem 15, latitudinem 5-7,5 cm. effusus. — Pileus strigoso-hirsutus, zonis variegatus; pori minuti, nulli in margine.

236. **Polystictus balsameus** Peck 30 Rep. pag. 46. — Pileo potius 5769
suberoso, plano, circiter 2½ cm. lato, sessili vel spurie stipitato, subtiliter inæqualiterque villosotomentoso, pallide brunneo, zonis nitentibus concentricis notato; carne alba; poris brevibus, minutis, subrotundis, dissepimentis tenuibus, acutis, denticulatis, albis.

Hab. ad truncos Coniferarum, ex. gr. Abietis balsamæ in montibus Adirondack, New York Amer. bor. (Ch. H. Peck). — To-

mentum tenue, inaequaliter distributum. Species, ut videtur, affinis *P. zonato*.

237. **Polystictus gausapatus** Kalch. Grev. X, p. 102. — Pileo car- 5770
noso-coriaceo, rigido, dimidiato-sessili, conchato, zonato, tactu
asperrimo strigoso, cervino-fuscescente: poris mediocribus, rotun-
dis obtusis, ex albo griseis vel rufescentibus; contextu albo.

Hab. ad truncos Richmond River Australiæ (MÜLLER). — Pileus
7-12 cm. lat. basi 2 cm. cr. Superficies, per se alba, valde rudis,
dentato-lacera, in zonis elevatis indumentum fuscum gerens, pan-
no rudi simile. Teste Cooke Præc. Polyp. adest in Herb. Berk.
n. 2696, *Polyp. gausapatus* B. et R., qui vero ad *Trametem*
spectat.

238. **Polystictus zonatus** Fr. Syst. Myc. I, p. 368 cum mult. varr. 5771
El. p. 94, Hym. Eur. p. 568, Weinm. Ross. p. 322, Kickx p. 231,
Rostk. t. 44, *Boletus multicolor* Schaefl. t. 269, *B. ochraceus*
Pers. Syn. p. 539, Secr. n. 80, 81, Batt. t. 35, B. Fl. Dan. t. 2028,
f. 2. — Pileo suberoso-coriaceo, convexo, postice tuberculoso gib-
boque, subzonato, villosa, opaco, margine albicante; poris minutis,
rotundis angulatisve, obtusis, albidis; sporis 6-9 = 3-4.

Hab. ad truncos Populi, Betulæ, Castaneæ, Quercus etc. late
distributus in Europa, Ceylon ad Pedrotallagalla, Nuwara Ellya,
Sarawak Bornei (O. BECCARI), Mexico. — Pilei forma, nitoris de-
fectu etc. a *P. versicolori* certe differt, sed in eodem Betulæ trunco
atque ex eodem mycelio formas legit ill. Fries pileo et toto griseo
v. lutescente et eximie zonato, ut ipse facile fingeret ad *P. zo-
natum* pertinere *P. seriale* Rostk. t. 49.

239. **Polystictus hædinus** Berk. in Hook. Jour. 1856, p. 234, Dec. 5772
n. 584. — Albus, suborbicularis, postice decurrens, tenuis papy-
raceus; pileo subtiliter pubescente, sulcato-zonato; hymenio con-
colori; poris angulatis minutis; dissepimentis tenuibus.

Hab. ad truncos cariosos, Panurè Brasiliæ (SPRÜGE). — Pileus
2,5-6 cm. vel ultra latus; pori 270 μ . diam. *P. hirsuto* affinis
dicitur.

240. **Polystictus glirinus** Kalchbr. in Cooke Præc. n. 793, *Polyporus* 5773
murinus Kalchbr. Grev. IV, p. 72, nec Lév. — Pileo semiorbicu-
lari vel subreniformi, conchato, vertice in stipitem spurium pro-
tracto, subtiliter tomentosovilloso, murino vel subolivascense, zo-
nato, zonis in pileo calvescente, albis; poris minutis, perbrevibus
passim inaequalibus albis.

Hab. ad truncos Rockhampton Queensland Australiæ (THORNTON).

241. **Polystictus cineraceus** Lév. Champ. Mus. p. 139. — Pileo coriaceo semiorbiculari, applanato, postice porrecto, zonato hirsuto, cinereo, margine tenui undato; poris mediis angulatis, ore obtusis, ochroleucis intus albis, contextu concolori.

Hab. ad truncos Nelli-Gherry Indiæ (PERROTTET). — Pileus 4-5 cm. latus.

242. **Polystictus cæσιο-glaucus** Cooke Grev. X, p. 121. — Pileo coriaceo, tenuissimo, effuso-reflexo, quandoque imbricato, tomentoso, zonato, cæσιο-cinereo, zonis obscuriore; poris rotundis, minimis, regularibus, curtis 250 μ . diam.; dissepimentis incrassatis, glaucescentibus.

Hab. ad ramos in Japonia (DICKINS).

243. **Polystictus gibberulosus** Lév. Champ. Mus. pag. 139. — Pileo coriaceo-membranaceo, zonato, subhirsuto, sordide fulvo vel cinerescente; poris majusculis, superficialibus, angulosis, flavis.

Hab. ad truncos prope Oude Reidweg in Guyana Batava (KÆGEL). — Pileus 4-5 cm. lat., flexilis, vix 1 mm. cr., postice gibbula autus, qua matriçi adhæret; contextus albus.

244. **Polystictus limbatus** Fr. in Linnæa V, p. 520, Epicr. p. 479. — Pileo coriaceo-tenui subvelutino, concentrice sulcato-zonato, ferruginascente, unicolori, margine subtus determinate sterili, intus albo; poris minutis, æqualibus, obtusis, pallidioribus.

Hab. ad truncos putridos in Brasilia (BENZON) et Victoria Australiæ (de MÜLLER). — Pileus usque ad 5 cm. latus; pori 2 mm. profundi.

245. **Polystictus Pectunculus** Lév. Champ. Mus. p. 138. — Pileo coriaceo semiorbiculari convexo, postice gibboso grosse sulcato-zonato, velutino, hirsuto, fulvo; poris minutis angulatis ore acutis fulvis, intus contextuque pileis albis.

Hab. ad truncos Nelli-Gherry Indiæ (PERROTTET) et Cubæ. — Pileus 5 cm. latus.

246. **Polystictus vellereus** Berk. Fung. Hinds. p. 8, Journ. Bot. 1842, p. 455. — Pileo dimidiato, coriaceo-molli tenui, albo dense sericeo-villoso, zonis obscurioribus angustissimis; margine acutissimo lobato; poris mediis, ochraceis, subhexagonis, dissepimentis tenuibus laceratis dentiformibusque.

Hab. in ins. New Ireland Oc. Pacif. et Brisbane Queensland. — Pileus 5 cm. lat., 2,5 cm. long. Habitus *Hexagonia sericea*.

247. **Polystictus Meyenii** Klotzsch Fungi Orb. terr. circ. a Meyen. coll. p. 236. — Pileo coriaceo, crassiusculo, effuso-reflexo, subreniformi,

imbricato, velutino, sordide flavescente, dense zonato, margine integerrimo, subobtusato; poris alutaceis, angulatis, obliquis, inæquilongis, e 2-3 brevioribus compositis, acie angulato-dentatis.

Hab. in truncis arborum Manillæ ins. Philippinarum (MEYER). — Valde affinis *P. velutino* et *P. zonato*. Pilei imbricati, 7-10 cm. lati, 5-7 cm. longi, substantia alba, 3 mm. cr.; pori 2 mm. circ. profundi.

248. **Polystictus pinsitus** Fr. Epicr. p. 479. — Coriaceo-membranaceus, 5781
tenax; pileis hirtis concentricè sulcatis, unicoloribus, cinereis; poris curtis, majusculis, angulatis, acutis, inæqualibus, albis.

Hab. ad ligna emortua in Amer. bor. brit., Carol. sup. Amer. fœder. (CURTIS), Cuba (C. WRIGHT), Guadalupa, Brasilia, in Andis Amer. merid., India et Pegu. — Formas complectitur hymenio albo et atro et etiam *P. arcticum* Fr. Species præclare distincta, *P. stereoidi* et *abietino* affinis. Hujus more variat reflexus et totus resupinatus, confluyendo late effusus. Substantia tenuissima, tenacissima, alba. Pilei reflexi, longitudinaliter confluentes, 2½-5 cm. transversim lati, margine undulato plicati, hirti, cinerei, zonis confertis unicoloribus concentricè sulcati. Pororum facies omnino propria; majores sunt quam reliquorum Coriaceorum, acuti, non quidem lacerati, sed aequaliter prominulis hiantes. Variat *B. effusus* immarginatus.

249. **Polystictus dispar** Kalchbr. Symb. Myc. Austral. II, n. 82. — 5782

Pileis imbricato-confluentibus, basi cuneata sessilibus, flabellatis, lobatis, convexo-planis, radiatim fibroso-striatis et passim subsericellis, ad marginem leviter zonatis, alutaceis, in quibusdam vero disco noduloso-exasperato et fere isidioideo, (quo fungus faciem alienam acquirit); poris marginem substerilescentem versus superficialibus, minutis, basin versus in dentes lamellosos protractis, albo-flaventibus

Hab. pr. Victoria Australiæ (DE MÜLLER). — E societate *P. pinsiti* Fr. et *P. armenicoloris* Berk.

250. **Polystictus decipiens** Schw. Amer. bor. n. 385, p. 157. — Pi- 5783

leis coriaceis, tenuiusculis, 2,5 cm. lat., imbricatis, albido-griseis, basin versus ochraceis, multifasciatis, velutinis, in fasciis concoloribus strigoso-pilosis; fasciis undulato-elevatis; poris inæqualibus flavo-luteis.

Hab. ad truncos in Pennsylvania Amer. fœder. (MICHENER), in Carol. inf. (CURTIS). — Ambigit fere inter *P. versicolore* et *P. abietinum*.

251. **Polystictus hypothejus** Kalkbr. Grev. X, p. 102. — Pileo tenui, 5784
coriaceo, conchato, vix 2,5 cm. lat., basi angustata adnato, sericeo-villoso, albo, zonato, zonis concoloribus; poris majusculis, curtis, fere foveolaribus, angulatis, acutis, amœne lutescentibus.

Hab. ad truncos Richmond River Australiæ (MÜLLER). — A simili *P. decipiente* Schw. poris majoribus, a *P. barbatulo* Fr. villo pilei longo, subsericeo, albo differt.

252 **Polystictus brunneo-albus** (Berk.) Fr. Nov. Symb. p. 78 (94), 5785
Polyporus brunneo-leucus Berk. Dec. of Fung. n. 107. — Imbricatus, postice effusus; pileis dimidiatis, subzonatis, rugosis, tenuibus, coriaceis, sublaccidis e ferrugineo fusco-nigricantibus velutinis, hic illic glabrescentibus; hymenio pallido; poris parvis angulatis subintegris vel denticulatis; dissepimentis tenuibus.

Hab. ad truncos in Tasmania (R. GUNN). — Pilei imbricati, 3,5-4 cm. lat., 1-2 cm. long.; pori 400 μ . diam.; habitus fere *Sterei bicoloris*. — Fries l. c. ad subgenus proprium *Placoderma* (crusta laccata) ducit hanc speciem simul ac *P. tostum* et tres *Trametis* species (*T. sceleton*, *T. scleroderma*, *T. balanina*). An recte?

c) *Ectypi* Cooke l. c. Pileo glabrescente.

253. **Polystictus ectypus** B. et C. North Am. Fungi n. 138. — Pi- 5786
leio flabelliformi, lobato, zonato-picto, postice rufo, antice pulverulento, pallido; hymenio ochraceo; poris minutis.

Hab. in Carol. inf. Amer. fœder. (RAVENEL). — Pileus 8 cm. latus, 7 cm. longus; pori $\frac{1}{4}$ mm. lati. Primo aspectu plures formas refert *P. versicoloris* sed omnino diversus.

254. **Polystictus trizonatus** Cooke Grev. XII, p. 17. — Pileo coriaceo, 5787
tenui, rigido, ochraceo, applanato, postice convexo, sericeo, zonis tribus elevatis obscurioribus variegato, margine integro, acuto; poris minimis, rotundis, postice decurrentibus, albis $\frac{1}{4}$ mm. diam.

Hab. ad truncos, Upper Yarra Australiæ (LUCAS). — Pileus 4-5 cm. latus, nonnihil *P. hirsuto* sursum similis, sed sericeus nitensque, aspectu etiam similis plerisque formis *P. versicoloris*, sed non omnino velutinus. Fere uniformis zonis tribus elevatis, obscuriusculis ornatus.

255. **Polystictus Parishii** Berk. Herb. n. 2592 et Cooke Præc. p. 51. 5788
— Pileo coriaceo, tenni, reniformi vel semiorbiculari, glabrescente, pallide cinereo, zonis purpureis concentricis ornato, contextu

albo, margine acuto, subtus sterili; poris rotundatis, minimis, æqualibus.

Hab. ad truncos Moulmein Indiæ transg. — Pileus 5 cm. latus.

256. **Polystictus Kickxianus** Lév. Fragm. Mycol. pag. 122. — Pileo 5789
sessili vel centro adfixo, applanato, coriaceo, flexibili, albo subnitente, zonis concoloribus notato; margine lobato, repando, acuto, sterili; poris angulosis, ore acutis, flavescens, versus marginem obtusis, superficialibus, ochroleucis, trama alba, homogena, compacta.

Hab. ad truncos in America tropicali. — 3 cm. latus, 5-6 mm. crassus.

257. **Polystictus chartaceus** B. et C. Grev. I, 53. — Effusus pluri- 5790
pollicaris atque ramulos ex integro contegens, late reflexus, obscure zonatus, sordide albus, subsericeus, sed nihilominus pilosus setulosus; margine membranaceo sed rigido; poris $\frac{1}{2}$ mm. latis, in processus lamellares obtusos diffractis.

Hab. ad truncos in America boreali. — Affinis *P. pinsito*.

258. **Polystictus gratus** Berk. Hook. Journ. 1852, p. 163, Doc. n. 436. 5791
— Pileo postice latissime decurrente; margine reflexo, subtiliter sericeo lanatoque ligneo-pallido; contexta candidissimo, serius cum pileo concolore; poris longis, minutis, dentato-elongatis.

Hab. ad terram, versimiliter ligno adnatus, Himalaya India (D. HOOKER). — Pileus 10 cm. latus, per 7,5 cm. decurrens, pars reflexa circ. 2,5 cm. longa; substantia fragili; pori 4-6 mm. profundi, 200 μ . circ. lati. *P. velutino* proximus.

259. **Polystictus Wynnei** Berk. et Br. n. 807, Outl. p. 279, Fr. Hym. 5792
Eur. p. 569. — Pileo coriaceo, effuso-reflexo, postice adnato, incrustando vario, sericeo, alutaceo, lineis elevatis zonato; poris minutis, angulatis, albis.

Hab. in Europa, incrustans folia, ramos ad terram dejectos, qua vegetationis ratione a reliquis recedit. — Pori 240 μ . lati. Habitus *P. amorphi*.

260. **Polystictus sobrius** B. et C. Journ. Linn. Soc. X. p. 316. — 5793
Pileo imbricato, flabelliformi, opaco, glaberrimo, subzonato, tenui, umbrino-cinereo nebuloso; poris parvis laceratis.

Hab. ad ligna emortua, Cubæ (C. WRIGHT). — Pileus $3\frac{1}{2}$ cm. latus, 3 cm. longus; pori $\frac{1}{3}$ mm. diam. Nonnihil similis *P. sectori*, sed distinguendus.

d) *Abietini* Cooke l. c. Pori inæqualibus, sæpe majoribus subdædaloideis.

261. **Polystictus arcticus** Fr. Epier. p. 479. — Pileo coriaceo, tenui, 5794

effuso-reflexo, villosa, obsolete zonato, albo; poris inæqualibus, obtusis integris fuscis, acie pubescentibus.

Hab. in Kamtschatka (WORMSKJØLD) et America maxime arctica, sub exped. Franklini collectus. Affinis *P. abietini* at major, magis regularis et poris multo longioribus haud laceris.

262. **Polystictus abietinus** Fr. Syst. Myc. I, p. 370, Fl. p. 97 cum plur. syn., Hym. Eur. p. 569, Gill. Champ. Franc. c. ic., Grev. Scot. t. 226, Fl. Dan. t. 2079, f. 2, *Boletus* Dicks. Crypt. 3, t. 9, f. 9, *B. incarnatus* Schum. in Fl. Dan. t. 1298, Secr. n. 105, 106, 107 (spec. vidi Chaillatii et Schleich.) et Sistotr. n. 5 (excl. syn. var.) — Pileo coriaceo, tenui, effuso-reflexo, villosa, obsolete zonato, cinereo-albo; poris inæqualibus, laceris, e violaceo expallentibus. 5795

Hab. in pineto-montanis nil vulgatius ad ligna, sed numquam in arboribus frondosis, in Europa et Amer. fœder. et arctica. — Immensæ confusionis mater. Non exstat vero facilius distincta species, licet nunc totus resupinatus, nunc reflexus, si modo semel vegetum rite observaveris nec in speciminibus exoletis (expallidis) et siccis species distinctas quæras. *P. dolosus* Pers. et *Sist. violaceum* Pers. ad spec. ab ipso determinata in Moug. exs. n. 678. Cfr. Michelia I, p. 591 ubi contendimus *Irpicem fusco-violaceum* esse formam speciei præsentis.

263. **Polystictus abnormis** Lév. Champ. exot. pag. 186 in Ann. Sc. Nat. 1844, p. 186. — Pileo effuso-reflexo, adpresse piloso, concentricè sulcato, albido; margine acuto; poris angulatis, inæqualibus, dentatis, cinereo-rubentibus. 5796

Hab. ad truncos in insula Java.

264. **Polystictus pusio** Sacc. et Cub. *P. parvulus* Schw. Amer. bor. p. 386, nec Klotz. — Pileis subresupinato-effusis, tamen undulatum protrusis, vix imbricatis, coriaceis, albidis, strigosissimis, 12-14 mm. lat., longitudinaliter confluentibus; poris pallide ochraceis, majusculis, laceratis, in margine (præsertim in fungo resupinato) oblitteratis. 5797

Hab. ad cortices Pinorum Bethlehem, Pocono Amer. bor.

265. **Polystictus Lundii** Fr. Epicr. p. 479. — Coriaceo-membranaceus, flaccidus, ligneo-pallens; pileis villosa-scrbiculatis, unicoloribus; peris subrotundis, obtusis, integerrimis. 5798

Hab. in Brasilia ad truncos (LUND). — Statura fere *P. versicoloris*, sed tenuior, flexilis, unicolor, ligneo-pallens, superne in griseum vergens; villus pagine superioris subadpressus, superficiem ceterum e zonis concoloribus inæquabilem scrbiculatam red-

dens, demum postice glabrescens; margo acutus, tenuis; substantia poris concolor, tenax, sed non rigida. Subtus concavus est, præcipue ubi plures pilei imbricati, poris mediis subrotundis, semper obtusis et integris, non albis.

266. **Polystictus umbonatus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 87. — Pileo 579
coriaceo, tenui, flexili, postice subporrecto, pendulo, villosa, zonato, unicolori albido-griseo; poris magnis, curtis, angulatis, acutis, dentatis, fusco-umbrinis, demum expallentibus.

Hab. ad truncos prope Palinga (?) reipubl. Mexicanæ (LÆRMAN). — Pororum forma et fabrica *P. pinsiti* at colores plene *P. arctici*, pro cuius varietate forte est habendus. Pileus 2,5-5 cm. latus, pori passim concentrice dispositi dissepimentis transversim laceratis.

267. **Polystictus barbatulus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 87, Rav. Fung. 580
Carol. fasc. 2, n. 19. — Pileo effuso-reflexo, coriaceo, tenui, zonato, strigoso-hirsuto, albo-canescente, contextu floccoso, albo; poris majusculis, angulatis, inæqualibus, acutis, demum dentatis, ligneo-fuscis.

Hab. ad ramos truncosque mortuos imprimis Juniperi in Texas Amer. fœder. (BIGELOW) et Carolina inferiori (CURTIS). — Habitus *Hexagonia sericeæ* at bene distinctus, potius cum *P. arctico* vel *abietino* et ex indumento cum priori comparandus. Nunc minor 12-25 mm. latus, conchato-reflexus, nunc late expansus, totus resupinatus, tenuis, flexilis, unicolor.

268. **Polystictus cilicioides** Fr. Nov. Symb. Myc. pag. 87. — Pileo 5801
coriaceo-membranaceo tenui, tenaci at molli flaccidoque, flabelliformi basi lata sed angustata sessili, applanato, subzonato, fibris rudibus versus marginem decumbenti-porrectis undique setoso-strigoso e fusco canescente, strato intermedio tenuissimo albo; poris dædaleo-sinuosis, acutis, pallide ligneo-fuscis.

Hab. ad truncos in Archipelago indico (CUMING) et in Philippinis. — Desuper inspectus mox *Thelephorum laciniatam* in memoriam revocat et a *P. versatili* Berk. plane diversus apparet. Pileus 3,5-4 cm. longus latusque indumento setoso-fibroso fere *Tram. hydnoïdis* at decumbente; hymenium 2 mm. et ultra cr.

269. **Polystictus Sartwellii** B. et C. North Am. Fungi n. 136. — 5802
Dimidiatus, postice decurrens; pileo albido, zonato, velutino-strigoso; poris angulatis, elongatis, nigris.

Hab. ad truncos New York Amer. fœder. (SARTWELL), New England (SPRAGUE). — Pileus 2½-5 cm. latus, 12 mm. longus; pori ⅝ mm. lati.

270. **Polystictus Hasseltii** Lév. Champ. exot. p. 187 in Ann. Scienc. nat. 1844. — Pileo effuso-reflexo, coriaceo, submembranaceo, cuneiformi, lobato, nudo, lutescente, cinereo-zonato; poris angulatis, inæqualibus, denticulatis. 5803

Hab. ad truncos in insula Java. — Habitus *P. versicoloris*

271. **Polystictus dissectus** Lév. Champ. Mus. p. 139. — Pileo coriaceo, appanato, submembranaceo, sessili, ruguloso, tomentoso, albo; margine ancipiti dissecto; poris magnis, angulatis, ore obtusis contextuque concoloribus. 5804

Hab. ad truncos, Chili (CLAUD GAY). — Pileus 3-5 cm. latus.

272. **Polystictus confertus** Lév. Champ. exot. p. 187. — Pileis effuso-reflexis, imbricatis, coriaceis, adpresse sericeo-pilosis, zonatis, fulvis; poris angulatis, inæqualibus, cinnamomeis, dissepimentis acutis. 5805

Hab. ad truncos in insula Java. — Pileus 2-3 cm. lat., intus cinnamomeus.

273. **Polystictus convolutus** Zipp. et Lév. in Ann. Scienc. nat. 1844, p. 186. — Cæspitosus, erectus; pileis carnosocoriaceis, elongatis, lobatis, convolutis, zonis furfuraceis lutescentibus; poris angulatis inæqualibus, concoloribus, secundum longitudinem productis. 5806

Hab. ad truncos in ins. Java. — Cæspes usque 12 cm. alt. Poris veluti seriatis distincta species.

274. **Polystictus tristis** Pers. Myc. Eur. 2, p. 91, Fr. Hym. Eur. p. 581. — Effuso-reflexus, fusco-nigricans; margine (pileo) tenui, angusto, inflexo, subtus subtomentoso, fasciis linearibus obscurioribus variegato; poris cribrosis, æqualibus, crassis. 5807

Hab. ad corticem Quercus prope Como Italiae bor. — Vix 2½ cm. magnus, 1 mm. crassus, ferrugineo-griseus, zonis ferrugineis umbrinisque distinctus. Ad *Polystictos* referendus, cum *P. abietino* analogus.

275. **Polystictus stereoides** Fr. Syst. Myc. 1, p. 369, Hym. Eur. p. 569, Ic. t. 187, f. 3, Weinm. Ross. p. 324, *Bol. abietinus* Cumin. non obstat. — Pileo coriaceo, tenui, rigido, effuso-reflexo, e pubescente glabrato, griseo-fusco, zonis concoloribus; poris curtis, majusculis, obtusis, difformibus, albis. 5808

Hab. ad truncos abiegnos et betulinos in Europa, ad Richmond River, Upper Daintree River, Australiæ et Amer. bor. — Rarus et insignis, 1-1½ cm. longus, 1-2½ cm. latus; crescendi modus *P. abietini*.

276. **Polystictus cyphelloides** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 88. — Mini- 5809

mus, per corticem erumpens; pileo coriaceo, tenui, semicampaulato, pendulo, sericeo-levigato, zonatulo, canescente; poris minutis, inæqualibus, albo-pallescentibus, dentatis.

Hab. ad truncos in Mexico ad Huatano (LIEBMAN), et in caldariis Schönbrunn Austriæ (KALCHBRENNER). — Substantia tenuis fere *Cyphellæ*: pileus 6-8 mm. lat.

II. *Scortei* Fr. Nov. Symb. p. 88. Contextu pallido v. carneo.

a) Contextu pallido.

277. **Polystictus cascus** Nov. Symb. Myc. p. 88. — Pileo suberoso, 5810 coriaceo, sublignoso, dense zonato, tomentoso, demum glabrato e ferrugineo fusciscente, contextu ligneo pallido; poris rotundatis, inæqualibus, obtusis, ligneo-cinnamomeis.

Hab. ad S. Jose in Costa Rica (ERSTED). — *P. torrido* proximus at habitu contextuque pallido omnino diversus. Pileus 5 cm. et ultra latus, contextus 2 mm. circ. crassus; pori 4 mm. profundi.

278. **Polystictus scorteus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 89. — Pileo co- 5811 riaceo, utrinque applanato, concentrice sulcato zonatoque villososcruposo ærugineo-griseo, contextu tenuissimo, alutaceo-ligneo; poris mediis subrotundis angulatis obtusis, dilute helvolo-cinnamomeis.

Hab. ad truncos in Pulo-Milu (DIRICHSEN). — Pileus 3 cm. et ultra diam., secus totum diametrum adnatus, 10 cm. latus; pori 5 mm. longi, trama manifeste obscuriori.

279. **Polystictus cingulatus** Fr. Epicr. p. 476. — Pileo coriaceo, tu- 5812 bereuloso-inæquabili, villosio, hirtio, helvolo, zonis glabratis rufescentibus, margine acuto inflexo nigrescente, contextu porisque mediis subrotundis, obtusis, cinnamomeo-pallidis.

Hab. in truncis Brasiliæ et Indiæ orientalis.

280. **Polystictus nigro-cinctus** Berk. Fung. Brit. Mus. pag. 377, in 5813 Ann. N. H. 1843. — Imbricatus, rigidus; pileo fragili, villo strigoso cinereo vestito; margine brunneo; poris parvis subcinereis.

Hab. in truncis Quercuum in India et Ceylon (KÖNIG). — Pori 310 μ . lat.

281. **Polystictus vittatus** Berk. Dec. of Fung. n. 178. — Pileo sessili 5814 vel postice effuso et vertice disciformi affixo, coriaceo, tenui, rigido, subtiliter velutino, ochraceo, fasciis zonisque fuscis vel obscurioribus notato; margine obtusiusculo; contextu albido; hymenio concavo inæquabili; poris mediis, brevibus, ochraceis.

Hab. ad ligna emortua. Talagalla Ceylon (GARDNER). — Pileus

5 cm. latus, 3 cm. longus; pori 600 μ . diam. *P. versicolori* subaffinis.

282. **Polystictus myrrhinus** Kickx Bull. Acad. Bruxell. V (1840) 5815
p. 370. — Graveolens, applanatus, suberoso-coriaceus; pileo rufescente, strigoso-velutino, zonato, basi subtus tuberculoso; poris rotundis, lutescentibus, perexiguis.

Hab. ad truncos arborum, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT), in Guyana et Brasilia Amer. merid. — Odore myrrhæ distincta species. Pileus 11 cm. long., 17 cm. lat., 7 mm. cr.

283. **Polystictus psilodermus** B. et Mont. Cent. VI, n. 66, et Syll. 5816
Crypt. n. 536. — Apus; pileo coriaceo, tenui, lento, subflabelliformi, applanato, glabrato, sordide griseo pallido, concentrice sulcato-zonato, zonis contextuque concoloribus, margine acuto; poris inaequalibus, mediocribus, brevibus, acie acutis tandem lacero-labyrinthiformibus, subfuscescentibus.

Hab. ad truncos arborum in Brasilia, Bahía (BLANCHET).

284. **Polystictus lejodermus** Mont. Syll. p. 168, n. 538. — Pileo coriaceo, lento, tenui, semiorbiculari aut reniformi, obsolete stipitato, lignicolori, polyzono; poris mediis, obscuris, cinerescentibus, postice sublædaleis. 5817

Hab. ad cortices seriato-connatus, Guyana Americæ australis (LEPRIEUR).

285. **Polystictus splendens** Lév. Champ. exot. p. 187 in Ann. Sc. 5818
nat. 1844. — Pileo effuso-reflexo, submembranaceo, cuneato, adpresse fibroso, albo-lutescente, zonis linearibus fuscis variegato; poris angulatis, albo-nitentibus, dissepimentis tenuibus; contextu pallido.

Hab. ad truncos in insula Java — Minutus, *P. coriaceo* affinis.

286. **Polystictus personatus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 51. 5819
— Pileo dimidiato, zonato, tomentoso; poris amplis, angulatis, carneis vel fulvellis, acie acutis.

Hab. ad ramulos emortuos etc., Ceylon (THWAITES), forma resupinata ad Sarawak Bornei Malesiæ (O. BECCARI). — Pileus 18-21 mm. latus, interdum postice attenuatus atque vertici adfixus, postice sordide albus, pallide fulvus in partibus juvenilibus; pori 1 mm. diam. Sæpe resupinatus atque late effusus. Sine hymenii examine, adspectum offert plurimarum formarum *Sterei hirsuti*.

287. **Polystictus Peradeniæ** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 51. 5820
— Pileo dimidiato, basi decurrente, lateraliter confluyente, subzonato, sericeo, membranaceo, pubescente, olivaceo, longitudinaliter

rugoso, margine pallidiore; hymenio pallide olivaceo vel sublateritio; poris mediis brevibus, dissepimentis rigidis acutis, margine sterili.

Hab. in ligno emortuo, Ceylon (THWAITES), in montibus Neilgherriensibus; forma omnino resupinata, hymenio late citrino, Sarawak ad Bornei (O. BECCARI). — Pileus $2\frac{1}{2}$ cm. latus, 18 mm. longus; hymenium varians carneus, luteo-olivaceus; pori $\frac{2}{3}$ mm. lati. Sæpe resupinatus.

288. **Polystictus coriaceus** Lév. Champ. Mus. p. 137, in Ann. Sc. nat. 1846. — Pileo coriaceo, reniformi, applanato, postice gibboso, concentricè sulcato, alutaceo, hirsuto; margine tenui, undulato, prolificante, fuscescente; poris inæqualibus, subdædaleis, ore acutis, pallide fulvis, contextu floccoso, concolori.

Hab. ad truncos, Nelli-Gherry Indiæ (PERROTET).

289. **Polystictus unguiformis** Lév. Champ. Mus p. 138, in Ann. Sc. nat. 1846. — Pileo coriaceo, membranaceo, azono, e margine inflexo, sterili, ad basim sensim attenuato, fibris mollibus contextis pallidis obtuso; poris angulatis ore integris intus contextuque pilei concoloribus.

Hab. ad truncos Tjikoya in Java (ZOLLINGER). — Pileus 1-2 cm. latus.

290. **Polystictus inquinatus** Lév. Champ. Mus. p. 140, in Ann. Sc. nat. 1846. — Pileis coriaceis, imbricatis, cohærentibus, versiformibus, zonatis, e basi ad marginem undulatum ancipitem sterilem fibris radiantibus adpressis notatis, sordide fulvis, contextu pallidiori.

Hab. ad truncos, Nelli-Gherry Indiæ orient.

291. **Polystictus lenis** Lév. Fragm. mycol. p. 123 in Ann. Sc. nat. 1848. — Pileis sessilibus, reflexis, submembranaceis, semiorbicularibus, zonatis, velutinis, ochraceis; margine acuto subtus sterili; poris minutis, angulatis, ore obtusis, saturatoribus; contextu floccoso ochraceo.

Hab. ad truncos arborum in America (Herb. MOUGEOT). — Basi 3 mm. vix crassus. Cæspites plus minus expansi. *P. velutino* Pers. subaffinis dicitur.

292. **Polystictus Aleuritidis** Reich. Krypt. Hawai p. 8. — Pileo dimidiato, tenui, coriaceo, ex albido dilute fuscescente, zonato, e velutino glabrescente, margine obtuso, inflexo, sterili; hymenio crasso, cinnamomeo; poris valde elongatis, minutissimis, punctiformibus.

Hab. in caulibus Aleuritidis, Oahu in ins. Hawaii.

293. **Polystictus planus** Peck 31 Rep. p. 37. — Pileo tenui, coriaceo, 5-26
plano, suborbiculari, circiter 2½ cm. lato, interdum confluenti,
dorso adnexo, minute villosa v. velutino, brunneo vel brunnescenti
fulvo, zonis angustis, obscurioribus, glabris variegato, margine al-
bido; poris minutis, obtusis, brevibus, subrotundis, albidis vel pal-
lidis, carne pallida.

Hab. ad ramos emortuos, North Greenbush, New York Amer.
feder. — Color *P. scutellati*, sed pileus tenuis planus atque pori
breves ita recedunt ut species merito distinguenda sit.

294. **Polystictus vernicifluus** Berk. Fl. Tasm. p. 254. — Pileo dimi- 5827
diato, subflabelliformi, tenui, vernicoso-polito, rufo; hymenio pallido;
poris minutis, irregularibus, 168-170 μ . diam.

Hab. in lignis putridis in Tasmania (ARCHER). — Pileus 25
mm. lat., 18 long.

295. **Polystictus dubius** Berk. Fung. Brit. Mus. p. 374 in Ann. N. 5828
H. 1843. — Pileo fuligineo-fulvo, coffeato-pruinoso, sessili, basi ef-
fusa semiorbiculari, quandoque obliquo, tenui, duro, rigido e sulcis
radiantibus zonis decussatis rugoso; margine obtusiusculo; contextu
duro, suberoso, cervino; poris mediis, badiis, irregularibus, angula-
tis, dissepimentis tenuibus, sæpe confluentibus.

Hab. ad truncos in insula Ceylon (KÖNIG). — Pileus 7,5 cm.
lat., 3,5 cm. long.; pori ½ mm. diam.

296. **Polystictus zeylanicus** Berk. Fung. Brit. Mus. p. 377 in Ann. 5829
N. H. 1843. — Pileo valde tenui, lobato, coriaceo, gilvo-cervino, li-
neis pliciformibus fasciculato-fibrosis exasperato; postice scabroso;
poris submagnis, dissepimentis tenuibus dentatis elongatisque.

Hab. in insula Ceylon (KÖNIG). — Pileus 5 cm. long., 6 cm.
lat. *P. sericeo-hirsuto* similis.

297. **Polystictus holotephrus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 315. 5830
— Luridus; pileo tenui coriaceo flabelliformi, e basi attenuata
lineato, hic illic vinoso-tincto zonato, zonis alternis subtiliter velu-
tinis scabris brunneis; poris 5-6-gonis, brevibus, minimis.

Hab. ad ligna emortua, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT) et in
Guyana Amer. merid. (LEPRIEUR). — Pileus 6 cm. latus, 5 cm.
longus, radiato-lineatus; pori ⅛ mm. diam. Species admodum sin-
gularis.

298. **Polystictus rigidus** Lév. Champ. exot. p. 189 in Ann. Sc. nat. 5831
1844. — Pileo coriaceo-suberoso, reflexo, cuneato, nudo, adpres-
se fibroso. radiato, pallide lurido. fusco-zonato; margine obtusiu-

sculo, subtus sterili; poris minutis angulatis luridis, dissepimentis tenuibus integris, contextu pallido.

Hab. ad truncos in insula Java.

299. **Polystictus Persoonii** Fr. in Cooke Praec. n. 850, *Davdalea sanguinea* Klotzsch Linn. VIII, p. 481, Fr. Epicr. p. 493. — Pileo coriaceo, appanato, ruguloso, obsolete zonato, glabro e sanguineo expallente; hymenio primo poroso, dein anguste labyrinthiformi, pallide cinnamomeo. 5832

Hab. in ligno emortuo in India orient. (WRIGHT), Ceylon (THWAITES) Pulo-Pinang, Sarawak Bornei (BECCARI), Perak (SCORTECHINI), Cuba (WRIGHT), Brasilia (TRAILL) et ad Tweed River Australia (GUILFOYLE). — Pori conferti, daedaleidei; mycelium rhizomorphaeum; pileus subinde reniformis margine 7 cm. lat., 5 cm. long.

300. **Polystictus Moselei** Berk. Linn. Journ. XVI, pag. 40, Chall. n. 133 (*Trameles*). — Imbricatus; pileis reniformibus, vertice affixis, spadiceis, marginem versus latioribus rubiginosis, repetitive zonatis lineato-rugosis: contextu albo. 5833

Hab. ad truncos in ins. oceanica Tongatabu. — Pileus 7 cm. lat., 5 cm. long.; pori 650 μ . diam. Habitus fere *P. Persoonii*.

301. **Polystictus subtropicalis** Speg. Fungi Guar. Pug. I, p. 46. — Pileo suberoso-coriaceo, rigido, subtenui, utrinque appanato orbiculari dimidiato, postice non vel vix umbonato, late truncato-adnato atque plus minus decurrenti-effuso, lateribus obtuse rotundatis; margine recto acuto, integro, superne plurizonato-sulcato, zonis prominulis sordide pallideque griseo-testaceis latiusculis, velutino-hirtis, sulcis (1-2 tantum latiusculis) strictis, glabratis, subsericeo-nitentibus, castaneis vel purpurascensibus, antice fimbriatim in zonis intrantibus; hymenio albo vel pallido; tubulis mediocribus, postice longioribus, dein abbreviatis zonamque marginalem 2 mm. lat., sterilem relinquentibus, intus laxe albo-araneosis, ore minuto 150-200 μ . diam., rotundo vel subelliptico primo pruinula alba obducto, dissepimentis 80-100 μ . cr., acie obtuse rotundatis, integerrimis. 5834

Hab. ad truncos vetustos putrescentes prope Guarapi. — Pileus 6-9 cm. diam., 4 cm. antice posticeque lat.; caro floccoso-fibrosa ex albido griseo-subumbrina, subtenuis 1,5-2,5 mm. cr.

b) Contextu carneo.

302. **Polystictus cupreus** Berk. exot. Fung. p. 393 in Ann. N. H. 1839. — Tenuis, coriaceus, flexibilis; pileo rotundato, basi effuso. 5835

leniter lobato, zonato, levi, cupreo-ferrugineo; carne ferruginea; hymenio ferrugineo-cinnamomeo; poris minutis, parce profundis, marginibus sterilibus.

Hab. ad truncos in India orient. (D. WIGHT). — Pileus 6 cm. lat., 5 cm. longus.

303. **Polystictus cupreo-roseus** Berk. Hook. Journ. 1856, p. 233, 5836
Dec. n. 582. — Pileo tenui, subconvexo, coriaceo, cupreo, sericeo-nitente radiato-rugoso lineatoque crebri-zonato; marginæ acuto; hymenio vinoso; poris mediis flexuosis.

Hab. ad ligna emortua, Cubæ (C. WRIGHT), Panurè Brasiliæ (SPRUCE) et pr. fluvium Amazonum in Brasilia. Interdum usque ad 23 cm. latus, 11 cm. longus; pori 500 μ . diam. Nobilis.

304. **Polystictus cupreo-vinosus** Berk. in Herb. n. 2720 et Cooke in 5837
Grev. XV, p. 23. —

Hab. ad truncos, Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Separari haud potest, ne ut varietas quidem, a *P. cupreo-roseo*. Fortasse nomen e lapsu calami originem ducit; species enim cum reliquis Amazonianis Fungis Sprucei minime descripta est. Cooke l. c.

305. **Polystictus vinosus** Berk. Fung. Doming. in Ann. N. H. 1852, 5838
p. 4. — Pileo reniformi, tenui, zonato, subtiliter velutino, glabrecente, obscure vinoso; hymenio concolore; poris minimis hexagonis.

Hab. in ligno putri S. Domingo et Cuba. — Pileus 5 cm. lat., 2,5 cm. long.

- III. *Lutescentes* Fr. Nov. Symb. p. 89. — Contextu fulvo-ferrugineo, aureo, flavo, olivaceo.

a) Contextu fulvo-ferrugineo.

306. **Polystictus lutescens** Pers. Myc. Eur. 2, p. 71. Fr. Hym. Eur. 5839
p. 567, Schaeff. t. 136, *P. nidulans* Secr. n. 47. — Pileo suberoso-coriaceo, convexo, fusco-lutescente, zonis aliis elevatis, hirtis, obscurioribus, aliis depressis, velutinis, dilutioribus variegato, subtus concavo carne concolore; poris curtis, minutis, rotundis, æqualibus, pallidioribus («carneis»: Secr.), opacis.

Hab. ad truncos Europæ australis et Malacca. — Hæc species tam ab azono *P. nidulante*, quam *P. lutescente* Auctt. vulgò (quem Swartz, Albert. et Schw. *P. celutini* varietatem docuerunt) non potest non differre. Variat regularis et sinuatus, zonis obscurioribus.

307. **Polystictus torridus** Fr. Epicr. p. 490. — Ligneo-pallens; pileo 5840
coriaceo, velutino, versus marginem concentricè sulcato; poris subrotundis, obtusis, integris.

Hab. in truncis Guinea Africae. (THUNBERG). — Extus unicolor, ligneo-pallens, sed intus subfulvus, quo colore proximis utique consociandus: pileus planus, dilatatus, 8-10 cm. longus et latus, semicircularis, versus marginem, obtusum tamen, tenuior; pori medi, parum angulati, carne pilei longiores.

308. **Polystictus cyclodes** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 90. — Pileo coriaceo, subflaccido, dense concentricè sulcato, villosò, ferrugineo, unicolori, contextu molli concolori: poris mediis rotundis, confertis, fulvis, immixtis elongatis rectis. 5841

Hab. ad truncos in ins. S. Jan Indiae occidentalis (ÆRSTED). — Pileus circ. 2 mtn. crassus. — Var. **homoporus**: pileo obsolete zonato, glabrato, margine subtus sterili; poris majoribus subacutis angulatis, omnibus conformibus. Ad S. Jose in Costa Rica (ÆRSTED).

309. **Polystictus lanatus** Fr. Epicr. p. 490 (*Trametes*) *Bol. sericeus* König. — Pileo coriaceo, tenui, rigido, utriusque applanato, dense tomentoso, sordide helvolo, sulcis depressis concoloribus zonato, margine acutissimo, intus concolori; poris mediis, rotundis, obtusis, aequalibus, helvolo-ochraceis. 5842

Hab. in India orientali et Guinea. — Eximie expansus, lateribus sæpe conerescens in longas latasque series. Pori e situ recti vel obliqui 4 mm. fere longi, at substantia pilei tenuissima, cum tomento lanoso, molli denso, vix 1 mm. crasso.

310. **Polystictus occidentalis** Klotzsch Linn. VIII, p. 486, Fries Ep. p. 491 (*Tram.*). — Pileo suberoso-coriaceo, plano, effuso-reflexo, tomentoso, concentricè sulcato, unicolori gilvo-pallescente, margine acuto, intus porisque minutis subrotundis, obtusissimis, gilvo-flavidis. 5843

Hab. ad truncos in silvis, Ceylon Indiae orient., ins. Mauritii, penins. Malacensi, ins. S. Vincent, Antillis, Guadalupa, Amer. foed. centr., Brasilia, Guyana, Malamon Phillip., Australia, Madagascar. — Habitus *Polyp. scruposi* et *pruinati*, sed certe differt. Semicircularis, 8 cm. circiter lata.

311. **Polystictus rigens** Sacc. et Cub. *Trametes rigida* Berk. et Mont. Ann. Sc. nat. 1819, p. 240, nec *Pol. rigidus* Løv. — Pileis effusis, breviter reflexis, sæpe confluentibus, coriaceo-rigidis, plus minus concentricè sulcatis, rugosis, velutinis, pallide fulvo-ligneis, contextu concolori: poris parvis subrotundis aut breviter flexuosis ligneo-pallidis, acie obtusa. 5844

Hab. ad truncos circa Bahiam Brasiliae (BLANCHET), item ad Nov. Aurel. Amer. bor. (DRUMMOND), in Carol. inf. ad Diospyrum,

in Alabama (BEAUMONT), Cuba (C. WRIGHT), S. Domingo Amer. centr., Perak pennis. Malacensis.

312. **Polystictus crocatus** Fr. Epier. p. 477. — Pileo coriaceo-tenui, 5845
 applanato, subflaccido, glabrato, dense concentricè striato, unicolori
 crocato-gilvo; margine integro intusque aureo; poris curtis mini-
 mis rotundis, obtusis, dilute cinnamomeis.

Hab. ad truncos in Carol. infer. Amer. fœder. (RAVENEL) et in
 Mexico. — Valde elegans reniformis, margine producto adnatus.
 Habitus fere *Hymenochaetes tabacinæ*.

313. **Polystictus byrsinus** Mont. Cuba p. 391, t. 15, fig. 3, et Syll. 5846
 Crypt. n. 535. — Apus, lamplius, unicolor; pileo coriaceo, molli,
 tenui, flaccido, elastico, initio toto resupinato, tandem postice effuso
 reflexo semiorbiculari plano, villo contexto tomentoso concentricè
 sulcato; margine patente acuto; contextu floccoso porisque eximie
 rotundis, aequalibus, omnium brevissimis, obtusis, ferrugineo-fulvis.

Hab. ad cortices arborum, Cuba (AUBER). — Varietas *P. occi-*
dentatis secundum cl. Berkeley. *P. crocatus* ex Friesio Nov. Symb.
 Myc. p. 75.

314. **Polystictus tephroleucus** Berk. Hook. Journ. 1852, p. 185 (*Tra-* 5847
metes) Dec. n. 412. — Pileo dimidiato, rigido-coriaceo, candido, zo-
 nato, strigoso-velutino; contextu candido; poris mediis cinereis, dis-
 sepiementis rigidis quandoque elongatis, acie acuta.

Hab. in lignis emortuis Nangki et East Nepal Indiæ 3300 m.
 alt. (D. HOOKER). — Pileus 7-8 cm. latus, 5 cm. longus; pori 800
 μ . circ. diam. *Polyp. hirsuto* similis.

315. **Polystictus neanicus** Berk. in Grev. XV, p. 24. — Pileo co- 5848
 riaceo, tenui, rigido, velutino, applanato-depresso, reniformi, brun-
 neo, zonis concentricis obscurioribus vel purpureis variegato con-
 textu porisque minutis, rotundis $\frac{1}{5}$ mm., pallide fuscis.

Hab. ad truncos loco ignoto. — Magnitudo atque habitus *Pol-*
lypori versicoloris.

316. **Polystictus comatus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 91. — Umbonato- 5849
 sessilis; pileo coriaceo, tenui, flabelliformi, utrinque applanato, um-
 brino, setis fibrosis antrorsum decumbentibus zonato, intus fibril-
 loso ferrugineo; poris minutis rotundis ligneo-pallidis, intus cano-
 scentibus, dissepiementis tenuibus.

Hab. ad truncos San Jose in Costa Rica (ERSTED). — *P. ca-*
perato similis at contextu papyro fere tenuiore, ferrugineo. Pileus
 7.5 cm. et ultra longus; pori ultra 2 mm. longi.

317. **Polystictus Gerardi** Berk. et Cooke Grev. XV, p. 24. — Pileo 5850

suberoso-coriaceo, plano, effuso-reflexo, subvelutino, gilvo, leniter concentricè sulcato; margine acuto, contextu porisque subrotundis, demum angulatis, æqualibus, $\frac{1}{4}$ mm., fusco-flavidis, dissepimentis tenuibus.

Hab. ad truncos prope fluvium Amazonum Amer. merid. (GERARD). — Pluribus *P. occidentalis* formis similis, cuius probabiliter varietas est.

318. **Polystictus corrugatus** Lév. Champ. Mus. p. 136. — Pileis coriaceis, applanatis, subreniformibus, latere coherentibus, corrugatis zonatis, hirtis, fuliginéis, marginibus undulatis acutis; poris sexangulatis, ore obtusis, fuscis intus fulvis, contextu concolori.

Hab. ad truncos in insula Java. — Pileus 4-6 cm. lat.

319. **Polystictus sericellus** Lév. Champ. Mus. p. 125. — Pileo semi-orbiculari, sessili vel substipitato, plano, depresso, velutino, fulvo zonis saturatoribus variegato; margine tenuissimo subtus sterili; poris subinconspicuis ore obtusis fulvis; contextu concolori.

Hab. ad truncos in insula Ceylon. — Pileus 5-6 cm. latus, 3 mm. crassus.

320. **Polystictus connexus** Lév. Ann. Sc. nat. 1846, p. 135. — Pileis effuso-reflexis, coriaceis, connexis, imbricatis, sessilibus, e basi rugoso-radiatis, zonatis, tomentoso-fulvis; poris minimis, angulatis, brevibus, ore obtusis, concoloribus intus cinereis; contextu fulvo.

Hab. ad truncos in Rio Janeiro Brasiliæ (GAUDICHAUD). — Pilei basi vix 1 cm. cr., marginem versus tenuiores.

321. **Polystictus aculeatus** Lév. Champ. Mus. p. 137. — Pileo coriaceo, reniformi, convexo, tomentoso, fulvo; margine obtuso, patente, subtus sterili; poris angulatis, fuscis, acie acutis, versum basim aculeiformibus ramosis; contextu fulvo.

Hab. ad ligna dejecta Tjikoya in Java (ZOLLINGER). — Pileus 1-3 cm. lat., 2-3 mm. cr.

322. **Polystictus melænus** Lév. Champ. Mus. p. 131. — Pileo coriaceo, applanato, sessili, obscure zonato, postice depresso, rugoso-radiato, nigro; poris minutissimis, ore obtusis, e fusco nigricantibus intus cinereis; contextu fulvo.

Hab. ad truncos in insula Java.

323. **Polystictus Bonplandianus** Lév. Ann. Sc. nat. 1846, p. 301. — Pileo coriaceo, sessili, membranaceo, flabelliformi, nudo, nitido, subzonato, fusco, alte laciniato; margine tenuissimo; poris angulatis contextuque fulvis.

Hab. ad truncos Paraguay in America æquatoriali (BONPLAND).

— Pori crassitudinem pilei leniter excedunt; dissepimenta tenuissima.

324. **Polystictus cohærens** Lév. Champ. Mus. p. 132. — Pileis coriaceis, applanatis, sessilibus, latere cohærentibus, nudis, zonatis, fuscis, e basi nigricanti rugoso-radiatis; marginibus acutis sinuatis; poris minutis, angulatis, ore acutis, ochraceo-fulvis intus cinereis; contextu floccoso fulvo. 5857

Hab. ad truncos Tjikoya in Java. — Pileus 1-2 cm. longus et 4-6 cm. lat.

325. **Polystictus limitatus** B. et C. North Am. Fungi n. 147. — Totus resupinatus rigidus albidus; margine nigrescente rimoso; poris angulatis. 5858

Hab. in Carolina infer. Amer. fœder. — Margo tenuis, sterilis; pori $\frac{1}{3}$ mm. lati.

326. **Polystictus callimorphus** Lév. Champ. Mus. p. 133. — Pileis effuso-reflexis, coriaceo-suberosis, imbricatis, convexis, semiorbicularibus, sessilibus, e basi tuberculosa ad marginem acutum corrugato-radiatis concentriceque zonatis, subtomentosis, rhabarbarinis; poris minutissimis, ore obtusis, cinnamomeis, contextu concolori. 5859

Hab. ad truncos Dracæne umbraculiferæ in ins. Madagascar.

327. **Polystictus Swartzianus** Lév. Champ. Mus. p. 132. — Pileo applanato, coriaceo-suberoso, semiorbiculari, velutino, fulvo, zonis concentricis saturatoribus notato; margine obtuso, integro subtus sterili; poris tenuissimis, fuscis, ore integris; contextu fulvo. 5860

Hab. ad truncos, Jamaica.

328. **Polystictus guadalupensis** Lév. Champ. Mus. p. 134. — Pileo coriaceo-suberoso, applanato, reniformi vel elongato, nudo, zonato, postice depresso, fuscescente, antice fuscescente; margine tenui inflexo; poris minutis rotundis, ore obtusis, pallide fulvis demum fulgineis; contextu concolori. 5861

Hab. ad truncos Guadalupa. — Pileus 8-10 cm.

329. **Polystictus Balansæ** Speg. Fung. Guar. Pug. I, n. 42. — Pileo suberoso-coriaceo, rigido, perfecte applanato, semiorbiculari-expanso; margine tumidulo, crassiusculo, obtuse rotundato, postice truncato-adnato, vix decurrenti-effuso, superne densiuscule concentricè sulcato, zonis prominulis subgilvis opacis subvelutinis, sulcis valde strictioribus, glabris, rubescentibus ac subsericeo-nitentibus; hymenio ferrugineo, margine sterili, 2 mm. lato limitato; contextu subvicide fulvo-ferrugineo vel e gilvo ferrugineo, fibroso-floccoso, compacto, 2,5-3 mm. cr., ubique æquicrasso: tubulis postice cur-

tis 1-2 mm. longis, marginem versus gradatim abbreviatis, intus griseo-pruinosis, ubique laxe setulis tereti-obconicis, ferrugineis, 20-25 \pm 5-6, exertis armatis, ore rotundo parvulo 100-120 μ . diam., aequali, dissepimentis tenuibus, 25-30 μ . cr., acie acutiuscule obtusatis, integerrimis.

Hab. ad palos fabrefactos diu intemperis expositos prope Guarapi Paraguay. — Pileus 5-6 cm. diam., 2-3 cm. lat. Species nobilissima, pileo eximie applanato, fere ubique æquicrasso distinctissima, *P. Swartziano* Lév. et *P. gilvo* Schwein. affinis sed ob setulas hymenii longe abhorrens et facile novum genus.

330. **Polystictus polygonius** Pers. in Fr. Epicr. p. 477. — Pileo coriaceo, convexo, subflaccido, tomentoso, subbrunneo, zonis plurimis angustis concentricis notato; contextu floccoso, helvolo; poris distantibus æqualibus, acutis, denticulatis, pallidioribus. 5863

Hab. in insula Rawak Bornæi, Guadalupa, Martinica.

331. **Polystictus tricolor** Lév. Champ. Mus. p. 434. — Pileo suberoso, sessili, semiorbiculari, nudo, grosse sulcato, postice depresso, fusco, antice cinerescente; margine obtusiusculo; poris minutis, ore obtusis, albis; contextu pallide lutescente. 5864

Hab. ad truncos in Brasilia. — Pileus 6-10 cm. latus.

332. **Polystictus platypilus** Lév. Champ. exot. p. 192 in Ann. Sc. nat. 1844. — Pileo lignoso-tuberoso, applanato, sessili, dilatato, velutino, concentricè zonato sulcatoque fusco; margine lobato, undulato, obtuso; poris minutissimis, rotundis, fusco-ferrugineis; contextu fulvo. 5865

Hab. ad truncos in insula Java.

b) Contextu flavo vel aureo.

333. **Polystictus citreus** Berk. Austral. Fung. n. 73. — Pileo anguste spathulato vel fisso-flabellato, citrino, subzonato, lineato; margine inflexo, tenui, subacuto, citreo-tomentoso; poris subcarneis, sinuato-angulatis, parvis; dissepimentis tenuibus. 5866

Hab. in ligno putri in Australia. — Pileus 18-20 mm. longus, 6-7 mm. latus, mycelium flavum, lignum penetrans; pori illos *Poricaria vaporaria* imitantes.

334. **Polystictus flavidus** Berk. Hook. Journ. 1852, pag. 161, Dec. n. 432. — Pileo subreniformi, tenui, flavido, fulvo, zonis brunneolis picto, radiatim rugoso, velutino; poris minutis ferrugineis; contextu flavo. 5867

Hab. in ligno emortuo East Nepal Indiæ (Dr. Hooker). — Pileus 6 cm. latus, 3 cm. longus, subimbricatus; pori 200 μ . diam..

longiusculi; dissepimenta tenuia. Species pulcherrima, *P. Splitgerberi* subsimilis.

335. **Polystictus xeranticus** Berk. Hook. Journ. 1852, p. 161, Dec 5868
n. 431. — Pileo dimidiato-reflexo, tenui, coriaceo-flexili, tabacina
zonato, rugoso, subsericeo; contextu aureo; poris parvis angulati-
dissepimentis tenuibus.

Hab. ad truncos Leebong Indiæ (Dr. HOOKER). — Pileus 25-
7.5 cm. latus, 12-18 mm. longus; pori 350 μ . circ. diam. Habitus
Sterei ferrugini.

c) Contextu olivaceo.

336. **Polystictus aratus** Berk. Challeng. n. 53, *Trametes aci-pun-* 5869
ctata Berk. Linn. Journ. XIII, p. 164, sec. Cooke. — Liteo-oli-
vaceus; pileo dimidiato, subimbricato, flexili, concentricè sulcat6-
nitido, glabrato; margine tenuissimo, subtus sterili; contextu con-
colori; poris parvis, rigidiusculis, saturatoribus, subhægonis.

Hab. ad truncos Perak pæniinsulæ Malacensis Indiæ nec non
in ins. Lord Howe (FULLAGER). — Pileus 8,5-10 cm. latus, 7-8
cm. longus; pori circ. 400 μ . diam. *P. luteo-olivaceo* e Brisbane
subsimilis dicitur.

337. **Polystictus luteo-olivaceus** B. et Br. F. Brisb. p. 402, n. 30, 5870
t. XLV, f. 8. — Pileo lignoso-rigido, sessili, tenui, oculo armato
et tactu pubescente, cum hymenio profunde et concentricè zonato,
verruceis subrotundis exasperato; poris minutis rotundis æquali-
bus, ochraceo-brunneis.

Hab. ad truncos Brisbane Queensland Australiæ (BAILEY). — Pi-
leus 12,5 cm. latus, 7,5 cm. longus, ochraceo-brunneus; pori 200
 μ . circ. diam.

338. **Polystictus purpureo-fuscus** Cooke Grv. XV, p. 24. — Pur- 5871
pureo-fuscus; pileo dimidiato, 7-10 cm. lat., coriaceo, concentricè
sulcato, nitido, glabrato; margine tenui; contextu fibroso-spongioso,
olivaceo-fusco; poris regularibus, rotundatis, minutissimis, rigidis,
olivaceo-fuscis.

Hab. ad truncos Carye in Carol. nfer. Amer. fœder. (RAVENEL).

d) Dubiæ species.

339. **Polystictus rudis** Lév. Champ. Mus. p. 133, *P. subfulvus* Cooke 5872
Enum. Polyp. p. 153. — Pileo coriaceo-suberoso, applanato, elen-
gato, sessili, nudo, e basi ad marginem acutum summum rugoso-
radiato, concentricè sulcato, postice nigricante antice fulvo, poris

minutis, rotundis, ore obtusis, fusciscentibus, intus contextuque fulvis.

Hab. ad truncos in insula Guadalupa. — Pileo 4 mm. longus.

340. **Polystictus spurcus** Lév. Champ. Mus. p. 135. — Pileo coriaceo suberoso, reniformi e basi depressa versus marginem acutum lobatum rugoso, zonis elevatis notato; poris stratosi, minutis, fulvis, ore obtusis, intus contextuque pilei fulvis. 5873

Hab. ad truncos in ins. Guadalupa. — Pileus 8-10 cm. latus.

341. **Polystictus cæsiellus** Cesati Myc. Born. p. 5. — Seniorbicularis, 4 cm. latus, valde tenuis, totus e rufescente cæsius, glabratus, concentricè striatus; margine extenuato sterilis; tubulis ferrugineis; poris microscopiceis, rotundis, ore obtuso cæsiis. 5874

Hab. ad Sarawak Bornei Malesiæ (O. BECCARI). — Pro varietate *Pol. versicoloris* haberes, nisi obstaret color contextus.

IV. *Caperati* Fr. Nov. Symb. p. 92. — Contextu fusco v. purpureo-fusco.

a) Contextu fusco.

342. **Polystictus Hasskarlii** Lév. Champ. exot. p. 190, in Ann. Sc. nat. 1844. — Pileo suberoso, imbricato, zonato, inæquabili, velutino, spadiceo; margine obtuso sterili; contextu porisque stratosi, minimis, rotundis, ferrugineis. 5875

Hab. ad truncos Javæ, Sarawak Bornei Malesiæ (O. BECCARI), Neelgherries Indiæ, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT), Brasiliæ.

343. **Polystictus tabacinus** Mont. Fl. J. Fern. n. 15, et Fl. Chil. VII, p. 361, t. 7, f. 6. — Apus, imbricatus; pileis spadiceo-ferrugineis, coriaceis, tennibus, rigidis, effuso-reflexis, conchatis, tomentosis, concentricè zonatis; margine acuto dilutiori; poris mediis denticulatis lacerisve, demum concoloribus. 5876

Hab. ad truncos in Chile (BERTERO) et ad cortices Wellington et Maungaroa Novæ Zelandiæ (TRAVERS), in ins. Juan Fernandez, Mauritio et Aru.

344. **Polystictus jodinus** Mont. Syll. p. 167. — Pileis imbricatis, coriaceo-membranaceis papyraceisve, rigidulis, obconicè subumbonato-sessilibus velutinis, dense concentricèque zonatis, unicoloribus, radioso-plicatis; margine acuto; contextu laxè floccoso, spadiceo; poris brevibus, angulatis, favaceis, ore acutis, fusco-umbrinis. 5877

Hab. ad ligna putrida in silvis Linnaurariensibus Amer. australis (LEFRIEUR), Brasilia, Venezuela, Cuba.

345. **Polystictus cichoriaceus** Berk. in Fr. N. Symb. p. 76, F. Brisb. I, t. 46, f. 27-37, *P. intybaceus* Berk. Hook. Lond. Journ. 1842. 5878

p. 149 nec Fr. — Imbricatus; pileis tenuibus, coriaceis, rigidiusculis, multiplicibus, orbiculato-reniformibus, lobatis, plicato-rugosis, zonatis, brunneis, sericeis; hymenio ferrugineo. Demum brunneo; poris mediis, angulatis; dissepimentis dentatis.

Hab. ad truncos in ins. Philippinis (CUNNING), Australia, Malacca et ins. Ceylon. — Cæspes 6 cm. lat.

346. **Polystictus setiporus** Berk. Dec. of Fung. n. 179, tab. XX, f. 2. 5379

— Dense imbricatus ferrugineo-spadiceus, sulcatus, velutinus; margine lobato; poris mediis angulatis, postice elongatis, dentatis, setulosus.

Hab. ad ligna emortua in regione centrali insulæ Ceylon (THWAITES) et ad S. Gabriel Brasiliæ (SPRUCE). — Cæspites 5-8 cm. lati, 2,5 cm. longi, substantia pilei tenuissima, rigida, dissepimentum molle, cinnamomeum; pori 600 μ . lati. Habitus *Cyclomycetes fusci* et *P. iodino* subaffinis.

347. **Polystictus licnoides** Mont. Cuba p. 401, t. 16, f. 2, Fries Nov. 5880

Symb. Myc. p. 76. — Apus; pileo suberoso-coriaceo, tenui, semiorbiculari, conchato, glabro, fusco, nitido, zonis badiis, angustis, confertis concentricis notato; margine acuto integerrimo; contextu floccoso, rhabarbarino; poris minutissimis, rotundis, demum stratosi, ore tabacinis, intus glaucis; dissepimentis crassis.

Hab. ad truncos et ramos Ceylon (THWAITES), Sikkim Indiæ, Guyanæ (LEPRIEUR), Cubæ (RAMON DE LA SAGRA, C. WRIGHT), Panamæ Brasiliæ (SPRUCE), Java.

348. **Polystictus spadiceus** Jungh. Crypt. Jav. p. 54, nec *Polyp.* (Fomes) *spadiceus* Berk. — Pileis coriaceis, rotundatis, zonatis, ferrugineo-spadiceis, velutinis, basi supra tuberculatis et ope tuberculi affixis, infra basi umbilicatis; hymenio spadiceo; poris minimis, nudo oculo haud conspicuis, angulatis.

Hab. ad truncos in silvis elatis ins. Javæ. — Pilei 5-8 cm. lati, hymenium rimis (quando pileus flectitur) innumeris deliiscentis, substantia coriacea, elastica, 2 mm. ambitu, 3 basi cr., e strato triplici composita.

349. **Polystictus badius** Berk. in Hook. Journ. 1842, p. 151. — Pi- 5882

leo dimidiato vel reniformi, badio, tenui, applanato, coriaceo-rigido, subzonato, lineato-scabro glabriusculo; margine acutissimo, pallidiore; contextu molli spadiceo; poris mediis pallidioribus, subrotundis; dissepimentis integris 0,5 mm. diam.

Hab. ad ramulos in insulis Philippinis, Rawak, Guadalupa. — Pileus 7 cm. lat., 1-1,5 cm. long.

350. **Polystictus xerampelinus** Kalchb. Grev. IV, p. 72. — Pileis su- 5883
beroso-coriaceis, dense imbricatis, conchatis, villosoglabratis, zonis
plurimis concentricis exaratis, purpureo-umbrinis; contextu fulvo;
poris minimis, rotundatis, æqualibus, pileo concoloribus.

Hab. in truncis, Rockhampton in Queensland Australia (A. THOZET).

351. **Polystictus aculeans** Berk. Hook. Journ. 1856, pag. 199, Dec. 5884
n. 578. — Tenuis, rigidus, coriaceus; pileo dimidiato, subflabelliformi,
brunneo-zonato, radiato, aculeato, subsericeo; contextu umbrino;
hymenio albo; poris punctiformibus, acie obtusa.

Hab. ad truncos emortuos, Panurè Brasiliæ (SFRUCE). — Pileus
5 cm. latus, 3 cm. circ. longus; pori 250 μ . circ. diam. *P. caperato*
affinis. — Var. **malacensis** Cfr. Sacc. et Paol. Myc. Mal.
n. 43; aculeis seu pilorum fasciculis præcipue infra medium nec
in tota pilei superficie (An ergo species distinguenda?) Pilei im-
bricati, 4-5 cm. lati, 3½ cm. longi, 3 mm. crassi, cupreo-fusci, ni-
tidi, concolori-zonati, margine acutissimo; pori ¼ mm. diam. Ad
truncos Perak Malacæ (SCORTECHINI).

352. **Polystictus xerophyllaceus** Berk. in Hook. Journ. 1856, p. 200. 5885
Dec. n. 580. — Pileo tenui, rigido, coriaceo, dimidiato, e velutino
glabro, brunneo, zonato, rugosiusculo; hymenio brunneolo; poris
punctiformibus.

Hab. in ligno emortuo in India Panurè Brasiliæ (SFRUCE). —
Pileus 7,5-12,6 cm. latus, 5 cm. longus; pori 130 μ . circ. diam.
P. Hostmanni et *P. caperato* similis.

353. **Polystictus scytinus** Berk. Fung. Brit. Mus. pag. 376 in Ann. 5886
N. H. 1842. — Pileis basi effusis, lateraliter connatis, limbo semi-
orbiculari, coriaceo, flexili, pallide badio-fusco, zonato, spongioso-to-
mentoso; margine tenui acuto; poris parvis subirregularibus, dis-
sepimentis subobtusis, pileo concoloribus.

Hab. in insulis Philippinis (CUMING). — Pileus 7,5 cm. lat., 6
cm. long.; pori 250 μ . diam.

354. **Polystictus caperatus** Berk. Exot. Fung. pag. 391. — Solidus 5887
ligneo-coriaceus, tenuis, basi effusus; pileo zonato, brunneo varie-
gato, primo velutino, dein nudo, subinde nitente; hymenio pallide
cervino; poris minutis, subrotundis, parietibus tenuibus.

Hab. ad ligna emortua in India ins. Ceylon, ins. Philippinis,
Mauritio, Cuba, Guyana Britannica, Martinica, Brasilia. — Pileus
10-13,5 cm. latus, 10 cm. longus.

355. **Polystictus cirrifer** E. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 314. — 5888

Rigidus, durus; pileo reniformi, fibris cirriformibus dense vestito, zonato, rugoso, caperato; margine lobato acuto; poris ferrugineis, rotundis, acie obtusis, minutis.

Hab. ad ligna emortua, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 8 cm. latus, 4½ cm. longus; pori ¼ mm. diam. Specimen observatum stipite brevi præditum, sed an constanter, dubium. Proximas tamen *P. caperato* et etiam *P. limbo* B. ex Nicaragua.

356. **Polystictus sulcifer** B. et Cooke Journ. Linn. Soc. XV, p. 383. 5889

— Pileo vertice affixo, transversim elongato, sulcato, interstitiis elevatis, spongioso-velutinis, umbrinis, sulcis brunneis; contextu fulvo; poris mediis hexagonis, umbrinis; dissepimentis tenuibus.

Hab. ad ligna emortua, Rio Purus Brasiliæ (TRAILL). — Pileus 18 mm. longus, 3½ cm. latus, dimidiatus; pori circiter ½ mm. diam. Similis *P. caperato* sed poris revera differentibus, quibus cum *Hexagonia* convenit.

357. **Polystictus vibratilis** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 314. — 5890

E resupinato margine breviter reflexo, obtuso, tomentoso, gilvo-umbrino; poris minutis, punctiformibus, vibrantibus, concoloribus et purpureo-umbrinis.

Hab. ad ligna emortua Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pori ⅙ mm. diam. Contextus purpureo-brunneus.

358. **Polystictus fulvi-tinctus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 313. 5891

— Pileo antice reflexo, postice decurrente, tomentoso, alutaceo-fulvo; contextu pallido suberoso; hymenio subfulvo; poris punctiformibus, acie obtusiusculis, minimis.

Hab. ad ligna emortua Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus durus, rigidus, 4 cm. latus, partibus veteribus glaber; margo tenuis; pori ⅙ mm. diam.

359. **Polystictus lineatus** Pers. in Freye. Voy. Fr. Epier. p. 477. — 5892

Pileo subtriquetro, glabro, fuscescente; sulcis pluribus, æqualibus, lineatis; poris subinconspicuis, lutescentibus.

Hab. ad truncos in insulis Moluccis.

360. **Polystictus phocinus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 52. 5893

— Pileo tenui, subflabelliformi, lobato, coriaceo, zonato, antice velutino, subolivaceo, postice umbrino, subsericeo; contextu rufo-umbrino; hymenio cinereo-albicante; poris parvis, dissepimentis margine tenuibus hic illic elongatis.

Hab. ad ligna emortua, Ceylon (THWAITES). — Tenuior magisque delicatus quam *P. caperatus*, cum quo remotam præbet simi-

litudinem; substantia obscura a *versicoloris* tribu separatur; poris $\frac{1}{2}$ mm. lati.

361. **Polystictus phæus** Lev. Champ. Mus. p. 132. — Pileo coriaceo-5894
suberoso, semiorbiculari, sessili, concentrice sulcato, villis adpres-
sis fuscis oblecto; margine tenui undulato subtus sterili; poris
sat magnis, angulatis, ore obtusis, pileo concoloribus, contextu di-
lutiori.

Hab. ad truncos in insula Ceylon, Java. — Pileus 2-3 cm. latus.

362. **Polystictus tuscus** Lév. Champ. Mus. p. 137. — Gregarius; pi-5895
leo tenui, coriaceo, sessili, velutino, fusco, zonis minutis elevatis no-
tato, postice gibboso; poris conspicuis, angulatis, fuscis, contextu
concolori,

Hab. ad truncos Tjikoya in Java (ZOLLINGER). — Pileus 1-3 cm. latus.

b) Contextu purpureo-fusco

363. **Polystictus æthiops** Cooke Grev. IX, p. 99. — Nigrescens; pileo5896
coriaceo, convexo, rigido, breviter velutino, intus purpureo-fusco,
postice adnato-decurrente; poris minutis, rotundatis, regularibus,
 $\frac{1}{6}$ mm. diam., dissepimentis crassiusculis.

Hab. in corticibus in India or. — Pileus 7-25 mm. lat., sic-
cus prorsus niger.

H. MEMBRANACEI Fr. Nov. Symb. p. 93. — Dimidiato-sessiles, papyraceo-mem-
branacei, tenuissimi, contextu toto longitudinaliter fibroso, nullo flocco-
so; poris brevissimis.

364. **Polystictus thelephoroides** (Hook.) Berk. exot. Fung. p. 394,5897
Fr. Epicr. p. 473. *Bolet. thelephoroides* Hook. in Kunth Syn.
p. 10. — Pileo suberoso duro, effuso, reflexo, longitudinaliter ru-
goso, fusco-pallescente; margine undulato lobato, intus porisque
curtis, minimis, rotundis, planis, fuscis.

Hab. in silvis Cinchonæ in America tropicali. — Pileus e floccis
adpressis inæquabilis rugoso-radians instar *P. radiati*.

365. **Polystictus azureus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 93. — Pileo mem-5898
branaceo, tenerrimo, flabelliformi, expanso, undulato lobatoque ve-
lutino duplicato, zonato, azureo; poris minutis subrotundis albis.

Hab. in truncis putridis ad Mirador Mexico (LIEBMAN). — Pilei
vulgo imbricati, multiplices, lobati, 7,5 cm. circ. lati, pagina su-
perior undulata, aliis zonis remotis profunde depressis, aliis con-

fertis, angustis, elevatis, villosis variegata, Forma **chalybeus** Fries loc. cit.: pileo chalybeo. Cum specie.

365. **Polystictus cinerescens** Schwein. Car. n. 930, Fr. Epicr. p. 481. 5899
— Pileo membranaceo, resupinato, expanso, subhirsuto, fusco, in ambitu involuto sterili; poris majusculis, inæqualibus, cinereis.

Hab. in lignis in Carolina Amer. bor. (Schw.), ad Sarawak Bornei Malesiæ (O. BECCARI), Pegu et ad Perak pænis. Malaccensis. — Pileus integer a matrice separabilis, primo orbicularis dein confluentis. Forma Sarawakensis est omnino resupinata contextu marginique e rosello gilvis.

367. **Polystictus Sector** (Ehrenb.) Fr. Epicr. p. 480 *Boletus Sector* 5900 Ehrenb. Fung. Cham. p. 10, t. 18, f. 6. — Apus; pileis membranaceis cuneatis, zonatis, striatis, pallide fuscis; poris minutis fuscobrunneis.

Hab. in corticibus emortuis Brasiliæ, ad caudices in silvis deensis Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT), Guyana et in Tasmania. — Pilei fere trianguli, basi valde angustati, sectorem circuli adæquant, 1 mm. crassi, e tomento adpresso striati et margine fibrosi; pori breves, dissepimentis prominulis. — α . **subrufus**! Mont. B. et Br. Journ. Linn. Soc. X, p. 316. Ad caudices in silvis, Cuba (C. WRIGHT). — β . **schizodes** l. c.: pileo flabelliformi zonato subtiliter lineato, margine lobato-fisso, lobis crenatis; poris majoribus. — γ . **cubicola** l. c.: pileo sericeo-nitente subzonato, margine lobato; hymenio brunneolo. Ad caudices in silvis, Cuba (C. WRIGHT) Malacca. — δ . **zonarius** l. c.: pileo reniformi, subflabellato, subtiliter tomentoso, lineato, zonato, glabrescente, umbrino; margine integro; poris validis. In Cuba (C. WRIGHT), in Guyana (LEPRIEUR). *P. Sector* species est admodum varians. Quatuor hæ varietates præsertimque tres ultimæ, ut species distinctæ, separari forte possent.

368. **Polystictus? ludens** Speg. Fung. Guar. Pug. I, n. 44. — Pileis 5901 dimidiato-expansis, postice truncatis vel cuneatis, non vel vix decurrenti-effusis, tenui-membranaceis, rigidis, supra applanatis, longitudinaliter undulatis, non vel obsolete concentricè zonatis, fusco-canescensibus, adpresse pruinulosis, peripherice subindistincte violascenti-sulcatis; margine recto vel leniter incurvo, glabrato, subsericeo-nitente, tenuissimo acutissimo minuto, hinc inde fisso; hymenio fuscescente vel umbrino, postice subirpicoideo, antice irregulariter evanescenti-poroso, zona marginali sterili, fibrosa 1 mm, lata limitato; poris vix impressis, dissepimentis postice elongatis 500-800 μ . longis, antice subnullis, irregulariter lacerato-irpicoi-

deis, acie acuta, integra vel lacerato-erosa, tenuibus, interstitiis strictissimis.

Hab. ad truncos cariosos prope Guarapi. — Species *P. pergamenæ* nec non *P. pseudo-pergamenæ* affinis at plane distincta. Forte melius ad *P. Sectorem* accedit. Hymenii autem natura ad *Dedaleam* vel *Irpicem* vergit. Pileus 3-5 cm. diam., 2-3 cm. lat. ant. post.; caro fuscescens, compacta, fibrosa, 300-400 μ . cr. tenax, rigidula. *Sec.* Cooke in litt. non differt a *P. Sectore*.

369. **Polystictus bivalvis** Pers. in Freyc. Voy. pag. 168, Fr. Epicr. 5902
p. 480. — Pileo papyraceo, effuso-reflexo, glabro, sulcis plurimis concentricis zonato, subspadiceo-nitente; poris rotundis, regularibus, obtusis, dilutioribus

Hab. in insula Rawak (FREYCIER) et in ditione Sarawacensi Bornei Malesiæ (O. BECCARI). — Pileus tenuissimus, membranaceus potius dicendus, altera parte effusa, altera horizontali-reflexa faciem bivalvem offert (Fr.). Pasillus, pallidus, zonatus, glaber, bivalvis, valvis reniformibus in sicco vix hiantibus, marginibus abrupte inflexis. Sparsus, interdum singulis individuis e basi binatis itemque hymenio facile oblitterato, ut *Stereum* fere reddat (Ces. Mycet. Born.).

370. **Polystictus striatus** (Hook.) Berk. Exot. Fung. p. 392, Fr. Epicr. 5903
p. 480, *Bol. striatus* Hook. in Kunth Syn. p. 11. — Pileo papyraceo, dimidiato, sessili, radiatum striato, zonisque subtribus elevatis concentricis instructo, nigro-fusco; poris minutis angulatis, griseo-cinereis.

Hab. ad truncos pr. Loxa in Peruvia (HUMBOLDT). — Subimbricatus; pileus 12-14 mm. lat.

371. **Polystictus basiphæus** Sacc. et Paol. Mycet. Malac. n. 39, t. I, 5904
fig. 4. — Membranaceo-coriaceus, basi cuneatus, sup. rotundatus, 4-5 cm. lat., 3 cm. long., 1-1½ mm. crass., radiatum rivulosus, margine acutissimo, concentricè leviter zonatus, glaberrimus, fusco-ater, marginem versus albido-ochraceus, acie pallidiore; contextu ochraceo-rufo; poris minutissimis, 1/10 mm. diam., ore ligneo-pallidis, dissepimentis tenuibus.

Hab. ad truncos in præinsula Malacensi (REV. SCORTECHINI). — Affinis *P. striato*, a quo differt pileo multo majore, vix radiato-striato, margine pallido etc.

372. **Polystictus fernandesianus** Mont. Syll. p. 168. — Apus, albus; 5905
pileis membranaceis, orbiculato-effusis centro affixis, margine concrescentibus, primitus adpresse radiatum villosis pallescentibus sub-

tus cinereo-nigrescens; poris brevissimis reticulum tenuissimum referentibus (*dentelle*) ambitu tandem reflexo castaneo concentricè zonato glabris.

Hab. ad lignum in ins. Juan Fernandez Amer. austr. (BERTERO).

373. **Polystictus Drummondii** Klotz. in Fr. Epier. p. 481. — Pileo papyraceo, spathulato, longitudinaliter striato-fibroso, rugoso, pallido, margine fibroso frabriato; poris majusculis, tenuissimis, mox lacero-dentatis, albidis. 5906

Hab. in truncis ad Nova Orleans Amer. bor. — Pilei non capsitosi in mycelio sub cortice late expanso et supra corticem floccoso-furfuraceo, abrupto, attenuato-sessiles, in sicco reflexi fulvescentesque, a ceteris facie divergentes.

374. **Polystictus plumbeus** Fr. Nov. Symb. Myc. pag. 93. — Pileo membranaceo, reniformi, utrinque applanato, zonato, postice glabrato, radiato, atro-fusco, versus marginem velutino olivaceo-griseo; poris minutis, rotundis, integris, ligneo-pallidis. 5907

Hab. in Mexico absque loco speciali (LIEBMAN). — 7 mm. latus; zone uniformes, elevatae, primo villosae et fulvae, demum totus pileus glabratus et atro-fuscus; pori non candicantes, firmiusculi. *P. striatus* Berk. differt pileo obscuriori, radiato-striato, poris fuscis.

375. **Polystictus papyraceus** Fr. Epier. p. 481. — Resupinatus, tenuiter papyraceus; margine angusto undique libero, reflexo involuto, fusco-pallescente; poris curtis, subdentatis, albis. 5908

Hab. ad cortices Porto-Ricco Amer. centr. (BERTERO). — Vix alii affinis, sed hymenii conformatio ut in proximè sequentibus, et textura tenuissima prioris. Forma subrotunda. fere *Corticii quercini* sed marginem adeo tenuem et papyraceum, siccum, nitidum, demum fissum in nullo alio Pileato reflexo vidimus. Totus fungus circiter 2,5 cm. Pori medie magnitudinis, brevissimi.

376. **Polystictus breviporus** Cooke Grev. XII, p. 7. — Ferrugineus; pileo membranaceo, rigido, radiato-rugoso, scruposo, conchiformi vel imbricato; margine crispato; poris brevissimis, minutis, rotundatis, concoloribus, $\frac{1}{5}$ mm. diam. 5909

Hab. ad truncos, Endeavour River Australiæ.

377. **Polystictus membranaceus** (Swartz.) Berk. Fung. Brit. Mus. p. 378, tab. X. fig. 7, Fr. Epier. p. 481, *Bol. membranaceus* Sw. Fl. Ind. occid. III, p. 1922. — Flabellato-multifidus, lobatus, plicatus, pallidus, sericeo-striatus, glabrescens, subnitidus, multizonatus, 5910

membranaceus, tenuissimus; poris parvis, curtis; dissepimentis tenuibus, demum laceris difformibus.

Hab. ad truncos, Jamaica (SCHWARTZ), Mexico, Cuba. — Pori 250 μ . diam. Pileus 2,5-3 cm. lat., junior radiatim striatus.

378. **Polystictus submembranaceus** Saut. Hedw. 1876, p. 153. — Al. 5911
 bus, coriaceus, tenuis flabelliformis, minutus, 2,5-5 cm. latus et 2 mm. cr. azonus, glaber, supra fibris longioribus rectis rugosus, margine integro vel denticulato fimbriato, subtus porosus; poris magnis, inæqualibus, rotundatis.

Hab. ad basim truncorum Fagi inter muscos prope Salzburg.

379. **Polystictus tenuis** (Link) Cooke Præc. Polyp. n. 921, *Boletus* 5912
tenuis Link in Herb. Mus. bot. Berol. — Dimidiatus, flabellatus, membranaceus, margine lobato-fissus, radiatim rivulosus, cervinobadius unicolor, pluri-zonatus, zonis alterne pubentibus nitidisque; poris curtis, punctiformibus, subhexagonis, $\frac{1}{8}$ - $\frac{1}{6}$ mm. diam., cervinis.

Hab. ad truncos in Brasilia (BEYRICHT). — Pileus basi attenuata vel subinde nodulosa affixus. *P. sectori* et *P. membranaceo* affinis, an satis distinctus? Descripsi sec. exempl. originale a cl. ASCHERSONIO benevole missum.

380. **Polystictus tener** Lév. Champ. Mus. p. 139. — Pileo coriaceo, 5913
 reflexo, membranaceo, sessili, orbiculari, zonato, hirsuto, albo; margine ancipiti, obtuso, sterili; poris hexagonis, ore acutis, intus extusque alutaceis; contextu albo.

Hab. ad truncos Guadalupe in archipel. Antillarum (LHERMINIER). — Pileus 2-3 cm. latus.

381. **Polystictus cervino-gilvus** Jungb. Crypt. Jav. p. 45. — Resu- 5914
 pinatus, papyraceo-tenuis; pileo medio affixo effuso, ambitu ubique libero, sublobato, cervino-gilvo, undulato, zonato, nitidiusculo; hymenio stramineo-gilvo; poris magnis angulatis subhexagonis, regularibus.

Hab. ad ramos dejectos in silvis ins. Javæ et Nikobar. — Species pulchra, 15 cm. longa, 7-8 cm. lata; pileus latitudine sæpius 2,5 cm., long. 12,5 cm., adnatus; pori 1 mm. profundi, dissepimentata tenuissima, acuta.

382. **Polystictus vespilloneus** Berk. in Hook. Journ. 1856, pag. 199, 5915
 Dec. n. 579. — Pileo tenui, papyraceo, reflexo, stygio, zonato, radiato-lineato, subsericeo; hymenio umbrino; poris minutis subhexagonis, dissepimentis tenuibus, acie integra.

Hab. ad truncos emortuos, Rio Uaupes, Amazonas Brasiliæ

(SPRUCE). — Pileus effusus, initio orbicularis, dein confluens, plura cm. lat., margine extimo rufo. *P. caperato* subaffinis.

383. **Polystictus tenuissimus** Lév. Champ. exot. p. 188. — Pileo pa- 5916
pyraceo, coriaceo, reniformi, tomentuloso, obsolete zonato, fulvo;
poris curtis, angulatis, concoloribus; dissepimentis integris obtusis.

Hab. ad truncos in insula Java. — Pileus 7 cm. lat., papyri tenuitate, contextu fulvo.

384. **Polystictus Braunii** Rabh. in Fung. Europ. 2005, Winter Die 5917
Pilze I, p. 454. — Pileis sessilibus, tunc dimidiatis et subcæspitoso-
imbricatis, tunc incurvis orbiculatis, udis membranaceo-mollibus
(siccis durissimis), castaneo-brunneis, calvis, rugulosis, concentrice
zonatis, margine acuto, flavo-limbato; poris minutissimis, longis,
rotundis vel inæqualibus, læte vitellinis.

Hab. in truncis exoticis in tepidariis Bruxelles in Belgio, Berlin in Germania et ad ligna fabrefacta Vittorio in Italia bor. — «Videtur potius *Fomes* diminutus: vidimus et formam poris stratosis».

1. SUBRESUPINATI Cooke Præc. l. c. — Pileo subresupinato vel margine reflexo.
— Forte sunt formæ abnormes *Polystictorum*, a veris *Poriis* caute distinguendæ.

385. **Polystictus catervatus** Berk. Fl. New. Zeal. p. 180, tab. CV, 5918
fig. 1. — E resupinato liberatus, vertice demum elongato affixus,
confluens, supra sericeo-striatus; poris minoribus irregularibus,
dissepimentis tenuibus, acie denticulata.

Hab. in trunco Podocarpi spicatae, Mission station Novæ Zealandiæ (COLENSO) et ad cortices, Wellington (TRAVERS). — *Polyp. membranaceo* Sw. affinis. Pilei 6-10 mm. lat.

386. **Polystictus beharensis** Berk. Hook. Journ. 1852, p. 163, Dec. 5919
n. 438. — Resupinatus, margine reflexus; supra umbrinus, subvelutinus; hymenio albo; poris primum punctiformibus, parvis, acie obtusissima, sero tantum elongatis, acie acutiusecula.

Hab. ad truncos putres Soane River, Beliar Indiæ (HOOKER). — Pori 300 μ . diam.

387. **Polystictus niveus** Jungh. Crypt. Jav. p. 48. — Carnoso-lentus, 5920
crassiusculus, primo rotundatus, orbicularis, adpressus, dein margine reflexus; poris minutissimis, nudo oculo laud conspicuis, regulariter hexagonis.

Hab. ad ramos dejectos in silvis M. Merapi, 1300 m. circ. alt. ins. Javæ. — Junior sistit maculas 2-7 mm. latas, centro poris primum superficialibus instructas dein macule plures in unam con-

fluunt et fungum constituunt irregulariter effusum 2,5-7,5 cm. latum, medio 2-3 mm. crass.; pori 2 mm. profundi.

388. **Polystictus bireflexus** B. et Br. in Grevillea X, p. 102. — Pileo effuso, adnato; margine reflexo, incurvo, pallido, obsolete linearizonato, e pubescente glabro; poris regularibus, subrotundatis, albidis, tubulis elongatis; carne tenui. 5921

Hab. in truncis Queensland Australiæ.

389. **Polystictus eriophorus** B. et Br. F. Brisb. II, pag. 60, t. XI, f. 56. — Candidus, adnatus, totus gossypinus, margine leviter reflexo; poris irregularibus, mediis, acie obtusis. 5922

Hab. ad ramulos pineos Brisbane in Queensland et Illawarra Australiae. — Jam ut resupinatus descriptus, sed evidenter est status resupinatus *Polysticti* speciei. Sæpe orbicularis dein confluens, demum resupinatus. Cæspites singuli 12-25 mm. diam.

390. **Polystictus evolvens** Berk. in Hook. Journ. 1856, p. 253, Dec. n. 588. — Resupinatus, demum liberatus, centro affixus; pileo sursum cupreo-incurvato, sericeo-nitente; hymenio gilvo; poris parvis; acie dentato-elongatis, dissepimentis tenuibus. 5923

Hab. ad ligna emortua prope San Carlos Brasiliæ (SILVACE). — Pori 400 μ . diam.

391. **Polystictus hymeninus** Lév. Prod. Flor. Novo-granat (Fungi) p. 283. — Effusus, membranaceus, coriaceus, a matrice facile separabilis, ambitu solutus, fibrilloso-radiatus, sulcatus, fulvus; tubis brevissimis superficialibus; poris mediis vel sat magnis sexangulatis, sordide ochraceo-pallescentibus. 5924

Hab. ad truncos arborum Cune Novæ-Granatæ, ad 1100 metr. (LINDL). — *P. byrsino* et *Nordmanni* affinis dicitur. Pileus 1 mm. circ. cr. An *Poria*?

392. **Polystictus bifer** Berk. Fl. Glaz. p. 752. — Subresupinatus, tenuis, expansus; pileo imbricato-resupinato, hic illic liberato sublabeliformi-lobato, quandoque subtus subzonato leviter spongioso-tomentoso; hymenio pallido; poris angulatis, dissepimentis tenuibus. 5925

Hab. ad truncos Rio Janeiro Brasiliæ (GLAZIOW). — Medium tenet inter *Polystictos* et *Poriam*. Pori $\frac{1}{4}$ mm. diam.

393. **Polystictus deglubens** Berk. et Curt. in Curtis Catalogue. — Ellipticus, centro affixus, margine reflexo; pileo levi, sericeo, pallido; hymenio plano, concolori; poris aequalibus, rotundis, minimis, $\frac{1}{2}$ mm., dissepimentis tenuibus, acie integra. 5926

Hab. ad ramos in America boreali. San Carlos. — Diagnosin habui a cl. COOKE.

394. **Polystictus aggreiens** Berk. Fung. Glaz. in Vid. Med. Kjob. 5927
1879, p. 752, n. 9106. — Pileo primum orbiculari, aspido, griseo;
margine libero, demum multis confluentibus; poris angulatis me-
diis; contextu floccoso; poris 300 μ . diam.

Hab. ad truncos in Brasilia (GLAZIOU).

395. **Polystictus undatus** Pers. Myc. Eur. p. 90, t. 16, f. 3. — Late 5928
effusus, tenuis, ligneo-fuscescens, submembranaceus, superficie un-
dulato-interrupta; poris minutissimis obliquis.

Hab. in tubis ligneis putridis aquæductus ejusdam in Gallia
(CHAILLET). — E matrice facile separabilis, junior albicans, vix 2
mm. cr. Ex icone videtur margine glabro reflexulo rufo cinctus.

396. **Polystictus Fendzleri** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 317. — 5929
Margine tenui, quandoque abrupto quandoque byssoideo; hymenio
umbrino; poris minutis, parvis, sæpe interruptis, obliquis, acie pal-
lidis.

Hab. ad truncos emareidos Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT)
et Venezuelæ Amer. merid. — Ubi pori expositi manent, perfecte
glabri; pori 0,25 mm. lati, stalacticii.

397. **Polystictus Ravenelii** Berk. et Fr. Nov. Symb. p. 82. — Pileo 5930
rigente, resupinato-effuso, superne margine brevissimæ reflexo, vil-
loso, azono, canescente; poris tenellis, inæqualibus, acutis denum
elongatis, vulgo obliquis, latere hiantibus, griseo-fuscis.

Hab. ad truncos in Carolina australi (RAVENEL et CURTIS). —
Sæpe omnino resupinatus, sed in perfectis margo per 4-6 mm. re-
flexus et obsolete concentrice sulcatus. Pori e situ obliquo plerum-
que imbricati, elongati et lateraliter toti hiantes.

398. **Polystictus Broomei** Raben. in Fung. europ. n. 2004, Winter Pilze 5931
p. 454. — Pileis numerosissimis, minutis, primo sæpe evidenter
stipitatis, demum semper sessilibus, arcuè squamiformi-imbricatis,
membranaceis, incurvis, albido-flavis, siccis brunneis; poris elon-
gatis, rotundatis vel oblongis, pileo subconcoloribus.

Hab. ad ligna vetusta in tepidariis Germaniæ.

399. **Polystictus polymorphus** Rostk. 4, t. 56, Fr. Hym. Eur. p. 566. 5932
— Pileo resupinato, effuso, coriaceo; margine reflexo, crispato, gla-
bro, umbrino; poris majusculis, angulatis lacerisque, pallidis.

Hab. ad ramos putrescentes Fagi in Europa. — Ex icone sel-
e descriptione auctoris totus badio-pallidus.

400. **Polystictus latus** Berk. Fung. Flora Van Diem. p. 325. — Re- 5933
supinatus sed margine hinc inde libero, sursum obscure zonatus,
sordide brunneus, pruinoso-velutinus; contextu concolore ferrugi-

neo-tincto, suberoso-coriaceo; hymenio ligneo-colorato, æquali; poris rotundis regularibus, parietibus tenuibus.

Hab. in ramis in Tasmania (GUNN). — Pileus 20 cm. latus.

401. **Polystictus placentaformis** Berk. Grev. XV, p. 24. — Pileo 5934 discoideo 2,5 mm.; margine reflexo, fusco, strigoso; poris majusculis $\frac{1}{2}$ -1 mm. diam., angulatis, irregularibus, plerumque acie dentatis, pallidis.

Hab. ad ramulos Populi, Carlton Amer. bor.

PORIA Pers. Syn. pag. 542 (subgen.), Fr. Nov. Symb. p. 70 (Elym. *porus*), *Physisporus* Chev. et Gill., *Physisporus* et *Poria* Karst. — Pileus nullus v. omnino obsoletus, quare fungus totus resupinatus. Pori matrici v. mycelio plerumque immediate impositi, carnosuli. ceracei, lignoscentes, placentas v. membranas aduatas v. discernibiles efformantes *).

Species hujus generis caute inquirendæ. Permultæ enim Apodum species, in situ horizontali resupinatae leguntur, v. c. *P. nullis*, *destructor*, *croceus*, *nubilans*, *amorphus*, *adustus*, *igniarius*, *radiatus*, *conchatus*, *abietinus*. E situ horizontali pendent pori recti et e verticali obliqui, immo uno latere hiantes. Species admodum numerosæ, sed permultæ definitis characteribus caeant, ut limitari vix possint.

A. MOLLUSCÆ Cooke Præc. Polyp. — Late expansæ, carnosuke, molles, poris plerumque minutis, æqualibus, rotundis.

a) Poris persistenter albis.

‡ Hymenio fatiscente.

1. **Poria vulgaris** Fr. Syst. Myc. I, p. 381 cum syn., Bl. p. 120, Hym. 5935 Eur. p. 477, Weim. Ross. p. 336, Berk. Outl. p. 251, Rostk. t. 60, *A. versiporus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 105 (ad spec., sed collectivus). *Bol. cellulosus* Wahlb. Suec. n. 2016; Bolt. t. 166, f. a. b. habitum refert, sed ob membranam liberam etc. alienus; vix exstat ulla fida icon hujus sectionis. — Late effusa, tenuis, arida arcte adnata, levis, alba, ambitu mox glabro, tota e poris constans firmis, stipatis, exiguis, rotundis, subæqualibus.

Hab. ad ligna et ramos putridos Betulæ, Fagi, Pini etc. in Europa, Ceylon (THWAITES), Carlton House Forestburg, New York. Amer. fœder. Winton Novæ Zelandiæ, Australia, ins. Mauritio, Ma-

*) Quoad citationem auctorum specierum cfr. notas p. 150 et 208.

- lacca, Cuba, Juan Fernandez, Java. — Ad longitudinem 30 cm. usque effusa, 1 mm. crassa. Sola ex affinibus vulgata. Color interdum flavus; pori variant pro more obliqui et hiantes. Var. **calcea**, ad truncos Pini in montosis vulgatissima, non differt nisi candore: — varietatem flavam ad *P. vulgarem* pertinere certissimus est Fries: profecto in eodem specimine vidit dimidiam partem albam, dimidiam citrinam. Sed *P. flavus* Karst. Finl. Polyp. p. 40 s. *P. selectus* Karst. Not. Soc. Fenn. IX, p. 360 poris obtusis, firmis videtur species distincta.
2. **Poria mollusca** Fr. Syst. Myc. I, p. 384 c. syn., Hym. Eur. p. 578, 5936
Weinm. Ross. p. 338, Berkl. Outl. p. 251, Fl. Dan. t. 1299. — Effusa, tenuis, mollis, alba, ambitu byssino fibrilloso-radiante; poris centro v. hinc inde congestis, exiguis tenuibus, rotundis, inæqualibus lacerisque, pallescentibus.
Hab. ad ligna vetusta, ex. gr. Populi nigræ, ad folia coacervata in Europa, Carol. inf. et Newfield, New Jersey Amer. bor. et Chili. — Ambitu Himantioideo facile distincta, sed exstat var. ambitu membranaceo sterili contiguo: Sowerb. t. 387, f. 9, *Poria epiphylla* Pers. Obs. 2, p. 15. Variat candida et lutescens. — **P. bombycinoides** Karst. Symb. Myc. Fenn. XIV, p. 21: crassiuscula, mollissima, laxè adhaerens, ambitu byssina; poris angulatis, inæqualibus, longis, mediocribus, pallescentibus, marginalibus magnis, admodum curtis, celluliformibus, dissepimentis tenuissimis, dentatis lacerisque. Ad lignum putridum pr. Nyslott Fennicæ (CARLENIUS).
3. **Poria minima** Ravenel Grev. I. pag. 65, nec *P. minimus* Fr. *P.* 5937
elachista Berk. in Cooke Syn. Polyp. p. 138 (1878). — Pulvinata, fere tota e poris mollibus ceraceis, candidis, elongatis, minimis constituta.
Hab. in Carol. inf. Amer. fœder. — 2-4 mm. tantum lata.
4. **Poria hyalina** Berk. in Hook. Fl. Tasm. II. 255. — Resupinata, 5938
alba, vitrea, tenuis, ambitu tomentoso; poris minimis, centro elongatis 160 μ . diam., dissepimentis tenuibus.
Hab. ad ligna decorticata in Tasmania.
5. **Poria interna** Schwein. Amer. bor. n. 469, p. 159. — Longitudinaliter penetrans in cavitates trunci putridi, valde flexuosa, tota 5939
alba dein expallens, ad 7-10 cm., primo molliuscula, crassa, margine demum inflexo, tubulis sæpe obliquis, longioribus; poris flexuosis, minutis.
Hab. ad truncos Bethlehem Amer. borealis.
6. **Poria rivulosa** B. et C. Journ. Linn. Soc. X. p. 318. — Candida, 5940

effusa, carnosâ (sicca contracta rimulosa), margine tenui tomentoso: poris mediis rotundis, dissepimentis crassis, pruinosis.

Hab. ad Polyporos emortuos Cubæ (C. WRIGHT). — Margo demum plus minus liber: pori $\frac{5}{12}$ mm. diam.

7. **Poria Sassafras** Schwein. Amer. bor. n. 437. p. 158. — Molliuscula, bibula, pallide, lutescens subiculo vix in margine conspicuo: tubulis in centro satis elongatis, crassiusculis; poris minutis, regulariter rotundis. 5941

Hab. in lignis cariosis Sassafras, Bethlehem Amer. bor. — 2,5-5 cm. longitudinaliter effusa.

8. **Poria subvincta** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 54. — Crassiuscula, late effusa, alba, secernibilis; margine obliquo, tomentoso, candido; poris elongatis punctiformibus, contextu candido. 5942

Hab. ad ligna emortua, Dolosbagey, Ceylon (THWAITES). — Pluripollicaris, margine 4 mm. et ultra lato; exsiccatione contracta.

9. **Poria hybrida** (Sow.) Berk. et Broom. in Berk. Outl. p. XVII, Fr. Hym. Eur. p. 581. *Bolet. hybridus* Sowerb. t. 289, t. 387, f. 6, *P. erosus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 103. — Alba; mycelio crasso, membranam densam v. fibras ramosas, repentes sistens; hymenio in areas diffracto; poris longis, tenuibus, angustis. 5943

Hab. in lignis quercinis Britannicæ. — Tam ex iconibus, quam specimine a Berkeley communicato testatur Fries hanc e loco suffocato sistere monstruosam formam (forsan *P. destructoris*). Statura et structura plene convenit cum variis monstris in fodinis obviis. Maxime singulare est, hunc fungum nasci tantum in navibus ligno quercino adificatis, quum naves ligno pineo constructæ tantum *Merulio lacrymante* infestentur.

10. **Poria odora** Peck 38 Rep. St. Mus. pag. 92. — Effusa, æqualis, 4-6 mm. cr. firma, sed fragilis, vix a matrice separabilis, alba, sæpe ad marginem abruptum crassiusculum subfibrillatum rufo-flavido-maculata; poris minutissimis, longis, æqualibus, integris, albis, supra subiculum tenue elevatis: odore forti ingrato. 5944

Hab. in truncis decorticatis, dejectis Abietum, Osceola Amer. bor. — Quoad structuram *P. versicolori* affinis.

†† Hymenio vix fatiscente.

11. **Poria mucida** (Pers.) Fr. Syst. Myc. I, p. 382, Hym. Eur. p. 577, Weinm. Ross. p. 338, Kickx p. 234. *Boletus* Pers. Syn. p. 546. Alb. et Schw. l. c. — Effusa, crassinsecula, subimmersa, mollis, ex

albo pallescens, ambitu indeterminato byssino; poris mediis (mycelio crustoso receptis), inaequalibus lacerisque.

Hab. ad ligna vetusta cariosa pinca in Europa et Amer. bor. — E loco variat mollior et firmior, sed sat persistens. Suberoso-carnosa, plerumque humens, 12-16 cm. et ultra longa, 1-1½ cm. crassa. *P. molluscæ* longe major nec affinis.

12. ***Poria stillicidiorum*** Spag. F. Fueg. n. 73, p. 33. — Repenti-ef- 5946
tusa, irregulariter expansa, lobata vel repanda, sæpe superpositio-
nis causa hinc inde pseudostratosa, margine determinata, nec li-
bera nec reflexa, nec sterilis sed obtuse rotundata, in vivo alba
vel albo-subhyalina, tenerrima, in sicco non contracta nec diffracta,
albo-pallescens vel pallidissime rubescens, opaca, rigida, fragilis,
semper tenuiuscula 1-1.5 mm. crass., contextu myceliali tenui,
membranaceo cum hymenio continuo; poris rectis vel vix obliquis,
breviusculis 0.5-1 mm. long. ore rotundis vel elongatis, mini-
matis 150-170 μ . diam., regularibus, densissime constipatis, disse-
pimentis tenuibus, acie integris.

Hab. in stillicidiis montanis ad terram nec non cryptogamas incrustans in Staten Island in Fuegia. — Species in vivo *Poria mucidæ* nec non *P. Medulla-panis* peraffinis, sed satis ab utraque abhorrens præcipue in sicco.

13. ***Poria Medulla-panis*** (Pers.) Fr. Syst. Myc. I, p. 380, Hym. Eur. 5947
p. 476, Ic. t. 190 f. 2, *Boletus* Pers. Syn. p. 544 (sec. spec. ab ipso determinata). Wahlenb. Suec. n. 2015, Alb. et Schw. p. 256, Berk. Outl. p. 251. — Effusa, determinata, subundulata, firma, glabra, alba, ambitu nudo submarginato, tota fere contexta poris sublongis, mediis, integris.

Hab. ad ligna vetusta, in Europa, Amer. fæder. et Brisbane, Queensland Australiæ. — Forma terrestris mollior et aquosomollis: *Pol. libulus* Pers. Myc. Eur. n. 135. Annua, sat magna exsiccatione indurescens, secedens. Nulla icon fida: Jacq. Misc. t. II et Bolt. t. 166, f. 2, huc vulgo ductæ, æquo jure ad *P. corticolum* aliorumve incunabula referri possunt. *P. fluctuosus* Weinm. p. 337, a Friesio non visus, affinis apparet.

14. ***Poria calcea*** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 55. — Tota 5948
resupinata, effusa, margine tenuissimo adnato membranaceo; poris minimis angulatis, dissepimentis tenuibus.

Hab. ad ligna emortua. Dolosbagey, Ceylon (THWAITES). — Primo obtutu *Corticium calceum* reddiit; duæ occurrunt formæ, qua-

rum altera crassior, margine magis membranaceo; poris $\frac{1}{7}$ mm. diam., altera poris $\frac{1}{6}$ mm.

15. **Poria niphodes** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 55. — Tota 5949
resupinata, nivea, margine angustissimo porisque irregularibus pulverulentis.

Hab. ad tigilla et ligna in regione australi insulæ Ceylon (THWAITES). — Pluripollicaris, dilute alba, ex ætate subochracea; pori sæpe decurrentes illis *Hymenogrammes* similes.

b) Pori albis, demum ochraceo-pallidis.

16. **Poria vitrea** Pers. Obs. I, p. 15. Fr. Syst. Myc. I, p. 381, El. 5950
p. 119, Hym. Eur. p. 577, Berk. Outl. p. 251. *P. xylostromeus*
Pers. Myc. Eur. 2, p. 112 (fungus siccus). — Effusa, subundulata
indeterminata, albida, subhyalina, mycelio xylostromeo tenaci separabili; poris minimis, rotundis, longis, obtusis, integris.

Hab. ad truncos cariosos, prostratos Fagi et Castaneæ in Europa, Amer. bor. et in trunco carioso putrescente Salicis Humboldtianæ, Boca del Riachuelo, in Argentina Amer. merid. (SPAGAZZINI). — Ut plurimæ genuinæ species hujus sectionis rara, sed valde insignis poris ob mollitiem quasi cariosis (ceterum excarnis), membrana tenui Xylostromatis generis Auctt. impositis, sæpe in nodulos collectis et interruptis. Mycelium sterile: *Xylostroma candidum* Pers. Myc. Eur. 1, p. 93.

17. **Poria hydnochora** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 54. — 5951
Pulvinata, crassiuscula, determinata, margine erecto aculeis brevibus obtusis sparso.

Hab. ad ligna emortua, Ceylon (THWAITES). — Species singularis in societate occurrens *P. vulgaris*, cum qua primo obtutu similitudinem aliquam præbet: pori $\frac{1}{4}$ mm. diam., at in *P. vulgari* $\frac{1}{5}$ mm.

18. **Poria tarda** Berk. Hook. Journ. 1815, p. 56, Dec. n. 43. — Alba 5952
dein ochracea, mycelio ceraceo, corticiiformi; margine angusto tomentoso; poris tarde evolutis, parvis, integerrimis.

Hab. in ligno emortuo in Australia (DRUMMOND). — *Corticium molle* in memoriam revocat. Pori 250 μ . circ. lati.

19. **Poria tuberculosa** Pers. Obs. I, p. 14, Syn. p. 545. Cooke Præc. 5953
n. 362. — Albida, tuberculosa, margine inciso subrepando, sat crassa 10-20 cm. longa, superficie tuberculis magnis difformibus distincta.

Hab. in fodinis metallurgicis Hercyniæ et in Misnia. — Sec. Fr. monstrositas subterranea, sec. Cooke species recipienda.

20. **Poria deglubens** Berk. in Hook. Journ. (1856) 235, Dec. n. 585. 5954
— Alba, resupinata; margine ubique liberato inflexo, elevato-zonato, nitido; poris minutis punctiformibus, oculo nudo vix discernendis.

Hab. ad tigilla emortua, S. Carlos Brasiliæ (SPRUCE). — Placenta ellipticæ, 18-20 mm. long.

21. **Poria cremor** B. et C. North Am. Fungi in Grev. I, p. 54. — 5955
Rigida, brevis, discincola, tota resupinata; poris suborbicularibus; dissepimentis crassiusculis, obtusis.

Hab. ad ramos querneos et præsertim supra discos cæsonum in Carol. inf. Amer. fœder. — Circiter 2½ cm. lata, tota fere e tubis contexta; pori ¼ mm. lati, subrotundi.

22. **Poria lacrymans** Saut. in Hedw. 1876, p. 150. — Orbicularis, effusa, pulverulenta, ex albo flavescens, glabra, margine elevato, angusto; poris mediis rotundis, lacrymantibus, integris. 5956

Hab. in ligno udo fabrefacto pr. Salzburg — 5-6 cm. longa, 5 cm. lata, 6-7 mm. crassa. A *Poria Radula* differt pileo levi; poris rotundatis flavidisque.

23. **Poria hypolateritia** Berk. Grev. XV, p. 24. — Effusa, mollis, 5957
albido-pallida, irregularis, substrato lateritio oriunda; poris subæqualibus, minutis, rotundatis, dissepimentis tenuibus.

Hab. ad ligna in India.

24. **Poria subliberata** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 318. — 5958
Ochraceo-fulva, margine tenui liberato; poris minutis elongatis angulatis, dissepimentis tenuibus subintegris pruinatis.

Hab. ad radices Palmarum, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Nitide brunnea; pori ⅓ mm. diam. sed ex ætate dilatati.

25. **Poria fulgens** Rostk. Polyp. IV, t. 63, Fr. Hym. Eur. p. 574, ut 5959
var. — Effusa, membranacea, levis, aurantiaca, ambitu albo-fibrillosa; poris minutis, acutis.

Hab. ad truncos Quercus et Fagi in Europa. — Colore ex icone subaurantio (carneo-pallido e definitione auctoris) et ambitu albo-fibrilloso a priore differt. — E Lapponia Tornensi aliam dedit C. P. Læstadius formam, ut apparet, distinctam, irregulariter effusam, inæquabilem, flavam: poris minutis, fere superficialibus, immixtis tuberculis convexis. Similem non legi: num status typicus? Fr. l. c.

26. **Poria eupora** Karst. Not. Soc. Fenn. IX, p. 360, Fr. Hym. Eur. 5960
p. 575. — Resupinata, tenuis, adnata, subunicans, ambitu primo

hyscæo, contexta albo, margine demum libero, glabro: poris minutis, curtis, testaceo-luteis.

Hab. ad lignum salicinum Fennicæ. — Ex specimine ab auct. communicato glabra: pori minimi, rotundi, regulares, lutei. Cum auctoris descriptione plene convenit specimen in Salten a Blyttio lectum.

27. ***Poria decorticans*** Speg. F. Fung. n. 76, p. 34. — Tenuissima, 5991
 primo mucoso-membranacea, continua dein densissime porosa: poris minutissimis, 150-170 μ . diam., brevissimis trama fere nulla v. vix arachnoidea insidentibus; alba in vivo, in sicco sordide pallidissimeque fulvescens, non contracta nec diffracta, sub epidermide ramorum late vagæque effusa et utrinque adnata, per tetatem, cortice transverse fissæ, nuda et labis rimarum revolutis tantum adnata.

Hab. ad ramos dejectos putrescentes Fagi betuloidis in silvis prope Slogget bay in Fuegia. — Species distinctissima.

28. ***Poria Rostafinskii*** Karst. Myc. Fenn. III, p. 274 — Effusa, adnata, 5962
 arida, ex albo lutescens, margine strigoso, tenuis: poris mediocribus, rotundis, subinæqualibus, dissepimentis tenuibus, subfimbriatis.

Hab. supra corticem Alni in Mustiala Fennicæ. — *P. molluscæ* affinis, sed margine fibroso-strigoso mox dignoscenda.

29. ***Poria nitida*** A. et Schw. Lus. p. 258 (*a*). Fr. Syst. I, p. 379. 5963
 Epicr. p. 483. Hym. Eur. p. 574, Pers. Myc. Eur. 2, p. 95, Berk. Outl. p. 250. — Effusa, tenuis, subadnata, limitata, lutea, ambitu villos-marginata; poris minutis, curtis, rotundis, æqualibus, nitidis.

Hab. ad ligna putrida Fagi, Populi, Pini etc. in Europa et Carol. inf. Amer. bor. — Colore læto, fere aureo et forma subregulari nostra insignis est. Hæc forma pro typica sumitur in Pers. Myc. Eur. 2, p. 95, see icon in Pers. Obs. 2, t. 4, f. 1 atque etiam magis descriptio a Friesiana recedunt. Melius cum nostra convenit *P. eupora* Karst., structura tamen diversa.

30. ***Poria callosa*** Fr. Syst. Myc. I, p. 381, El. p. 120, Hym. Eur. 5964
 p. 477, Weium. Ross. p. 336. — Longe effusa, æquabilis, tenax, integra, corii mollis instar separabilis, alba, ambitu similari; poris firmis, rotundis, æqualibus, integerrimis, obtusis; sporis 6 μ . long.

Hab. in latere inferiore asserum Pini in Europa et ad ligna corrupta, in regionibus centralibus Ceylon (THWAITES), Buffalo, New York Amer. bor. (CLINTON). — Pori sistunt callum, 2-4 mm. crassum, firmum sed non durum, undique porosum. Annua nec stratosa.

31. **Poria obducens** Pers. Myc. Eur. 2, p. 101 (fide specim.) Fr. Epicr. 5965
p. 185, Hym. Eur. p. 577, Berk. Outl. p. 251, Pat. tab. 17, *P. Medulla-paris* Secr. n. 108. — Effusa, incrassans, innata, firma, alba, tota e poris formata minimis, stipatis, æqualibus, distincte stratosis, stratis annosis alutaceo-pallidis, sporis ellipsoideis, minutis, hyalinis.
Hab. in truncis cariosis Salicis, Ulmi, Populi, Quercus, Pini etc. in Europa et ad ligna putrescentia Buffalo, New York Amer. bor. (CLINTON). — Primi anni fungus *P. vulgarem* refert, sed annosus e stratis innumeris (2 mm. crassis) superimpositis crassus fit, cum ligno mucido, mycelio percurso, omnino concretescens, ut certe hujus loci, licet verticalibus locis pileolorum rudimenta exserat. Affinis *P. connata*. Cfr. notam cl. Le Bretonii (Bull. Soc. Sc. nat. Rouen 1887) qui hujus speciei formam pileatam describit, *P. connata* affinem nisi eandem.
32. **Poria luteo-alba** Karst. Symb. Myc. Fenn. XVIII, p. 82. — Effusa, separabilis, glabra v. subglabra, namarginata, subiculo tenuissimo membranaceo, fluente: poris inequalibus rotundatis tenuibus demum sæpe angulatis v. sublaceris, minimis, 1-2 mm. altis, lutescenti-albis: sporis oblongatis, rectis, 3-6 \approx 2.
Hab. in ligno pineo putrescente Mustiala Fennicæ.

e) Poria flavidis v. aureis.

33. **Poria fusco-marginata** Berk. Gray. XV, p. 24. — Orbicularis, 5967
elliptica vel confluens, adnata, ochraceo-pallida; margine tenui, membranaceo, sterili, fusco; poris minutis, rotundatis, æqualibus, centro tubulis elongatis, peripherice curtissimis, dein obsolete, dissepimentis tenuibus.
Hab. ad ligna, Rhode Island Amer. foeler.
34. **Poria attenuata** Peck 26 Rep. p. 70. — Resupinata, effusa, tennis- 5968
sima a matrice separabilis, carneo-ochracea; margine albido; poris minutis, subrotundis, dissepimentis acutis, tenuibus.
Hab. ad truncos prostratos arborum deciduarum, Croghan Amer. bor. (PECK). — Pori nudo oculo ægre visibiles.
35. **Poria parilis** Fr. in Pl. Preiss. II, p. 136. — Longitudinaliter 5969
effusa, acete adnata, confluens, arida, immarginata, luteo-pallescens, subiculo nullo, ambitu æquali; poris minutis, subrotundis, brevibus, glabris.

Hab. ad cortices in Australia (PREISS). — A *Poria corticola* proxima textura et colore facile distincta, 3 cm. et ultra extensa.

36. **Poria Læstadii** B. et Fr. Grev. XII, 69, Ann. Nat. Hist. 1883, 5970
p. 373, n. 2025. — Substantia alba; poris læte citrinis, luteis; hy-
menio hic illic tuberculato.

Hab. ad asserem in calidario Coed Coch Britanniaë. — Color lætus, persistens, pulcherrimus. Procul dubio species, de qua Fries loquitur (Hym. Eur. 575). Cæspites confluentes efformat plura cm. latos. B. et Br.

37. **Poria crocipora** B. et C. Cat. Cooke Præc. n. 978, *Polyp. cro-* 5971
ceus Schw. Syn. Carol. p. 96, nec Fr. (diagnosis desideratur). —

Hab. in truncis quercinis in Carolina. — A *P. croceo* præcipue differre videtur quia absolute resupinata. Secundum ipsam Schwein. Syn. Amer. bor. p. 158 ejusdem *Polyporus croceus* ad *P. nitidum* Fr. referendus est

38. **Poria lætifica** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 91. — Effusa, tenuis, tenera, 5972
non facile separabilis a matrice, læte aurantiaca; margine subto-
mentoso flavido; poris curtis sæpe obliquis, minutis, subrotundis,
dissepimentis crassis, obtusis.

Hab. in ligno delecto South Ballston Amer. bor. — cm. 5-7
extensa. Videtur affinis *P. fulgenti*.

39. **Poria auriculiformis** Jungh. Ann. Sc. nat. 1844, p. 194. — Sube- 5973
rosa, resupinata, concava, tomentoso-aurea, demum denudata, spa-
dicea, puncto centrali affixa; margine tenui, erecto; poris minimis,
subrotundis, æqualibus, fulvis.

Hab. ad truncos in insula Java. — Pileus ovatus, 3-4 cm. la-
tus convexus, zonatus.

40. **Poria vitellina** Schw. Car. n. 939, Fr. Epicr. p. 483. — Effusa 5974
molliuscula, laxè adnata, vitellina, ambitu byssino; poris ruagnis
elevatis obscurioribus; sporis 2-3 = 1-2.

Hab. in fissuris lignorum putridorum Carolinaë Amer. fæder.
— Substantia molliuscula et textura cum *Hydno mucido* convenire
videtur, sed tenuior est. Color pulcherrimus, etiam in exsiccato
persistit. Ob colorem juxta præcedentes collocanda, neutri vero
affinis est.

41. **Poria lacera** Karst. Symb. Myc. Fenn. XI, p. 69. — Effusa, con- 5975
fluens, membranaceo-tenuis, mollis, laxè adhærens, alba, ambitu te-
nui, byssino concolori; hymenio flavo; poris minutis, angulatis vel
subrotundis, inæqualibus; dissepimentis tenuissimis, demum valde
laceris.

Hab. ad lignum Pini prope Asikkala Fenniaë. — A *P. mollu-*
sca differt poris angulatis flavis etc.

42. **Poria Leonildis** Meno. et Sacc. *) *Physisporus vitellinus* Karst. 5976
Symb. VII, pag. 5, nec Schw. — Elongato-effusa, adhærens, vel subadnata, tenuissima, margine puberulo glabrato subflavo. usque ad 20 cm. longa atque 5 cm. lata; poris stipatis, integris, æqualibus. rotundatis, stratosi, vitellinis, opacis, minimis.

Hab. ad ligna vetusta Alni incanæ, Tammela Fennicæ,

43. **Poria phlebiæformis** Berk. Grev. XV, p. 24. — Orbicularis, arcte adnata, aurantia, sicca aurantio-fulva, circ. 2.5 cm. lat.; margine radiato, tenui, striato, sterili; poris subrotundatis, minimis, dissepimentis tenuibus. 5977

Hab. ad ligna mucida Cubæ Amer. centr.

44. **Poria tegillaris** Berk. Grev. XV, p. 25. — Effusa, indeterminata, tenuissima, flavo-fuscescens, substrato obsoleto; poris æqualibus, rotundatis, minimis, dissepimentis tenuibus. 5978

Hab. ad ligna in Carolina Amer. fœder. — Ad stratum merum porosum reducta qui ligni asperitates sequitur.

a) Poris carneis.

45. **Poria cincta** Berk. Outl. p. 250, Fr. Hym. Eur. p. 575. — Alba, tuberculosa, tuberculis minutis, primo discretis, fibris fasciculatis, erectis radiantibusque, strigosis cinctis, sterilibus, demum partim centro porosis; poris impalpabilibus, angulatis, tenuissimis, crenatis, demum pallide ochraceis, siccis obscurioribus. 5979

Hab. in asseribus vetustis in Britannia. — Species structura prorsus peculiaris, cum nulla alia comparanda. Nonnulla tubercula sterilia persistunt.

46. **Poria macraula** Rostk. 4, t. 55. Fr. Hym. Eur. p. 573. — Effusa, coriacea, subtenuis, secedens, glabra, levis, rufo-pallida, intus concolor, subtus margineque limitato, nudo umbrina; poris minutis, rotundis, curtis, æqualibus, carneis. 5980

Hab. ad radices putrescentes Pini in Europa. — Ad 32 cm. usque longa, 16 cm. lata; pori 6-9 mm. longi; sporæ 6 ≈ 4 (Britz.). Cum *P. levigato* analogæ et vegetationis rationibus cum *P. annoso* congruens. Nomina auctoris tam latinum quam germanicum poros amplos indicant, diagnosi vero et descriptio minutos. E Valders Norvegiæ ad Friesium misit Blytt specimina structura huic si-

*) Ad honorem egregiæ Dom. LEONILDIS BIDASIO, quæ in ordinandis pro hac Sylloge indicibus schedulisque operam benevole præstitit,

millima nigroque marginata, sed color strati porosi lacteus v. pallens. Si color constans, species insignis.

47. **Poria rhodella** Fr. Syst. Myc. I, p. 380, Hym. Eur. p. 573, Ic. 5981 t. 189, f. 2, Bull. t. 442, f. D. — Effusa, tenuis, adnata, mollis, albo-incarnata; margine determinato, nudo; poris minutis, subrotundis, contiguis.

Hab. ad truncos prostratos Fagi aliarumque arborum in Europa et Amer. bor. — Præcedentibus tenuior, 5-11 cm. longa. *P. vulgari* videtur proxima.

48. **Poria epilinte** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 55. — Tota 5982 resupinata, effusa; margine contextoque fibroso; hymenio subcarneo; poris minutis.

Hab. ad ligna emortua, Ceylon (THWAITES). — Similis *P. vinctæ*, sed margo differens sicut et contextus; pori $\frac{1}{7}$ mm. diam., in *P. vinctæ* $\frac{1}{6}$. — * **Poria rufo-lateritia** Kalchb. Grev. X p. 104: longe lateque effusa, ligno arete adhærens: poris minimis, stipatissimis, rotundis, obtusis, sublateritiis, strato xylostromateo pallido impositis. Ad truncos Richmond River Australiae.

49. **Poria vinctæ** Berk. Fung. Doming. p. 5, n. 26. — Tota resupi- 5983 nata, centro crassiuscula, margine tenui subliberata supra sanguineo-tincta; poris minimis pallidis, contextu lignicolori.

Hab. in ligno putri S. Domingo, in insula Cuba (WRIGHT) et in Brasilia (GLAZIET). — Plura cm. lat., 4 mm. cr. (centro).

50. **Poria hyposclera** Berk. Grev. X, p. 103. — Effusa, crassiuscula, 5984 margine tenuis, subliberata, supra pallide ochracea vel carneo-tincta; poris minimis, elongatis, pallidis, regularibus, dissepimentis tenuibus.

Hab. ad truncos in Australia. — *P. vinctæ* affinis.

51. **Poria carneo-pallens** Berk. in Hook. Journ. 1856, p. 237, Dec. 5985 n. 587. — Tota tenuis, carnea; margine obsolete; poris minutis; dissepimentis tenuissimis, angulatis, 200 μ . lat.

Hab. ad ligna emortua Cubæ (C. WRIGHT) et Paupré Brasiliæ (SPRUCE).

52. **Poria roseo-alba** Jungk. Crypt. Jav. pag. 43. — Effusa crassa, 5986 submarginata, suberoso-mollis, rosea, farina alba fugaci adpersa, intus brunnea; poris minutis rotundis, æqualibus, confertis.

Hab. in silvis mont. Kendang Javæ. — Usque ad 15 cm. saepe effusa, 6 mm. et ultra crassa. *Romili roseo* A. et S. subsimilis dicitur.

53. **Poria Piacenta** Fr. Vet. Ak. Forh. 1861, Monogr. II, p. 272, Hym. 5987

Eur. p. 572, Ic. t. 188 f. 3. — Resupinata, orbicularis, crassiuscula, uda mollis, secedens, saturate carnea, sicca fuscescens, ambitu determinato, sterili, glabro; poris minutis, subiculo tenui impositis, inaequalibus, integerrimis.

Hab. ad ligna vetusta Pini silvestris, in Suecia. — Species hujus gregis nobilissima, *P. Medulla-panis* analoga. Exsiccata ob succositatem in cupulam contrahitur, ambitu libera more *Corticii quercini*. Præcipue admirationem movent pori substratosi in fungo molli et annuo.

54. ***Poria rixosa*** Karst. in Thüm. M. Un. n. 1204, Myc. Fenn. III, 5088
p. 272. *Polyporus croceus* Nyl., nec Fr. — Effusa, ferrugineo-fulvescens, demum crocea, ambitu byssaceo-contexto, ochraceo-pallido, submicans; poris curtis tenuibus, angulosis, dein sæpe lacris, raris, sat minutis, 100-500 μ , diam.

Hab. ad lignum abietinum Vasa. Tammela, Abo Fennicæ. — « An diversa a *Poria crocipora* B. et C.?»

55. ***Poria fimbriatella*** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 91. — Late effusa, 5089
tenuis, tenax, a matrice separabilis, margine albo, fimbriato, subiculo albo in fasciculos rhizomorphaeos abeunte vel membranam subreticulato-fimbriatam formante; poris minutis subrotundis, æqualibus, albis, dein carneolis.

Hab. ad truncos prostratos Aceris, strata ampla in ligno vel cortice formans, Osceola Amer. bor. — *P. Vaillantii* affinis dicitur.

e) Poris rubris.

56. ***Poria fusco-carnea*** Pers. Myc. Eur. 2, p. 97, Fr. Hym. Eur. 5996
p. 581. — Carnosa, fusco-purpurea, margine crasso tomentoso; poris distinctis, subrotundis.

Hab. prope Parisios Gallicæ et Connecticut Amer. fœder. (C. Wright) in ramis dejectis, putridis. — Ad 15 cm. fere expansa, ultra 2½ cm. lata, margine hinc inde inflexo.

57. ***Poria cruentata*** Mont. Guy., n. 362, Syll. Crypt. n. 513. — Re- 5991
supinata, effusa, coriacea, tenuis, adglutinata, obscure sanguinea, ambitu membranaceo, nudo, pallido; poris brevissimis, subrotundis, planis.

Hab. ad ligna Guyana Amer. merid. (LÉPRIEUR) et ad truncos Quercus in Carol. inf. Amer. fœder.

58. ***Poria juglandina*** Schwein. Syn. Car. p. 99, n. 926. — Durissima, 5992
immersa, compressa, difformis, margine sterili involuto, spadiceo-cinerea; poris minutis, obliquis.

- Hab.* in truncis duris Juglandis nigrae et Platani in Carolina Amer. bor. — Fissuris ligni immersa, margine involuto ita ut pileum fere efficiat; pori primo cinerei, demum subspadicei, nitentes. Sec. Fries forte ad *P. spissam* pertinet.
59. **Poria spissa** Schwein. in Fr. Elench. I, p. 111. — Durissima, 5993
immersa, difformis, cinereo-spadicea, margine brevissimo inflexo; poris obliquis minutissimis.
- Hab.* in truncis duris Carolinae, Pensilvaniae (MICHENEA), New England (SPRAGUE). — *Fom. obliquo* affinis, sed huic margo omnino genuinus; pori impalpabiles stratosi, lineolis nigris distincti, unde vere perennis, neque ad speciem ullam cognitam referenda. Descriptio *P. juglandinæ* omnino convenit, est enim fissuris ligni immersa compressa, margine sterili involuta; pori primo obtutu cinerei, demum spadiceo-nitentes.
60. **Poria rufa** (Schrad.) Fr. Epicr. p. 484, Hym. Eur. p. 573, *Bol.* 5994
Schrad. Spic. p. 172, *Pol. hemalodes* Rostk. 4, t. 62. — Effusa, coriacea, tenuis, adnata, levis, glabra, determinata, sanguineo-rufa; poris minimis, tenuibus, acutis.
- Hab.* ad ramos et truncos prostratos in Europa. — Ex Rostkowio sporæ nigrae («?») et junior margine byssino cincta. [Alius fungus e Fomentariorum ordine sub hoc nomine describitur in Rabenh. Crypt. p. 418].
- f) Poris purpureis v. violaceis.
61. **Poria atro-vinosa** Cooke Grev. X, p. 131. — Effusa, indeterminata, 5995
atro-vinosa, margine pulverulento-tomentoso; poris minutissimis, rotundis, longis, integris, æqualibus, 100 μ . diam., hymenio mox fisso.
- Hab.* ad truncos Clarence River Australiæ (WILLCOX).
62. **Poria nigro-purpurea** Schwein. Syn. Carol. n. 925, p. 99. — Co- 5996
riacea, effusa, 45 cm. lata, durissima, margine inflexo, sterili, albescente; poris minutis, flexuosis, atro-purpurascensibus.
- Hab.* in truncis Quercus, in Carol. inf. Amer. fœder. — Formam resupinatam, in Ulmis ad Bethlehem, New York legit Cl. Peck. In plerisque ex eius speciminibus hymenium multo pallidius quam vulgo in hac specie occurrit. Pori membranæ tenui sed tenaci elasticæ a pilei substantia discernibili insidentes. Forsan ad *P. amorpham* referenda.
63. **Poria inconstans** Karst. Symb. Myc. Fenn. XVIII, p. 81. — Ef- 5997
fusa, pertenuis, separabilis, mollis, nuda, siccitate ambitu tenuiter

flocculoso-furfuracea, alba, fracta dilute violascens; poris contiguis, stipatis, rotundis, subintegris, exiguis, siccis pallidis vel flavidis; sporis elongatis, curvatis, 3-4 \approx 0,5-1.

Hab. in ligno putri Populi tremulæ pr. Mustiala Fennicæ. — Subiculum in statu udo submembranaceum, tenuissimum.

g) Poriis griseis v. cinereis.

64. **Poria favillacea** B. et C. North Am. Fungi n. 111. -- Brevis, 5998
sparsa; margine liberato, tomentoso; hymenio cinereo; poris minimis.

Hab. ad truncos New England Amer. bor. (SPRAGUE). --- Pori $\frac{1}{16}$ mm. lati. Parasitans una cum minuto Hydno supra plures indeterminatos Polyporos resupinatos.

65. **Poria Salleana** Berk. Grev. XV, p. 25. — Effusa, membranacea; 5999
margine pallido, lanoso-fibroso, sterili; hymenio fumoso-fuligineo vel cinereo; poris brevibus, rotundo-angulatis, subequalibus, minimis, dissepimentis tenuibus, integris.

Hab. ad ligna combusta, Cordova (SALLÉ).

66. **Poria cinerea** Schw. Amer. bor. p. 159, n. 140. — Longissime 6000
effusa, unicolor, eleganter cinerea, angustata, albo-marginata et effigurata, margine tenui subfimbriato nec tamen byssino; tubis obliquis brevioribus; poris angustis, subflexuosis.

Hab. ad ramos emollitos Liriodendri et Juglandis pr. Bethlehem Amer. bor. — 10-12,5 cm. longa, 12-25 mm. lata.

67. **Poria tephropora** Mont. Cent. V, post n. 86, Syll. Crypt. n. 512 6001
P. surinamensis M., Cent. IV, n. 81, non Miquel. — Resupinata; pileo coriaceo-subereo longitrorsum effuso subcanaliculato; contextu spadiceo; poris vix conspicuis, exacte rotundis, obtusissimis, planis, cinereis.

Hab. ad ligna in Surinamo Guyanae, Amer. merid. (SEITZINGER).

68. **Poria cæsi-alba** Karst. Fragm. myc. IV, p. 1, Ic. Hym. fem. 6002
fig. XXX. — Coriaceo-membranacea, suborbicularis, subinde confluens, secernibilis, alba; margine latiusculo tomentoso candido; poris inæqualibus variis, rotundis, oblongatis, angulatis, nonnunquam laceris, exiguis, curtis, cæsi-albis, siccis expallentibus, minutis, dissepimentis tenuissimis; sporis subellipsoideis, hyalinis, 5-6 \approx 2-3.

Hab. in cortice Abietis excelsæ prope Mustiala Fennicæ.

69. **Poria Victorix** Berk. Grev. X, p. 103. — Fumosa, effusa, tenuis; 6003

poris obliquis, elongato-rotundatis, minutis; dissepimentis tenuissimis.

Hab. ad truncos, Victoria Australiæ.

70. *Poria livida* Cooke Grev. X, p. 131. — Effusa, determinata, crassa 6004
stacea, livido-fuliginea; margine mox sublibero; poris mediis, subrotundis, integris, 30 μ . diam., dissepimentis rigidis.

Hab. ad cortices Clarence River Australiæ (WILLOX).

71. *Poria Caryæ* Schw. Amer. Bor. p. 441. — Junior tuberculoso- 6005
elevata, interrupta, substantia spongioso-tomentosa; margine sterili sæpe tumido, ætate proceca late effusa, magis æquabilis et subindurescens, margine tunc tenuissimo, membranaceo, candido prædita; tubis brevibus, parietibus crassiusculis; poris minoribus, subrotundis subflexuosisque, interdum regulariter effusis, interdum palvinatam in tuberculos elevatis.

Hab. in trunco jacente Caryæ albe Nazareth Amer. bor. — Ad longitudinem 20 cm. et ultra sub trunco effusa.

72. *Poria gallo-grisea* Berk. in Grev. XV, p. 25. — Effusa, tenuis, 6006
indeterminata, griseo-cinerea; margine tenuiore, arcte adnato, pallidiore, subtomentoso; poris majusculis, rotundato-angulatis, dissepimentis acutis, integris.

Hab. ad ligna cariosa, Neilgherries Indiæ.

73. *Poria griseo-alba* Peck 38 Rep. St. Mus. p. 91. — Effusa tenuis, 6007
tenera, adnata, inæqualis, vix marginata, indeterminata, griseo-alba, subiculo tenui pulverulento; poris minutissimis, subrotundis, sæpe obliquis.

Hab. in ligno molli delecto arborum deciduarum Osceola Amer. bor. — Pori subinde in minutos tuberculos congesti, ut in *P. mol-lasca*. In sicco pori carneo-luteolo-tincti.

74. *Poria Lindbladii* Berk. North Amer. Fungi n. 146. — Pileo re- 6008
supinato-rigido; margine tomentoso, albo, demum libero; hymenio griseo-fuscescente; poris angulatis.

Hab. ad truncos in Carolina inf. Amer. bor. — Plura cm. extensa, colore peculiari griseo gaudens; pori 450 μ . lat. Ex Berk. l. c. videtur provenire quoque in Suecia, ubi vero paullo pallidior quam forma americana.

75. *Poria sarawacensis* Berk. in litt. ad Ces., Ces. Myc. Born. p. 7. 6009
— Poris obliquis et fere ex toto hiantibus.

Hab. in ditone Sarawacensi Bornæ Malesiæ (O. BECCARI).

h) Poria fuliginis v. nigrescentibus.

76. **Poria nigra** Berk. in Hook. Journ. 1845, p. 304, Ravenel 6010
Fung. Carol. fasc. I, n. 20. — Elongata, margine libero, fusco-brun-
neo, pubescenti; hymenio aterrimo; poris minutissimis, punctifor-
mibus, intus umbrinis.

Hab. in truncis Ohio, Amer. feder. (LEA). — Var. poris mi-
noribus, $\frac{1}{2}$ mm. diam. In ins. Ceylon ad petiolos Ravenalæ speciosæ.

77. **Poria Fuligo** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 53. — Tota 6011
resupinata, immarginata, livido-nigra, tenuissima; poris minutissi-
mis reticulatis.

Hab. ad ligna emortua Palmaram, Peradenya, Ceylon (THWAITES). — Plura cm. lata, varians livido-nigra, fuliginosa; pori nudo
oculo inconspicui [ita ut species Corticis aspectum offerat]. $\frac{1}{12}$ mm
diam. Manifeste affinis sequenti.

78. **Poria Ravenalæ** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 53. — Tota 6012
resupinata, tenuissima, immarginata, nigra quandoque cærulescens;
poris minutis reticulatis.

Hab. ad petiolos Ravenalæ speciosæ, Ceylon (THWAITES) et
Sarawak, Bornei et Singapore penins. Malacensis (O. BECCARI).

79. **Poria luctuosa** Cesati Myc. Born. p. 7. — Subiculo nunc sulphu- 6013
reo, nunc albido, semper tenuissimo et spumoso, marginante; hyme-
nio luride tabacino e tubulis compactis subtilibus, obliquis compo-
sito; poris minutissimis, concoloribus, rotundis, tenuibus, integris.

Hab. ad Sarawak Bornei Malasiæ (O. BECCARI). — Forma val-
de suspecta; forsæn, si typice exculpta sit, in aliena serie quærenda.

i) Poria fuscis v. cinnamomeis.

80. **Poria emollita** Fr. Hym. Eur. p. 571. — Late et indeterminate 6014
effusa, adnata, levis, glabra, siccitate rimosa: poris *P. levigatae*
(cujus sec. Fries est subspecies).

Hab. ad ligna putrida Quercus in Europa. — *P. contiguae*
habitu proxima, sed minus rigida. Corticiorum more rimosa. For-
sæn status junior.

81. **Poria Blyttii** Fr. Hym. Eur. p. 571. — Effusa, tenuis, adnata, 6015
membranacea, læte cinnamomea, margine subnudo pallidiore; poris
minimis, confertis, regularibus, persistentibus.

Hab. ad ligna indurata Norvegiæ (M. N. BLYTT). — Species
pulchra, *P. nitidæ* (ut videtur) proxima.

82. **Poria Wirtgeni** Fr. Epicr. p. 483, Hym. Eur. p. 570, *P. bomby-* 6016
cinus Wirtg. in Flora 1835, p. 324. — Effusa, byssina, ambitu
floccoso, aureo; poris mediis, curtis, nitidis, fuscis.

Hab. ad ligna putrida in Europa. — Species elegans, tenuis,
colore clare distincta.

83. **Poria floccosa** Fr. Elench. I, p. 114 in observ. sub *P. contiguo*, 6017
Hym. Eur. p. 572, *P. ferreus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 89? — Se-
riato-serpens, indeterminata, tenuis, interrupta, floccosa, fulvo-cin-
namomea; poris mediis, rotundis, integris.

Hab. in ramis exsiccatis Pyri Mali raro, nec non ad ligna emor-
tua in Europa. — Pro forma juvenili *P. contiguo* olim habita,
sed plurimis notis manifeste distincta; pori mycelio immersi. *P.*
contiguus Rostk. 27, t. 8 ad hanc pertinere videtur.

84. **Poria benetosta** Berk. F. Challeng. Exped. pag. 52, n. 273. — 6018
Late effusa, subtus margineque albida; hymenio spadiceo, areola-
to-fisso; poris minutis.

Hab. in truncis in ins. Tahiti. — 7,5-10 cm. lata, initio sub-
orbicularis, margine non byssina; pori 220 μ . circ. diam.

85. **Poria fusco-lutescens** Fuckel Symb. Myc. p. 18, Fung. Rhen. 6019
n. 1371, Fr. Hym. Eur. p. 570. — Effusa, tenuis, lutescens, dein
fusca, margine pallidiore sterili, pubescenti; poris brevibus, rotun-
datis, margine tenuissime pubescentibus.

Hab. in truncis emortuis Alni in Europa. — Cum reliquis al-
nicolis comparanda.

86. **Poria ferrugineo-fusca** Karst. Symb. Myc. Fenn. XVIII, p. 82. 6020
— Effusa, adnata, tomento contexta, fulvo-ferruginea; poris mini-
mis, rotundis, æqualibus, obtusis, fuscis.

Hab. supra corticem Abietis excelsæ in pineto montano juxta
lacum Salois Fennia.

87. **Poria phytoderma** Speg. Fung. Guar. Pug. I, n. 51. — Effusa 6021
latissima, 50-80 cm. diam., matrici laxè adnata, ambitu vix reflexa,
membranaceo-coriacea, subtenuis, 0,2-0,3 mm. crassa, inferne laxè
noduloso-adhærens, levis, glabra, ligneo-fuscescens, ad nodulos sub-
purpurascens, margine subvelutina; poris subminutis, 150-200 μ .
diam., stipatis, breviusculis, 1 mm. longis, e fulvo canis centrali-
bus, subrotundo-polygonis, periphæricis decurrenti-elongatis; mar-
gine rigidulo sæpe lobulato pallidiore limitatis, dissepimentis te-
nuibus, 30-40 μ . crass., acie integerrimis, intus pruinosus.

Hab. ad ramos decorticatos deiectos Guarapi Reip. Para-
guay.

j) *Poris ferrugineis v. spadiceis.*

88. ***Poria unita*** Pers. Myc. Eur. 2, p. 93. Fr. El. p. 116. Hym. Eur. 6022
p. 170. Ic. t. 188. f. 2. — Effusa, levigata, glabra, spadicea, opaca,
ambitu depresso concolore; poris perexiguis, tenuibus, nulla mem-
brana impositis.

Hab. ad ligna abiegna in alpestribus Europæ et Amer. bor. —
Tenuior. nuda, circiter 10 cm. lata, 4-5 mm. crassa.

89. ***Poria sorbicola*** Fr. Hym. Eur. p. 570. — Junior subrotunda, 6023
fusca, albomarginata, dein confluenso longitudinaliter producta, sub-
innata, glabra, levigata, aterrima, sublimitata sed immarginata;
poris minimis, obtusis, integris.

Hab. in ramis dejectis Sorbi Petropoli Rossicæ (WÆINMANN). —
Admodum pulchra et distinctissima.

90. ***Poria Carteri*** Berk. Grev. XV, p. 25. — Ferruginosa, effusa, te- 6024
nuissima, levis; margine vix strigoso; tubulis curtis; poris puncti-
formibus, rotundatis, æqualibus, minutissimis, dissepimentis crassi-
usculis.

Hab. ad truncos, Bombay Indiæ (H. I. CARTER). — Pori mul-
to magis minuti quam in quacumque alia specie ferruginea.

91. ***Poria punctata*** Fr. Hym. Eur. p. 572. — Irregulariter seriatimve 6025
effusa, dura, tenuis, glabra, cortici innata, cana, intus ferruginea,
poris minimis sub lente nigro-punctata.

Hab. ad corticem Abietis prope Christianiam Norvegiæ (BLYTT).
— Species singularis, habitus *Diatrypis* cujusdam. Colore cano ab
hac sectione recedit, sed intus ferruginea, forsitan expallens.

92. ***Poria collabens*** Fr. Hym. Eur. p. 572. — Latissime et indeter- 6026
minate effusa, tenuis, adnata, mucido-mollis, helvola; poris ma-
trici immediate impositis, minimis, siccitate collabentibus; sporis
10 μ . long.

Hab. ad ligna mucida Pini in Europa. — Pori lente observandi.

93. ***Poria geogena*** Berk. et Curt. Grev. XV, p. 25. — Effusa, tenuis, 6027
mollis, irregularis, pallida, demum umbrina, immarginata; poris
minutissimis, vix visibilibus, rotundatis, dissepimentis tenuibus.

Hab. in solo nudo, Venezuela Amer. merid. — Pori sub len-
te vix conspiciuntur.

94. ***Poria umbrina*** Fr. Hym. Eur. p. 571, *P. ferruginosus* Rostk. 6028
27, t. 6. — Resupinata, determinata, undulato-tuberculosa, rufo-
umbrina, margine glabro, pallidiore limitata; poris minutis, subro-
tundis, inequalibus, concoloribus.

Hab. ad truncos Sorbi Aræ in Europa et Amer. bor. — Ad 8 cm. usque longa, ad 5 cm. lata. A *P. ferruginosa* et sequentibus clare diversa.

95. **Poria rufitincta** B. et C. in Grev. XV, p. 25. — *P. ferruginosa* 6029
(Cfr. n. 188) peraffinis dicitur, a qua differt poris minutis regularibus rotundis.

Hab. ad truncos, Cubæ Amer. centr.

- E. VAPORARIE Cooke l. c. — Late expansa, subcarnosa, poris inæqualibus angulatis vel majusculis.

a) Poris persistenter albis.

96. **Poria Radula** (Pers.) Fr. Syst. Myc. l. c., Hym. Eur. pag. 578, 6030
Weinm. Ross. p. 338, Kickx p. 235, Pers. Obs. 2, p. 14. — Effusa, alba, e mycelio nudo tomentoso constipata, mollis, subtus villosa; poris mediis, angulatis, dentatis, junioribus pubescentibus.

Hab. ad ligna et ramos exsiccatos in Europa et ad truncos pineos, Aiken Carol. infer. Amer. bor. — Indeterminata, 8-11 cm. longa, 3 cm. et ultra lata. Vegetatio *P. sanguinolentæ*, sed siccior, laxior, matrice separabilis.

97. **Poria candidissima** Schw. Amer. bor. n. 468, p. 159. — Effusa, 6031
membrana tenuissima, lomycina sed tamen detrahenda; poris maximis, demum obliquis, cum membrana candidissimis.

Hab. ad ligna putrida Bethlehem Amer. bor., rarius.

98. **Poria papyracea** Schw. Amer. bor. pag. 159, Syn. Carol. p. 99, 6032
n. 931. — Membranacea, tenuissima, sicca, adnata, candida; poris maximis, obliquis, pallidis.

Hab. in truncis præsertim Vitis in Carolina et Pennsylvania Amer. bor. — Habitus fere *Rhacodii papyracei*, margine sterilis et in longitudinem expansa.

99. **Poria Xylostromatis** Fuck. Symb. myc. Nachtr. II, p. 86. — 6033
Resupinata, effusa, orbicularis irregularisque, ad 32 cm. longa, 5-8 cm. lata, 2-4 mm. crass., subundulata, coriaceo-carnosa, candida sed sæpe margine e mycelio fusco tincta, ambitu repanda, submarginata, margine sterili incrassato distincte determinata, mycelio tenaci, superficie tenui, fusco, nitido, ruguloso, subtus candido-byssino bysso coriaceo-molli, in lignum putridum profunde penetranti insidens; poris junioribus subtilissime, brevissime, sed dense tomentosus, demum subglabris, plerisque obliquis, longissimis, hexagonis, margine integro, media magnitudine.

Hab. ad truncos putridissimos Quercus et Betulæ in silvis Germaniæ.

100. **Poria bullosa** Weinm. Ross. p. 336, Fr. Hym. Eur. p. 479. — 6034
Effusa, inæqualiter inflata, interrupta, tenuis, fragilis, glabra, alba; poris majusculis, rotundis, inæqualibus, obtusis.

Hab. ad ligna pinæ in Europa. — Species adhuc dubia, ut *P. Radula* superficialis et secedens, sed rigens, cum alia hujus sectionis saltem non jungenda.

101. **Poria vaporaria** Fr. Syst. Myc. 1, p. 382, El. p. 121, ubi syn. 6035
et varr. Hym. Eur. p. 579, Weinm. p. 337, Berk. Outl. p. 252, *P. incertus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 106, Alb. et Schw. p. 256. — Effusa, innata, mycelio in ligno irrepente, floccoso, albo; poris magnis, angulatis, albo-pallescentibus, in stratum contiguum, firmum, persistens constipatis.

Hab. in Europa in pineto-montanis ad ligna cariota Pini, Quercus, Populi, ad ligna putrescentia Ceylon (THWAITES), ad ligna corrupta foliaque dejecta in Amer. bor. et arctica, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT), in trunco dejecto putrescenti Salicis Humboldtiana in uliginosis nemorosis prope Palermo, Argentiæ Amer. merid. (SPEGAZZINI), in insula Juan Fernandez, ad Swan River, Maungaroa Novæ Zelandiæ, Melbourne Australiæ, in ligno emortuo Grace mere (O'SHANESY), Tasmania et Malacca (SCORTECHINI). — Vulgatissima generis et *Poria* typus. Loco magis quam certis notis differunt *P. papyraceus* Schwein., *P. macer* Sommerf. Lapp. p. 279, Pat. Tab. 144, (forma in Populo in S. M. memorata), *P. versiporus* Pers. Myc. Eur. 2, n. 105. Cfr. ceterum El. 1. c.

102. **Poria excurrens** B. et C. Jouru. Linn. Soc. X, p. 318. — Tota 6036
resupinata, immarginata, lignicolor; poris mediis subangulatis demum sinuosis; dissepimentis crassiusculis, obtusis, acie subtiliter tomentosis.

Hab. ad basim truncorum vetustorum, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pori $\frac{1}{2}$ mm. diam.

103. **Poria Salviæ** B. et C. North Am. Fungi n. 148. — Effusa, mol- 6037
lis, alba, tere tota e poris minimis flexuosis constituta; dissepimentis tenuibus.

Hab. supra Salvias, ramos contegens, in Carol. inf. Amer. fœder. et ad ligna corrupta, Goat Island, New York (CLINTON). — Pori $\frac{1}{4}$ mm. diam. Affinis *P. capocava*.

104. **Poria hibernica** Berk. et Br. n. 1291, Fr. Hym. Eur. p. 579. — 6038
Ex orbiculari confluens, late effusa, adnata alba, margine tenui,

angusto, tomentoso; poris parvis, angulatis; dissepimentis rigidiusculis, subintegris.

Hab. in ramis decorticatis Pini in Britannia, Hibernia et Germania. — Ex auctoribus *P. Radula* affinis.

105. **Poria gordoniensis** Berk. et Br. n. 1023, Fr. Hym. Eur. p. 579. 6039

— Effusa, membranacea, tenuissima, secernibilis, persistenter candida, margine breviter fimbriato; poris minutis, inæqualibus, angulatis; dissepimentis tenuissimis, fimbriato-dentatis.

Hab. in palis pineis in Britannia et ad Buffalo New York Amer. bor. (CLIXTON). — Species admodum delicata. *P. mollusca* (ut apparet) affinis. Hæc et *P. hibernica* a reliquis hujus sectionis poris minutis recedunt.

106. **Poria Vaillantii** Fr. Syst. Myc. I, p. 383, e. syn., El. p. 122, 6040

Hym. Eur. p. 579, Berk. Outl. p. 252, Sowerb. t. 326. — Alba, tenuis, mycelio libero in costas rhizomorphaeas membrana subunitas cœunte; poris hinc inde conglomeratis, curtis, majusculis, tenuibus, inæqualibus.

Hab. ad ligna putrida et terram in Europa, Carol. sup. Amer. bor. et ad Peradenya, Ceylon (TUWAITES) et Guyana. — Sub innumeris plus minus imperfectis evolutionis gradibus occurrit: Pers. Myc. Eur. 2, n. 164, 166 Var. mycelio simpliciter membranaceo, ad cortices abiectos.

107. **Poria clathrata** B. et C. North Am. Fungi n. 145. — Nivea, 6041

effusa, late cribrosa: parietibus cribrorum laccato-levibus; poris pauciformibus, dissepimentis crassis obtusis.

Hab. ad truncos in Louisiana, Amer. fœder. (DR. HALE). — Pori $\frac{1}{5}$ mm. lati.

108. **Poria pinguedinea** Gaill. in Herb. Desm., in Herb. Berk., ex Des- 6042

mazières n. 2888, *Polyporus heteroporus* Pers. in litt., Cooke in Grev. XV. p. 25.

Hab. ad truncos in Gallia (?). — Nulla, teste Cooke, hujus speciei inventa descriptio. Pori lati, valde irregulares, sæpe obliqui, atque totus fungus albidus.

109. **Poria Tulipiferæ** Schw. Syn. Carol. n. 935, *Ipex Tulipiferæ* 6043

Fr. Epicr. p. 523. — Latissime effusa, firma, albo-pallescens, margine involuto, tenui; poris maximis, acutis, irregularibus, primo dentato-asperis, dein in dentes inæquales porrectis.

Hab. ad truncos Liriodendri in Amer. bor. — Maxima, 6-7 rætr. long. integras arbores obducens. Habet formam sterilem a *Poria corticola* haud separandam, sed reliquæ *P. corticola* fer-

mæ hujus hymenium acquirere certe nequeunt, hinc sorsim notanda species.

110. **Poria lenis** Karst. Symb. Myc. Fenn. XVIII, p. 82, Fung. Eur. 6044
exs. n. 3527. — Effusa, molluscule, adhærens, subiculo tenui e mycelio lignum intrante enato, ambitu indeterminato subhyssino, alba; poris minutis inæqualibus, rotundis, oblongatis vel angulatis, integris, 1-3 mm. longis; sporis sphaeroideis, 1 μ . circ. diam

Hab. in ligno vetusto carioso in pinetis montanis circa lacum Salois Fennicæ.

b) Poriis albido-lutescentibus v. decolorantibus.

111. **Poria sanguinolenta** A. S. Lusat. p. 257, Fr. S. M. I, p. 383, 6045
Pat. tab. 454, Hym. Eur. 578, Berk. et Br. n. 1290, Kickx p. 235, *Sistotrema* Secr. 2, p. 505. — Nodulosa, mox confluens, effusa, mollis, albida sed tactu cruentata, ambitu byssino evanescente; poris minoribus, subrotundis, inæqualibus, demum laceris.

Hab. ad ligna carie consumpta uda terramque humidam in Europa, Carol. inf. Savannah et Croghan, New York, Amer. bor. — Mycelium emersum format nodulos primo byssinos, dein glabratos, in quibus pori nidulantur, sed in pileum non abit; pori valde versiformes.

112. **Poria flavipora** B. et Curt. Grev. XV, p. 25. — Effusa, indeter- 6046
minata, tenuis, alutaceo v. ochraceo-flavida; margine radiante, tenuiore, albido; poris inæqualibus, minimis, angulatis confluentibusque; dissepimentis tenuibus, acutis.

Hab. ad cortices, ligna etc. Venezuelae Amer. merid. — Apparentiam præbet formæ tenuissimæ *P. vaporaria*.

113. **Poria dentipora** Pers. Myc. Eur. II, pag. 104. — Late effusa, 6047
crassa, glabra, subnitida, albido-pallens; margine subfimbriato; poris densis, inæqualibus, uno margine prominentibus dentatis.

Hab. ad truncos in Helvetia (SCHLEICHER). — 2 mm. circ. crassa, superficie hinc inde colliculosa et excavata, lutescens.

114. **Poria hians** Karst. Fung. Fenn. exsicc., Fr. Hym. Eur. p. 574. 6048
— Late effusa, crassiuscula, adnata, mollissima, lutescens, ambitu byssino; poris subrotundis v. angulatis, variis, laceris, majusculis udis, intus cæsiis.

Hab. ad truncum cariosum et carbonisatum Pini in Fennia. — *P. novida*, monente auctore, utique affinis, quam vero, raro obviam, nunquam vidit Fries flavescens.

115. **Poria chrysoloma** Fr. in Vet. Ak. Forhandl. 1861. Monogr. II, 6049

p. 271, Hym. Eur. p. 574, Ic. t. 189, f. 3. — Resupinata, suborbicularis, tenuis, arete adnata, lutea; margine limitato, villosa, aureo; poris curtis, mycelio tenui impositis, majusculis, primo rotundis, dein elongato-lirelliformibus.

Hab. in cortice sicco Abietis in Suecia. — Species valde insignis, primitus sistens lirellas luteas, varie flexas furcatasque, quae mox abeunt in plagas orbiculares vel confluyendo difformes.

116. **Poria bombycina** Fr. Elench. 1, p. 117, Hym. Eur. p. 575, 6050
Berk. Outl. p. 250, *Boletus terrestris* Sowerb. t. 387, f. 5, *Pol. rhacodioides* Pers. Myc. Eur. 2, p. 113? — Effusa, bombycinomembranacea, laxe adherens, sordide lutescens, ambitu araneoso-velutina; poris amplis, angulatis; sporis 6-7 μ . long.

Hab. ad ligna putrida ex gr. pinea in Europa et Amer. bor. — Species valde distincta et singularis. Pori primordiales foveolas tantum sistunt in mycelio depressas, dein explicati, toti vero tomento contexti, subrotundi, demum firmiores, angulati et passim flexuosi.

117. **Poria radiculosa** Peck 10 Report Stat. Mus. 1886, p. 55. -- 6051
Resupinata, effusa, tenuis, mollis, aurantiaco-flava mycelio sericeo-tomentoso, primo albo dein flavo; poris latiusculis, angulatis, dissepimentis valde elevatis, tenuibus, fragilibus; sporis ellipticis, 5-6 \times 3-4.

Hab. ad Populum tremuloidem Gausewoort Amer. bor. — *P. Vaillantii* mycelio in funiculos rhizomorphoides disposito videtur affinis at colore et textura diversa. *P. bombycina*, cujus forte varietas, proxima.

118. **Poria hymenocytis** B. et Br. Ann. N. H. n. 1810 bis. — Sub- 6052
tus nivea margineque arachnoideo; poris latis, dissepimentis rugosis, collabentibus, demum pallidis.

Hab. ad ligna emortua, Glamis Britanniae.

119. **Poria auricoma** Lév. in Herb. Berk. 2838, et in Grev. XV, p. 26. 6053

Hab. ad cortices in insulis Marquesas, Polynesiae. — Teste Cooke nulla hujus speciei adest descriptio. Valde similis *P. aneirina*; sed specimen nimis parvum atque imperfectum ad diagnosis perficiendam.

120. **Poria aneirina** Sommerf. Lapp. p. 276, Fr. Elench. p. 122, ubi 6054
plenior descriptio, Hym. Eur. p. 575, Berk. Outl. p. 252, Kickx p. 235. — Effusa, tenuis, subinnata, ambitu byssina, alba; poris amplis, cellulæformibus, ceraceis, angulatis, glabris, fulvescentibus.

Hab. ad truncos putridos Populi tremulae in Europa, ad ligna

emortua, Ceylon (TILDAITES), ad truncos prostratos in Carol. inf. Amer. bor. — Vegetatio primitus omnino byssina; pororum formatio ut in *P. aombycina* sed demum ceracei et sæpe exacte hexagoni.

121. *Poria ramentacea* B. et Br. Ann. N. H. n. 1809. — Suborbicularis, subiculo albo, tomentoso; margine obsoleto; poris melleis, latis, subhexagonis; dissepimentis tenuibus, subrigidis, acutis.

Hab. ad ramulos emortuos, Glamis Britanniae. — Pori $\frac{3}{4}$ mm. lati.

122. *Poria dryina* B. et Cooke Rav. Fung. Amer. n. III, et Grev. VI, p. 130. — Effusa, innata, albida, demum ochracea; mycelio floccoso, albo; poris quandoque subrotundis quandoque angulatis et inequalibus, in stratum persistens constipatis; dissepimentis tenuibus.

Hab. ad ramos Quercus, Aiken, Carol. inf. Amer. feder. — Admodum similis *P. caporaria*, sed pori minores atque magis regulares.

123. *Poria membranincta* Berk. Grev. XV, p. 26. — Effusa, tenuis, ochraceo-pallida, strato membranaceo pallidiorie enata; margine lato, sterili; poris plerumque obliquis, mediis, subaequalibus, angulatis; dissepimentis tenuibus.

Hab. ad ligna emortua, Tasmania, et Australia. — Pori sæpe fasciculati, membrane portiones nudas relinquentes.

124. *Poria metamorphosa* Fuckel Symbol. II, Nachtr. pag. 87. — Fungillus conidiophorus initio caespitulos nudo oculo vix conspicuos laxè lanosos, albos formans; hyphis ramosis, septatis, mox apice et totis aureo-coloratis, ultimis subultimis que ad nodulos laterales conidiophoris; conidiis solitariis, ovatis obovatisque, breviter sed distincte pedicellatis, levibus, 1-2 guttulatis, aureis, 8-10 \approx 6 mox deciduis et ut pulvere aureo caespitulos dense tegetibus; hyphis, cum conidiophoris totis conformibus, demum decoloratis, ad pannos tenues, molles, separabiles excrecentibus et sensim poros, primo reticulatos, demum distincte tubulosos formantibus; fungus hymenophorus constat tantum e poris resupinatis, late effusis, ambitu plus minusve sterili, albo, villosa; poris pro ratione amplis, 2-6 mm. long., plerumque obliquis, primo candidis, demum glabris, ceraceis, sordidis, diaphanis, valde irregulariter angulatis, ore laciniato-inciso longeque acute dentato; basidiosporis copiosis, cylindraceis, rectis parumve curvatis, utrinque obtusissimis, continuis, hyalinis, 8-10 \approx 3.

Hab. ad radices *Quercus emortuae* Mittelheimer Vorderwald Germaniae.

125. *Poria barbæformis* B. et C. North Amer. fungi n. 144. — Tota 6059
resupinata, margine tenui, albo; hymenio fulvo; poris parvis, elongatis, dissepimentis tenuibus.

Hab. in Vite vinifera, Alabama, Amer. bor. (PETERS). — Pori $\frac{1}{2}$ mm. lati, sed magnitudine varii.

126. *Poria varicolor* Karst. Symb. VIII, pag. 10. — Effusa, arcte 6070
adnata, arida, firmula, ambitu tenuis et similis, albida, dein flavescens, margine primo albo, dein fulvo vel alutaceo-sulphureo; poris mycelio tenui, albido impositis, stipatis, minimis, angulatis vel subrotundis, subinde elongatis vel stratosis, intus subalutaceis; sporis sphaeroideis, 3-6 μ . diam.

Hab. ad truncos prostratos Alni, Mustiala Fenniae. — Usque ad 30 cm. longa, 12 cm. lata; pori 1-7 mm. profundi.

127. *Poria viridans* Berk. et Br. n. 347, Fr. Hym. Eur. p. 576. — 6061
Effusa, crustaceo-adnata, tenuis, primo alba, dein sicca pallide viridis, margine pulverulento-tomentoso; poris minutis, angulatis; dissepimentis tenuibus.

Hab. in ligno putrido in Europa. — Habitus *P. vulgaris*.

128. *Poria aprica* Berk. Fl. Tasm. pag. 254. — Resupinata, effusa, 6062
laxe adhaerens, xylostomatica, cervino-pallida; poris mediis sparsis, 360 μ . diam.; dissepimentis tenuibus.

Hab. in lignis emortuis in Tasmania (HOOKER).

129. *Poria late-marginata* Dur. et M., Fl. Alg. ined. et in Mont. Syll. 6063
n. 316. — Resupinata, effusa; pileo orbiculari, confluenti-extenso, alutaceo; margine latissimo, glabro, aporo, extremo ambitu byssino; poris marginalibus brevissimis, mediis longioribus inaequalibus angulatis, fulvescentibus; dissepimentis tenuibus, acutis, tandem lacero-evanescentibus.

Hab. ad truncos *Salicis pedicellatae* in silvis La Calle Algeriae (DURIER). — Fungus membranaceus, tenuissimus, longe lateque effusus totusque cortici adnatus. Pori vix 1 mm. long., 2-4 cm. lat.

130. *Poria leucolomea* Lév. Champ. Mus. p. 140. — Tenuis, resupi- 6064
nata, undique adnata; margine albo-tomentoso, sterili; poris mediis, superficialibus, angulatis, subaequaliter lacerato-dentatis, ochraceo-fulvis.

Hab. ad cortice *Quercus* ? New York Amer. bor. (ME-
NAUD). — Fungus membranaceus.

131. *Poria Rennyi* Dur. et M. Ann. M. H. n. 1433. — Tenuis, primum 6065

subspinosa, demum pulverulenta, alba, exsiccatione in citrinum vergens; poris molice productis, albis, elongatis.

Hab. ad ligna et terram Hereford (J. Renny), Glamis in Britannia, (Rev. J. STEVENS).

132. **Poria xantha** Fr. Obs. I, p. 128, Syst. Myc. I, p. 379, Hym. 6066
Eur. p. 574, Weim. Ross. p. 335, Pers. Myc. Eur. t. 6, f. 3 (ex-
pallens). — Ligno immersa, elongato-effusa, immarginata, tota po-
ris elongatis, matrici adnatis, constans, lutea; poris minutis, sub-
rotundis, saepe obliquis; sporis 4-6 μ . longis.

Hab. ad asses piceas putrescentes in Europa et Carol. inf. Amer. bor., ad quercina in Alabama (Peters). — Quoad pororum formam convenit cum *Fom. obliqua*, Mycelium inconspicuum.

133. **Poria aurantio-pallens** B. et C. Grey. I, p. 53 — Suborbicu- 6067
laris, margine elevato obtuso cincta; poris parvis.

Hab. ad Pinos in Carol. inf. Amer. bor. — Circ. 2,5 cm. lata; pori 500 μ . diam. *P. bombycinus* affinis dicitur.

c) Poria subaureis.

134. **Poria merulina** Berk. Fl. Tasm. p. 254. — Resupinata, effusa, 6068
aurantiaca, subiculo tenui membranaceo tomentoso; poris mediis,
360 μ . diata, dissepimentis membranaceis.

Hab. in ligno putri in Tasmania (ARCHEL). — *P. aneirivus* subaffinis.

135. **Poria mellea** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV p. 53. — Tota 6069
resupinata, lutea, margine tenui subbyssosideo; poris amplis angu-
latis; dissepimentis rigidis.

Hab. ad ligna emortua in regione centrali ins. Ceylon (THWAITES), Malacca (SCORTECHINI). — Plura cm. lata; pori 1 mm. diam., saepe latiores.

136. **Poria chrysea** Lév. Ann. Sc. nat. 1846, p. 391. — Resupinato- 6070
applanata, coriacea, versus marginem libera, badia, margine con-
textuque aureis; poris fulvis, angulatis, dissepimentis obtusis.

Hab. ad truncos in Nova Granata (Goudot). — 2 mm. crassa.

d) Poria carnis v. rubris.

137. **Poria incarnata** (A. et S.) Fr. Syst. Myc. I, p. 378, Elench. I, 6071
p. 119, Hym. Eur. p. 573, Ic. t. 189, f. 1, Pat. t. 558, Weim.
p. 335, Berk. Outl. p. 250, *Boletus* Alb. et Schwein. p. 250, *P.*
niskiensis Pers. Myc. Eur. 2, p. 93, *P. crocutus* l. c. t. 16, f. 4

(status abnormis). — Effusa, suberoso-coriacea, persistens, firma, glabra, incarnata; poris elongatis, inæqualibus, vulgo obliquis.

Hab. ad truncos vetustos pineos in Europa, Pini silvestris pr. Minussinsk Sibiriae Asiaticae Carol. inf., ad ligna cariota Buffalo, New York (CLIXTON) in Amer. foeder. — Usque ad 20 cm. longa. Margo superior passim reflexus; pori, ut in reliquis, e situ obliqui. E Pers. Myc. Eur. *P. incarnatus* Syn. pag. 546 est lusus speciei albæ casu rubro-tinctæ.

138. **Poria micans** (Ehrenb.) Fr. Syst. Myc. I. p. 383. Hym. Eur. 6072 p. 573, Sommerf. Lapp. p. 278, Berk. et Br. n. 1289, *Boletus* Ehrenb. Silv. Berol. p. 30. — Effusa, tenuis, adnata, mollis, incarnato-albida, ambitu byssino albo; poris tenuissimis, favosis, angulatis, subcrenatis.

Hab. ad ligna putrida arborum frondosarum ex. gr. Quercuum in Europa et Amer. bor. — Suborbicularis, confluens, fugax. Pororum fabrica ad *P. bombycinam* accedit.

139. **Poria poriginosa** Berk. Grev. XV, p. 26. — Irregulariter effu- 6073 sa, immarginata, tenuis, pallido-rosea; poris valde irregularibus, inæqualibus, lacunosus, lacunis angulatis vel rotundatis, demum confluentibus, dissepimentis tenuissimis.

Hab. ad terram?, Bombay Indiae. — Exsiccatione dissepimenta tenuia secedunt atque lacunas latas, rotundas, nudas in hymenio relinquunt.

140. **Poria pyrrophora** Dur. et M. Fl. Alg., ined. et in Syll. Crypt. 6074 n. 515. — Resupinata, effusa; pileo adnato, ambitu breviter tomentoso incarnato; poris inæqualibus, intus nudis, carneo-rufis acie obtusa tomentoso-pulverulentis.

Hab. ad lignum prope Oran Algeriae (DURIET). — 7 cm. long., 1 cm. lat., 1 mm. cr. *P. vaporariae* affinis, sed distincta.

141. **Poria salmonicolor** B. et C., Hook. Kew. Misc. I, p. 104, et 6075 Grev. I, p. 53. — Tota resupinata, e mycelio tenui albo oriunda; poris primum subcarneis, demum elongatis, nigrescentibus.

Hab. ad ligna combusta prope fluvium Santee Amer. foeder. (RAVENEL). — Pluripollicaris, versus marginem tenuis, saturate salmonicolor; pori $\frac{1}{2}$ mm. lat.; juvenis tenerrima.

142. **Poria oxydata** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, pag. 317. — Late 6076 effusa, immarginata; hymenio rufo; poris brevibus minutis, dissepimentis crassis, obtusis, angulatis, sæpe collabentibus.

Hab. ad basim truncorum vetustorum in Carol. inf. Amer. foeder. et Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pori $\frac{1}{4}$ mm. diam.

e) Poris purpureis v. violaceis.

143. **Poria violacea** Fr. Obs. 2, p. 263, Elench. I, p. 118, Hym. 6077
Eur. p. 572, Berk. et Br. n. 1021, *Boletus nitidus* violascens Alb.
et Schwein p. 258, *P. purpureus* Rostk. 27, t. 3. — Effusa, de-
terminata, tenuis, bravis, levis, glabra, arcute adnata, subiculo distin-
cto carens, violacea; poris brevibus, cellulosis venosisve, integeri-
mis; sporis 7 μ . long.

Hab. ad ligna putrida pinea in Europa et ad truncos prostra-
tos Abietis nigra, Croghan, New York Amer bor. (РѢСК). — Po-
ris curtis, cellulosis ad Merulios accedit.

144. **Poria purpurea** Fr. Syst. Myc. I, p. 379, Elench. I, p. 118, Hym. 6078
Eur. p. 572, Berk. Ourl. p. 250, *Boletus lilacinus* Schwein. Carolin.
n. 912, Haller Helv. n. 2294. — Latissime et vage effusa, mycelio
mucedineo, flocculoso, albo ligni cariosi superficiem perreptante;
poris curtis, minutis, inaequalibus, interrupte sparsis conglomera-
tisve, purpureo-lilacinis.

Hab. ad truncos mucidos Fagi, Salicis in Europâ et Carol. me-
die Amer. bor. — Valde elegans 10-30 cm. longus et latus.

145. **Poria Ceciliæ** Roum. in Rev. Myc. 1888, p. 87, sub Polyp. — 6079
Elongata, effusa, circiter 1 cm. crassa, stratosa, ochraceo-pallida,
hymenio centrali rubescente; poris basi rubro-sanguineis, curtis,
rotundis, dein elongato-inequalibus vel angulosis hinc inde inter-
ruptis.

Hab. in parte interiore ligni Abietini terra infossi (pro aque-
ductui) Toulouse Gallie (CECILIA ROUMÈGUÈRE). — *Poria purpurea*
affinis dicitur sed robustior et poris diversis odoreque aniseo (in
vivo). «An potius *Fomes resupinatus*?».

f) Poris cinerescentibus v. nigrescentibus.

146. **Poria Nordmanni** Lèveill. in Demid. voy., Fr. Hym. Eur. p. 581. 6080
— Membranacea, resupinata, orbicularis, marginata, subtus strigosa,
nigricans; hymenio subzonato, flavo-cinerescente; poris curtis, an-
gulosis, obtusis.

Hab. in truncis Fagi in silvis ad Korbet in Tauride. — Pori
minimi. *Fom. annosi* formam refert.

147. **Poria carbonacea** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 317. — La- 6081
tissime effusa, crassa, carbonacea, contextu tenui umbrino; poris
mediis elongatis, dissepimentis rigidis dentatis.

Hab. ad caudices Cutæ (C. Wright). — Pluripollicaris; hymenio concentricè caudiculato; pori $\frac{5}{7}$ mm. diam. Eximia species.

g) Pori olivaceis.

148. **Poria chrysobapha** B. et C. North Am. Fungi n. 143. — Tota 6082
resupinata, unmarginata, aureo-olivacea; poris elongatis obliquis;
sporis ferrugineis.

Hab. in Alabama Amer. foder. (PETERS). — Pori $\frac{5}{7}$ mm. lati.

149 **Poria cerea** Berk Hook. Journ. 1854, p. 163. — Resupinata, 6083
tenuis, e mycelio spongioso ferrugineo oriunda; contextu parco, flavo;
poris minutis, cereis, acie tenui, denticulata.

Hab. in ligno emortuo East Nepal Indiæ (Dr. Hooker). — 7,5-
10 cm. in superficie ligni effusa, substratosa; pori vix 280 μ . lati.
Occurrit etiam forma stalactitica, in qua tubulorum acies magis
regularis est. *P. scruposam* imitatur.

h) Pori fuscis v. cinnamomeis.

150. **Poria suberis** Dur. et M. Syll. Crypt. n. 514. — Resupinata, 6084
effusa, confluens, plana aut pulvinata; pileo adnato, ambitu tan-
dem sublibero, $2\frac{1}{2}$ -5 cm. lat., 12 mm. cr., porisque mediocribus
e cinnamomeo spadiceis, rotundis, angulatis, elongato-sinulosis, ore
acutis, glauco-pruinosis, pubescentibus.

Hab. in cortice et ad lignum Quercus Suberis emortuæ vel se-
micombustæ, La Calle Algeriæ (DURIEU). — *Polyst. proteo* et *Por.*
ferruginose affinis; a priori semper dimidiato facile distincta, a
posteriori poris intus glaucis revera differt.

151. **Poria superficialis** Schwein. Syn. Carol. p. 99, n. 924. — Te- 6085
nuis, sicca ferruginea-cinereascens; poris superficialibus, laxiuscu-
lis prominulis, sublaceratis, subconfluentibus.

Hab. in Pruno silvatica emortua in Carolina. — Longe late-
que repens; tubuli subnulli. Sec. Fr. in Elench. fung. esset forma
minus evoluta *P. viticola*.

152. **Poria disciformis** Lév. Champ. exot. p. 193. — Resupinata, sub- 6086
membranacea, orbicularis, tomentosa, zonata, fusca, centro affixa,
ambitu libera acuta; poris mediis, angulatis, fusciscentibus, acu-
tis; contextu ferrugineo.

Hab. ad truncos in ins. Mauritii. — 7 cm. lat., vix 3 mm. cr.

i) Pori ferrugineis v. spadiceis.

153. **Poria portoricensis** Fr. Epier. pag. 483. — Effusa, coriaceo- 6087

membranacea, cecidens, tenax, umbrina; poris flexuosis, variis, obtusis, pubescentibus.

Hab. ad ligna Porto Ricco Amer. centr. — Species certe distincta, ut videtur valde lata, cujus fragmentum centrale 5-8 cm. latum tantum observatum, quare de ambitu nil proferri potest. Membrana callosa, flexilis, fuligineo-umbrina, subtus obscurior, adpresse villosa; pori $2\frac{1}{2}$ mm. longi, valde varii, flexuosi, semper obtusi, dissepimentis villosis, intus micore argenteo albicantes.

154. **Poria fatavensis** Reichardt Fungi Hep. et Musei pag. 141. — 6088

Regulariter effusa, extus et in contextu ferruginea, tenuis, stuposo-membranacea, margine nuda, liberata, obtusa, sterilis; poris minimis, umbrinis, angulatis, obtusis, glabris, intus gilvis; sporis minutis, 3-4 μ . lat., globosis, levibus, fuscis.

Hab. ad truncos putrescentes prope Fantana ins. Tahiti. — 7 cm. long., 2.5 cm. lat., vix 2 mm. crass. Pori 2 mm long. *P. portoricensis* et *P. appositor* affinis dicitur.

155. **Poria subspadicea** Fr. Syst. Myc. 1, p. 378, El. p. 116, Hym. 6089

Eur. p. 570. Weinm. Ross, p. 334. *P. murinus* Rostk. 4, t. 57. — Effusa, levigata, tenuis, ambitu byssino, albo; poris curtis, minutis, inequalibus, primo rore denso albicantibus, dein fuscis; sporis 4-5 μ . long. (8-9 μ . long. sec. Quéf.)

Hab. ad ligna cariosa Fagi Populi et in cortice dejecto Betule in Europa, Amer. bor. et Brasilia. — 8-12 cm. longa et lata. Primo mollis, albida, dein indurata, fusca.

156. **Poria argillacea** Cooke Grevillea VII, p. 1. — Tota resupinata, 6090

e mycelio tenui albo oriunda, margine albo, hymenio argillaceo; poris angulatis, inequalibus, elongatis, laceris; sporis globosis 8 μ . diam.

Hab. in truncis Quercus et Pinus, Sierra Nevada Californiae (HARKNESS).

157. **Poria decolorans** Schwein. Amer. bor. n. 167, p. 159. — Mi- 6091

nuta, 6-8 mm. diam., sed longe lateque confluens, non effusa sed quasi totaliter affixa, margine inflexo, libero, membranaceo, primo molliuscula, alba, decolorans, dein sordide brunnea; poris magnis, subflexuosis.

Hab. in cortice dejecto Bethlehem Amer. bor. — Tenerrima e forma orbiculari in flexuosam confluens.

C. RIDDLE Cooke l. c. — Effusa, coriacea, sicca, tenax; poris majusculis rotundatis subhexagonis v. angulatis, subaequalibus, dissepimentis curtis rigidis.

a) Poris albis.

158. **Poria leucoplaca** Berk. Fl. New Zeal. p. 180. — Candida, rigidiuscula, tenuis, limitata; poris parvis punctiformibus, 250 μ , dissepimentis crassis, acie obtusissima, pulverulenta. 6092

Hab. in ramis emortuis in Nova Zelandia (COLENSO), Malacca (SCORTECHINI). — *P. Medullæ-panis* et *P. xanthostromati* affinis.

159. **Poria corticola** Fr. Syst. Myc. 1, p. 385, Hym. Eur. p. 580, 6093
El. p. 123, Kickx. p. 235, *P. pertusus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 103. — Latissime effusa, æquabilis, firma, alba v. pallescens, mycelio in stratum nudum xylostromeum contexto: poris nudis, superficialibus, vulgo obsoletis, punctiformibus.

Hab. ad cortices putridos Populi, Quercus lanuginosa, Salicis, Fagi in Europa, ad truncos emortuos Liriodendri in Carol. Amer. bor. et ad truncos emortuos, Rio Purus Brasiliæ (TRAILL) et in Australia. — Ob habitum prorsus consimilem hoc nomine complectuntur plures diversæ formæ: a) *populina*, b) *faginea*, c) *quercina* Pers. Myc. Eur. n. 111, d) *salicina* Secr. 2, p. 174, quæ forsitan omnes sint aliæ degeneratæ et pori substeriles evolutionis gradu maxime discrepent. e) *Tulipiferæ*: latissime effusa albida, ambitu hinc inde reflexo, poris subprominulis, asperis.

160. **Poria ornata** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 92. — Effusa, 2-4 mm. 6094
cr., sat tenax, adnata, seu a matrice inseparabilis, alba, superficie leviter undulata vel inæquali, margine definito, viva guttis et madore prægna, sicca depressionibus punctiformibus notata; poris subrotundis, minutis, inæqualibus, sæpe obliquis.

Hab. in truncis dejectis arborum deciduarum, Osceola Amer. bor. — Species margine initio guttato dein foveolato distincta.

b) Poris albis, decolorantibus.

161. **Poria sinuosa** Fr. Syst. Myc. 1, p. 381, Elench. 1, p. 120, ubi 6095
synonymorum expositio, Hym. Eur. p. 576, Quél. p. 346, *P. versiporus* Sommerf. p. 278, *P. mellinus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 96. — Late effusa, adnata, arida, e mycelio evanescente subradiculoso enata, ex albo lutescens; poris amplis, flexuosis, variis, acutis, laceris.

Hab. ad ligna et cortices Abietis in Europa et Amer. bor. — Valde lata, 4 mm. fere crassa. Sporæ 6 \approx 2-3 (Britz). Odor Liquiritiæ. Partim a matrice solubilis, quæcum jungitur radiculis albis.

162. **Poria Rhododendri** Schwein. Amer. bor. n. 436, p. 158. — Lon- 6096

gitudinaliter effusa, angustata, initio membranaceo-papyracea, de-tractabilis, albescens, in centro poros paucos vix elevatos latos gerens, demum poris his omnino obsita, præter ambitum subliberum et subinflexum; tubulis angulatis, margine fimbriatis, tandem 4-6 mm. profundis, pallide fusciscentibus.

Hab. in truncis Rhododendri maximi Bethlehem Amer. bor. — 2.5-7 cm. longa, 6-7 mm. lata.

163. **Poria interrupta** B. et Br. Fungi of Ceyl. pag. 55, n. 508. — 6097
Tota resupinata, ochracea, substrato ceraceo, hinc illinc sterili; poris minutis dissepimentisque rigidis.

Hab. in ramis et ligno in insula Ceylon australiore. — Pori 300 μ . diam. Affinis *Poriae tardæ*.

164. **Poria Alabamæ** B. et C. Grev. VI, p. 130. — Effusa, determi- 6098
nata, lobata, alba, sicca ochracea margineque albo floccoso; poris minutis, subrotundis.

Hab. in ramis Myricæ ceriferæ Gainesville Florida Amer. bor. — Margo initio floccosus, dein glabrescens.

165. **Poria Beaumontii** B. et C. Grev. XV, p. 26. — Effusa, adnata, 6099
crassiuscula, ochraceo-pallida, margine angusto subtomentoso; poris majusculis, subæqualibus, rotundo-angulatis, dissepimentis acie acutis, integris.

Hab. ad ligna in Alabama Amer. fœder.

166. **Poria pulchella** Schwein. Amer. bor. n. 426, p. 158, *Polyp. wan-* 6100
thus Schw. olim. nec Fries. — Resupinato-effusa, inæqualis, subplicata, rugosa, ambitu determinata; margine undulato, tumido, substerili; poris minutis, regularibus, angulatis, tubulis subobliquis, in rugis superficiei.

Hab. ad cortices Bethlehem Amer. bor. — Totus fungus flavescens, durus, siccus, 2.5 cm. lat.

167. **Poria holoxantha** B. et Cooke Grev. XV, pag. 26 et in Rav. 6101
Amer. F. n. 213-214. — Orbicularis, dein confluens effusaque, ochraceo-pallida, adnata, subrigida; poris majusculis, subæqualibus, rotundatis, dissepimentis tenuibus, margine acutis.

Hab. ad cortices Quercus et Myricæ in Georgia Amer. fœder. (RAVENEL). — Pori minores quam in *P. homœma*. Nonnullæ ex speciebus Americanis incerte distinctæ. B. et C. l. c.

168. **Poria homœma** Berk. Grev. XV, p. 26, *P. Raubola* Rav. Amer. 6102
Exs. n. 107. — Effusa, ochraceo-alba, rigida, e mycelio tomentosa albida constipata, subtus villosa; poris mediis, $\frac{2}{5}$ - $\frac{1}{3}$ mm., angulatis, integris, plerumque obliquis.

Hab. ad truncos Pini in Carol. inf. Amer. fœder.

169. *Poria tomento-cincta* B. et Rav. Grev. XV, p. 26. — Effusa, 6103
adnata, subrigida, ochraceo-pallida, margine subtomentoso; poris
majusculis, rotundatis, aequalibus, dissepimentis crassiusculis, acutis.

Hab. ad cortices Quercus in Carolina Amer. bor. (RAVENEL).

170. *Poria xantholoma* Schwein. Syn. Amer. bor. n. 435, p. 158. — 6104
Effiguratum effusa, tenuissima, margine membranaceo-timbriato, la-
tiusculo, sterili, eleganter luteo; poris superficialibus, parietibus
crassiusculis, subsinuosis, pallidis, minutis.

Hab. ad ligna emortua Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT) et in
Carol. inf. Amer. fœder. — Placentas 2,5-5 cm. lat. irregulares
efformat.

171. *Poria subaurantia* Berk. Grev. XV, p. 27. — Effusa, subrigi- 6105
da, secerabilis, ochracea, demum aurantio-maculata; margine te-
nuiore, sterili; poris majusculis, rotundatis, subæqualibus, disse-
pimentis tenuibus, acutis, integris.

Hab. ad cortices in Carolina Amer. fœder.

172. *Poria limitata* B. et C. Grevillea I, p. 54 (nec I, p. 66), North 6106
Am. Fungi n. 117. — Tota resupinata, rigida, albida; margine te-
nui, nigrescente, sterili, rimoso; poris angulatis.

Hab. ad truncos in Carolina inf. Amer. bor. — Pori 380 μ .
circ. diam.

173. *Poria melanoleuca* Lév. Champ. Mus. p. 141. — Coriaceo-su- 6107
berosa, resupinata, corrugata, zonata, nigra; margine liberato ob-
tusiusculo; poris rotundis, ore obtusis, albis, intus fulvis; contextu
concolori.

Hab. ad truncos in Insula Borbonica (Bourbon) in Oceano ind.
ad Afric. orient. (PERVILLE).

c) *Poris lignicoloribus v. cervinis.*

174. *Poria diversipora* B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 53. — 6108
E resupinato margine reflexa, cervina, tomentosa, lineato-rugosa;
poris amplis concoloribus hexagonis, acie rigidis.

Hab. ad ligna emortua in regione centrali ins. Ceylon (THWA-
TES). — Pori $\frac{5}{6}$ mm. diam. Ex eodem loco adest varietas poris
 $1\frac{1}{4}$ mm. latis.

175. *Poria cavernulosa* Berk. Hook. Journ. 1856, Dec. n. 580. — Tota 6109
resupinata, rigidiuscula, sordide cervina, centro obscurior; margi-
ne brevi tomentoso; poris mediis, angulatis, acie rigidis, 500 μ . lat.

Hab. ad ramos emortuos Cubæ (C. WRIGHT) et Panuræ Brasiliæ (SPRENGER). — Nitide brunnea.

176. **Poria subfusco-flavida** Rostk. 27, t. 11, Berk. et Br. n. 1022. 6110
Fr. Hym. Eur. p. 576. — Confluendo late effusa, tenuis, coriacea, arida, adnata, ex albo flavo-fusca; margine tenui, albo-byssino, determinato; poris minutis, irregularibus. *P. subfusco-flavidus*.

Hab. ad ligna vetusta quercina in Europa. — Ad 30 cm. usque lata. Specimina a Friesio lecta, forte vetusta, ab icone citata colore obscuriore, vibrante, difficillime describendo et margine nudo, linea albo modo cincto recedunt.

177. **Poria favescens** Schwein. Amer. bor. n. 413, p. 158. — Resu- 6111
pinato-effusa, 3 cm. et ultra lata, crassa; margine tenui, subalbido ambitu determinate elevato; poris latiusculis hexagonis, tubulis longissimis pallidis.

Hab. ad ramos Bethlehem Amer. bor. — Favum refert. *P. megalopora* Pers. non absimilis.

178. **Poria hydnopora** Berk. F. Glaz. pag. 751. — Tota resupinata, 6112
crastacea; mycelio tomentoso; poris sinuosis, dissepimentis fibrillaribus; poris $\frac{1}{2}$ mm. diam.; contextu vix ullo.

Hab. ad truncos in Brasilia (GLAZIOU).

179. **Poria hyperborea** Berk. Herb. Kew. et Suppl. descr. ex. Fung. 6113
n. 17. Cooke in Græv. XV, p. 27. —

Hab. ad truncos in America boreali Britannica (Dr. RICHARDSON). — Valde dubia species, quæ nondum videtur descripta. Exstat in herb. Kew. unicum specimen, quod videtur status resupinatus *Polyticti* atque probabiliter *P. hirsuti* vel *P. velutini*.

180. **Poria variolosa** B. et Br. Joura. Linn. Soc. XIV, p. 52. — Or- 6114
bicularis, effusa, tenuis, coriacea, umbrinella, secernibilis, subtis tomentosa, spadicea; poris subconcentricis, amplis, hexagonis, dissepimentis rigidis.

Hab. ad ligna emortua in regionibus australibus insule Ceylon (THEWAINES). — Pori 1 mm. diam.

181. **Poria subacida** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 92. — Effusa a ma- 6115
trice separabilis, tenax, flexibilis, inæqualis, determinata; margine pubescente, angusto, candido; poris minutis subrotundis 2-6 mm. long. sepe obliquis, albidis ad flavidum vergentibus, demum sordide carnis; dissepimentis tenuibus plus minus dentatis; odore forti subacido.

Hab. in truncis dejectis variis, e. g. Pini, Betule, Osceola Amer. bor. — Affinis *P. Medullæ-paris*, Cl. Peck l. c. distinguit var.

tennem, tuberculosam, stalactiticam et ad hanc speciem quoque ducit *P. vesiculosam*.

d) Poriis carneis v. rufis.

182. **Poria anætopora** B. et C. Linn. Journ. X, pag. 318, Cuban 6116
Fungi n. 299. — Tota resupinata; margine tenuissimo; poris magnis, hiantibus, saepe decurrentibus, siccis rufis, dissepimentis rigidis, subacutis.

Hab. in corticibus emortuis in insula Cuba. — Pori 1,5-2 mm. diam.; superficies fructificans cerea

et Pori clavatis.

183. **Poria chromatica** B. et Cooke Journ. Linn. Soc. XV, p. 384. 6117
— Effusa, citrina; poris obliquis, minutis, integris; contextu parco.

Hab. ad ligna emortua, Praiaha Brasiliae (TRAILL). — Habitus *Pom. obliqui*, citrina vel dilute chromo-lutea; mycelium nitide luteum.

f) Poriis fuscis v. cinnamomeis.

184. **Poria levigata** Fr. Hym. Eur. p. 571. — Late effusa, coriaceo- 6118
rigida, determinata, sed non marginata, adulta secedens, levis, glaberrima, cinnamomea, subtus cute rigida vestita; poris minimis, rotundis, integris.

Hab. ad cortices arborum, v. c. Betulae, in Europa. — Cum *P. contigua* vulgo *confusa*, sed clare distincta tenuitate (vix 2 mm. crass.), superficie levigata, poris minimis et praecipue latere inferiore crustaceo.

185. **Poria palmicola** B. et C. Cub. Fung. n. 285. — Suborbicularis, 6119
flavo-ferruginea; margine tomentoso sterili; poris mediis demum sinuatis, dissepimentis obtusis, acie tomentosis.

Hab. ad caules emortuos Palmarum spinosarum, Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pori $\frac{5}{8}$ mm. lati.

186. **Poria apposita** Lév. Champ. Mus. p. 141. — Coriacea, lobata, 6120
fusca; margine nudo, liberato, obtuso, sterili; poris minutis, angulatis, sordide fuscis ore obtusis, mycelio contextuque fulvis.

Hab. ad truncos, Tikoya in insula Java (ZOLLINGER).

187. **Poria perparadoxa** Speg. F. Arg. Pag. IV, n. 25. — Biformis, 6121
semper tamen scutato-resupinata; pileis sterilibus, crassis, lignoso-substuposis, orbicularibus vel pluribus confluenso elliptico-poly-morphis, centro plus minusve late adnatis, 3-5 mm. long., 2-3

mm. lat., ambitu latiuscule libero-elevatis, fusco-atris, glaberrimis, ecorticatis (?), undulato-gibbulosis; margine obtusiusculo, repando, abrupte fulvo-zonato; hymenio quandoque simplici (ex alveolo unico efformato), cupulato, quandoque multiaveolato; alveolis in quoque pileo subæqualibus, sed in variis pileis differentibus, sæpius late apertis, 0,5-3 mm. diam., orbicularibus v. ob confluentiam labyrinthiformi-sinuosis, glaberrimis, intus intense fusco-cinnamomeis, marginem versus pallescentibus ac fulvescentibus, septis plus minusve incrassatis, cum carne pilei continua, quandoque acie acuta lacerato-dentata (in forma dædaleoidi), quandoque obtusissima atque applanata, pallide fulva, glabra sed rugulosa; pileis fertilibus non rarius cum sterilibus confluentibus, extus ut steriles, sed submembranaceis, tenacello-cartilagineis, minus late adnatis; margine acutiusculo, repando; hymenio poris brevissimis, 0,5-0,7 mm. long., ore minuto, 0,3 mm., subæqualibus, septis tenuibus, acie acuta, integra v. denticulata, intus fusco-cinnamomeis pruina glauco-cinereascenti obductis efformato; carne in utraque forma flocculoso-compacta, tenaciuscula, cinnamomea cum hymenophoro concreta.

Hab. forma I ad palos *Scutiæ buxifoliæ* intemperiiis expositos prope la Pulperia de la Estrella (Tuyù); forma II, antecedentis quandoque in consortio ad ramos dejectos ejusdem arboris in silva australiore «Montes largos» dicta, in Argentina Americæ merid. (SPEGAZZINI).

188. ***Poria canescens*** Karst. Symb. Myc. Fenn. XVIII, p. 83. — Ir- 6122
regulariter seriatimque effusa, coriacea, separabilis, determinata, glabra v. subglabra, intus ferruginascens v. rubravescentis; poris minutis v. submediis, rotundis v. flexuosis, sæpe obliquis, firmis, primitus albidis, mox canescentibus, fractis fuscescentibus, 2-3 mm. altis; sporis oblongatis, curvatis, 5-6 = 1,5-2.

Hab. ad corticem *Alni incanæ* prope Mustiala Fennicæ.

g) Poris ferrugineis v. spadiceis.

189. ***Poria ferruginosa*** (Schrad.) Fr. Syst. Myc. I, p. 378, Hym. Eur. 6123
p. 571, Grey. Scot. t. 155 (pileo reflexo), Kickx p. 233, Berk. Outl. pag. 249, *B. hornotinus*, *Boletus* Schrad. Spic. p. 172, Pers. Syn. p. 544. — Effusa, crassa, firma, inæqualis, fulva, exoleta, spadiceo-ferruginea, ambitu sterili, poris mediis, prælongis, subrotundis lacerisque, cinnamomeis.

Hab. ad ligna et truncos vetustos, v. e. *Betulae*, *Quercus* et *Salicis* in Europa. ad truncos, Niagara Falls, New York Amer. Feder.

(CLINTON), Sterling, in Sierra Nevada (HARKNESS), Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT), in Andis Amer. merid. et in Australia. — Pileus 2½ cm. usque crassus, maxima ex parte poris elongatis contextus.

190. **Poria crustosa** Speg. Fung. Fueg. n. 71, p. 32. — Decurrenti-⁶¹²⁴
 effusa, 20-50 cm. diam.: margine determinata, irregulariter repando-lobata, non reflexa sed sublibera, acuta, matrice arcte adnata et fere inseparabilis, in vivo coriaceo-flexilis, tenuiuscula, in sicco rigido-fragilis, tenuiuscula, 0,5-1 mm. crass., tota intus extusque ferrugineo-testacea vel rufescenti-tabacina; poris totam superficiem occupantibus, vix margine evanescentibus et zonam plus minusve latam et manifestam sterilem reliquentibus, decurrentibus, obliquis, lacero-diformibus, magnitudine ludentibus, dissepimentis parum elevatis, quandoque acutis, cristulatis, quandoque crassis, obtusis, integris, subpruinosis donatis.

Hab. ad corticem arborum annosarum in silvis prope Slogget bay in Fuegia. — Species *P. ferruginosa* Fr. et *Fomitii obliqua* affinis ac fere intermedia, ab utraque satis abhorrens ac valde variabilis.

191. **Poria subiculosa** Peck 31 Rep. p. 37. — Subiculo late effuso,⁶¹²⁵
 denso, sed molli atque lanuginoso-tomentoso, fulvo-cinnamomeo; poris supra subiculum cespites efformantibus, brevibus, inequalibus, quandoque paullisper labyrinthiformibus, cinereo-ferrugineis, contusione ferrugineo-brunneis, dissepimentis in inventute albidis atque pruinosis villosis.

Hab. supra muscos, ligna corrupta, lapides levigatos in opacis locorum, Copake, New York Amer. fœder. — Plura cm. lat.; pori subiculo pallidiores.

192. **Poria contigua** (Pers.) Fr. Syst. Myc. I, pag. 378, Hym. Eur.⁶¹²⁶
 p. 571, Berk. Outl. pag. 249, Kickx p. 233, *Boletus* Pers. Syn. p. 544, non Myc. Eur. *P. croceus* Karst. Finl. Polyp. p. 39. — Effusa, crassa, firma, glabra, submarginata, junior cinnamomea; margine primitus villosus; poris majusculis, æqualibus, obtusis, integris.

Hab. ad ligna vetusta, putrida in Europa, Ceylon (THWAITES), ad Quercus et ad Cyrillam in Gaëol. inf., in Louisiana (Dr. HALL), in Texas Amer. bor. et Clarendon, Daintree River Australiæ et insula Martinica. — Fere 8 cm. longa, 2½ cm. lata, 12 mm. crassa. *P. ferruginosa* minor, ½ cm. crassa, mycelio ochraceo a formis resupinatis *Fom. igniarum* (cujus album, monente Berkeley)

distincta. *P. pachyus* Rostk. 27, t. 5 huc pertinere videtur, sed in descriptione totus albus dicitur.

193. **Poria viticola** Schw. in Fr. Blench. et Amer. bot. n. 423. — 6127
Effusa, innata, glabra, fusca; poris difformibus, subangulatis, acutis, glabris.

Hab. ad Vitis sarmentata, Saleno in Pensilvania Amer. fœder. — Pro loco natali majuscula species, firma, 2 mm. crassa, cortici omnino innata, plura cm. longa. Pori mediæ magnitudinis, nitentes, intus glauci v. cinerescens, dissepimento tenui acuto; contextus ferrugineus, quo et poris intus glaucis a proximis certo dignoscitur.

194. **Poria cryptacantina** Mont. Cent. VII, p. 37. — Effusa, inter- 6128
rupta, ambitu ferrugineo, byssino; poris tenuibus, superficialibus, ex orbiculari elongatis, acie acutis cinnamomeis.

Hab. in cortice ramorum longe extensa in Brasilia (WEDDELL).

195. **Poria byssogena** Jungh. Crypt. Jav. p. 43. — Effusa, fibrillis 6129
radiantibus, byssoideis innata, ambitu dein nuda; poris majusculis, angulatis, inequalibus, dein laceratis, umbrino-fuscis.

Hab. in ligno fabrefacto Tectonæ grandis in insula Java. — Fungus totus demum 3 cm. latus, a matrice ægre separabilis tubuli demum lacero-fissi, hirpicoidei.

196. **Poria orbicularis** Berk. Fung. Flor. Van Diem. p. 324. — Ex- 6130
acte orbicularis, obscure brunnea; margine sterili membranaceo, strigoso-pubescente; hymenio centrali, siccitate rimoso; poris curtis, 3-4-partito-sinuosis, orificio dentato, parietibus tenuibus.

Hab. in cortice viva in Tasmania (GOSS). — *P. vulpino* analogâ. Pileus 7,5 cm. lat., centro 3-4 mm. crassus.

- D. RETICULATÆ Cooke l. c. — Inæqualiter effusæ, plerumque incrustantes, tenues, membranacæ; poris majusculis, distantibus cupuliformibus, dissepimentis brevissimis, subvenulosis.

a) Pori persistenter albis.

197. **Poria dictyopora** Cooke Grev. XII, p. 17. — Effusa, indeter- 6131
minata, tenella, alba, incrustans; poris effusis, hinc illinc centralibus, mediis æqualibus, subangulatis; dissepimentis tenuibus, brevissimis, venoso-reticulatis, persistenter albis, partibus sterilibus villosis.

Hab. ad ligna combusta, Torvoomba in Queensland Australiæ. — Valde similis *P. terrestri* sed pori brevissimi, semper albi, $\frac{1}{4}$ mm. diam.

198. ***Poria agaricicola*** Ludw. Hedw. 1882, p. 145. — Resupinata, 6132
 carnosa, alba, aequaliter tenuis, matrici innata, orbicularis; margine prolifero revoluta; poris magnis inaequaliter angulatis v. sinuosis, albo-pallescentibus, sed tactu leviter cruentatis, stratum contiguum heterogeneum formantibus.

Hab. ad pileum Amanitarum (a?») prope Greiz Germaniæ.

199. ***Poria incrustans*** B. et Curt. Gräv. 1, p. 51. — Mollis, alba, 6133
 quisquilia incrustans; mycelio gossypino; poris brevibus, angulatis, dissepimentis tenuibus.

Hab. ad ramos New England Amer. fœder. (MURRAY). — Pori $\frac{1}{2}$ mm. lati.

200. ***Poria reticulata*** (Pers.) Fr. Syst. Myc. I, p. 385, Hym. Eur. 6134
 p. 580, Ic. t. 190, f. 3, Weim. Ross. p. 339, Pers. Syn. p. 584. — Orbicularis, tenuis, fugax, alba; margine floccoso byssino-radians; poris distantibus, cupulaeformibus.

Hab. ad ligna putrida Fagi et Pinus in Europa et Amer. bor. — *Poria byssina* Secr. 2, p. 175 huc spectat, sed *P. reticulata* Secr. 1. c. p. 174 melius quadrat in *P. fugacem* Pers. Ic. pict. t. 16, f. 2, ejus differentia nondum liquet. Illic contextu fibrilloso et margine byssino vix dubie vera est *Polyporeu*, sed *Mucilago reticulata* Hoffm. Crypt. t. 10 et *P. sebaceus* Secr. 2, p. 175 sunt primordia *Myxomycetum*, ut observavit cel. Farnetziu.

201. ***Poria calcea*** Schw. Amer. bor. p. 418, *P. vulgaris* §. *calcea* 6135
 Fr. Syst. Myc. I, p. 381. — Late effusa, innata, tenuis, candida; poris exiguis, longissime hiantibus. Fr. 1. c.

Hab. ad truncos dejectos, Bethlehem Amer. bor. — Sec. Fries mera forma candida *P. vulgaris*, sed sec. Schweinitz et Cooke distinguenda. Adest homonyma (an diversa?) species ap. B. et Br. F. of Ceyl. pag. 55, n. 506, ita descripta: Tota resupinata, effusa, margine tenuissimo adnato membranaceo; poris minimis angulatis 140-180 μ . diam. dissepimentis tenuibus. In ligno emortuo Dolobagey Ceylon. Primitus hæc *Corticium calceum* imitatur.

202. ***Poria farinella*** Fr. Syst. Myc. I, p. 384, El. p. 122, Hym. Eur. 6136
 p. 579, Berk. et Br. n. 1292, Quél. p. 348. — Alba, vage effusa, tenuis; mycelio nudo flocculoso-pulverulento, haud contexto; poris tenuibus, contiguis, inaequalibus, subflexuosis, intricatis.

Hab. ad ligna putrida Fagi in Europa, ad ligna cariota, Alexandria Bay, New York (CLINTON), ad trabes Cedri, Newfield, ad Pinus et Quercus in Carol. inf. Amer. bor. (CURTIS). — Diversissima, tactu fugax, substantia *Corticii Sambuci* Pers.

203. **Poria collabefacta** B. et Br. Ann. N. H. n. 1432. — Stratum 6137
glaberrimum Corticio simile efformans; poris veluti e contextus
collapsione emergentibus, semper superficialibus, margine obtuso.

Hab. ad ligna emortua, Glamis Britannie (Rev. J. STEVENSON).

204. **Poria fatiscens** B. et Rav. Rav. Fung. Car. Fasc. 2, n. 21, 6138
Grev. I, p. 65. — Tota resupinata, alba, tenuissima, pulveracea;
poris serius enatis, primum punctiformibus dein angulatis.

Hab. in Carol. inf. Amer. fœder. — Pori $\frac{1}{4}$ mm. lati.

205. **Poria blepharistoma** B. et Br. Ann. N. H. n. 1434. — Tota re- 6139
supinata, nivea; mycelio arachnoideo, subfarinoso; poris minutis;
dissepimentis tenuibus, ore ciliato dentatis.

Hab. ad ligna emortua, Glamis Britannie. — Tenuissima at-
que delicata; pororum os ciliato-dentatum perelegans.

206. **Poria leptoderma** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 54. — 6140
Effusa, limitata, hædina; hymenio hic illic elevato; poris labyrin-
thicis, primitus tomentosis.

Hab. ad ligna emortua, in regione centrali insule Ceylon
(TUVAITÉS). — Membranam tenuem efformans hædinam, hymenium
hic illic præminentius, pororum rudimenta gerentibus, inæquale;
præmentie Pezizulas referentes; mycelium album, fibrosum.

b) Poris albis decolorantibus.

207. **Poria arenaria** Klotz. in Fr. Epier. p. 487, Berk. Exot. fung. 6141
p. 394. — Latissime effusa, inæquabilis, albido-pallescens e myce-
lio floccoso indurato contexta, rigescens, ambitu similari; poris di-
stantibus, urceolatis, inæqualibus, obtusis.

Hab. ad terram arenosam in India orient. (WIGUR). — Incru-
stans, sat crassa et firma sed tantum e mycelio (i. e. substantia
homogenea indefinita) facta: cm. 15-20 cm. lat., 1 cm. cr.

208. **Poria tenella** B. et Cooke Grev. VI, p. 81. — Tota resupinata, 6142
alba, demum ochracea, tenuissima, pulveracea; margine byssino,
albo; poris angulatis, inæqualibus, brevibus, ad centrum confertis.

Hab. ad asseres pineos, Newfield, New Jersey Amer. fœder.
— Affinis *P. fatiscenti* B. et Br. margine lato, albo.

209. **Poria tenuis** Schw. Amer. bor. p. 456. — Longe longitudinali- 6143
ter effusa, membranam sistens tenuem subdetrahendam, albo-pal-
lentem, æquabilem; margine substerili albidiori; poris majusculis
subflexuosis, parum excavatis pallidis.

Hab. ad corticem interiorem Castanearum, Bethlehem Ame-
ricæ borealis.

210. **Poria Cincinnati** Berk. Grev. XV, p. 27. — Effusa, ochraceo- 6144
pallida, tenuis, subtomentosa; margine extremo elevato; poris ma-
gnis, concavis, inæqualibus, rotundato-angulatis, dissepimentis bre-
vibus, obtusis, hinc illinc suppressis.

Hab. ad cortices, Cincinnati Amer. federat. (LEA).

211. **Poria porothelioides** B. et C. Grev. XV, p. 27. — Alba, effusa, 6145
membranacea, subtus fuscescens, adnata; margine sublibero, plerum-
que sterili; poris brevissimis, hinc illinc obsoletis, angulatis, inæ-
qualibus, pallidis, dissepimentis venulosis.

Hab. ad cortices etc. Venezuelæ Amer. merid. — Pori ad de-
pressiones ægre visibiles, magna ex parte reducti, partes steriles
albo-tomentosæ.

212. **Poria xylostromatoides** Berk. Fung. Not. Braz. pag. 9. — At- 6146
bida, tota resupinata; mycelio molli, elastico, intertexto, demum po-
rifero; poris parvis, angulatis, acie subintegra.

Hab. in lignis putridis Minas Geraes Brasiliæ (GARDNER).

213. **Poria vesiculosa** B. et C. North Am. Fungi n. 150. — Late ef- 6147
fusa alutacea; poris pezizæformibus, veluti e vesiculis ruptis enatis.

Hab. ad asseses pineos in Alabama Amer. feder. (PETERS). —
Pori $\frac{1}{4}$ mm. lati.

214. **Poria semitincta** Peck 31 Rep. p. 37. — Subiculo tenui, molli, 6148
gossypino, a matrice separabili, albido, plus minus lilacino tincto,
quandoque filamenta ramosa scandentia protrudente; poris brevis-
simis, inæqualibus, albidis v. dilute flavis, dissepimentis obtusiuscu-
lis, tenuibus, ore dentatis.

Hab. supra fragmentum ligneum acerosum, Griffins, New York
Amer. feder. — Mollis, delicata; poris merulioideis, illis *P. vito-
lacei* similibus. Color lilacinus in subiculo tantum conspicitur.

215. **Poria subgelatinosa** B. et Br. Ann. N. A. 1569, Stev. Hym. Brit. 6149
II, p. 216. — Orbicularis, placentas minutas pulvinatas albas for-
mans; margine obtuso elevato, initio tomentoso pallido, dein ni-
gricanti, contextu subgelatinoso; poris pallide griseis, acie acuta,
plana, 600 μ . lat.

Hab. in ligno putri in *P. amorpho* parasitica, Rannoch Bri-
tanniæ.

216. **Poria terrestris** (DC.) Fr. Syst. Myc. I, pag. 383, Hym. Eur. 6150
p. 576, Berk. Outl. p. 252, *Boletus* DC. Fl. fr. 6, p. 39, Pers.
Ic. pict. inter hanc et *P. sanguinolentam* ambiguus. — Effusa,
araneoso-byssina, tenella, fugax, alba; poris centralibus, perexiguis,
ex albo rufescentibus.

Hab. ad terram locis suffocatis vel ad ligna emarcida in Europa et Amer. bor. — Ambigua et vix typica forma.

217. **Poria expallescens** Karst. Symb. Myc. Fenn. XII, p. 110. — 6151
Effusa, membranacea, tenuis, adnata, glabra, alba, siccitate sordide subfuscescente-pallida, ambitu similis; poris ceraceis, angulatis, mediis vel majusculis, admodum curtis, inaequalibus; sporis sphaeroideis, 3-5 μ . diam.

Hab. ad lignum mucidum Betulae, Mustiala Fenniae. — Var. **flavidula** Karst. l. c.: tenuissima, ambitu arachnoideo; poris majusculis flavis. Ibidem.

c) Pori carnis

218. **Poria Pellicula** Jungh. Crypt. Jav. p. 44. — Resupinata, effusa, 6152
tenuis, membranaceo-mollis, margine dein breviter reflexo, pallido, tomentoso-molli, azono; poris obsolete, venoso-denticulatis ex sordido pallide gilvis v. alutaceis.

Hab. in ramulis dejectis dumetorum humiliorum in insula Java. — 5-7 cm. lata. Hymenium in adultis denticulato-lacerum, fere hydnoideum.

219. **Poria Archeri** Berk. Fl. Tasm. pag. 255. — Resupinata, effusa, 6153
armeniaca, coriaceo-membranacea; margine tomentoso; poris minutis, irregularibus, 250 μ . diam., acie acuta.

Hab. in ligno putri in Tasmania (ARCHER). — *P. apricae* subaffinis.

220. **Poria crustacea** Lév. Champ. exot. p. 193. — Resupinata, ef- 6154
fusa, tenuissima; poris hexagonis, oblongis, cervinis; dissepimentis membranaceis, serrulatis.

Hab. ad truncos Merapi, in insula Java.

d) Pori ferrugineis v. spadiceis.

221. **Poria tenerrima** B. et Rav. North Am. Fungi n. 153, Rav. 6155
Fung. Car. Fasc. 3, n. 13. — Tota resupinata, tenerrima, fulva, aquosa; poris minimis, dissepimentis tenuibus.

Hab. ad cortices Ulmi americanæ in Carol. Amer. foeder.

222. **Poria nebulosa** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 317. — Subi- 6156
culo tenuissimo, pulveraceo, ferrugineo; hymenio fusco; poris parvis, brevissimis, angulatis, dissepimentis tenuibus, rigidis, integris.

Hab. ad ligna corrupta, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pori $\frac{1}{2}$ mm. diam. Totus fungus tenuissimus.

E. Species incertæ sedis.

223. **Poria bathypora** Rostk. l. c. 4, t. 59, Fr. Hym. Eur. p. 580. 6157
 -- Effusa, alba, ambitu tenui byssaceo; poris majusculis, cyathiformibus, dentatis.

Hab. in Europa ad ramos fagineos putrescentes. — Stratosæ (stratum hornotinum fusco-ferrugineum), margine glabra, medio fusca, ambitu livida. Pileus 5 cm. et ultra longus, 3-4 cm. latus.

224. **Poria epiptelea** Fr. Monogr. II, p. 270, Hym. Eur. p. 581. — 6158
 Annua (?), pileis pluribus tuberculose concretis pulvinata, crassa, alba, intus suberoso-mollis, ferrugineo-lateritia; poris minutis, brevibus, rotundis, albis.

Hab. ad Ulmos vetustas horti botanici Upsaliensis Sueciæ. Verisimiliter monstrosa.

225. **Poria megalopora** Pers. Myc. Eur. 2, p. 88, Fr. Hym. Eur. 6159
 p. 581. — Latissima, rubiginosa, unicolor, subiculo tenui; tubis longissimis, osculis æqualibus, subfimbriatis.

Hab. in Europa ad trabes in cryptis, etiam ad ligna sub dio. — Forma cellaris, monente Berkeleyo, colore excepto, cum *P. contigua* convenit.

TRAMETES Fr. Epier. p. 188, Hym. Eur. p. 581, Nov. Symb. p. 95 (Etym. *trama*). — Pori subrotundi, obtusi, integri, sæpe profunditate inæquales nec stratum heterogeneum formantes, subtus in carne pilei immersi, unde trama cum carne pilei contigua et similis. Fungi lignatiles, lignosi v. suberosi, indurati, sed non stratosi, vulgo suaveolentes.

Genus inter *Dactyleas*, *Polyporus* et *Polystictos* intermedium nec adhuc rite limitatum. A *Dactyleis* facile proximis differt poris haud sinuoso-labyrinthiceis. *Polypori* genuini dignoscuntur strato pororum a pileo heterogeneo, sed in *Polystictis* simul adest trama heterogenea. In his vero pori contextui pilei longitudinaliter (horizontaliter) fibroso oppositi sunt.

- A. **SCUTATÆ** Fr. Nov. Symb. p. 94. — Perennes, postice basi scutata sub-stipitata.

1. **Trametes expallens** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 95. — Pileo subero- 6160
 so-lignoso, tenui, laterali, levigato, e griseo albicante, postice stipiti-formi, porrecto basi que scutato dilatato; poris curtis e subrotundo elongatis linearibusque ligneo pallidis trama manifesta, alba.

Hab. ad truncos in Guinea Africæ (AFZELIUS). — Pileus 5 cm. lat.

2. **Trametes centralis** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 95. — Pileo subere- 6161
so-lignoso, tenui, orbiculari, concentricè sulcato, glabrato, albido,
disco umbilicato tuberculoso, subtus centro sessili; poris curtis, ob-
longis, linearibus, ligneo-pallescentibus.
Hab. ad truncos Costa Rica et Regno Mexicano Americae (ØR-
STED et LIEBMAN). — Pileus 5 cm. lat., *T. elegantii* affinis sed
forma diversa.
3. **Trametes elegans** (Spr.) Fr. Epicr. p. 492. Nov. Symb. pag. 95, 6162
Dadal. Spreng. in Vet. Ac. Handl. 1820, p. 51, Fr. El. p. 21. —
Undique albida: pileo suberoso-tenui, explanato, fere azono, glabro,
postice nigricante; poris minutis, seriatis, linearibus rotundisque.
Hab. ad truncos in Guadalupæ insul. in Costa Rica et ad Mi-
rador Mexici (ØRSTED, LIEBMAN). — Affinis *Tr. gibbosa* sed ma-
gis explanata, tenuis et nitida, structura *Lenz. appliatae*. Pileus
7-10 cm. lat. alutaceo-albus, margine acuto patente. Specimina
perfectissima subsessilia, basi orbiculari peltata, stipitiformi aucta.
4. **Trametes marchionica** Mont. Voy. P. S. p. 204 et Syll. Crypt. 6163
n. 511. Fr. Nov. Symb. p. 79 (95). — Pileo semiorbiculato-reniformi,
suberoso, crassiusculo, inaequali, concentricè sulcato, umbrino,
glabro; margine repando, acuto, intus fulvo aut pallido; poris lon-
gis, tenuissimis, rotundis oblongisque, acie obtusis obscurioribus.
Hab. in insula Nuhiva, archipel des Marquises (HOMBRON, RE-
QUIEN) et ad ligna emortua in Brasilia (TRAILL), in insulis Mascari-
enis. — Pileus postice in basin stipitiformem peltato-adnatam
porrectus; contextus albus.
5. **Trametes Rhizophoræ** Reichardt Fungi Hep. et Musci pag. 139, 6164
t. XXII, f. 1. — Stipite brevi, laterali, piceo-nigricanti; pileo
suberoso, rigido, tenaci, rotundato vel reniformi, plano-convexo,
e griseo gilvo, velutino, indumento secedente, obsolete zonato; mar-
ginè obtuso, integro vel sublobulato, sterili contextu floccoso sube-
roso; poris pileo concoloribus, rotundis, minutis, oculo nudo vix
conspicuis; sporis ellipticis, parvis, 6-7 μ . longis, levibus albidis.
Hab. in truncis Rhizophoræ pr. Car-Nikobar in ins. Nicobari-
cis. — Pileus 7-10 cm. lat.; stipes 2-5 mm. long.; pori 2 mm. longi,
perexigui. *T. Saccaræ* affinis.
6. **Trametes glabrescens** (Berk.) Fr. Nov. Symb. p. 96, Berk. On 6165
exot. Fungi p. 391, n. 10 (1839). — Suberoso-coriacea, crassiu-
scula, pileo pallide ochraceo, minute velutino, zonato; poris mi-
nutis, rotundis, pallide cinnamomeis, dissepimentis tenuibus; con-
textu lignicolori.

- Hab.* ad truncos in ins. Mauritii (TELFAR). — Pileus 15 cm. lat., 10 cm. long., sessilis v. lateraliter obsolete stipitatus.
7. **Trametes tristis** Lév. Champ. Mus. p. 126. — Pileo coriaceo, dimidiato, subvelutino demum deudato, zonato, fusco-aigricante; margine acuto, recto, sterili, albicante; stipite inæquabili, canaliculato, durissimo, nudo, ferrugineo; poris minutis, angulatis, brevissimis, ore acutis, lilacinis; contextu concolori.
- Hab.* ad truncos Java (ZOLLINGER). — Pileus 4-5 cm. long.
8. **Trametes crenulata** Berk. Dec. n. 440. — Pileo suberoso, subflobellato, disco orbiculari affixo, postice definite decurrente, candido, tomentoso, zonato, rugoso; margine tenui crenulato; poris elongatis, mediis, sinuosis.
- Hab.* in ligno emortuo Darijeeling Indiæ (HOOKER). — Pileus 10-15 cm. lat., 7 cm. long.; pori albi, 800 μ . diam., 1 mm. profundi. *T. lacteo* affinis.
9. **Trametes Sagræana** Mont. Cuba p. 409, t. 16, f. 4 et Syll. Crypt. n. 540. — Subsessilis; pileo semiorbiculari, suberoso-lento, adulto zonis concentricis crebris notato; contextu porisque minute rotundis, obtusissimis, pulchre lilacinis; stipite obsolete.
- Hab.* ad truncos in Cuba (RAMON DE LA SAGRA) in Guyana, Amer. merid. (LEPRIEUR).
10. **Trametes Hookerij** Berk. Dec. n. 439. — Pileo reniformi, disco lato affixo, sublevi, subtiliter pubescente, rufescente; poris subhexagonis, mediis, lignicoloribus.
- Hab.* in ligno putri Darjeeling Indiæ (HOOKER). — Pileus 10 cm. lat., 7 cm. long.; pori 800 μ . circ. diam. Habitus subinde *Polypori rufescentis*.
11. **Trametes phellina** Berk. Austral. Egun. n. 98. — Pileo suberoso apodo vel disco orbiculari adnato, dealbato, rugoso, ezonato; margine obtuso; hymenio pallido; poris mediis rotundis, dissepimentis obtusis.
- Hab.* in lignis putridis New England Australiae. — Pileus 20 cm. lat., 5 cm. long.; pori 800 μ . diam. Arcte affinis *Tr. Sprucei* sed pori duplo latiores.

B. SESSILES FR. Nov. Symb. p. 96. — Omnino apodes, dimidiatae.

* Contextu albo.

12. **Trametes Trogii** Berk. in Prog Schweiz. Schw. II, pag. 52. Fr. Hym. Eur. p. 583, Luc. Suit. Bull. t. 124. — Fusca, subolivascens;

pileo convexo, subzonato, pilis rigidis fasciatis vestito; margine acuto, intus albo; poris inæqualibus, subangulatis, dentatis.

Hab. in truncis Populi emortuis. — Solitaria v. imbricata, 5-10 cm. longa, junior levigata, demum inæqualis, pilis rigidis, 7 mm. longis lecta Zone primò obsolete, demum evidentes, concolores, quibus *Tr. gallica* et *Tr. hispida* manifeste affinis.

13. **Trametes gibbosa** (Pers.) Fr. Epicr. p. 492, Hym. Eur. p. 583. 6172
Berk. Outl. p. 253, Fl. Dan. t. 1964, Hussey II, t. 4, Lic. Scit. t. 75, Gill, C. F. c. ic., *Dactylea* Pers. Syn. p. 561, Fr. Syst. Myc. I, p. 338 c. synonym. Alb. et Schwein. pag. 235, *E. monosus* Sowerb. t. 194 var., que *D. sinuosa* Pers. Myc. Eur. 3, p. 8. — Ubique albida; pileo suberoso, compacto, villosa, obsolete zonato, postice porrecto, gibboso; poris linearibus rectis, æqualibus.

Hab. ad trunces Fagi frequens, raro ad Betulas, Salices, Castaneas in Europa, in truncis Populi laurifoliae pr. Minussinsk Sibiriae Asiaticæ et ad ligna emortua Ceylon (TAWAKESI). — Pileus 8-15 cm. latus. Fungus compactus, margine obtuso.

14. **Trametes rubescens** Fr. Epicr. p. 492, Hym. Eur. p. 584. Quæd. 6173
p. 272, *Dactylea* Alb. et Schw. p. 238, t. 11, f. 2, Fr. Syst. Myc. I, p. 339. — Ubique rubescens, junior albo-pruinosa; pileo suberoso, tenui, levi, demum zonato; poris linearibus, elongatis, rectis, angustis, obtusis.

Hab. ad Salicem capream locis humidis silvarum Europæ. — Pileus 5-8 cm. diam., 10-15 mm. crassus; pori variant rotundi. *Tr. Bulliardii* videtur affinis; utraque eadem in colorem fulvum v. rufum vergit.

15. **Trametes Bulliardii** Fr. Epicr. p. 491, Hym. Eur. p. 584, Kickx 6174
p. 221, *Boletus suaveolens* Bull. Champ. p. 342, t. 319, non Linn. *Dactylea suaveolens* Pers. Myc. Eur. 3, p. 6. — Pileo suberoso, appanato, levi, glabro, ex albo fuscescente, demum zonato; poris subrotundis, profundis, inæqualibus, e pallido rufescentibus.

Hab. ad Salices Europæ australis, Scaniae (FÆRES) ad Zastrow Pomeraniae copiose (N. O. AHNELT) in truncis vivis Salicis amygdalinæ pr. Minussinsk Sibiriae Asiaticæ. — Friesii ad specimina viva facta descriptio ab antecum colore recedit. Pileus 10-11 cm. latus, 5 cm. longus, ad insertionis punctum usque ad 2½-3 cm. crassus. Intus demum fuscescit. Odeur fragrans.

16. **Trametes serialis** Fr. Syst. Myc. I, p. 370, Flægch. I, p. 92 cum 6175
syn. et varr., Hym. Eur. p. 585, Ic. t. 191, f. 2, Weinm. p. 320, Secr. n. 102, *E. contiguus* Alb. et Schwein. p. 255 Pers. Myc.

Eur. 2, p. 74, non Syn., *P. scalaris* et *frustulatus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 90, 91 (secundum specimina authentica Chailletii). — Pileis stuppeo-suberosis, effuso-reflexis, seriatim elongatis, angustis, confluentibus, villo adpresso rugosis scrobiculatisque, testaceis, margine porisque obtusis, minutis, inæqualibus albis.

Hab. in pinetis montanis vulgata in Europa. — Singularis species, vegetatiore *Lenzitis abietinae*. Perennis et primo anno tota alba, sed hornotina pileo testaceo. Pilei singuli 1-1½ cm. lati atque ex confluentia series ¼-1 m. longas efformant; sporæ 10-12 µ. longa.

17. **Trametes dermatodes** Lév. Champ. exot. p. 196. — Pileis coriaceis, semiorbicularibus, cohærentibus, zonatis, subtomentosis, ferrugineis, marginibus lobatis acutis; poris magnis, hexagonis, curtis, ochraceis intus pruinatis; dissepimentis tenuibus vel subdenticulatis. 6176

Hab. ad truncos circa Manillam.

18. **Trametes suaveolens** (L.) Fr. Epicr. p. 491, Hym. Eur. p. 584, 6177 Hussey I. t. 43, Krombh. t. 4, f. 25, Fl. Dan. t. 1849, Bot. Zeit. 1859, t. 11, f. 23, Berk. Outl. p. 253, Harz. t. 49, Gill. C. F. c. ic., *Boletus* Linn. Suec. n. 1255, Sowerb. t. 228, Trattn. Austr. f. 4, f. 4, Enslin Monogr. c. ic. Sterb. t. 27, D. — Pileo suberoso, molli, pulvinate, villosa, azono, albo; poris rotundis, majusculis, obtusis, ex albo fusciscentibus; sporis ovoideis vel limoniformibus, 9 ≈ 4½.

Hab. per regiones campestris Europæ mediæ ad Salices, præcipue S. albam et fragilem et ad ligna collapsa, Center New York Amer. fœder. (Рѣск). — Pileus 5-12 cm. latus, 4-5 cm. longus, basi 3 cm. saltem crassus. Odor fragrans, aniseus.

19. **Trametes odora** Fr. Epicr. p. 491, Hym. Eur. p. 584, Berk. Outl. 6178 p. 253, *Polyporus* Sommerf. Lapp. n. 1642, Elench. p. 90, Secr. n. 53, *Bot. suberosus* Bolt. 162, Linn. Lapp. n. 522. — Pileo suberoso, elastico, inæquabili, glabrescente, azono, pallido; poris minutis, rotundis, æqualibus, albido-ochraceis; sporis ovatis vel limoniformibus, hyalinis, 5-6 ≈ 3.

Hab. in Europa præcipue boreali ad Salicem capream pr. Minussinsk Sibiriae Asiaticæ et in Kamtschatka. — Odor præcedentium.

20. **Trametes inodora** Fr. Monogr. II, p. 273, Hym. Eur. p. 584, 6179 Ic. t. 191, f. 1. — Candida; pileo suberoso, firmo, glabrescente, azono; poris minutis, rotundis, integris, haud decolorantibus.

Hab. ad ligna indurata quercina prope Holmiam. — Præce-

dentibus maxime affinis, sed minor, firmiter, colore etiam pororum persistenter albo et odoris defectu distincta.

21. **Trametes ludificans** Cesati Myc. Born. pag. 7. — Sessilis; pileo 6120
dimidiato, gibberulo, toto concolori cremorino (in sicco), compacto,
e spongioso suberoso, colliculoso, zonis nullis, contextu albo, mar-
gine attenuato subrepando; poris linearibus angustis, immixtis
brevioribus subrotundis, plus minus plicatulis.

Hab. ad Sarawak Bornei (O. BECCARI). — 5 cm. diam. et ul-
tra. Species valde affinis *Tr. gibbosæ*, attamen distincta, sicut
monet cl. Berkeleyus in litt.

22. **Trametes Mülleri** Berk. Cub. Fungi n. 311. — Pileo dimidiato, 6181
suberoso, subtiliter tomentoso, albo, rugoso, marginem versus loba-
tum concentricè sulcato; poris mediis, dissepimentis obtusis.

Hab. ad ligna emortua, Cubæ (C. WRIGHT), in Brasilia prope
fluvium Victoria in Australia. — Pileus 13 cm. latus, 8 cm. lon-
gus; pori $1\frac{1}{2}$ mm. diam.

23. **Trametes pura** B. et C. Cub. Fungi n. 310. — Candida; pileo 6182
dimidiato, convexo, subtiliter tomentoso, margine obtuso; poris mi-
nimis, acie obtusis, pruinosis.

Hab. in fruticibus emortuis, Cubæ (C. WRIGHT). — Pileus $4\frac{1}{2}$
cm. latus, $2\frac{1}{2}$ cm. longus; pori $\frac{1}{6}$ mm. diam. Primò obtutu for-
mas crassiores reddit *Gleopori conchoidis*.

24. **Trametes versiformis** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 517. — Alba, 6183
e resupinato reflexa lobata; pileo radiato-rugoso opaco; poris de-
mum labyrinthiformibus.

Hab. ad ligna emortua in regione centrali ins. Ceylon (THWAITES). — Crassitie admodum varians; nunc tenuis et submembrana-
acea, nunc 2-4 mm. crassa; pori $\frac{1}{2}$ mm. diam. in formis diu-
tius resupinatis.

25. **Trametes ambigua** (Berk.) Fr. Nov. Symb. p. 80, *Dædalea am-* 6184
bigua Berk. Dec. n. 83. — Pileo suberoso, crasso, convexo, azonò,
dealbato, glabro; hymenio subalutaceo; poris parvis, sinuosis, acie
obtusa.

Hab. in truncis emortuis, Ohio Amer. bor. (LEA). — Pileus
sessilis dimidiatus, 15 cm. lat., 7 cm. long., 3-4 cm. crass. — Var.
coronata Cragin Journ. of Mycol. I, p. 28: pileo dimidiato, lon-
giore quam lato, in 4 lobos latos, late rotundatos, suberectos, sym-
metricos basi distinctos, superne contiguos fisso, centro valde elato
æqualiter rotundato. Pr. Topeka Americæ borealis.

26. **Trametes Sprucei** Berk. Hook. Journ. 1856, p. 233, Dec. n. 590. 6185

— Pileo crassiusculo, gibboso, obtuso, dealbato; contextu duro albo; poris subrotundis, sublexuosis, dissepimentis obtusis.

Hab. ad ligna emortua, Cubaë (C. WRIGHT), Panurè Brasiliæ (SERPUC). — Pileus 3,5-5 cm. latus, 12-13 mm. longus, decarrens, pori 300 μ . diam.

27. **Trametes lactea** Fr. Symb. pag. 94, *T. incana* Berk. — Pileo 6126
suberoso, pulvinate, duro, levi, azono e floccoso-glabrato, lacteo; contextu niveo, subzonato; poris rotundis, æqualibus, obtusis, albis.

Hab. ad truncos in America boreali nec non ad P. Natal et Somerset East Africa. — Pulcherrima species *T. gibbosa* proxima at substantia durior, persistens. Pileus basi lata simpliciter sessilis, 7-10 cm. latus, opæus margine patente regulari obtuso; pori 2 mm. circ. profundi, primo punctiformes; odor nullus. Habitus *Dactyleæ glaberrimæ* Berk.

28. **Trametes incana** Løv. Champ. exot. p. 196, nec Berk. (quæ = *T.* 6127
lactea). — Pileo sessili, coriaceo-suberoso, zonato, subtomentoso, albo; margine acuto patente; poris subhexagonis, ligneo-pallidis, intus concoloribus; dissepimentis obtusis subtomentosis.

Hab. ad truncos circa Manillam.

29. **Trametes heteromalìa** Cooke Grev. X, p. 132. — Pileo subero- 6128
so, submolli, villosa, concentricè sulcato, albido-cinerescente, intus albo; poris rotundatis, $\frac{1}{3}$ mm. diam., albidis; dissepimentis crassis, obtusis.

Hab. ad truncos in M. Dromedary N. S. Wales Australiae (Miss BATE). — Pileus 5-7 cm. lat., 1 cm. cr.

30. **Trametes socotrana** Cooke Proc. R. Soc. Edimb. XI (1882) et in 6129
Grev. — Pileo sessili, semiorbiculari, tenui, coriaceo, zonato-sulcato, velutino, albo; contextu concolere; poris magnis, dentatis, demum confluentibus, umbrinis.

Hab. ad truncos, Socotra (BALFOUR). — *Tram. colliculosa* subaffinis.

** Contextu pallido.

31. **Trametes bicolor** Berk. Chall. p. 43, n. 169 (nec *Pol. bicolor* 6196
Jungb.). — Pileo reniformi lobato, postice sanguineo, antice pallido ruguloso; hymenio umbrino; poris e subhexagonis elongatis; contextu pallido.

Hab. ad truncos in insula oceanica Aru. — Pileus 5 cm. latus, $2\frac{1}{2}$ cm. longus; pori $5\frac{1}{2}$ mm. diam.

32. **Trametes læticolor** Berk. Fung. Brit. Mus. p. 374 (nec *Pol. læti-* 6191

color Berk. — Pileo sessili, semiorbiculari, tenui, suberoso-coriaceo, sulzonato, carneo-fulvo, subpruinoso; contextu lignicolori; poris magnis, rotundis, acie obtusa.

Hab. ad ligna emortua in insula Ceylon (GARDNER). — Pileus 5 cm. lat., 18-20 mm. long.

33. **Trametes vittata** Lév. Champ. exot. p. 196. — Pileo coriaceo-
suberoso semiorbiculari, nudo, zonato, pallide lurido postice depres- 6192
so, atro-sanguineo, margine patente obtusiusculo; poris angulatis
ligneis, dissepimentis obtusis subtomentosis.

Hab. ad truncos in insula Sumatra.

34. **Trametes conchata** Berk. Chall. n. 215. — Pileo pallide um- 6193
brino-ochroleuco, sulcato-zonato, subtiliter tomentoso; contextu pal-
lido, sericeo; poris angulatis, umbrinis.

Hab. in Malampa insula Philippinarum. — Pileus fere 15 cm. latus, 8 cm. longus; pori $\frac{1}{2}$ mm. diam. Affinis *Tr. lactinea* B., sed pori latiores et dissepimenta non ita rigida atque obtusa. Recentiores valde molliores ita ut siccitate contrahantur.

35. **Trametes Peckii** Kuhn. in Peck Bot. Gaz. Oct. 1881, p. 274. 6194
— Pileo suberoso, dimidiato, sessili, subdecurrente, hirsuto, azo-
no, ferrugineo-fusco, demum expallente, margine acuto; poris ma-
jusculis, rotundato-angulatis, pileo concoloribus vel semio fuscescentibus; contextu lignicolori.

Hab. in truncis Populi moniliferae et angustae, Dakota Amer. bor. (IRISH). — A *Tr. Trogii* abunde differt hirsutiae longiore, minus scabra, poris multo majoribus, obscurioribus.

36. **Trametes zebrina** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 97. — Pileo subero- 6195
so-coriaceo rigido glabro, pallide cervino-fusco, versus marginem
sulcato et brunneo-zonato; contextu tenui, alutaceo, pallido; poris
profundis, stipatis, oblongis rotundisque, obtusis, dilute cinnamomeis.

Hab. ad truncos in America boreali (CORNIS). — Pileus 3-5 cm. et ultra latus, poris marginales primitus foveolares. *Tram. parsonia* proxima.

37. **Trametes mexicana** Berk. et Curt. in Berk. Some new Fung. Me- 6196
xico p. 423, n. 2. — Pileo angulato, inaequali, subtomentoso-
fusco, marginem versus pallidioro, umbrino, contextu suberoso,
pallido; poris non stratis, majusculis, subrotundis, acie obtusis,
brunneolis.

Hab. in truncis prope Orizaba Mexico (BORRER). — Pileus 5 cm. long., 8 cm. lat.

38. **Trametes devexa** Berk. Austral. Fg. n. 29. — Lignosa, subnuda 6197

gulata, postice decurrens; pileo velutino subfulvo; hymenio pallido; poris mediis acie obtusis.

Hab. in truncis Tweed River Australiæ (GUILFOYLE). — Pileus 3,5-4 cm. lat., 2,5 cm. long.; pori 800 μ . circ. diam. Subinde un-gulata et apora.

39. **Trametes ohioensis** Berk. North Am. Fungi n. 157. — Pileo pul- 6198
vinato, angusto, zonato, ochroleuco, tomentoso, demum laccato-
glabrato, contextu tenui subconcolore; hymenio concavo candido;
poris punctiformibus; dissepimentis rigidis. latis.

Hab. ad Waynesville Ohio Amer. fœder. (LEA). — Pileus 18-25 mm. latus, 8 mm. longus, sæpe lateraliter confluentis, postice decur-rens; pori $\frac{1}{4}$ mm. lati. Affinis *Pol. ochroleuco* B. Olim *P. pube-scenti* Fr. relata.

40. **Trametes limitata** B. et C. North Am. Fungi n. 156. — Subor- 6199
bicularis, applanata, pallida, subtiliter tomentosa zonata; poris mi-
nimis concoloribus; dissepimentis tenuibus; margine sterili acuto.

Hab. in Novo Mexico Amer. fœder. (Dr. BIELLOW). — Circiter $2\frac{1}{2}$ cm. diam.; pori $\frac{1}{6}$ mm. lati. *T. Petersii* forte affinis.

41. **Trametes sepium** Berk. in Lond. Journ. Bot. V, 6, p. 322, *Dae-* 6200
dulea sepium Rav. Fung. Car. fasc. 1, n. 21. — Pileis basi effusis,
reflexis, sæpe lateraliter confluentibus, subtiliter tomentosis, repe-
tite zonatis, pallide ligneis, coriaceis, quandoque in juventute tri-
quetris; contextu albo; hymenio pallido; poris leniter sinuatis, cir-
citer $\frac{5}{6}$ mm. diam.

Hab. in Amer. fœder., Carol. sup. et inf. ad Quercus, Pinus, Taxodium, Alabamæ ad Laurum Sassafras (PETERS, BEAUMONT), Con-necticut (C. WRIGHT), Ohio (LEA), ad Quercus vetustas, Newfield, New Jersey.

42. **Trametes Beyrichii** Fr. in Linn. V, p. 518, Epicr. p. 491. — 6201
Pileo coriaceo, tenui, applanato, levi, subazono, pallescente; margine
patente acutissimo; contextu porisque rotundis, obtusissimis, ligneo-
pallidis.

Hab. ad truncos in Brasilia. — Polymorpha, lata, sub lente ad-
presse velutina.

43. **Trametes Cookei** Sacc., *Tram. acutu* Cooke Grev. X, p. 132, 6202
nec Lév. — Effusa; margine late reflexo; pileo tenui, pallide ochra-
ceo, flexili; contextu implexim strigoso, margine acutissimo, stri-
goso-sericeo, pallido; poris mediis, rotundatis, curtis, $\frac{1}{3}$ mm. diam.,
dissepimentis rigidis, subcrassis, integris, obscurioribus.

Hab. in ramis Richmond River (CAMARA), Port Denison (SHANN)

in Australia. — Ad *Pol. Peradeniæ* accedit, qui forte quoque *Trametes*.

44. **Trametes tegularis** Lév. Champ. Mus. p. 131. — Pileo applanato 6203
coriaceo, flexili semiorbiculari, latissimo, e basi corrugato-radiato,
nudo, fulvo zonato, zonis pallidioribus inmixtis, margine ancipiti
albo-sordido sterili; poris angulatis, ore acutis, ochraceo-cervinis,
contextu pallidiori.

Hab. ad truncos Java (ZOLLINGER). — Pileus 10-20 cm. lat.

45. **Trametes lactinea** Berk. Fung. Brit. Mus. p. 373, n. 14. — Pileo 6204
sessili, irregulari, suberasso, duro, rigido, azono, suberoso, lacteo,
pruinoso-velutino, inæquali, verruculoso; margine lobato; hymenio
pallido; poris mediis rotundis, dissepimentis crassis obtusis.

Hab. ad ligna emortua, Ceylon (THWAITES), Cubæ (C. WRIGHT),
New England (MURRAY). — Pileus 17 cm. lat., 8-9 cm. long. —
Var. poris minoribus Berk. F. Bras. n. 261. Ad ligna emortua,
Rio Purus Brasiliæ (TRAILL).

46. **Trametes levis** Berk. Dec. of Fung. n. 181. — Levissima; pileo 6205
crasso, unguato, ligneo-pallido, subtiliter pubescente; contextu su-
beroso subzonato; poris longis mediis, æqualibus, pallidis, rotundis,
dissepimentis crassiusculis.

Hab. ad folia decidua ad radices montis Adam's Peak, Ceylon
(THWAITES, GARDNER). — Pileus 8 cm. latus, $4\frac{1}{2}$ cm. longus, 4
crassus; pori $\frac{5}{6}$ mm. lati. Huius speciei affinior est *Trametes*
odora.

47. **Trametes paleacea** Fr. Nov. Symb. p. 97, Epicr. p. 471. — Pi- 6206
leo dimidiato-sessili, suberoso-lignoso, subappianato remote con-
centrice sulcato, primo sericello albo, dein polito nitido lutescente,
intus læte alutaceo, margine acuto; poris rotundis, stipatis, ob-
tusis, ligneo-pallescentibus.

Hab. ad truncos in Guinea (AFZELIUS). — Pileus 7 cm. lat., 5
cm. long., 6-8 mm. cr. Valde distincta, quoad poros stipatos *Polyporum*
refert, sed structura trametoidea.

48. **Trametes immutata** Berk. Dec. n. 443. Pileo dimidiato, rigi- 6207
do-coriaceo, zonato, strigoso, subvelutino albido; poris mediis al-
bis, acie submembranacea, sublacerata.

Hab. in lignis emortuis in Mont. Khasia India (HOOKER). —
Pileus 10 cm. lat., 5 cm. long.; pori 800 μ . circ. diam.

49. **Trametes lobata** Berk. in Hook. Kew Journ. 1851, pag. 84, Dec. 6208
n. 340. — Latissima, expansa tenui-coriacea, reniformis, lobata,
lobis rotundatis; pileo pallido, glabro, nitidulo, zonato, rugoso;

hymenio ochraceo: poris angulatis, ore elongato-dentato demum sinuato, dissepimentis tenuioribus, demum lamellosis.

Hab. ad ligna emortua Mounddarbi Indiae, 1300 m. circ. alt. — Pileus 20 cm. latus, 10-12 cm. longus, pori 1 mm. circ. diam. *T. laticolori* peraffinis.

50. **Trametes sclerodepsis** Berk. in Hook. Journ. 1856, p. 236, Dec. 620
n. 589. — Pileo subtenui rigido, suberoso, dimidiato, piano, albido-cinereo, margine acuto, zonis crebris cervinis picto, radiato-striato rugosuloque; hymenio pallide umbrino, convexiusculo; poris punctiformibus, 400 μ . diam.

Hab. ad truncos emortuos, Panurè Brasiliæ (Spruce). — Pileus 20 cm. lat., 15 cm. longus, *Tr. occidentali* subaffinis.

51. **Trametes? suberosa** Quélet Champ. du Jura etc. II, p. 353 an 6210
Sowerby, Winter Pilze p. 405. — Pileo applanato-gibboso, pulvinate, 20-30 cm. lato, crasso, ponderoso, pruinoso-villoso, albo-griseo, carne suberosa (gramineas obvolvete) zonata, albida: poris longis, minutis rotundatis, albido pruinosis, dein fuliginis.

Hab. ad basin Populorum, imbricata, in Jura. — Clariss. Fries Hym. p. 562 *Boletum suberosum* Sowerby ducit ad *Polyporum cglissimum*. Species Quéletiana Friesio dubia videtur et potius ad *Polyporum* referenda.

52. **Trametes Kalchbrenneri** Fries in Rabh. Fung. eur. 1411, Win- 6211
ter Pilze p. 104. — Pileo hemisphærico, depresso pulvinate, postice foveolato, 11 cm. lat. 2.5 cm. crass., versus marginem acutum valde attenuato, velutino, obsolete zonato, albido, margine zonæque brunneolis, contextu suberoso; poris minutis, multiformibus, subinde labyrinthicis, albidis, denique rubro-carneis; odore nullo.

Hab. in truncis fagineis putridis in Germania.

- 53 **Trametes aphanopoda** Reichardt Fungi Hep. et Musci p. 138, 6212
t. XXI, f. 2. — Pileo sessili, tuberculo laterali vix conspicuo affixo, coriaceo-membranaceo, piano-depresso, obsolete zonato, velutino, alutaceo; margine fusciscenti, sublobato, obtuso, sterili, contextu floccoso suberoso, albido; poris minutissimis, rotundis, obtusis; pileo concoloribus; sporis ellipticis, 6-7 μ . longis, albidis levibus.

Hab. in truncis putridis in silvis Tahiti Oceanicæ. — Pileus 2.5 mm. vix crassus, 1.2 cm. latus; pori 2 mm. longi. *Tr. modestæ* affinis. An e sect. Scutatarum?

*** Contextu fulvo ferrugineo

54. **Trametes Pini** (Brot.) Fr. S. M. I, p. 336, El. p. 68, Hym. Eur. 6213
p. 582, Klotzsch Bor. t. 380, Berk. Outl. p. 253, *Boletus* Brot.
Lusit. II, p. 468, *Polyporus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 83, Rostk.
t. 50. — Pileo suberoso-lignoso, durissimo, pulvinato, concentricè
sulcato, rimoso-scruposò, aspero, e ferrugineo-fusco nigricante, in-
tus fulvo-ferrugineo; poris magnis, subrotundis oblongisve, luteo-
lateritiis.

Hab. ad truncos Pini in Europa, Carolina inf. Amer. feder.
(Curtis) et Cuba Amer. centr. — Perennis, sed nulla strata dis-
tincta. Odor debilis. Plenam descriptionem dedit Fries in Linn.
V, p. 514.

55. **Trametes odorata** (Wulf.) Fr. Epicr. p. 489, El. p. 101, Hym. Eur. 6214
p. 582, Quélet. p. 271, *Boletus* Wulf. in Jacqu. Collect. II, p. 150,
Pers. Syn. p. 552, Fr. S. M. I, p. 373 cum monstris, Schrad.
Spic. p. 170, Alb. et Schwein. p. 250, Secret. II, n. 42. *B. annu-
latus* Schaeff. t. 103. — Pileo suberoso, submolli, villosò, sitaneo
intusque fulvo, annoso dilatato, concentricè sulcato, rugoso, tomen-
toso, umbrino-nigrescente, margine porisque subrotundis oblongis-
que, fulvo-cinnamomeis.

Hab. ad truncos vetustos abiectos in Europa et in truncis
Pini silvestris et Populi laurifoliae pr. Miassinsk Sibiriae asiaticae,
in Lapponia rossica, in Amer. feder., New England et in montibus
Adirondackensibus, New York (PECK), in Canada (LE METAYER).
— Perennis, sed non distinctè stratosà. Odor gratus, subfunicu-
laceus. More *Lentini lepidei* et *Polypori squamosi* locis abscon-
ditis et in fodinibus abit in plurimas abnormes formas: *B. ramos*
corniculatos formans: *Ceratophora Kribergensis* Humb. Frib.
pag. 112, tab. 1, *Bolet. ceratophorus* Hoffm. *C. pulvinata*: *Bol.*
polymorphus Hoffm. *D.* mycelio luxuriante fibrilloso. *Ozonium*
auricomum Link. (a?), Cfr. Schrad., Alb. et Schw., Fr. Syst. Myc.
locis citatis.

56. **Trametes gallica** Fr. Epicr. p. 489, Hym. Eur. p. 582, *Polyporus* 6215
Fr. S. M. I, p. 345, *Boletus flavus* Bull. t. 421 (mutuata in Nees
Syst. f. 222). — Pileo suberoso-lignoso, triquetro, subzonato, squa-
mis fibrosis strigoso, fuligineo-fusco, intus subcinnamomeo; poris
amplis, rotundis, pallidioribus.

Hab. in truncis et trabibus Pini in Gallia. Proximis videtur
affinis, nec, sec. Fr., *Hexagonia* species (ut habet Quélet). Ex icone

squamis imbricatis, palmato-incisis, rigidis scabra. Sporæ 13 μ . long.
 57. **Trametes hispida** Bagl. in Erb. Critt. Ital., Fr. Hym. Eur. p. 583. 6216
 — Imbricata; pileo suberoso, tenui, effuso-reflexo, pulvinato, subundulato, zonato, strigoso-dispido, fulvo, ambitu expallente, glabriusculo; poris amplis, subrotundatis, obtusis, intus lacteis.

Hab. ad ligna mortua Quereus, Fagi et Salicis Italiæ et in trunco Ceratonix, Alger Africae (TRABUT). — *Tr. gallica* manifeste affinis. Pori variant obtuse angulati et laceri, marginales brevissimi.

58. **Trametes protracta** Fr. Vet. Akad. Förhandl. 1851, p. 52, Monogr. II, p. 272, Hym. Eur. p. 583, Ic. t. 191, f. 3. — Pileo suberoso-lignoso, triquetro, in longitudinem protracto, inæquabili, azono, e fulvo fusco, contextu porisque mediis, rotundis, subdistantibus, obtusis, fulvis. 6217

Hab. ad truncos et asseres plurimis locis copiose lecta in Europa. — Quoad vivendi typum *Lenzitis abietinæ* simillima, modo basi lata adnata et utrinque marginem acutum versus decrescens, ut forma exquisite triquetra. Quoad contextum tam *T. odorata*, quam *Lenz. sappiarix* affinis. Hujus exstat forma facile confundenda.

59. **Trametes Abietis** Karst. Symb. Myc. Fenn. X, p. 63. — Pileo suberoso-lignoso, triquetro, dimidiato, basi vulgo effuso, subinde toto resupinato placentas orbiculares sistente, sæpe concrenenti v. imbricato, juniore tomentoso et fulvo, adulto spadiceo vel fusco et scrobiculato vel scruposo, exoleto nigrescente, sulcis concentricis paucis, 3-9 cm. lato; poris majusculis oblongis vel subrotundis, inæqualibus laceris, fulvis, cano-pruinosis; sporis sphaeroideis, hyalinis, 4 μ . diam. 6218

Hab. ad truncos vetustos Abietis excelsæ per totam Fenniam et Laponiam. — *T. protractæ* et *T. Pini* affinis.

60. **Trametes hydnoides** (Swartz.) Fr. Ep. p. 490, El. pag. 107, *B. hydnoides* Swartz, *B. hydnatinus* Bosc. Carol. t. IV, f. 3. *Pol. crinitus* Spreng. — Pileo suberoso applanato, azono, badio-fusco, setis rigidis ramosis flexuosis fuscis strigoso, intus ferrugineo; poris minutis, rotundis, equalibus, obtusis, ferrugineis. 6219

Hab. ad truncos in Texas, Amer. foeder., Jamaica, S. Domingo, Cuba (C. WRIGHT), Guyana Britannica, San Carlos et Caripi Brasiliæ (SPRUCE), Minas (GARDNER), Gaviao, Rio Jurna, Camana, Iripixi (TRAILL), in ins. Mauritiæ. — Pileus semicircularis, 8 cm. circ. long. Cfr. Spegazz. F. Guar. p. 52.

61. **Trametes fibrosa** Fr. Epicr. p. 490, Berk. in Hook. Journ. (1856) 6220

235, *P. pellitus* Mey. esseq. p. 304. — Pileo suberoso, tenui, subundulato, zonato, nigro-fusco, fibris crebris ramosis hispido, margine fimbriato; poris minutis, angulatis, fuscis.

Hab. ad sepes. Cubæ (C. WRIGHT), ad truncos emortuos, Panurè Brasiliæ (SPRUCE).

62. **Trametes fusca** (Link) Fr. Epicr. pag. 190, *Dœdal.* Link in Berl. 6221
Mag. 1808, Fr. S. M. p. 339. — Pileo suberoso duro, levi zonato, obscure fusco; poris magnis, linearibus, concoloribus.

Hab. in Brasilia. — Specimen in Mus. Berol. a Friesio visum habitu ad *Tr. fibrosam* et certe hujus generis, sed ceterum ita destructum ut describere non licuerit. Imbricata, firma, 2½ cm. lata.

63. **Trametes fuscella** Lév. in Zoll. Verz. 17 (II edit.). — Pileo ses- 6222
sili, suberoso, semiorbiculari, convexo, zonato, fibroso-aspero, basi gibbo, fusco, margine acuto; poris minutis, rotundis, acie obtusis, intus contextuque pileo concoloribus.

Hab. in Archipelago Indico.

64. **Trametes Hystrix** Cooke Grevillea IX, p. 98. — Pileo suberoso, 6223
applanato, azono, fusco, setis rigidis, compressis, atro-fuscis strigoso, intus pallide fusco; poris mediis, rotundis, æqualibus, obtusis, fuscis, 0,7 mm. diam., dissepimentis crassis.

Hab. in truncis in ins. Mauritii. — Affinis *T. hydnoïdi* et *T. fibrosæ*, sed pori multo majores. Pileus 10-12 cm. lat., 6 cm. long. basi 3 cm. cr., margine acuto.

65. **Trametes Zollingeriana** Lév. Champ. Mus. p. 131. — Pileo ef- 6224
fuso-reflexo, late adnato, inæquabili, e fibris laxè contexto hirsuto, fulvo-cinereo; poris variis, magnis, sublabyrinthiformibus, fusciscentibus, intus contextuque concoloribus.

Hab. ad truncos in insula Java (ZOLLINGER). — Comparanda cum *Polyst. versatili*.

66. **Trametes Feathermanni** Rav. Fung. Amer. n. 6, et in Grevillea. 6225
— Pileo rigido, coriaceo, setis crassis vestito, convexo-plano, nigrescente-umbrino; poris rotundis, minutis; dissepimentis tenuibus; hymenio concolore.

Hab. ad truncos, Gainesville Floridiæ Amer. fœder. — Vere similis *Trameti hydnoïdi* Fr.

67. **Trametes crassa** Lév. Champ. exot. p. 197. — Nigra; pileo su- 6226
beroso-coriaceo, semiorbiculari, rigido, convexo, zonato, squamoso-fibroso; poris magnis, hexagonis, intus cinereis.

Hab. ad truncos in insula Malagascar.

68. **Trametes ocellata** B. et C. Cub. Fung. n. 303. — Pileo dimidiato, 6227

convexo, rigido, setis compressis multiplicibus aspero · hymenio cinnamomeo: poris rotundis ocellatis.

Hab. ad caudices in agris, Cuba (C. WEIGER). — Pori $1\frac{1}{3}$ mm. diam. latiores quam in *Tr. hydnoide*, in juventute membrana evasida partim obtegit: margo velutinus.

69. **Trametes isidioides** Berk. F. Zehy, n. 17, Fr. F. Nat. p. 10. — 622^s
Pileo suberoso, duro, convexo-plano, unicolori, azono, fulvo, superficie tota tuberculis minutis regularibus confertis exasperata; contextu fulvo, duro; poris exiguis, confertis, regularibus, obtusis, cinnamomeis.

Hab. in terra Natali Africae (WAHLBERG) et in Capite Bonae Spei (ZEHYER). — Pileus semicircularis diindiatas, cum proximis saepe imbricato- v. seriato-conerescens, 5-7 cm. transverse latus; pori ob tenuitatem transverse sectis fere polyporei, at longitudinaliter secti manifeste trametei, intus glaucescentes. Teste Cooke, est var. *Polyp. seruposi*.

70. **Trametes actinopila** Mont. Cent. VII, p. 37, Ann. Sc. Nat. Ser. 4, 622^s
vol. V, p. 370. — Maxima; pileo diindiato, semicirculari, coriaceo, amplo, appresse villosa, fibroso-radiato, ferrugineo-fulvo concentricè zonato, zonis ad marginem tenuescentem crebrioribus, nudis, badiis, margine reflexo subitè sterili; poris mediocribus, intus albu-pruinosis, contextu fibroso-floccoso in tramam descendente, fulvo.

Hab. ad truncos in Brasilia (WEDDELL).

71. **Trametes æthalodes** Mont. Cent. VII, p. 38 in Ann. Sc. Nat. 623^s
Ser. 4, vol. V, p. 370. — Pileo suberoso, e convexo pulvinate, semiorbiculari, concentricè zonato, crusta rigida, tenui fragili vestito et fuliginoso-pruinoso; poris minutis, stratosi, intus glaucis contextuque fulvo-fuscescentibus, ore rotundis, obtusis, cinnamomeis.

Hab. ad truncos arborum in Brasilia (WEDDELL).

72. **Trametes mæsta** Kalchbr. in Grevillea X, p. 56. — Pileo suberoso-coriaceo, triquetro, velutino-tomentoso, azono, fulgineo-fusco, substantia crassa molli, umbrina; poris amplis, rotundis vel subangulatis, concoloribus, intus passim glaucescentibus. 623^s

Hab. ad truncos Murraytown Cap. Bonae Spei Africae (TYSON). — Pileus basi decurrens, dissepimenta pororum crassa.

73. **Trametes acuta** Lév. Champ. exot. p. 196. — Pileo suberoso, 623^s
semiorbiculari, rugoso, grosse sulcato, tomentoso, cinereo-fulvo; margine acutissimo, contextu porisque fulvis angulatis, dissepimentis obtusis subtomentosis.

Hab. ad truncos in insula Sumatra (KORTHALS).

74. **Trametes helvola** Fr. El. p. 103. Fung. Guin. f. 14. Epicr. p. 490. 6233
 — Pileo suberoso-coriaceo, demum undulato-lobato, azono, hirtovelatino helvolo, intus gilvo-alutaceo; margine acutissimo; poris confertis, mediis, rotundis, acutis, fusciscentibus.

Hab. in Guinea. — Valde a ceteris diversa, junior regularis plana, dein undulato-lobata conchata, absolute azona nec glabrescens sed postice demum nodulato-tuberculosa.

75. **Trametes cognata** Berk. Chall. n. 168, p. 43. — Pileo dimidiato, 6234
 sulcato-zonato, subtiliter scabroso-tomentoso, postice glabrescente, ochraceo; hymenio plano; poris punctiformibus acie subtiliter tomentosis.

Hab. ad truncos in insula oceanica Ara. — Pileus 4 cm. latus, $2\frac{1}{2}$ cm. longus; pori $\frac{1}{7}$ mm. diam. Extus similis *Tr. Mülleri* B. sed pori diversissimi.

76. **Trametes hispidula** B. et C. Cub. Fungi n. 304. — Parva, un- 6235
 gukeformis, umbrino-ferruginea; pileo postice hispido; margine subtomentoso; poris mediis acie pallidioribus, contextu concolori.

Hab. ad ligna emortua, Cuba (C. WRIGHT). — Pileus 18 mm. latus, 12 mm. longus; pori $\frac{5}{7}$ mm. diam. Distinctissima species.

77. **Trametes captiosa** Mont. Syll. Crypt. n. 543 et Enum. Fung. 6236
 Ann. 3. VII, p. 170. — Parvula; pileo dimidiato-sessili, semiorbiculari, suberoso-coriaceo, tomentoso, concentricè sulcato, unicolori fuligineo; margine obtuso, subtus determinate sterili; contextu porisque brevibus, minutis, rotundis, obtusissimis, concoloribus.

Hab. in truncis ramisque ad Zauerebergen prope Boutjesrivier in Africa australi (DRÉBÆ).

78. **Trametes colliculosa** Berk. Dec. of Fung. n. 180. — Pileo sessili, 6237
 semiorbiculari, tenui, duro, coriaceo, plicato-rugoso, subsericeo, zonato, ochraceo; contextu subfulvo; poris magnis, dentatis, ligneo-pallidis.

Hab. ad ligna emortua, Dimboola Ceylon (GARDNER), Point-de-Galles et Sarawak Bornei (O. BECCARI). — Pori $\frac{1}{4}$ mm. lati; pileus 6-15 cm. lat., 5-8 cm. longus. Affinis *Tr. Beyrichii*.

79. **Trametes Guyoniana** Mont. in Ann. Sc. Nat. 1856, p. 33. — Pi- 6238
 leo suberoso-lignoso, postice porrecto, atro; margine reflexo, obtuse, levi subtusque cinereo, intus fuliginoso; poris inaequalibus, obliquis, amplis, suborbiculatis, ore obtusissimis.

Hab. ad corticem arborum inter muscos in Algeria (GUYON). — Pileus 3,5-5 cm. longus latusque; pori 1,5-2 mm. diam., 1 cm. profundi. *T. gallica* et *T. Pini* affinis.

80. **Trametes kansensis** Cragin in Journ. of Mycol. I, p. 28. — Pi- 6239
 leo dimidiato sessili, subgranulato, tumuloso, prope marginem acu-
 tum, typice 1-2-sulcato, brunneo, dein centrum versus griseo et
 demum nigricante, intus castaneo-brunneo; hymenio fulvo, plus mi-
 nus convexo, leviter unctuosus et tactu submolli; poris longis, inæ-
 qualibus, integris, late subrotundis vel subarcuatis, modo subsi-
 nuatis, obtusis, plerumque subdistantibus, albido vel griseo-brun-
 neo lineatis, intus ferrugineo-flavidis, 0,5-1 mm. diam.
Hab. ad truncos Kansas Amer. bor.
81. **Trametes epitaphra** Berk. Austr. Fung. n. 101. — Pileo angu- 6240
 lato, postice decurrente, zonato, fusco, hispidulo; margine albido;
 poris pallidis mediis, acie obtusis.
Hab. ad truncos Adelaide Australiæ (SCHOMBURGK). — Pileus inæ-
 qualis 1-1,5 cm. lat., 6-7 mm. crass., sulcis 2-3 notatus.
82. **Trametes pyrrhocreas** Berk. Austral. Fung. n. 94. — Pileo cras- 6241
 siusculo, zonato, postice tote umbrino-brunneo, demum velutino, an-
 tice breviter strigoso lineatoque; contextu compacto sed molli,
 fulvo; poris rotundis, dissepimentis crassis.
Hab. in truncis Herbert's Creek Australiæ. — Pileus 5-7 cm.
 lat., 5 cm. long.; poris 400 μ . circ. diam.
83. **Trametes umbrina** Fr. F. Nat. p. 13. — Pileo suberoso, protra- 6242
 cto, inæquali, azono, lanato, umbrino; contextu porisque curtis, mi-
 nutis, subrotundis, inæqualibus.
Hab. in truncis in terra Natali Africæ (WAHLBERG). — Colore
 totius fungi extus intusque umbrino pileoque lanato vulgo seriali-
 elongato facillime distincta species. Pileus angustus, 12 mm. lat.
 junior fibrilloso-hirsutus, at non setosus, margine obtuso.
84. **Trametes scalaris** Fr. F. Nat. p. 12, nec *Polyp. scalaris* Berk. 6243
 — Effuso-reflexa, scalaris-imbricata; pileo angusto, inæquali, sub-
 seruposo, azono, sordide ferrugineo; margine acuto; contextu fibro-
 so-radiante concolori; poris subrotundis, obtusis, mediis, intus ca-
 nescentibus.
Hab. in truncis in terra Natali Africæ (WAHLBERG). — *Tram.*
umbrinae et *Polysticto proteo* affinis.
85. **Trametes Wahlbergii** Fr. F. Nat. pag. 11. — Pileo suberoso- 6244
 lignoso, durissimo, subuniformi applanato, concentricè sulcato floe-
 coso-leproso e fulvo-ferrugineo fuscescente; margine obtuso; con-
 textu fulvo-ferrugineo; poris rotundis, minutissimis, æqualibus, cin-
 namomeis.
Hab. in truncis in terra Natali Africæ (WAHLBERG). — Pileus cir-

culi segmentum refert, 18-20 cm. lat; pori non stratosi 2 mm. long. oculo inermi vix conspicit. *Fomili fulvo* et *F. Ribis* affinis dicitur, an ergo ex hoc genere.

86. **Trametes pertusa** Fr. F. Nat. p. 10. — Pileo suberoso, pulvinate-triquetro, azono, ferrugineo, tomentoso floccoso compacto hinc inde poroso-pertuso obducto, intus fulvo; poris ferrugineis, minimis, brevibus, tenuissimis. 6245

Hab. ad truncos in regionibus interioribus Capensibus Africae (WAHLBERG). — Pileus 5 cm. lat. margine acuto, contextu duro fibroso-radiante; pori parvissimi, brunneo-ferruginei.

87. **Trametes aurea** Berk. Fung. Brit. Mus. p. 373, n. 15. — Pileo convexo, dimidiato, conchiformi, sessili, setis brevibus, aureis vestito, zonato; margine acutissimo; hymenio subbrunneo; poris longis pallido-lignicoloribus mediis, acie irregulari denticulata. 6246

Hab. loc. ignot. (ex herb. Mus. Brit.). — Pileus 5,5-7,5 cm. lat., 3,5 cm. long. Affinis *Tr. suaveolenti*.

88. **Trametes ochro-flava** Cooke Grevillea IX, pag. 12. — Ubique ochraceo-flavida sæpe imbricata; pileo suberoso, compacto, convexo applanato, tuberculoso; margine sæpe concentricè sulcato, intus concolore, concentricè zonato; poris subrotundis, minutis, æqualibus, ochraceis 1 cm. v. ultra longis. 6247

Hab. in truncis Rio Janeiro Brasiliæ (GLAZIOU). — Pileus 7-25 cm. lat., 5-12 cm. long., 1-2, 5 cm. basi cr.; pori $\frac{1}{3}$ mm. diam.

89. **Trametes incondita** Fr. Fung. Guin. f. 16, Epicr. p. 490. — Pileo suberoso-lignoso, crasso, difformi, inæquabili, indefinite concentricè sulcato, pruinoso, intus fulvo-lutescente; poris curtis, minutis, distantibus, obtusissimis, fulvo-lutescentibus. 6248

Hab. ad truncos in Guinea (AFZEL). — Habitus *Fomitidis fulvi*; pori primitus simili materia obturati. Novi pilei vetustos incrustant, sed species non vere stratosi. Statura et forma mutabilis, absque sulcis, colore undique fulvo mox recognoscenda.

90. **Trametes scrobiculata** Berk. Grev. VI, p. 70. — Ochracea; pileo dimidiato, parce sulcato, scrobiculato-punctato; contextu suberoso, concolore; poris punctiformibus. 6249

Hab. ad truncos, Victoria Australiæ. — Pileus 5 cm. latus, 18 mm. long.; pori $\frac{1}{3}$ mm. diam., postice substantiâ pilei longiores.

91. **Trametes Petersii** B. et C. North Am. Fungi n. 155. — Pileo applanato, subtiliter tomentoso, pallide fulvo, marginem versus subsulcato-zonato; poris minimis, punctiformibus, dissepimentis ab initio rigidis. 6250

Hab. in Alabama Amer. foeder. (PETERS). — Pori $\frac{1}{6}$ mm. circiter lati.

92. **Trametes rugosa** B. et Br. Fung. Ceyl. n. 511. — Ochroleuca; 6251
pileo dimidiato, crasso, radiato-rugoso, subzonato, contextu pallide fulvo; poris mediis.

Hab. ad ligna combusta in regione centrali ins. Ceylon (TAWAITES). — Pileus 11 cm. latus, 6 cm. longus, minutissime pubescentis, margine sublobato; pori 1 mm. diam. subrotundi, acie levi, obtusa.

93. **Trametes erubescens** Schulz. in Bot. Centralbl. 1883, XV, p. 4. — 6252
Pileo semiorbiculari, horizontali, subradiatum minute tuberculato rufo, zona marginali albida, subtus rotundato-effuso, primitus albo-pruinato, fusco-luteolo, dein lilacino, tactu fusciscenti; tubulis 8 mm. longis, marginem versus abbreviatis, non discretis, subhincis ore lineari, 1-2 mm. longo, 0,5-0,7 mm. lat.; carne suberosa, pallide fusca, basi 1 cm. crassa; sporis globosis, 2-3 μ . latis, subhyalinis.

Hab. ad ramos putres Coryli in silvis prope Djakovo Slavoniae. — Pileus 5-6 cm. lat. *T. rubescenti* peraffinis sed hymenii veri absentia differre dicitur.

94. **Trametes Moritziana** Lév. Mus. p. 130. — Pileo suberoso, sessili, semiorbiculari, pulvinate, subtomentoso, pruinoso, levi v. sulcato, carneo-fulvo; margine obtuso sterili; poris angulatis, brevissimis, ore obtusis, pileo concoloribus. 6253

Hab. ad truncos in insula Java (ZOLLINGER).

95. **Trametes purpurea** Cooke Grevillea X, p. 121. — Pileo suberoso-lignoso, convexo-plano, multizonato, glabro, atro-purpureo, zonis obscurioribus, intus ligneo-fusco; poris subglobosis oblongisve, inaequalibus, 7 mm. lat., alutaceis. 6254

Hab. in truncis in Japonia (DICKINS). — Pileus 7-10 cm. lat., 6 cm. long., 2,5 cm. basi cr.: tubuli 1 cm. long.

96. **Trametes scleromyces** Berk. Fung. Braz. Glaz. n. 8537, nec 6255
Polyp. scleromyces B. et C. — Latissime expansa, crassa, rigida; margine lobato, radiato-rugoso, e pallide cinnamomeo brunneo; contextu molli, subtus spadiceo, tomentoso; poris punctiformibus acie obtusis.

Hab. in Brasilia (GLAZIOU). — Pori $\frac{1}{4}$ - $\frac{1}{2}$ mm. diam. Species robusta. Contextus late umbrinus.

97. **Trametes incerta** (Curr.) Cooke Proc. p. 56, *Polyp. Curr. Ind.* 6256
Fung. p. 123, t. 19, f. 6-7. — Pileo subresupinato, centro tenuis-

simo, marginem versus incrassato et reflexo, leviter zonato, dilute cervino; poris amplis profundis, irregularibus, cervinis.

Hab. ad ligna Pegu (Kurz). — Pileus elongatus applanatus, 20-30 cm. long., 10 cm. lat., 1 cm. cr.; pori 1,5-2 mm. diam. An aptius ad *subresupinatus* referenda?

*** Contextu rubro v. roseo.

98. **Trametes cinnabarina** (Jacq.) Fr. Hym. Eur. pag. 583, *Boletus* 6257
Jacqu. Austr. t. 304, *Polyp.* Fr. Syst. Myc. I, p. 371 (ubi copiosa
veterum syn.), Weinm. Ross. p. 325, Hall. Helv. n. 1285. — Pileo
suberoso, convexo-plano, e pubescente glabrato, subazono, rugu-
loso, cinnabarino, expallente, intus floccoso porisque rotundis, me-
diis, saturatoribus.

Hab. ad truncos Betulae, Fagi, Sorbi etc. passim in Europa
et in truncis putridis Betulae verrucosae pr. Minussinsk Sibiriae
asiaticae. — Pileus 2-3 cm. diam.; sporae 6-8 \times 2-3 (Britz). Con-
textu floccoso, cum trama contiguo nec longitudinaliter fibrilloso
et poris opposito ad hoc genus referenda, sistens tamen typum pe-
culiarem, a reliquis europaeis distantem. Antiquitus celebrata: Clus.
Pern. gen. XXIV, spec. 2.

99. **Trametes punicea** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 98. — Pileo sube- 6258
roso, convexo-gibbo, azono, maequabili, miniato-rubro, intus conco-
lori; poris majusculis, ore inaequabili, obtuso, flocculoso, obscurio-
ribus.

Hab. ad truncos in Pulo Pinang (DIERICKSEN) et pr. Perak (SEER-
TECHINI). — Pileus 5-7,5 cm. latus, basi 7,5 cm. crassus; pori ma-
gni 6-8 mm. profundi, versus marginem sensim breviores.

100. **Trametes Aurora** Ces. Myc. Born. p. 5. — Totus fungus, quo- 6259
que contextu, colore amene rosello pruinato gaudens; pileo usque
9 cm. lato, irregulari, deplanato, tenui, subvelutino, parce zonato;
margine acute reflexo; poris minutissimis acie obtusa, tubulis bre-
vissimis.

Hab. ad truncos Sarawak Bornei Malesiae (O. BECCARI). —
Trametem suspicatur auctor, quod confirmat Cooke.

C. PLACODERMA Fr. F. Nat. p. 14. Pileo crusta laevata tecto (Ill. Fr. in Nov.
Symb. p. 94 ut subgenus *Polystricti* sumpsit).

101. **Trametes Skeleton** Fr. F. Nat. p. 14. — Pileo lignoso-fragili, 6260
utrinque applanato, opaco, glabro, fusco-nigro, crusta crassa nigra
fragili, secedente a sceleto interiori a basi flabelliformi-radiante;

poris brevissimis, aequalibus, rotundis, fusco-umbrinis in callum durissimum coalitis.

Hab. in truncis in terra Natali Africae (WAHLBERG). — Pileus durus lignosus tamen, semicircularis vel reniformis, 7-10 cm. lat., intus ferruginascens, e 4 stratis constans: *a.* crusta separabili; *b.* sceleto e tendinibus radiato-ramosis nulla materia carnosa vel floccosa junctis composito; *c.* strato inferiori cum *d.* poris in callum durissimum connato.

102. **Trametes sclerodermea** Fr. F. Nat. p. 15. — Pileo suberoso, 6261 convexo applanato, glaberrimo nitido, concentrice sulcato, atro, crusta fragili tecto; contextu umbrino-ferrugineo; poris minutis, brevissimis, albidis demum ore umbrinis.

Hab. in truncis in terra Natali Africae (WAHLBERG). — *Tr.* *Sceleto* affinis, fragilis, 7-8 cm. lat., subrotunda vel reniformis, saepe concrescens; pori vix $\frac{1}{2}$ mm. longi, trama alba.

103. **Trametes balanina** Fr. F. Nat. p. 15. — Pileo suberoso, 6262 conchiformi, nitido, laccato, fulvo-castaneo, sulcis paucis distantibus notato; contextu grumoso-floccoso, ferrugineo-fusco; poris minutis, aequalibus, pallidis.

Hab. in truncis in terra Natali Africae (WAHLBERG). — Pileus fragilis eumorphus, margine acuto; pori minimi 2 mm. longi. *T.* *sclerodermeae* affinis.

D. SUBRESUPINATAE Fr., *Antrodia* Karst. — Pileo resupinato vel subresupinato (Ad hanc sectionem Doct. Quélet ducit *Poriam aneirinam*, *P. sinuosam* et *P. bombycinam*).

104. **Trametes hexagonoides** Fr. in Quel. Jur. p. 272, t. 22, f. 2, 6263 Hym. Eur. p. 585. — Latissime et determinate effusa, subcoriacea, integra secedens, azona, glabra, albida (ligneo-pallens); poris amplis, favosis, angulatis, integris; dissepimentis tenuibus.

Hab. in fageto ad trabes locis humidis in montibus Juranis. — Valde spectabilis, 18-20 cm. usque longa lataque, sequenti affinis. Color sicci ligneo-pallens, subfuscus.

105. **Trametes mollis** Fr. Hym. Eur. p. 585, *Daedalea* Sommerf. 6264 Lapp. p. 271, Elench. p. 71, Weinm. Ross. p. 345, *Polyporus cervinus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 87, Berk. Outl. p. 247. — Resupinata, determinata, submembranacea, ligneo-pallida, demum fuscescens, margine demum revoluta subtusque pubescente, umbrina; poris amplis, inaequalibus lacerisque.

Hab. ad ramos Alni, Betulae etc. in Europa in ligno putrido

pr. Minussinsk Sibiricæ asiaticæ, in zona arctica vulgaris in Kautschatka (WORMSKJOLD), sed etiam in Carol. med. Amer. fœder. in ins. Malanipa Philippinarum et in Mexico. — Species distinctissima, demum nigrescens, centro postice adnata 2½-5 cm. lata; pori irregulares, sed non flexuoso-diedalei.

106. **Trametes Epilobii** Karst. Not. Soc. Fenn. IX, pag. 361. Fr. 6265

Hym. Eur. p. 585. — Effusa membranacea; margine leviter pubescente vel pruinato, pallido, demum reflexo, extus fusco-nigricante; poris subrotundis, majusculis, integris, obtusis, lutescenti-pallidis.

Hab. ad caules *Epilobii angustifolii* in Fennia. — Præcedenti videtur affinis. Ab hac descriptione admodum recedit *Trametes* specimen in *Epilobio* lectum a Friesio: globulare, 2 mm. vix latum, ubique porosum pallidum, statura *Tram. campestris*, sed multo minus.

107. **Trametes isabellina** Fr. Hym. Eur. p. 585. — Irregulariter 6266

effusa, mollis, adnata, tuberculosa, confluens, obscure isabellina; margine villosa; poris primo rotundis oblongisque, dein versiformibus lacerisque.

Hab. ad ligna mucida in Smolandia; nuperius a M. BLYTT prope Christianiam lecta. — Color peculiaris, vix verbis describendus, forte pallide ochraceo-fuscescens dicendus. Sporæ 6-7 μ . long.

108. **Trametes serpens** Fr. Hym. Eur. p. 586, Ic. t. 192, f. 3, *Dæ-* 6267

dalea Fr. Syst. Myc. I, p. 340, Elench. p. 71. *Polyporus Stephensii* Berk. et Br. n. 356, Berk. Outl. p. 252, Quélet p. 273. — Arida, arcte adnata, primo erumpens, tuberculiformis, orbicularis, dein confluens, alba, ambitu determinato, pubescente; poris subrotundis angulatisque, inæqualibus, obtusis; sporis permagnis, ovoideis, hyalinis, 14 \approx 6.

Hab. ad cortices *Quercus*, *Salicis*, *Sorbi* in Europa, in Anglia ad *Ligustrum*, prope Minussinsk Sibiricæ asiaticæ in *Populi balsamiferæ* trunco putrido, ad ligna emortua Ceylon (*THWAITES*), ad radices truncorum pineorum in silvis Indian Lake, New York Amer. bor., pluripedalis (PÆCK), ad *Taxodium* distichum in Carolina, ad truncos *Carpini*, Gainesville Floridæ. — Species distinctissima, cum *Radulo orbiculari* analogâ. Color demum pallescens; pori latiusculi 1¼ mm. lati.

109. **Trametes campestris** Quélet Jur. II, p. 271, t. 2, f. 6, Fr. Hym. 6268

Eur. p. 586. — Pusilla, resupinata, carnososuberosa, pulvinata, immarginata, glabra, ochraceo-citrina, intus albida; poris amplis, polygonis, demum fimbriatis.

Hab. in corticibus ramorum siccorum Pyri vere et autumno. — Typus omnino peculiaris. Pulvinuli 9-13 mm. alti, siccitate indurati, fragiles, fulvi.

110. **Trametes serena** Karst. Symb. VIII, p. 10. — Late effusa, im-⁶²⁶⁴
marginata, adnata, arida, e mycelio per matricem repente byssino
demum evanescente enata, alba, sicca subflava; poris sat amplis,
rotundis vel angulatis, dein flexuosis, sublabyrinthiformibus.

Hab. in ligno et cortice Populi ad Mustiala Fenniae. — Pori
1-4 mm. alti.

111. **Trametes Terryi** B. et Br. Ann. N. H. n. 1571, Gräv. V, p. 9. ⁶²⁷⁰
— Resupinata, lata, suborbicularis, pulvinata; contextu suberoso,
albo; poris angulatis, hic illic sinuatis, pallidis.

Hab. in truncis fagineis Stoke Poges Britanniae (TERRY). —
Circ. 7 cm. lat., 2,5 cm. crass. (centro); pori 600 μ . circ. diam.
Habitus *Davaleae latissimae*. Inodora.

112. **Trametes purpurascens** B. et Br. Ann. N. H. n. 1811. — Re-⁶²⁷¹
supinata, subhaedina, extus delicate tomentosa, castanea; hymenio
purpurascens; poris minutis, dissepimentis rigidis.

Hab. ad Salices emortuas, Cotterstock, Northampt. Britanniae.
— Circiter 18 mm. lata; pori $\frac{1}{4}$ mm. diam. Habitus passim *Poly-*
sticti abietini.

113. **Trametes dibapha** Berk. Fung. Braz. Glaz. n. 8545. — Rigida, ⁶²⁷²
resupinata, subtus hic illic liberata, spadicea, strigoso-hispida; hy-
menio albo, inequabili; poris rotundis, dissepimentis obtusis; con-
textu molli, fibrilloso, spadiceo, 2 $\frac{1}{2}$ -5 cm. long., 2 $\frac{1}{2}$ cm. lat.; po-
ris $\frac{1}{4}$ mm. diam.

Hab. in Brasilia (GLAZIOU).

114. **Trametes Curreyi** Cooke Enum. Polyp. p. 157, *Trametes um-* ⁶²⁷³
brina Curr. Ind. Fungi p. 124, t. 21, f. 4, nec Fries. — Pileo re-
supinato, effuso-reflexo, lobato, subtomentoso, submembranaceo-
coriaceo, ferrugineo-umbrino, leviter zonato; poris amplis, dentato-
laceris.

Hab. ad truncos Rackawa in Pegü. — Pileus 6-7 cm. long.,
2,5 cm. lat. Habitus irpicoideus.

HEXAGONIA Fr. Epier. p. 496, Hym. Eur. p. 589, nec Pollini (Etyrn.
hexagonus ob pororum formam), *Favolus* Pal. Beauv. — Hyme-
nophorum in tramam pileo concolorem et similem descendens.
Pori jam primitus in alveolos hexagonos, regulares, lignoso-indu-
ratos dilatati, parietibus firmis, nunquam laceratis. — Fungi di-

midiati, sessiles, epixyli, suberoso-lignosi, persistentes, sed non stratosè reviviscentes.

Genus admodum naturale, facillime recognitum, in terris calidioribus numerosas edens species; in Europæ regione mediterranea duæ modo lectæ sunt. Character essentialis positus est in alveolis prima infantia æque amplis, cum in *Polyporis* pori juvenores minuti sensim explicentur et dilatentur. *Hexagonia* Pollini Pl. nov. p. 35, fig. 2-3 spectat ad *Favolum* genuinum.

1. *Hirtæ* Fr. Pileo setis rigidis exasperato.

1. **Hexagonia Wightii** Klotz. in Linn. VII, p. 200, t. 10, Fr. Ep. p. 496. 6274

— Pileo suberoso-coriaceo, plano, fibroso, setoso, azono, fusco, alveolis oblongo-hexagonis, amplissimis, ferrugineis, intus setosis.

Hab. in India orientali et Manila — Semiorbicularis, 8-10 cm. lata, versus marginem acutum patentem tenuis. Setis cellularum hæc et *H. Königii* ab omnibus differunt, hinc proprium subgenus (*Scenidium*) Klotzschio.

2. **Hexagonia Königii** Berk. Fung. Brit. Mus. p. 379, n. 39.

suberoso-coriaceo, subreniformi, subazono, plano, fibroso-setoso, givo-badio; alveolis irregularibus amplis, dissepimentis elongatis, subflaccidis, setulosis.

Hab. ad ligna emortua in silvis densis in insula Ceylon (KONIG). Adam Peak Ceylon (THWAITES). — Pileus 7,5 cm. lat. 5,5 cm. long. *H. Wightii* vix affinis.

3. **Hexagonia sinensis** Fr. S. M. p. 345, Epicr. p. 189, Nov. Symb. 6276

p. 100. — Pileo suberoso, planiusculo, azono, setis arrectis ramosis horrido; poris magnis, subrotundis, integris, canescente-umbrinis.

Hab. in Sina, India orientali et insula Mauritiî. — Pileus semicircularis, totus latere diagonali adnatus, medio interdum gibbus, 12 mm. circiter latus, sed margine tenuis. Indumentum peculiare. Ab affini *H. Wightii* differt alveolis intus non setosis.

4. **Hexagonia Klotzschii** Berk. Exot. Fungi p. 383, n. 2, *Polyp. si-* 6277

nensis Klotz. in Linn. VIII, nec Fr. — Pileo subreniformi, zonato, brunneo-nigro, setis ramosis compressis vestito; poris brunneis, ampliusculis, rotundo-hexagonis.

Hab. ad truncos in insula Mauritiî (TELFARI). — Pileus 12 cm. long., 17 cm. lat., 12-18 mm. cr., margine acuto. *F. sinensi* affinis, differt autem pileo distinctissime zonato et magis hispido.

5. **Hexagonia crinigera** Fr. Fung. Gain. f. 10, Ep. p. 496. — Pileo 6278

suberoso-coriaceo, plano, rigide fibroso-setoso, azono, fusco-nigri-

cante, alveolis e subrotundo hexagonis, cinnamomeo-pallidis, intus glabris, glaucis, subpruinosis.

Hab. ad truncos in Guinea, Malanipa, Malamon, Damboul, Terra Natal. — Pileus rotundatus, $2\frac{1}{2}$ -5 cm. latus, postice scutato-annatus; pori 2-4 mm. lati.

6. **Hexagonia hirta** Pal. Fl. Owar. t. I, Fr. S. M. I, p. 345, Epicr. 6279 p. 496. — Pileo suberoso, reniformi, dense hirta-strigoso, zonato, nigro-fusco, alveolis æqualiter hexagonis, glabris, griseis.

Hab. ad truncos Oware in Africa tropica et in ins. Seychelles. — *H. crinigerâ* major, 30-60 cm., latere adnata et accrementis zonato-sulcata.

7. **Hexagonia apiaria** Pers. in Freyc. Voy., Fr. Ep. p. 497. — Pileo 6280 suberoso, reniformi, fibrillis raris obsito aut glabro, nigricante; alveolis amplis, 4-6-gonis, nigricantibus.

Hab. ad truncos in insula Rawak et Java. — Ex Mont. forte non sat diversa ab *H. hirta*.

8. **Hexagonia subaculeata** Cesati Myc. Born. p. 8. — Pileo 5-8 cm. lato, 6281 coriaceo, plano, colore ligneo zonis brunneis sulcisque concentricis, aculeolis adpressis coronatis, radiatum rugoso; contextu fere concolore, subgilvo, suberoso; margine acuto; hymenio colore pilei; alveolis sat conspicuis, hexagonis, interdum dissepimentorum parietibus transverse corrugatis, acie nigrescente integerrima.

Hab. ad Johore insule Borneo (O. BECCARI). — Ab. *H. aculeata* pileo tenuiori pallido, setis sulcorum rarioribus adpressis vix pungentibus differt.

9. **Hexagonia aculeata** Mont. Cent. II, n. 15, sub *Polyporo*, Syll. 6282 Crypt. n. 546. — Pileo suberoso, subreniformi, plano, zonis seu sulcis densis concentricis notato, nigro-fusco, setis brevibus raris pungentibus aculeato; alveolis hexagonis, amplis, glabris, griseo-fuscis.

Hab. ad ligna, Cayenna Amer. merid. (LERRIER).

10. **Hexagonia ciliata** Klotzsch Fungi Mey. coll. p. 235, tab. V, f. 1. — 6283 Pileo effuso-reflexo, coriaceo, molli, ferrugineo-fusco, subplano, fibroso-strigoso, zonato; margine lacerato-ciliato; alveolis tenuibus, profundis, e subrotundo hexagonis, ferrugineo-violaceis, intus glabris, acie acutis.

Hab. in ramulis emortuis Manilla in Philippinis. — Pileus 5-8 cm. lat., 2,5-4 cm. long.; squamæ 4-7 mm. longæ; alveoli 1 mm. ampli, 2-3 mm. longi.

11. **Hexagonia erubescens** Berk. in Hook. Journ. 1856, p. 237, Dec. 6284 n. 593. — Pileo dimidiato, leniter convexo, rigido, suberoso, ru-

goso, zonato, sordide umbrino, demum setoso-scabro; hymenio convexo, vinoso-rufescente; poris flexuosis.

Hab. ad truncos emortuos, Panurè et San Carlos Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 6-7 cm. diam.; pori 2-5 mm. diam. Specimina quandoque sublevia, quandoque margine hispido-scabra.

12. **Hexagonia cladophora** Berk. Challeng. n. 221. — Pileo primum ⁶²⁸⁵ processibus molaribus rugoso, interstitiis bombycinis, demum leviore scabroso, rufulo, siccato contracto; poris demum elongatis, dissepimentis obtusis.

Hab. ad truncos Malamon in insulis Philippinis. — Pileus 6-7 cm. diam., 2,5 cm. longus; pori 1,2 mm. diam. Species *Merulii*s proxima.

13. **Hexagonia pallida** Schröt. Pilz. Mad. Tener. p. 2. — Pileo di- ⁶²⁸⁶ midiato vel resupinato-reflexo, toto ochraceo vel albido, supra rivuloso, strigoso-lurto, azono; contextu suberoso; hymenio zona sterili, nitida, glabra 2-3 mm. lata marginato; poris angulosis, glabris, 1,5 mm. diam., 4 mm. longis concoloribus.

Hab. in cortice arborum in insula Madera. — Ab *H. Marcucciana* et *H. nitida* differt colore et zonarum defectu. Forte alicui speciei tropicæ affinis.

H. Levigata Fr. Pileo nec setoso, nec sulcato.

a) Pileo glabrescente.

14. **Hexagonia Marcucciana** Bagl. et De Not. Erb. critt. it. Ser. II, ⁶²⁸⁷ n. 90, *H. Mori* Marcucci Sard. n. 69, Fr. Hym. Eur. p. 590, nec Pollini. — Pileo suberoso-lignoso, unguato vel reniformi, pulvinate, inæquabili, superficie crustaceo, glabro, levi, nitide umbrino v. piceo-fusco, ambitu obsolete zonato margine acuto; poris æqualiter hexagonis vel pentagonis, melius, profundis intus dilute fuscescensibus ore infuscato, pileum ex integro fere constituentibus.

Hab. in truncis quercinis in Sardinia pluribus locis. — Sulci concentrici, obsoleti adsuntque rugæ a basi radiantes; pori 2-2½ cm. long., 1½-2 mm. lat.

15. **Hexagonia vespacea** Pers. in Freye. Voy., Fries Epicr. p. 497. ⁶²⁸⁸ — Pileo coriaceo, azono, glabro, levi, ligneo-pallido; alveolis amplis æqualiter hexagonis, concoloribus.

Hab. ad truncos in insula Rawak. — Habitus *Dædaleæ quercinæ*.

16. **Hexagonia leprosa** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 101. — Pileo sube- ⁶²⁸⁹

roso, crasso, pulvinato, levigato, leproso-pruinoso, umbrino, alveolis profundis, amplis, acutis, fusco-umbrinis, intus nudis.

Hab. in insula ad truncos San Jan Indiæ occidentalis (ERSTED) et ad ligna emortua Rio Negro Brasiliæ (TRAILL). — Novum facile typum offerens, ab omnibus eximie distincta. Pileus dimidiatus, sessilis, semiorbicularis, pulvinatus, 5-10 cm. latus, 5 cm. et ultra crassus, absque zonis, sulcis et pilis, sed superficies usque flocculoso-leprosa, quasi pruinosa, ceterum levigata et demum denudata, margo declivis, acutus. Substantia ipsius fungi tenuissima est, pallido-umbrina; intus enim totus fungus, basi excepta, ex maxima parte factus est ex alveolis ultra 2,5 cm. profundis, amplis, at solito tenuioribus, subrotundo angulatis, ore acutis umbrinis, demum dædaleo-laceratis: intus vero pallidioribus, fere ligneo colore, nudis, glabris nec pruina glaucescentibus.

17. **Hexagonia durissima** B. et Br. F. of Ceyl. n. 524. — Pileo 6290
ungulato, rugoso, brunneo rufoque zonato; contextu subcarneo; poris, pallidis elongatis, acie obtusis.

Hab. ad ligna emortua in regione centrali insulæ Ceylon (THWAITES). — Pileus 5 cm. vel ultra longus; pori 2 mm. lati, 4 cm. profundi.

18. **Hexagonia coriacea** B. et Cooke Bras. Fungi n. 271. — Dimi- 6291
diata, coriacea, postice longe decurrens, pallide fulva; pileo demum rigido, zonato, radiato-rugoso, lineato, margine acuto; poris hexagonis, dentatis, parvis.

Hab. ad ligna emortua, Teffè Brasiliæ (TRAILL). — 2½ cm. vel ultra lata, postice adnexa; pori ½ mm. diam.; dissepimentorum acies tenuis atque dentata. Nonnihil refert, proportione parva, *H. rigidam* B. in qua, tamen, pori 2 mm. lati, acie integerrima.

19. **Hexagonia rhombipora** Mont. Cent. VII, p. 38. — Alutacea; pileo 6292
carnoso-suberoso, crasso, spathuloso-flabellato, sopra levi, glabro, subplano, subtus alveolato convexo, alveolis medio amplis, tetrahexagonis, inæqualibus, profundis, acie acutis, marginalibus, subrotundis, fere superficialibus, stipite brevi subtus alveolato.

Hab. ad ramos arborum in Bolivia (WEDDELL).

20. **Hexagonia Kurzii** Carr. Ind. Fungi p. 126, t. 20, f. 3, 4, 7. — 6293
Pileo coriaceo, glabro, orbiculato aut reniformi aut dimidiato, corrugato, zonato, rubro-fusco; alveolis amplis intus canescenti-fuscis, a se cinnamomeis.

Hab. ad truncos Matalah Indiæ. — *H. nitida* Dur. et Mont. proxima, ad nos allatis distincta.

21. **Hexagonia gracilis** Berk. in Hook. Journ. 1856, p. 237, tab. V, fig. 4, Dec. n. 592. — Pileo reniformi, subpulvinato, rufo-pallescente, glabro, subtiliter lineolato; stipite gracili, cylindrico, elongato, laterali; hymenio subplano; poris mediis, hexagonis, e rufo cinereis.

Hab. ad terram, Panurè Brasilicæ (SPRUCE). — Pileus 1-2,5 cm. diam.; stipes 10-15 cm. longus, 2 mm. cr., pallide umbrinus, pruinosis; pori 1 mm. circ. diam.

22. **Hexagonia picta** Berk. Chall. n. 250. — Pileo dimidiato, postice sanguineo-rufo, antice pallido, lineato-ruguloso plicato, primum pulverulento; hymenio umbrino; poris hic illic margine undulatis.

Hab. ad truncos in insulis Admiralty Oceani pacif. — Pileus 6-8 cm., latus, 18 mm. longus; pori 1 mm. lati.

23. **Hexagonia Thwaitesii** Berk. N. Pac. exp. n. 98. — Cervina; pileo tenui, glabro, zonato, unicolore hic illic lineato, rugoso; poris magnis concoloribus.

Hab. ad ligna emortua in insulis Bonin maris Pacifici. — Proxima *H. affini*.

24. **Hexagonia Miquelii** Mont. Cent. V, n. 85, sub *Polyporo*, Syll. Crypt. n. 550. — Pileo coriaceo, reniformi, papulato, hepatico; margine plano scutatum affixo; alveolis amplis, inæqualibus, polygonis, acie obtusis pallidioribus.

Hab. ad cortices, Surinam Guyanæ hollandicæ Amer. merid. (MIQUEL).

25. **Hexagonia cruenta** Mont. V, P. S., p. 208, Syll. Crypt. n. 548. — Pileis coriaceis, lentis, tenuibus, effuso-reflexis, late confluentibus concretisque, supra e sanguineo-rufescentibus, subzonatis, longitrorsum lineolatis; hymenio ligneo, pallido, alveolato; alveolis hexagonis, mediocribus, curtis, ore obtusis (in effusa pilei parte canaliculatis, obliquis, acie attenuatis).

Hab. in truncis ad Vavao Amer. trop. (HOMBRON).

26. **Hexagonia Cesatii** Berk. in Cesati Mycetes Born. pag. 8. — Tenuis, orbicularis, lignicolor; pileo zonato, zonis concoloribus; poris postice hexagonis, 2 mm. lat., antice concentricis angustioribus.

Hab. in ditione Sarawacensi Bornei Malesiæ (O. BECCARI).

27. **Hexagonia Müllerii** Berk. Linn. Soc. Journ. of Botany, XIII, B. et Br. Fung. Brit. II, tab. XII, f. 12-13. — Tenuis, rigida, postice disco orbiculari affixa; pileo multizonato radiato, rugoso, lobato, ochraceo-fuscescente; margine acuto; hymenio fuscidulo; poris mediis.

Hab. ad truncos New England et in Eucalypto crebra, Rockhampton in Queensland Australiæ, forma minor (A. THOZER). — Pileus 10 cm. latus, 8 cm. longus; hymenium inæquale, longitudinaliter depressum; pori $\frac{5}{12}$ mm. lati.

28. **Hexagonia Dregeana** Lév. Champ. Mus. p. 143. — Pileo coriaceo 6301
suborbiculari, papyraceo, nudo, zonato, fusco-fuligineo, postice nigricante; margine acuto lobulato; alveolis hexagonis, fuscis, intus cinereis, dissepimentis integris acutis.

Hab. ad truncos in capite Bonæ Spei (DREGE). — Alveoli mediae magnitudinis.

29. **Hexagonia pulchella** Lév. Champ. exot. p. 200. — Pileo coriaceo, 6302
tenui, reniformi, flexili, nudo, lurido, zonis castaneis, creberrimis variegato; alveolis minutis e rotundo hexagonis, fuligineis.

Hab. ad truncos in insula Java. — Pileus 8-12 cm. lat., 1 mm. cr. Affinis *H. variegata* et *H. tenui*.

30. **Hexagonia cingulata** Lév. Champ. exot. p. 200. — Pileo coria- 6303
ceo, reniformi, membranaceo, nudo, zonato, pallide cinereo, nitente; alveolis meliis, fuscis e rotundo hexagonis, intus cinereis.

Hab. ad truncos, Hispaniola seu S. Domingo. — Pileus 2-4 cm. latus.

31. **Hexagonia cervino-plumbea** Jungh. Crypt. Jav. p. 61, fig. 32, Lév. 6304
Champ. exot. n. 122. — Coriaceo-tenuis, subchartacea; pileis dimidiatis, basi effuso-adnatis, griseo-gilvis, levibus, zonatis; hymenio cinereo, dein nebuloso; poris curtis majusculis, rotundis, aequalibus.

Hab. in regionibus calidis infer. Javæ, ad ramos dejectos silvarum nec non trabes a ligno Tectonæ grandis constructos — Pilei 2-2½ cm. long., juniores sepe effuso-reflexi raro imbricati; pori curti eximie regulares, aequales, versus ambitum superficiales, faveoliformes.

b) Pileo velutino v. pilosulo.

32. **Hexagonia scutigera** Fr. El. p. 13, Epicr. p. 197. — Pileo coria- 6305
ceo, applanato, velutino, olivaceo-fusco, postice scutato-dilatato sessili; poris hexagonis, favosis, griseis.

Hab. ad ramos in Brasilia (LUND), Paraguay (BALANSA) et in India orient. Forma paraguayensis differt præ ceteris defectu scuti postici. Cfr. Speg. F. Guar. p. 54. — Solitaria, reniformis, potius suberosa quam coriacea, nisi admodum tenuis esset, utrinque planissima. Pileus per novas accretiones, ob quas saltem biennis creditur,

zonatus, rugosus, 2½-5 cm. latus, fuscus, sed villo velutino olivaceus, margine sursum flexo, acute prominente. Omnino sessilis et dimidiata, sed postice submarginata e basi dilatata, ramos amplectente, qualis in *Pol. eanthopode*. Valde tenax, contextu floccoso, ligneo-fulvescente; pori admodum curti, regulares, favosi, hexagoni, grisei. Scutum posticum sulco concentrico a reliquo pileo etiam distinguitur.

33. **Hexagonia sericea** Fr. Epicr. pag. 497, *Pol. sericeo-hirsutus* 630
Klotzsch Linn. VIII, p. 483, *Pol. dermatodes* Lév. Bon. 180,
t. 138, f. 2. — Pileo coriaceo-membranaceo, integro, subcampanu-
lato, sericeo-villoso, pallido, vertice adnato, sessili; alveolis tenuibus
irregulariter hexagonis.

Hab. in America boreali et in ins. Mauritii, Manilla, Sarawak
Bornei et in Algeria. — A reliquis valde diversa; etiam acie cel-
lularum acuta. Pileus zonatus 5-7 cm. lat. pallide brunneus.

34. **Hexagonia flabelliformis** Berk. Chall. n. 220. — Pileo tenui, fla- 6307
belliformi, rufulo, radiato-lineato, subtiliter et sparsim velutino gla-
brescente; poris demum elongatis, amplis, setulosis.

Hab. ad truncos in insulis Philippinis. — Parva, sed distincta.
Pori 10/3 mm. diam.

35. **Hexagonia variegata** Berk. N. Pac. exp. n. 99 et Fungi Dom. 6308
p. 5. — Pileo dimidiato, reniformi, tenui, crebri-zonato, rigido,
variegato, velutino glabrescente, radiato-rugoso; hymenio umbri-
no; poris mediis.

Hab. ad ligna emortua Nicaragua, et Cuba America centr. (C.
WRIGHT), Jamaica, S. Domingo, Vera Cruz, Key West Floridæ
Amer. centr. (BLEGGERT), Guyana Britannica in montibus Andis,
Rio Purus Brasiliæ (TRAILL), Bahia (BLANCHET). — Pileus 10 cm.
lat.; pori 650 μ . lat. *H. papyraceæ* subaffinis.

36. **Hexagonia Cookei** Sacc. *Hexagonia favoloides* Cooke Grev. XIV, 6309
p. 118 (1886), nec Peck. — Pileo reniformi, sessili, ochraceo-albo,
velutino, subplano, 5-7 cm. lat., postice crassiusculo, 1 cm. cr.,
margine subacuto; hymenio convexo; poris magnis, favoloideis, 4-6
mm. latis, obtusis, profundis, ad peripheriam minoribus.

Hab. in lignis Strickland River in Nova Guinea.

III. *Sclerite* Fr. Pileo concentricè sclerato.

* Glabrescentes.

a) Alveolis fulneo-pallidis v. cinnamomeis.

37. **Hexagonia Gunnii** Fr. Nov. Symb. p. 101, *Polyp. caryoporus* Berk. 6310

Fl. Van Diem. n. 3. — Pileo sessili, subungulato, passim imbricato, levi v. scabrido, lignicolori, marginem versus leviter zonato; contextu brunneo, suberoso-molli; poris penta-hexagonis, amplis, pileo concoloribus, 3-6 mm. latis.

Hab. in corticibus in Tasmania (Guss). — Var. **corticosa** Berk. l. c.: pileo oblique ungulato, griseo, rugoso-diffracto, corticem quemdam æmulante. Cum typo, in quem sensim abit.

38. **Hexagonia sulcata** Berk. Decad. of Fung. n. 183, tab. XX, f. 1. 6311
— Ungulata, durissima; pileo badio-fusco, concentricè sulcato; poris magnis, subhexagonis, profundis extus intusque ligneo-albâs, dissepimentis lentis.

Hab. ad ligna emortua in nemoribus ad radices montis Adam's Peak Ceylon. — Pileus 8-10 cm. latus, 5-8 cm. longus; pori 2 mm. diam., ligneo-pallidi. Species splendida, strictè affinis *H. Gunnii*.

39. **Hexagonia glabra** Lév. Champ. Mus. p. 143. — Pileo coriaceo, 6312
suberoso-subiufundibuliformi, sessili, glabro, nitido, zonato, subalutaceo; margine ancipiti sinuato, alveolis 4-5-angulatis concoloribus, dissepimentis obtusissimis crassis.

Hab. ad truncos Bombay India (POLYBORUS ROUX). — Pileus 11 cm. latus.

40. **Hexagonia albida** Berk. Chall. n. 219 — Disco orbiculari affixa; 6313
pileo reniformi leviter sulcato-zonato, ruguloso, scabro; margine acuto; poris subflexuosis, intus scabris, pallidis.

Hab. ad truncos in ins. Malamon Philippinarum. — Pileus 6 cm. latus, 4 cm. longus; pori 1½ mm. diam. Inter *Hexagoniam* et *Dardaleam* media.

41. **Hexagonia fasciata** Berk. Fung. Darw. and Isl. Pacif. n. 6, p. 444, 6314
t. IX, f. 2. — Pileo sessili, tenui coriaceo rigido, reniformi, supra concavo, ligneo-fulvescente nitidiusculo, demum glaberrimo rugosiusculo, zonis crebris passim profundioribus sulcato; hymenio ligneo-pallido; poris submagnis subhexagonis, acie levi vel subdentata.

Hab. in insula Tahiti (DARWIN), Rio-Janeiro (LESCHENAU). — Pileus 7-8 cm. lat., 6 cm. long. *H. tenui* et *polygrammæ* affinis.

42. **Hexagonia rigida** Berk. Challeng. III, p. 54, B. et Br. F. Brisb. 6315
II, t. XII, i. 7-11. — Diumdiava, postice decurrens, rigida; pileo umbrino, concentricè zonato-sulcato, radiato, ruguloso, glabrescente; margine sulcisque elevatis subtiliter tomentosus; hymenio pallido; poris magnis.

Hab. ad truncos in insula Lord Howe Oceaniæ (FULLAGER). — Pileus 7-8 cm. latus vel confluento 15 cm. diam., 5 cm. longus;

pori 1.5-2 mm. diam. Adest quoque forma poris angustioribus margineque lobato.

43. **Hexagonia unicolor** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 101. — Dilute ferruginea : pileo coriaceo, rigido, subflexili, appianato, concentricè sulcato, glabro; alveolis mediis, vadosis, angulatis. 6316

Hab. ad truncos in America calidiori, in Cordillera, Vera Cruz Mexico (GALEOTTI). — Pileus dimidiatus, sessilis, peltato-advatus, reniformis 5 cm. circiter transversim latus, passim plures imbricati, dilute ferrugineus, non priorum instar incrassatus, sed tenuis appianatus subflexilis, rigescens tamen, sulcis concentricis concoloribus exaratus nec a basi radiato-rugosus, glaber; margo acutus, passim incisus, concolor contextus floccosus, dilute ferrugineus; pori medii, regulares, 4-6-goni obtusiusculi, dilute cinnamomei. « Specimen Mexicanum vidi vinoso-finctum ex *Hypomycele rosello* ibi optime fructificante ».

b) Alveolis umbrinis v. fusco-nigris, profundis, nudis, tenuibus, acie acutis.

44. **Hexagonia speciosa** Fr. F. Nat. p. 17. — Pileo suberoso, crasso, versus marginem acutissimum attenuato, plano, glaberrimo, dense concentricè sulcato, sordide ferrugineo, alveolis amplis, profundis, nudis, fuscis, acie acutis. 6317

Hab. ad truncos in terra Natal (WAHLBERG). — Ad *H. polygramman* proxime accedit, major, 7-10 cm. lat., margine nigrescens.

45. **Hexagonia orbiculata** Fr. Fung. Guin. f. 9, Ep. p. 497. — Pileo suberoso-coriaceo, orbiculari, dense concentricè sulcato, villo adpresso, obsoleto, canescente; alveolis amplis, profundis, subrotundo-hexagonis, nudis, fuscis. 6318

Hab. ad truncos in Guinea et in Terra Natal. — Supra plana, vertice adnato sessilis, nudo oculo glabra, villo sub lente tantum discernendo, subtus convexo.

46. **Hexagonia umbrinella** Fr. Fungi Natalenses p. 17. — Pileo suberoso-coriaceo, reniformi, dense concentricè glabro, umbrino, opaco; alveolis amplis, subrotundo-angulatis, obtusis, umbrino-nigris. 6319

Hab. ad truncos in interioribus regionibus Capensibus (WAHLBERG). — *H. orbiculatae* proxima, forma, glabritie coloreque obscuriori distincta.

47. **Hexagonia discolor** Fr. Nov. Symb. p. 102, *Favolus discolor* Fr. in Pl. Preiss. II, p. 136. — Pileo effuso, reflexo, inpolito, pallide umbrino; margine brevi tumido; alveolis rotundis, cupularibus, glabris, candicantibus, fundo defuite fusco-nigro. 6320

Hab. ad coruces in Australia. — Duplex adest forma: altera sistit formam explicatam, multiplo majorem, ex magna parte quidem effusam at superne distincte, licet breviter, marginatam; altera formam resupinatam, immarginatam, in ambitu vero determinatam, subliberam i. e. peltiformem. Acies primo obtusa, dilute ferruginea, dein acuta et cum lateribus concolor.

48. **Hexagonia nitida** Dur. et Mont. Fl. Alg. ined., Atl. t. 33, f. 1, 6321
Fr. Hym. p. 590. — Pileo coriaceo, dimidiato, semiorbiculari, supra convexo glaberrimo, nitente, umbrino-fuligineo, sulcis concentricis obscurioribus zonato: alveolis amplis, e rotundo hexagonis, profundis, glabris, nigricantibus.

Hab. ad truncos Ilicis in Pyrenæis (MONTAGNE), Quercus Ballota vero in Algeria (DURIEU). — Pileus crassus, semiorbicularis, sessilis, 7-9 cm. latus, 4 cm. longus, subtus (in speciminibus pyrenæicis) subplanus, (in atlanticis) ad basim gibbosus, ita ut sectione verticali divisus triqueter appareat: alveoli amplii, fere 2 mm. lati, profundi, posteriores longissimi, dissepimentis validis ore attenuato-obtusis; caro pilei tenuissima, vix mm. crassa; contextus fibroso-floccosus, umbrinus, in tramam descendens. Colore zonisque pilei ab *Hexagonia vespacea*, glabritie ab *Hexagonia Molkenboerii* Lév. distinguenda.

c) Alveolis e pruina glaucescentibus. armis vadosis, ore obtusis.

49. **Hexagonia peltata** Fr. F. Nat. p. 16. — Pileo suberoso-coriaceo, 6322
postice adnato, peltiformi e villo vix perceptibili canescente, versus marginem zonis fuscis sulcato variegatove; alveolis subrotundo-hexagonis glabris cavis, acie obtusa.

Hab. ad ramos dejectos in terra Natal (WAHLBERG). — *H. orbiculate* Fr. affinis at minor, vix 2.5 cm. lat.

50. **Hexagonia tricolor** Fr. Fung. Guin. f. 8, c. descr. Ep. p. 498. — 6323
Pileo coriaceo, tenui, dimidiato-sessili, glaberrimo, rugoso, badio-fusco, marginem versus densissime concentricè sulcato; alveolis minutis, æqualiter tetragonis, cinereo-fuscis.

Hab. ad truncos in Guinea. — Optima hujus generis species, que omnes primo obtutu a reliquis Polyporeis, poris amplis, facillime dignoscuntur.

51. **Hexagonia tenuis** Hook. in Kunth Syn. p. 10, Fr. Epicr. p. 418, 6324
B. et Br. F. Brisb. II, t. XII, f. 4-6. — Pileo coriaceo, rigido, glabro, canescente, dense concentricè et concolori-sulcato; margine tenui fusco; alveolis mediis hexagonis, canescenti-fuscis.

Hab. in Andium regione temperata, Perak panins. Malacensis et ins. Mauritiæ. — Reniformis 5-8 cm. lata, margine undulato. — Variat poris 1,7mm. latis. Cape York Australiæ (E. DÆMEL), Adelaide (Dr. SCHOMBURGK), N. E. Austr. (WALTER). *Bol. reticulatus* Hook. l. c. p. 9, secundum Klotzsch est monstrum cellulis spongioso farctis, pileo vertice adnato sessili resupinato et præter sulcos etiam pulchre reticulato-rugoso. — Teste Fr. in Fung. Nat. p. 17, *H. Dregeana* et *H. cerrino-plumbea* ad hanc maxime accedunt. — Var. **natalensis** Fr. l. c.: sessilis, dimidiata, postice decurrens, tenuis, rigidissima, 5 cm. lat. glabra, fusca obscurius sulcato-zonata; alveolis typi. In terra Natal.

52. **Hexagonia polygramma** Mont. Cuba p. 379, t. 14, f. 3, Fr. Epier. 6325 p. 497. — Pileo coriaceo, tenui, reniformi, glaberrimo, nitido, e pallido ligneo-fulvescente, sulcis confertis concentricis obscurioribus zonato; alveolis mediis, hexagonis, fusciscentibus.

Hab. ad ramos et truncos arborum Cuba (RAMON DE LA SAGRA, C. WRIGHT), Mexico, Martinica Amer. centr., Adelaide Australiæ (Dr. SCHOMBURGK), Nuvara Eliya, Ceylon (THWAITES), India, Sarawak Bornei (O. BECCARI), Cocincina (GAUDICHAUD), promont. Bonæ Spei. — Maior, margine acutissimo repando.

53. **Hexagonia favoloides** Peck Bull. Torr. 1883. pag. 73. — Pileo 6326 tenui, coriaceo, sessili, anguste concentricè zonato, leviter sulcato, glabro, nitidulo, brunneo: poris pallidis, dein brunneis, curtis, hexagonis, 1 mm. lat.

Hab. in lignis putridis Roatan Island Amer. bor. (J. J. BROWN). — Affinis *H. polygrammæ* et *H. tenuis*; sed colore et margine pilei differt.

54. **Hexagonia cyclophora** Lév. Champ. Mus. p. 113. — Pileo coriaceo, 6327 reniformi, convexo, dense et concentricè sulcato, albo, sordido; margine patente ancipiti; alveolis hexagonis, fuscis, ore acutis, intus cinereis; contextu pallido.

Hab. ad truncos. Mahé in insulis Seychelles (DUFOUR) et in Madagascar (PERVILLE). — Pileus 8-12 cm. latus.

55. **Hexagonia similis** Berk. Decad. n. 106 in Lond. Journ. 1846, 6328 p. 4. — Pileo sublaterali, suberoso, coriaceo, tenui, explanato, e pallido ligneo fulvente, zonis postice crebris, antice paucioribus, rugosis, lineis prominentibus hic illic notatis, ornato, glabro, sericeo-nitido; poris parvis pallidis, intus primum pruinosis; margine hymenio sterili.

Hab. ad ligna emortua in insula Ocean. Aru et in Arnheim's

Land, Illawara, Port Denison, Richmond River Australiæ. — Pori $\frac{1}{2}$ mm. diam. sed in forma australiana $\frac{1}{2}$ sicut in *H. polygramma*; pileus sessilis vel breviter stipitatus, 7-8 cm. longus, 11-12 cm. latus; hymenium pileo pallidius, subinæquale.

56. **Hexagonia Blumei** Lév. Champ. exot. p. 199. — Pileo coriaceo, 6329
tenui, reniformi, basi depresso sulcato, tenuissime zonato, pallide lurido, subtus margineque prolifero; alveolis curtis, minutis, subrotundo-hexagonis, cinereis; dissepimentis obtusis.

Hab. ad truncos in insula Java. — Pileus 8-10 cm. lat., vix 1 mm. cr.

** Velutino-pilosæ.

57. **Hexagonia papyracea** Berk. Fung. Brit. Mus. p. 379, n. 31. — 6330
Pileo sessili, semiorbiculari, papyraceo, tenui, flexili, subtiliter velutino, glabrescente, crebri-zonato, sanguineo-lignicolorique variegato; hymenio cervino; poris hexagonis, regularibus, mediis.

Hab. ad truncos exoticos, loco ignoto (Herb. Mus. Brit.). — Pileus 22 cm. lat., 12 cm. long.; pori vix $\frac{1}{2}$ mm. diam.

58. **Hexagonia arata** Berk. Chall. n. 170. — Tenuis, rigidiuscula, im- 6331
bricata, dimidiata v. flabelliformis, regulariter sulcato-zonata, scabroso-tomentosa, umbrinella; hymenio e luteo-umbrino cinnamomeo; poris dentatis.

Hab. ad truncos in insula Oceanica Aru. — Pori $\frac{1}{2}$ mm. diam. Affinis *H. sericea*.

59. **Hexagonia Friesiana** Speg. Fung. Guar. Pug. I, p. 55. — Pileo 6332
membranaceo-coriacello, dimidiato expanso, 4-6 cm. diam., 2,5-4,5 cm. lat. antice posticeque, sæpius pluribus, seriatis et lateraliter confluentibus, postice truncato adnato, plus minusve per matricem decurrenti-effuso, rigidulo; margine acuto, tenui, recto, superne dense concentricè striato vel rarius sulcato, adpresse velutino-hirsuto e gilvo griseo, sulcis strictissimis vix obscurioribus et glabratis; contextu fibroso, tenui 500 μ . crass., albescente-fusco, cum hymenio concreto; alveolis pallescenti-fuscis, obscure subconcentricis, brevissimis, 500-700 μ . profundis, majusculis, 500-700 μ . diam., irregularibus, postice decurrentibus, obliquis; dissepimentis acie acutissimis, irregularibus, sæpe dentiformiter elongatulis, marginem versus obtusioribus ac abbreviato-evanescentibus, zona marginali non vel vix evoluta limitatis.

Hab. ad palos fabrefactos prope Guarapi Amer. austr. — Ad genus *Cyclomyces* nonnihil vergens et *Cycl. fusco* affinis.

60. **Hexagonia decipiens** Berk. Fung. Austr. n. 113, B. et Br. Fungi 6333
Brisb. II, p. 65. t. XII, f. 3. — Pileo diinidiato, zonato, umbrino, ve-
lutino-hispido, sulcato; poris majoribus.

Hab. in truncis Adelaide Australiæ (DR. SCHOMBURGER). — Pileus
3 cm. latus, sæpe orbicularis et resupinatus; pori $1\frac{1}{4}$ mm. lati.
Species distinctissima.

61. **Hexagonia macrotrema** Jungh. in Fr. Novæ Symb. Myc. p. 101. 6334
— Pileo suberoso-lignoso, ungulato, concentrice sulcato, velutino,
ochraceo; contextu tenui alveolisque profundis, amplis, regulariter
hexagonis pallidioribus, ore acuto.

Hab. in Java variisque Indiæ orientalis locis. — Ampla spe-
cies (in spec. viso) applanata, quæ ut plurimæ crassiores *Hexago-*
nia ietus ex maxima parte ex alveolis profunde excavatis for-
mata est; quoad alveolorum formam generis typum optime exhi-
bet. *H. Molkenboeri* Lév. quoad syn. Junghunhii huc spectat. Fr. l. c.

62. **Hexagonia Molkenboeri** Lév. Champ. exot. p. 200. — Pileo co- 6335
riaceo-suberoso, subreniformi, basi gibboso, zonato, velutino, ochra-
ceo; alveolis magnis, hexagonis, concoloribus.

Hab. ad truncos in insula Java. — Pileus 6–8 cm. lat. Cfr.
H. macrotrema.

IV. *Subresupinatæ.*

63. **Hexagonia adnata** B. et Br. F. of Ceyl. n. 525. — Tota adnata; 6336
contextu umbrino; poris latis, dentatis, decurrentibus, subtiliter to-
mentosus.

Hab. ad ligna emortua, Damboul, Ceylon (THWAITES).

64. **Hexagonia carbonaria** B. et C. North Am. Fungi n. 161. — 6337
Tota resupinata, fulvo-fusca; margine nullo, subtus fulva, tomen-
tosa; poris rigidis, dissepimentis acutis.

Hab. in areolis carbonariis et ad ramulos combustos, Carol. inf.
Amer. fœder. et ad ligna putrida, Portage, New York (CLINTON),
Worcester (РѢСК). — Pori $\frac{5}{7}$ mm. lati, sed magnitudine admodum
variabiles. Superficies inferior, quum divellitur, fulva est atque to-
mentosa. In speciminibus noveboracensibus pori latiores atque
fungus non semper resupinatus.

65. **Hexagonia pergamenea** B. et Br. F. of Ceyl. n. 526. — Resu- 6338
pinata; margine reflexo, striato, sublanato; poris mediis, rigidis; con-
textu pallide fulvo.

Hab. ad ligna emortua. Ceylon (THWAITES). — Plura cm. longa,
circ. $2\frac{1}{2}$ cm. lata, margine reflexo, tomento spongioso, fulvo obsita.

66. *Hexagonia brevis* Berk. Dec. n. 190. — Effusa, resupinata; margine breviter reflexo, subtiliter strigoso, demum sericeo, pallido ochraceo subzonato; poris hexagonis, latiusculis, cinereis; dissepimentis rigidis; hymenio pallide cinereo. 6339

Hab. ad ligna emortua in insula Ceylon (THWAITES). — Pori 1 mm. circ. diam. *H. cervino-plumbeæ* Jungh. proxima.

67. *Hexagonia vitellina* Cesati Myc. Born. p. 8. — Resupinata, nunc orbicularis, nunc effusa; pileo supra molliter tomentello, tenui; margine extenuato, cervino; hymenio citrino; poris sat amplis, superficialibus. 6340

Hab. in ditione Sarawacensi Bornei Malesiæ (O. BECCARI). — Pro forma abnormi *Polysticti Peradeniæ* lubenter habuisset auctor, etsi color hymenii congruus non sit visus.

68. *Hexagonia pallens* Sacc. Miscell. Mycol. II, p. 14, n. 59. — Resupinata, ovato-oblonga, depressa, alba, glabra, subcoriacea, tota fere e poris subhexagonis, 2 mm. d., profundiusculis formata; margine sterili nullo. 6341

Hab. ad truncos Cordillera, Vera Cruz, Mexico (GALEOTTI). — Habitus fere *Hec. decipientis* Berk. F. Brisb., p. 61, t. XII, f. 3, sed margo et color alius. An forma resupinata *Hexagoniæ vespa-cæ* (Pers.) Fr.?

69. *Hexagonia tabacina* Lév. in Zoll. Verz. p. 17. — Pileo membranaceo, sessili, vel basi protracto, tenuissime zonato, hirsuto, umbrino; poris hexagonis, acie acutis, saturatoribus, versus marginem acutum substerilem ferrugineis. 6342

Hab. ad truncos in insula Java. — Aptius forte ad *Levigatar* (b) referenda.

DÆDALEA Pers. Syn. p. 149, Hym. p. 586 (Etym. *dædaleus* seu labyrinthicus, ob poros), *Agarici dædaleis sinibus* Battar. — Pori firmi, adulti sinuosis, labyrinthiformes; reliqua omnino *Trametis*. Fungi lignatiles, indurati, contextu floccoso in tramam immutatam descendente.

Exclusis *Lenzitis* et *Trametibus*, genus *Dædalea* stricte limitatum, licet his valde affine.

* Suberoso-lignosæ, dimidiatæ, sessiles, rarissime (ultimæ) substipitatæ.

1. *Dædalea quercina* (L.) Pers. Syn. p. 500, Fr. Syst. Myc. I. p. 333, cum syn. copiosis, Hym. Eur. p. 586, Grevill. t. 238, Berk. Outl. t. 19, f. 5, Krombh. t. 5, f. 1, 2, Bail t. 31, Kickx p. 218, cum varr. Gill. C. F. c. ic., *Agaricus* Linn. Suec. n. 1213, Sowerb. t. 181, 6343

Bolt. t. 73, *A. labyrinthiformis* Bull. tab. 352, 442, f. 1, Vent. t. 60, f. 1, 2 (variet.). — Ligneo-pallens; pileo suberoso, ruguloso, inæquabili, azono, glabriusculo, intus concolore, primo poroso; poris dein in sinulos subcontortos lamellososve, labyrinthiformes abeuntibus, acie obtusa.

Hab. vulgata ad ligna indurata Quercus in Europa. — Ob hymenium primitus aporum, dein porosum, tandem crasse lamellosum nec radians a *Lenzite* diversa. Varietates numerosæ: effuso-reflexa Schæff. t. 231: pileo membranaceo, extenso sinubus longissimis; tota resupinata Bull. l. c. F., Pers. Myc. Eur. t. 18, f. 1. — Var. **stactiformis** Mont. Cent. VII, p. 38: pileo irregulari basi porrecta effuso supra tuberculoso ligneo-pallido contextuque suberoso fuscescente, hymenio in sinulos pedunculos labyrinthiformes amplos scalariformiter dispositos lacerato. Ad truncos in Brasilia (WEDDELL).

2. **Dædalea Inzengæ** Fr. in Inzeng. Sic. II, t. 2, Hym. Eur. p. 587. 6344
— Straminea; pileo suberoso, e levi tuberculoso, glabro, intus zonato discolori; poris curtis, postice dædaleo-sinuosis, marginis subporosis.

Hab. ad truncos in Sicilia. — Præcedenti affinis, præter colorem diversa poris ex icone vix 2 mm. profundis. Perennis quoque videtur, nova strata addens; interiora enim strata rufo-brunnea, exteriora pallide sulphurea.

3. **Dædalea aurea** Fr. Syst. Myc. I, p. 339, Hym. Eur. p. 587, Pers. 6345
Myc. Eur. 3, pag. 5, *Agaricus aureus*, *dædaleis sinubus* Batt. t. 35, f. F. — Aurea; pileo suberoso-coriaceo, gibbo, velutino, subzonato, unicolore, intus hymenioque e poroso anguste sinuato-labyrinthiformi flavis.

Hab. ad truncos Quercus in Italia, Britannia, Car. inf. Amer. fœder., Ohio (LEA). Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus triquetus, 5 cm. lat., margine tumido. Imbricata, venis maxima parte rectis, radiantibus. Quamvis loco cum prioribus conveniat, videtur species distincta.

4. **Dædalea cinnabarina** Secr. 3, p. 482, Fr. Hym. Eur. p. 587. — 6346
Versicolor; pileo suberoso, depresso basique decurrente, velutino, tuberculoso-zonato, zonis discoloribus, subfuscis, cinnabarinolimitatis, margine floccoso carneque albis; hymenio dense labyrinthiformi, albo-pruinoso, demum rufescente et nigro-maculato.

Hab. ad truncum Juglandis in Gallia (SECRETAN) et in Germania. — Imbricata, concrescens, speciosa, hymenio ad typum *Dæd. quercinæ* formato.

5. **Dædalea confragosa** Pers. Syn. p. 501, Fr. Syst. Myc. I, p. 336, 6347
Hym. Eur. pag. 587, Berk. Outl. p. 254, Secret. p. 491, Weimm.
pag. 343, *Boletus* Bolt. t. 160, *B. labyrinthiformis* Bull. t. 491,
f. 1. — Pileo suberoso, convexulo, scabro, subzonato, unicolore,
lateritio-fusco, intus ligneo-colorato, ferruginascente; sinulis e po-
roso anguste labyrinthiformibus laceratisque, e cinereo-pruinoso
rufo-fuscis.

Hab. ad truncos arborum frondosarum raro in Europa et Maine
Amer. fœder. (MORSE). — **D. angustata** (Sow.) Fr. Syst. Myc. I, p. 538,
Hym. Eur. 587, Pers. Myc. Eur. 2, p. 4, *Boletus* Sowerb. t. 193;
pileo suberoso, planiusculo, repando, obsolete zonato, brunneo-ru-
fescente, margine pallidiore, subtomentoso; sinulis labyrinthiformi-
bus, subolivaceis. Ad truncos Populi in Anglia. Ex observationi-
bus Berkeleyi ad præcedentem referenda, licet icones differant.

6. **Dædalea cinerea** Fr. Syst. Myc. I, pag. 336, Obs. p. 105, Hym. 6348
Eur. p. 588, Ic. t. 192, f. 2, Quél. p. 273. — Pileo suberoso-li-
gnoso, crasso, subundulato, zonato, tomentoso, cinereo; poris minu-
tis, obtusis, integerrimis, aliis rotundis, aliis longissimis, labyrin-
thiformibus, flexuosis, intricatis, albis cinereisve.

Hab. ad truncos vetustos Fagi Smolandiaë Galliaë, Germaniaë,
Britanniaë, in Uplandia ad Betulas (?) et in Rhode Island Amer.
fœder. (BENNET). — Pileus 3-8 cm. latus. Perennis, strata, *D.*
unicolori tamen affinis.

7. **Dædalea subtomentosa** Schwein. Car. n. 853, Fr. El. p. 70, Ep. 6349
p. 493. — Pileo coriaceo, gibboso, tuberculoso, albido, zonis eleva-
tis subtomentosis concoloribus, intus hymenioque primo poroso,
dein anguste labyrinthiformi-sinuato, pallidis.

Hab. ad truncos Carolinaë Amer. boreal. — Minor, substantia
D. quercinæ.

8. **Dædalea subeulcata** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 519. — Adnato- 6350
decurrens; pileo ochroleuco leviter zonato, subtiliter tomentoso, le-
vi; lamellis latis, ligneis, concoloribus demum dentatis.

Hab. ad ligna emortua, North Eliya Ceylon (THWAITES). —
Pileus fere 10 cm. latus, quandoque lateraliter decurrens.

9. **Dædalea Ravenelii** Berk. North Amer. Fung. n. 160. — Ferrugi- 6351
nea; pileo postice decurrente, tomentoso, ætate spadiceo; poris ir-
regularibus, primum pubescentibus.

Hab. in Carol. inf. Amer. fœder. (RAVENEL) et ad Quercum,
Gainesville Floridaë. — Pileus 12-18 mm. latus; pori $\frac{5}{7}$ mm. lati.

10. **Dædalea ochracea** Kalchbr. in Flora 1878, p. 354, Thümen, Myc. 6352

univ. n. 1205. — Pileo suberoso, dimidiato-sessili, planiusculo, ad-
 presse tomentoso, ad marginem sulcis paucis exarato, ochraceo-
 ferrugineo, vetustiore valde dilatato, 8-12 cm., excrescentiis defor-
 mato, grumoso-furfuraceo, intus ligneo pallido vel ex parte ochra-
 ceo-fuscescenti; sinulis angustis, intricatis, sæpe laceris dentatisque,
 passim elongatis, ligneo-pallidis, ore ochraceis.

Hab. ad truncos vetustos arborum frondosarum in silvis mon-
 tis Boschberg pr. Somerset-East, Promont. Bonæ Spei (P. MAC
 OWAN). — Ambigit inter *Lenzites* et *Dædaleus*.

11. *Dædalea puberula* B. et C. North Am. Fungi n. 159. — Pileo 6353
 molli-suberoso, irregulari, dimidiato, hic illic tuberculoso, pube-
 rulo, ochraceo; margine tenui; poris parvis demum sinuatis.

Hab. ad truncos in Pensilvania Amer. fœder. (MICHENER). —
 Circiter 10 cm. lata; pori $\frac{1}{2}$ mm. lati.

12. *Dædalea Mac-Owani* Kalchbr. Fung. austr. afr. n. 20. — Sessi- 6354
 lis, suberosa, extus intusque concolor albida et demum alutacea;
 pileo difformi primum tuberis instar e matrice egrediente, in opti-
 ma evolutione semiorbiculari, convexo, 8-10 cm. longo latove, ad
 basim $1\frac{1}{4}$ -5 cm. crasso; margine attenuato, obtusiusculo, azono,
 levi, tomentoso-glabrato, tactu molli sed mox nudo; poris majus-
 culis, labyrinthicis, acie obtusis, marginem versus valde elongati-
 parallelis; carne intus zonata.

Hab. in cortice vivo Celtidis rhamnifoliæ aliarumque arborum
 ad ripas fluvii Klyn Vischrivier, Promont. Bonæ Spei (P. MAC OWAN).

13. *Dædalea velutina* Ces. Myc. Born. p. 7. — Pileo suborbiculari, 6355
 ultra 5 cm. lato plano, margine acuto, e lutescenti ochraceo, ve-
 lutino, zonis nitentibus et sulcis angustis concentricis signato; hy-
 menio concolore, lamellis pulverulentis sinuosis hinc inde anasto-
 mosantibus, acie rotundata.

Hab. ad Pedrotallagalla, Ceylon (O. BECCARI). — Utrumque
 æque tenet genus, *Trametes* atque *Dædalea*, hic fungus, cujus uni-
 cum specimen adest.

14. *Dædalea lenzitifformis* Cesati Myc. Born. p. 7. — Pallide gilva 6356
 v. alutaceo-albida, usque 10 cm. lata, utrinque plana; pileo supra
 subtiliter et adpresse velutino, fere glabrato, concentricè zonis de-
 pressis notato, margine tenui; hymenio stipatissime poroso-lamel-
 lato ita ut fere diceret zonas pororum rotundorum lamellarum zo-
 nis alternare, lamellis tenuibus confertis strictis; hymenio vere in-
 termedio hinc typico Lenzitis, illinc typico accedente Dædaleæ.

Hab. in ditone Sarawacensi Bornei et Pulo-Pinang in freto

- Malacensi (O. BECCARI) pr. Perak (SCORTECHINI). — Adspetus *Trametes* nisi pori in uno alterove specimine absolute marginales de indole Dædalina suaderent. Fungus *Lenziti deplanate* forsau accedens, nec *Trameti gibbosæ*.
15. **Dædalea emodensis** Berk. Dec. n. 444. — Ligneo-pallens; pileo 6357
dimidiato, crassiusculo, subvelutino, zonato postice demum laccato-
polito; margine acuto; sinibus oblongis, brevibus, pileo paullo sa-
turationioribus.
Hab. in ligno putri, Leebong Indiæ or. (HOOKER). — Pileus
10-12 cm. lat., 6 cm. long.; pori $\frac{1}{2}$ - $\frac{3}{4}$ mm. lat. acie obtusa. Ha-
bitus fere *Lenzitis repandæ*, sed omnino distincta.
16. **Dædalea microsticta** Cooke in Grevillea X, pag. 122. — Pileo 6358
suberoso, plano, papilloso, glabriusculo, ligneo-pallido, margine li-
neato-fusco, intus fuscescente; sinulis e poroso angustissime laby-
rinthiformibus laceratisque, e pallido fusciscentibus.
Hab. ad ligna Rio Janeiro Americæ australis. — Pileus 7,5-
10 cm. latus, 2,5 cm. et ultra postice crassus, margine acutus; pori
primum acie punctiformes dein confluentes breviterque labyrinthi-
formes, hymenium duas tertias partes crassit. pilei.
17. **Dædalea glabrescens** Berk. in Linn. Journ. XVI, p. 39, Chall. 6359
n. 116. — Pulvinate-expansa, crassa e scabro-tomentoso glabra,
zonata, pallida; margine acuto: lamellis crassis, rectis, quandoque
postice insigniter flexuosis.
Hab. ad truncos Paramatta in N. S. Wales Australiae. — Pi-
leus 15 cm, latus, 8 cm. longus. Affinis *D. tenui* sed lamellis multo
crassioribus.
18. **Dædalea pallido-fuiva** Berk. Hook. Lond. Journ. V, 6, p. 322. — 6360
Suberosa; pileo 4 cm. longa, 8 cm. vel ultra lata, dimidiata, sub-
nitens, rugosa, azona, pallida; hymenio pallide fulvo; poris angu-
stis $\frac{5}{12}$ mm. latis, rectis, hic illic sinuatis.
Hab. ad truncos, Ohio in Amer. fœder. (T. G. LEA).
19. **Dædalea intermedia** Berk. Austral. Fung. n. 260. — Dimidiata, 6361
pallida, zonata, antice e poris radiato-rugulosa, quandoquo impressa;
poris magnis hic illic elongatis.
Hab. ad truncos in Australia. — Pileus 6-7 cm. latus, 3,5-4
cm. longus; pori 1,5 mm. diam.
20. **Dædalea rubicunda** Klotzsch Fungi orb. terr. circ. Mey. coll. 6362
pag. 234. — Pileo sessili, suberoso, plano, depresso, glabro, reni-
formi, subruguloso, zonato, albido, maculis cinnabarinis expallen-
tibus cincto; margine attenuato, lobato; sinulis alutaceis, ad basim

rotundato-hexagonis, amplis, poriformibus, acie lacerate-lobatis, versus marginem elongato-flexuosis, labyrinthiformibus.

Hab. in truncis arborum Corcovado montis pr. Rio de Janeiro Americæ australis. — Totus fungus reniformis, 25 cm. lat., 10-12 cm. long., substantia basin versus 4 mm. cr.; pori 2 mm. diam., 6-8 mm. profundi.

21. **Dædalea incompta** Berk. F. Brisb. II, p. 61, t. XII, f. 1-2. — 6363
Imbricata; pileo pallido, maculis serdide brunneis variegato, fisso, duro, rugoso, zonato, margine obtuso; hymenio minute sinuoso, lignicolori; poris postice descendentibus.

Hab. ad truncos Port Douglas Brisbane Queensland (F. M. BAILEY). — Pileus 5 cm. lat., 4 cm. long., pori 1-2 mm. profundi, substantia hymenio pallidior, dura, 2-3 mm. cr.

22. **Dædalea scalaris** B. et Br. F. Brisb. II, p. 61, t. XI, f. 7-9. — 6364
Alba; pileis imbricatis crassis sursum quasi dealbatis; poris ex rotundis varie sinuosis, acie obtusiusculis; contextu molli, suberoso, candido.

Hab. ad truncos Brisbane Queensland (F. M. BAILEY). — Pileus 7-8 cm. long., 2-2,5 cm. crassus; pori circ. 2 mm. profundi. Habitus *Trametes gibbosæ* at hymenii structura differt.

23. **Dædalea Trametes** Speg. Fung. Arg. I, p. 166, n. 18. — Mycelio crassiusculo, tenaci, suberoso-floccoso, intus albo, extus velutino-hirsuto, rufescenti, fere *Ozonium* referente; pileis hinc inde solitariis v. gregariis exsurgentibus, sæpe amorphis, sæpius unguiculatis, crassis superne colore et forma mycelii donatis, margine obtuse rotundatis; trama suberoso-fibrosa, alba in hymenium descendente; hymenio centro sinulos subcontortos lamellososve labyrinthiformes efformante, albo, acie obtusa subgrisea, marginem versus favoso-polyporeo candido; sporis elliprico-elongatis, 10-12 \approx 5, hyalinis.

Hab. ad truncos vivos Salicis Umboldtianæ secus Rio de la Plata («*la Recoleta*») Reipublicæ Argentinæ Amer. australis. — Odor fere *Trametes suarcolentis* sed magis gratus, aromaticus, peculiaris. Totus fungus forma et statura maxime ludens; sæpe in mycelio adsunt rudimenta hymenii; pilei magis regulares 2-3,5 cm. protuberantes, 1,5-2 cm. cr., trama 5 mm. ad 1 cm. cr., tubuli 5-15 mm. longi.

24. **Dædalea Queletii** Schulz. in Hedw. 1885, pag. 145. — Pileo e gompho amorpho albo enascenti, irregulariter semiorbiculari, usque 9 cm. lato, azono, amone opaco cinnamomeo fere badio, levi, sub-

velutino; fascia marginali albida, subscabrosa; poris angustis, valde eleganter labyrinthicis, dilute fuscis, evanescente-pruinosis, deorsum effusis; tubulis concoloribus, juxta basim pilei usque 1 cm. longis, utrinque abbreviatis; carne suberoso-coriacea, fuscidula, radiatim notata, sine zonis verticalibus, basi 1,6 cm. crassa, versus marginem acutum attenuata, sine odore distincto; sporis ellipsoideis, usque 4 μ . longis.

Hab. gregatim ad truncos salicinos ad ripam fluvii Bosut in Slavonia.

25. **Dædalea tenuis** Berk. Hook. Journ. 1842, p. 151 et F. Austral. 6367
n. 106. — Suberosa, ligneo-umbrina; pileo dimidiato, tenui, applanato, zonato, rugoso, inæquabili, glabriusculo; margine acutissimo; poris numerosis elongatis rectis radiantibus, interstitiis dentiformibus vel lamellatis, acie acuta.

Hab. in insulis Philippinis et Cape-York Adelaide Australiæ. — Pileus 10 cm. lat., 6 cm. long. Habitu *Lenzitis trabecæ* sed *Dædaleæ quercinæ* proxima videtur. Pileus primitus armeniacus et velutinus demum glabrescens.

26. **Dædalea Schomburgkii** Berk. in Herb. et in Cooke Austr. Fungi 6368
p. 27. — Suberosa, ochraceo-pallida; pileo tenui, applanato, dimidiato, zonato, rugosiusculo, brevissime velutino, glabriusculo, margine acuto; poris elongatis, radiantibus, confluentibus, lamellatis, dissepimentis crassis, rugulosis, acie subacutis.

Hab. in Australia meridionali. — 7-10 cm. lat., 6 cm. long. Affinis *D. tenui*. Diagnosis benevole misit Cooke.

27. **Dædalea fuliginosa** Lév. Champ. exot. p. 199. — Pileo suberoso, 6369
semiorbiculari, nudo, rugoso, obsolete zonato, fusco-fuligineo; margine patente lobulato; lamellis inæqualibus anastomosantibus, sulcatis, acie dentatis, subtomentosis, concoloribus.

Hab. ad truncos, in insula Mauritiæ. — Pileus 6-8 cm. lat. Affinis *D. pruinosa*.

28. **Dædalea Sprucei** Berk. in Hook. Journ. (1856), 236, Dec. of Fungi 6370
n. 591. — Pileo suberoso, subconvexo, scabriusculo; margine zonato, sordide umbrino, tenui; hymenio convexo; poris flexuosis elongatis brunneo-umbrinis; dissepimentis in lamellas ruptis.

Hab. ad truncos emortuos, Demerara Guyanæ et Panurè Brasiliæ (Spruce), nec non Queensland Australiæ. — Pileus 12 cm. et ultra latus.

29. **Dædalea imponens** Cesati Myc. Born. pag. 7. — Pileo suberoso- 6371
stuposo, magno (usque 20 cm. lato), dimidiato-sessili, flabelliformi,

supra umbrino ad centrum, cetero ligneo, zonis concentricis, concoloribus, radiatim rugoso-fibrosis, margine adpresse strigoso strigis fere ramosis, inmo palmatis, obsito; hymenio primitus fusco, serius cinereo, pruinoso, ad marginem pallide gilvo. lamellis ligneis tenuibus undulatis, demum laceratis. poros maximos ad centrum elongatos, ad basim et marginem integrosistentibus.

Hab. in ditone Sarawacensi Bornei Malesiæ (O. BECCARI).

30. *Dædalea Dregeana* Mont. Enum. Fung. Ann. 3, VII, p. 171, Syll. 6372

Crypt. n. 545. — Pileo suberoso coriaceo magno dimidiato-sessili, semiorbiculari, supra explanato cute radiato-fibrosa resinosaque concentrice versicolori zonato, initio flocculoso tomentosolivide umbrino demum glabrato griseo-fuscescente, basi protracta crasso, margine attenuato obtuso, subtus convexulo; hymenio poroso-sinuoso; poris breviter linearibus flexuoso-dædaleis contextuque pallidis, in ambitu rotundis minutis, acie obtusis.

Hab. ad truncos sessilis, Zartkopsrivier, in nemorosis Africa meridionalis et in silvis ad Port-Natal (DRÈGE).

31. *Dædalea indurata* Berk. Fungi Challeng. Exped. n. 176. — Pi. 6373

leo albido, disco parvo affixo, radiato-rugoso, marginem versus zonato; hymenio ochroleuco; poris minutis, sinuosis.

Hab. in insula oceanica Aru. — Pileus 3,5-4 cm. latus, 2,5 cm. longus; pori 400 μ . diam.

32. *Dædalea aulacophylla* Berk. in Linn. Journ. XIII, pag. 165. — 6374

Pileo reniformi, quandoque pedunculo brevi instructo, albido, tomentoso, scabriusculo, leviter zonato; margine acuto; lamellis umbrinis, postice elongatis, transversim sulcatis.

Hab. ad truncos, Adelaide Australiæ. — Quandoque 20-23 cm. lata, 8-10 cm. longa.

33. *Dædalea glaberrima* B. et C. North Amer. Fungi n. 158. — Pi. 6375

leo reniformi, candido, polito leviter sulcato; stipite laterali, brevi, obtuso; poris demum sinuosis.

Hab. ad truncos carie exesos, pr. fluvium Santee in Amer. bor. — Pileus 9 cm. latus, 5 cm. longus; stipes 12 mm. longus et latus; pori $\frac{5}{8}$ mm. lati. Inter *Trameles* et *Dædaleas* ambigens.

** Coriaceæ v. suberoso-coriaceæ, dimidiatæ, sessiles, v. (ultima) stipitata.

34. *Dædalea unicolor* (Bull.) Fr. Syst. Myc. I, p. 336, Elench. p. 69, 6376

Hym. Eur. p. 588, Weinm. p. 344, Berk. Outl. p. 254, Kickx p. 217, *Boletus* Bull. t. 501, f. 3, Bolt. t. 163, Sowerb. t. 325, Dec. Fl. fr. II, p. 115, *B. decipiens* Schrad. Spic. p. 169, *Sistotrema ci-*

nereum Pers. Syn. p. 551. — Pileo coriaceo, villosò-strigoso, cinereo, zonis concoloribus; sinulis labyrinthiformibus, flexuosis, intricatis, acutis, demum lacero-dentatis.

Hab. ad truncos et cortices arborum frondosarum ubique in Europa pr. Minussinsk Sibiriaë asiaticæ, in Amer. fœder. et Queensland Australiaë. — Vulgo imbricata, humida fuliginea, sicca albedo-grisea. Hymenium albedo-cinereum, interdum fuscum. Duplex hujus forma: altera crassior, margine albedo, dissepimentis firmiteribus, distantibus, sinulos magis integros formantibus; altera tenuior, latior, sinulis angustioribus, magis laceris. Insignem varietatem (?) rufescentem sinulis minutis sistit Bull. t. 501, f. 3. — Variat quoque *resupinata* et obscurior. In Bohemia, Italia etc. — *Var. zonata* Thüm. Austr. n. 1009: pileo zonis pileis et pallide ochraceis alternantibus. In Austria.

35. *Dædalea Oudemansii* Fr. in Oudem. Batav. n. 79, Hym. Eur. p. 588. 6377

— Pileo suberoso-coriaceo, subzonato, velutino, cinereo, margine glabro, pallidiore, intus albo; sinulis angustis, flexuosis dentatisque.

Hab. ad truncos Pini in Batavia. — *D. unicolori* forte nimis affinis, sed e speciminibus visis habitu proprio, sinulis integris, pileo velutino atque loco natali distincta. — *Var. fennica* Karst. Symb. Myc. Fenn. XI, p. 69: pileo carnosò-suberoso, tenui, plano, basi decurrente-concrescente, subvillosò-strigoso, glabrescente, levigato, azono, pallescenti; margine acuto, patente, demum passim nigricante, 2,5 cm. lat., intus concolori; poris variis, laceris, concoloribus demum (siccitate) sordide fusciscentibus; sporis sphaeroideo-ellipsoideis. Ad lignum pineum sectum in parœcia Lempälä. A typo pileo pallescente unicolore, primitus undique velutino, azono differre videtur; dissepimenta marginalia tenuia, poros angulatos, basalia crassiora sinulos angustos, flexuosos laceros dentatosque formantia.

36. *Dædalea Schulzeri* Poetsch in (Esterr. bot. Zeitschr. 1879, n. 9, 6378

Winter Pilze p. 400. — Pileo conchiformi, basi incrassata, 8-10 mm. cr., sessili, tenui, albedo, sape ætate protracta brunneo, postice saturatiore, subatro, margine linea brunnea vel atro-brunnea, subnitente, 2 mm. lata notato, calvo, crispato, basi aspero, ceterum plus minus zonato; poris magnis, inæqualibus, polygonis, elongato-undulatis vel labyrinthiformibus, brunneis, basi obscurioribus; sporis cylindraceis, leniter incurvis, 7-10 = 1-2, hyalinis.

Hab. in truncis emortuis Populi pyramidalis in Germania. — Pileus 7-13 cm. latus.

37. **Dædalea Poetschii** Schulzer in *Æsterr. bot. Zeitsch.* 1879, n. 9, 6379
 Winter Pilze pag. 400. — Pileo dimidiato, sessili, tum reniformi
 3-4 cm. lato, tum horizontaliter elongato, usque ad 18 cm. longo,
 1-2,5 cm. lato, subtenui, præcipue ad marginem concentrice pli-
 cato, albido-griseo, margine brunneo-zonato, udo obscuriori, postice
 subatro, margine cinuamomeo; poris inæqualibus, fragilibus, de-
 mum irregulariter elongato-sinuosis, dentatis vel labyrinthiformi-
 bus, cinnamomeo-brunneis, pruinosis; sporis cylindræis, 6-10 = 2.
Hab. ad ligna fabrefacta Coniferarum in Germania.
38. **Dædalea lurida** Lév. *Champ. exot.* p. 198. — Pileo coriaceo-su- 6380
 beroso suborbiculari, applanato, nudo zonato, lurido; stipite late-
 rali brevissimo horizontali; poris pileo saturatoribus, magnis, an-
 gulatis, versus marginem labyrinthiformibus; dissepimentis acutis.
Hab. ad truncos in insula Java (ZIPPÉLIUS).
39. **Dædalea pruinosa** Lév. *Champ. exot.* p. 198, *Bonit.* p. 185, t. 136, 6381
 f. 1. — Pileo coriaceo-suberoso, reniformi, applanato, concentrice
 zonato, lurido, tomentosulo-pruinoso; lamellis inæqualibus, sulcatis,
 divisis, subtomentosis, contextu ochraceo.
Hab. ad truncos in insula Sandwich, Sarawak Bornei (O. BEC-
 CARI). — Pileus 6-7 cm. lat.; hymenium primitus poris subhexa-
 gonis amplis fere *Hexagoniæ*.
40. **Dædalea Hobsoni** Berk. *Austr. Fungi* n. 107. — Habitu *Dæda-* 6382
leæ unicoloris Fr., sed totus fungus flaccidus, submembranaceus,
 contextu tenui, albo; hymenio poroso, postice in dentes lamella-
 res effigurato; lamellis passim transverse positis.
Hab. in truncis arborum frondosarum variis prope Concepcion
 del Uruguay Amer. merid. et in Australia meridionali.
41. **Dædalea plumbea** Lév. *Ann. Sc. nat.* 1846, I, p. 302. — Pileo 6383
 sessili, reniformi vel semiorbiculari, coriaceo, depresso, zonato, inæ-
 quabili, nudo, plumbeo; sinibus lamellosis, labyrinthiformibus, laxis,
 obtusis, fuscis; contextu concolori.
Hab. ad truncos New York Amer. bor. — Pileus usque 20 cm.
 lat.; hymenium fere *Dædaleæ quercinæ*.
42. **Dædalea stereoides** Fr. *Nov. Symb. Myc.* p. 99. — Pileo coria- 6384
 ceo, flexili, umbonato-adnato, utrinque applanato, concentrice sul-
 cato, glabro, albido; hymenio intricatissimo, dædaleo, obscuriori.
Hab. ad truncos prope S. Jose in Costa Rica (ERSTED). — Mi-
 nima et tenuissima hactenus cognita species, vix 2,5 cm. diam.,
 vegetatione Stereorum tropicorum, umbonato-sessilis et postice bre-
 viter porrecta sed quoad hymenium pro generis typo ideali pro-

ponerem, si morphosis plene cognita esset, nulli enim adsunt pori, tantum sinuli ramosi et intricati, ab uno ad alterum marginem porrecti, unde dissepimenta in lamellulas dentiformes adrupta, nullo modo tamen hydroidea. Pileus reniformis, tenuis, obsolete et dense concentricè sulcatus, sed unicolor colore ligneo, margine acutissimo recto, subtus sterili pallidiori. Fr. l. c.

43. *Dædalea indica* Jungh. Crypt. Jav. p. 74, f. 39. — Dimidiata, 6385
rotundata; pileo elevato-zonata, zonis concoloribus, lateraliter affixo sessili, albido, glabro, subnitente; hymenio subalutaceo-pallido; lamellis valde confertis, tenuibus, nunc breviter parallelis rectis, nunc elegantissime flexuosis contortis labyrinthicis, simul minutis.

Hab. ad truncos prope Bataviam in insula Java. — 10 cm. et ultra lata, substantia apice 2 mm., basi 12 mm. cr., suberoso-coriacea, lenta, alba; lamellæ 2-3 mm. latæ, versus fungi basim latiores. *Lenziti repandæ* forma, teste Montagne, hinc potius ad hoc genus ducenda.

44. *Dædalea inæquabilis* Berk. Fung. Brit. Mus. p. 378. — Pileo tenui, suberoso-coriaceo, subrigido, multizonato, subundulato, glaberrimo lignicolori; poris magnis plus minus elongatis; dissepimentis tenuibus, acie acuta sæpe lacera. 6386

Hab. ad truncos in insula Ceylon (König). — Pileus 5,5 cm. long.; pori 1-1,5 mm. diam.

45. *Dædalea aulaxina* Lév. Champ. exot. p. 197. — Pileo sessili, coriaceo, angulato, zonato, nudo; margine sulcato, pallido; lamellis inæqualibus, sulcatis, laceris, pruinosis, albis, acie acutis. 6387

Hab. ad truncos in insula Java. — Pileo zonato-striato unguato statim dignoscenda species.

46. *Dædalea violacea* Lév. Champ. Mus. p. 142. — Pileo coriaceo 6388
applanato, semiorbiculari, nudo, inæquabili, zonato, lurido, e basi ad marginem patentem acutum lobulato, fibroso, radiato, sinibus minutissimis anastomosantibus violaceis.

Hab. ad truncos in insula Cuba. — Pileus 12-14 cm. latus.

47. *Dædalea ferruginea* Schum. Fr. Syst. Myc. I, p. 339. Hym. Eur. 6389
p. 589, Fl. Dan. t. 2029. — Pileo coriaceo, effuso-reflexo, zonato, flavo-ferrugineo, juniore margineque villosulo albo, intus carneo; hymenio e poroso anguste labyrinthiformi, fulvente.

Hab. in truncis Fagi Danæ et Betulæ lentæ in Amer. fœder. Pennsylvania (MICHENER). — Imbricato-connata, mihi non obvia, sed *D. unicolori* videtur proxima, nisi *Merulius*.

48. *Dædalea inconcinna* Berk. in Hook. Journ. Bot. 1842, p. 151. — 6390

Subimbricata; pileo dimidiato vel flabelliformi convexo, tenui, coriaceo-suberoso, azono, pallide fulvo demum subumbrino subtiliter velutino glabrescente, postice plus minus scabro; poris subhexagonis elongatisque; dissepimentis tenuibus, flexibilibus, pallidè ligneis.

Hab. ad truncos in insulis Philippinis. — Pileus 5 cm. lat., 3.5-4 cm. long., stipite spurio instructus; substantia mollis.

49. **Dædalea tortuosa** Cragin in Journal of Mycol. 1, p. 28. — Pileis 6391
dimidiatis, convexis, sæpe imbricatis confluentibusque, e suberoso lignosis, strigoso-rugosis, pallide flavescenti-brunneis, dein glabris pallidioribusque, intus concoloribus, zonatis, plerumque ad marginem ferrugineo-brunneo subinde concolorem minute repando, acuto 1-2-sulcatis; hymenio pallide cinnamomeo-brunneo, ut plurimum basi effuso et ad marginem abruptè subporoso; poris labyrinthiformibus, flexuosis, intricatis, dentatis.

Hab. ad truncos Kansas Amer. bor. — *Ded. unicolori* similima at colore magnitudineque majori diversa. Pileus 2-3 mm. crassus.

50. **Dædalea flavida** Lév. Champ. exot. p. 198. — Pileo coriaceo- 6392
suberoso, seniorbiculari, sulcato nudo, ochroleuco; margine subacuto sterili; poris angulatis, magnis, subhexagonis, versus marginem labyrinthiformibus ochraceis; dissepimentis obtusis, subtomentosis.

Hab. ad truncos in insula Borneo (KORTHALS). — Pileo 6-8 cm. lat.

51. **Dædalea microzona** Lév. Champ. Mus. p. 142. — Pileo coriaceo 6393
applanato, reniformi, glabro, pallide fulvo, zonis creberrimis tenuissimisque saturatoribus notato, in stipitem brevem lateralem producto hymenio ochroleuco basi poroso, e medio ad marginem acutum sinuoso-lamellosa hinc inde poroso.

Hab. ad truncos in insula Java (ZOLLINGER). — Pileus 15 cm. latus.

52. **Dædalea pendula** Berk. in Fl. New Zeal. p. 180, t. CV, f. 4. — 6394
Imbricata, coriacea; pileis bursæformibus, pendulis, dorso verticeque affixis, zonatis, pallide gilvis, floccis rigidiusculis umbrinis breviter strigosis vestitis; hymenio, lilacino-gilvo, parce poroso; dissepimentis irregularibus.

Hab. in ligno putri, Ngawakatatara Novæ Zelandiæ (COLENZO). — *Ded. unicolori* affinis, sed hymenium fere *Raduli*.

53. **Dædalea Berkeleyi** Sacc. *Ded. rhabarbarina* B. et Cooke Grev. 6395
VI, p. 130, nec Mont. — Pileo reniformi, umbrino, zonato, sulcato,

tomentoso; margine obtuso, aureo-fulvo; contextu rhabarbarino; hymenio ochraceo-flavo; poris demum sinuatis; dissepimentis rigidis, leniter puberulis.

Hab. ad caudices pineos, Gainesville Floridae Amer. fœder. — Zonæ marginales fulvo-aurantiacæ in pilei umbrini superficie valde emicantes.

54. **Dædalea levii** Hook. in Kunth Syn. I, p. 9, Berk. Exot. Fung. 6396 p. 380. — Pileo tenui, suberoso-coriaceo, expanso, reniformi, emarginato, omnino levi, azono, glabro; margine acuto; stipite brevi, crasso, laterali; dissepimentis carne latoribus, rigidis, valde confertis, anastomosantibus; sinulis plerumque linearibus.

Hab. ad truncos ad M. Andas pr. Popayan et Almaguer Americæ (HUMBOLDT). — Color fungi sicci flavo-brunneus, in planta recenti verisimiliter pallide ochraceus; pileus 4-4,5 cm. longus, 6-7 cm. lat., vix 3 mm. cr.; stipes 2 cm. circ. longus latusque. Inter *Lenz. applanatam* et *politam* media videtur; hinc an potius *Lenzites*?

55. **Dædalea zonata** Schwein. Carol. n. 852, Trog. Schweiz. Schw. 6397 2, n. 61 (154 c.). Fr. Hym. Eur. p. 588. — Pileo coriaceo, plano, subconchato, undulato, glaberrimo, fusco-zonato, intus albo; hymenio poroso sinuosoque, ex albido pallido.

Hab. ad truncos arborum frondosarum in Helvetia et in Amer. bor. — Cæspitosa, minor, glabritie et colore facile distincta.

56. **Dædalea polyzona** Pers. Myc. Eur. 3, p. 8, Fr. Hym. Eur. p. 588. 6398 — Ampla; pileis coriaceis, imbricatis, tomentosis, opacis, palle-scenti-griseis, zonis multis fasciatis; sinulis æqualibus, brevissimis, subtenuibus, ligneo-pallidis.

Hab. in Bretagne Galliæ. — Ultra 18 cm. lata, tenuis, tactu mollis. Videtur species insignis, sed dubium an hujus generis.

57. **Dædalea pavonia** Berk. Decad. of Fung. n. 182, nec *Polyp. pavonius* (Hook.). — Imbricata; pileis reniformibus, quandoque flabel-liformibus, rigidis, coriaceis, vertice affixis, ligneo-pallidis, minutissime sericeis, zonis crebris fasciatis; poris marginalibus, rotundis, postice sinuatis.

Hab. ad ligna emortua, Ceylon (TUWAITES, GARDNER). — Pilei 5 cm. vel ultra lati, 4 cm. longi, sæpe lateraliter confluentes; pori 1/2 mm. lati.

58. **Dædalea corrugata** Berk. Exot. Fung. p. 382. — Pileo carnoso, 6400 coriaceo, zonato, longitudinaliter corrugato, glabro, pallido; sinulis inæqualibus flexuosis, deinde laceratis, fuscescentibus.

Hab. ad truncos arborum Americæ borealis (Dr. RICHARDSON). — Imbricata, sessilis. Pileus 2,5-5 cm. latus, sub margine valde dilatatus, 4-6 mm. crassus, zonis concoloribus; lamellæ tenues labyrinthiformes, margine porosæ. Sec. Fr. Epicr. p. 494 esset forma junior *D. discoloris*.

59. **Dædalea discolor** Fr. El. p. 68, Epicr. p. 491 nec Klotz., *D. al-* 6401
bidu Schwein. Carol. n. 851? — Pileo suberoso-coriaceo, plano, rugoso-scruposo, zonato, glabrato, albilo, intus albo; hymenio fusco, primo poroso dein in sinulos flexuosos angustos dentesque lacero.

Hab. ad truncos Americæ borealis. — *Dædalea discolor* Klotz. in Linnæa 1833, p. 481, ad *Lenz. Klotzschii* Børk. (Syll. n. 2676) spectat.

60. **Dædalea splendens** Lév. Champ. exot. p. 197. — Pileo coriaceo, 6402
depresso, obsolete zonato stipiteque elongato tuberculoso subcrustaceis, nudis, albo-nitentibus, margine acuto patente; poris lamellatis, inequalibus, angulatis, dentatis, ligneis.

Hab. ad truncos, Surinam (MIQUEL). — Stipes 4-5 cm. long. Habitu affinis dicitur *Polyp. bienni*, an ergo ex hujus genere?

*** Resupinatæ vel subresupinatæ.

61. **Dædalea orbicularis** Bagliett. in Comm. Critt. Ital., Fr. Hym. 6403
Eur. p. 589. — Resupinata, late orbiculatim effusa, crassa, suberoso-lignosa, mycelio albicante adnata quandoque stratose reviviscens, rotundata, subfusca, pruinosa; margine crasso inæquali undulato, intus ferrugineo-fuscescente; poris brevissimis, minutis, sinuosis, primo lacteis, rite evolutis flavescens.

Hab. in horto botanico Genuensi in Ital. bor. — Ampla, 10-12 cm. lata.

62. **Dædalea latissima** Fr. Syst. Myc. 1, p. 310, Elench. p. 71, Hym. 6404
Eur. p. 589, *Boletus tuberculosus* Dec. Fl. fr. 6, p. 40 (secundum specim. Chailletii). — Effusa, suberoso-lignosa, crassa, undulata, ligneo-pallens, intus zonata; sinulis angustis, distantibus, subrotundis et longissimis, flexuosis subrotundisque.

Hab. ad truncos vetustos muscosos Fagi in Europa. — Resupinata 10-70 cm. lata. Structura admodum peculiaris, a basi ad superficiem radians, parallelo-filamentosa. *Polyp. tuberculosus* Pers. est monstrositas subterranea.

63. **Dædalea vermicularis** Pers. Myc. Eur. 3, p. 2, Fr. Hym. Eur. 6405
p. 589, *Boletus resupinatus* Sowerb. t. 424. — Late effusa, tenuis,

levigata, carneo-rufescens; simulis brevibus, utrinque attenuatis, flexuosis, margine poriformibus.

Hab. in Anglia ad terram, cui fibris radiciformibus adhæret. Multa habet cum priore communia, sed videtur diversa, est enim multo tenuior, 10-15 cm. longa, 5 cm. lata. Num utraque sit typica forma, in dubium vocare licet.

64. *Dædalea sinulosa* Klotzsch Exped. Frankl. et Fries Epicr. p. 495, 6406
— Effusa, suberoso-coriacea, tenuis, stratoze reviviscens, ligneo-pallens; poris variis, minutis, sinulosis, obtusis, glabris.

Hab. in India orientali et Australia. — Multa hinc cum *D. latissima* communia, ut primo adpectu formam tenuem dixerit Fries; etiam illius more fibris lignum intransibus radicans. Est vero tenuior, concinnior, primo brevi interrupta, dein confluenso latissima et vegetatione perenni, distincte stratoza, certe diversa.

65. *Dædalea rhabarbarina* Mont. Cent. II, n. 16, Syll. Crypt. n. 544, 6407
— Resupinata, longe effusa, ramos vivos ambiens, byssina, crassa, luteo-fulva, ambitu fimbriato-radiata; poris sinuosis, obtusis, intus spadiceis.

Hab. ad ramorum corticem, Cayenna Amer. merid. (LEPRIEUR).

66. *Dædalea tasmanica* Sacc. *Polyporus dædaloides* Berk. Flor. Van. 6408
Diem. p. 325. — Omnino resupinata, suborbicularis; carne tenui brunnea; contextu dense bombycino; hymenio ligneo-colorato; poris latis, profundis, rotundis, angulosis, intus pallidis; parietibus tenuibus demum ruptis, hinc dædaloides.

Hab. in lignis putridis in Tasmania. — Pileus 7,5-10 cm. latus; pori $\frac{4}{5}$ mm. lat. Teste Cooke, Præc. pag. 54, est vera *Dædalea*.

67. *Dædalea Bowmani* Berk. in Linn. Journ. XIII, p. 165. — Pileo 6409
e resupinato anguste reflexo, tomentoso, pallido; hymenio concolori, poroso; poris sinuosis acie obtusis tomentosis; margine irregulari dentato-lobato.

Hab. ad truncos pr. Herbert's Creek (E. M. BOWMAN) et Queensland Australiae. — Cæspites angustos, irregulares, 5-8 cm. latus efformans; pori 2 mm. lati.

MYRIADOPORUS Peck Bull. Torr. Cl. 1884, p. 27 (Etyim. *myrias* et *porus*). — Fungi subcoriacei (resupinati, verisimiliter atypici). Tubuli biformes: alii regulares superficiales, alii inæquales loculiformes in carne pilei inclusi. Genus, ut *Ceratomyces*, verisimiliter

spurium et sistens statum abnormem *Polypori* cujusdam. Non proterenda tamen sunt hae formae, etsi sporiae, quae saepe occurrant in natura, et scrutator amet in libris reperire descripta quae legit.

1. **Myriadoporus adustus** Peck *l. c.* — Hymenio circ. 2 mm. cr. a subiculo pallide carneo vel albido discreto lineaque nigra ab eo definite distincto, griseo-albido, intus colore leniter variante, subinde horizontaliter substratoso; poris minutis superficialibus inaequalibus, angulosis, subinde confluentibus, interioribus brevibus, clausis, varie directis.

Hab. in lignis dejectis, Ohio Amer. bor. (MORGAN). — Hymenium quasi *P. adusti*.

2. **Myriadoporus induratus** Peck *l. c.* *Polyporus induratus* Peck 31 Rep. p. 37. — Effusus, durus, determinatus, 2-4 mm. crassus, a matrici haud separabilis, totus fere e poris minutis, vesicularibus, lutescentibus vel ochroleucis compositus, superficie subtiliter pruinosa atque carneo tincta; hymenio lutescenti vel subiculo matricem penetrante.

Hab. ad ligna collabefacta Oneida, New York Amer. bor. (H. A. WARNE). — Ob peculiarem pororum characterem notabilis species; pori enim cellas parvas seu cavitates tubulorum instar efficiunt ita ut in quacumque directione sectus vel fractus, fungus equaliter porosus appareat. Forsan ex hoc characterem necessitas oritur novi generis conficiendi.

CERIOMYCES Corda in Sturm. D. C. F. p. 133 (1837), (Etym. *ceros* cera seu favus et *myces*) nec Batt. qui *Boletus*. *Ptychogaster* Corda *l. c.* fung. II. p. 24 (1838). — Fungi subglobosi vel pulvinati, sessilibus, carnosi vel suberosi, intus locellati sporigeri, extus inaequales, subinde spurie porigeri. Sporae ovoideae, continuae hyalinae vel pallide coloratae, sporophoris filiformibus variis suffulta.

Genus spurium, statum metageneticum *Polypori*, *Dactylea*, *Lenzitis* etc. sistens. *Lycogalopsis* Fischer ad *Ceriomycetum* pertinere videtur. Cfr. Syll. Gaster. p. 153. *Cellularia* Bull. Champ. t. 414, praesente Friesio, cui prorsus assentior, est forma ceriomycetoides *Lenzitis* v. *Polypori* cujusdam. Cfr. supra *Myriadoporus*. p. 384. Ill. Tulasne (Ann. Sc. nat. 1865) recte structuram *C. albi* comparat cum *Pilacre Petersii*. (Syll. Hyph. p. 580), de quo cfr. quoque Brief. Unters. VII, t. I. — Nuperrime ill. de Seynes (Bull. Soc. bot. France 1888, p. 124) recte demonstravit *Fibrillarum subterraneam* Pers. (Ful. Hyp. p. 2, t. XXI, f. 12) cum typo *Ceriomycetis* exacte convenire.

1. **Ceriomyces Fischeri** Corda in Sturm. D. C. F. p. 133, t. 61. — Subsessilis, inaequalis, sublobatus, 30-35 cm. lat., brunneus, inter-

ne flavus, lignescens, intus et extus celluloso-locellatus, loculis oblongis inæqualibus, subradiantibus, sæpe anastomosantibus, strato sporigero, nitido, brunneo vestitis; sporophoris filiformibus simplicibus vel ramosis; sporis ellipticis hyalinis, flavidis.

Hab. in ligno fabrefacto pr. Nixdorf Bohemiae.

2. **Ceriomyces terrestris** Schulz. Myc. Beitr. (in Verhandl. der k. k. 6413

zool. bot. Gesellschaft in Wien, 1874), Sacc. F. Ven. Ser. V, p. 167. — Pileo e globoso ovoideo vel subirregulari, simplici vel composito, in stipitem fibrosum brevem vel longiusculum basi producto, ex albo-carneo, initio (vegeto) carnoso-tenacello, dein exsiccato duriusculo e fibroso spongioso; superficie minute verruculoso-foveolato, intus minute plurilacunoso; lacunis angulosis, variis, initio subconcentrice dispositis, pagina interiore hymenophoris; sporis e globoso-ovoideis primitus e mutua pressione subangulosis, $5\frac{1}{2}$ -6 \approx 5, nucleo majusculo vel guttulis pluribus roseis foeto, in basidiorum cylindraceorum sterigmatibus vel denticulis 3-4 insertis.

Hab. in fragmentis ligneis terra intermixtis in Hungaria et Ital. bor. — Status gasterosporus *Polypori sericelli* et *Polyp. biennis* (?).

3. **Ceriomyces citrinus** (Boud.) Sacc. *Ptychogaster citrinus* Boud. 6414

Journ. de Bot. 1887, p. 8, t. I, f. 1. — Albus aut niveus et vix vage luteo roseove tinctus, non tactu fuscescens, 2 cm. diam., tenuiter tomentosus, mollis, friabilis, crustas spissas inæquales, tuberculosas hinc et inde pileolatim reflexas et tunc subtus poriferas efformans, intus citrinus, pulverulentus, non vel vix zonatus; sporophoris albis e basi radiantibus, fertilibus sursum parce ramosis, parum septatis, intus vix granulosis; sporis primitus endogenis acrogenis vel pleurogenis sporophororum denticulis insertis, sæpius solitariis, rarius binis concatenatis, oblongo-ovatis, apiculatis, 6-7 \approx 4-5, hyalino-luteolis, coacervatim citrinis, intus granulosis, siccis verruculosis.

Hab. ad cortices emortuos Pini silvestris, Montmorency. — Forte *Polypori amorphi* status gasterosporus.

4. **Ceriomyces aurantiacus** Pat. Tab. Anal. I, p. 201, f. 458. — Sub- 6415

rotundus, sessilis, carnoso-fibrosus, colliculosus, 3-5 cm. lat., flavo-aurantius, glaber, intus concolor sed pallidior, concentrice zonatus; sporophoris ramosis, inferne septatis; sporis solitariis v. paucis, catenatis, obovatis, nucleatis, 12-14 \approx 5-6.

Hab. ad truncos quercinos prope basim cæsos. Bois de Vincennes Galliae. — Forma eximie illustrata a cl. Seynes (Sur un

appareil conid. du *Polyp. sulphureus*) vix differt pileo non colluculoso, pallide citrino, intus vix zonato, sporis 9-18 \approx 6-10. Hæc sine dubio *Polyp. sulphureum* spectat.

5. **Ceriomyces rubescens** (Boud.) Sacc. *Ptychogaster rubescens* Boud. 6416

Journ. de Bot. 1887, p. 10, t. I, f. 2. — Niveus aut albido-roseus, pulvinatus, sæpe confluens, floccoso-hirtus, sed mollissimus, tactu flature deformatus et rubescens, 1-2 cm. altus, 3-4 cm. latus, intus fibroso-pulverulentus, ex albo (ob sporas) rubescens; sporophoris albis e centro radiantibus, fertilibus sursum ramosis, vix septatis, intus vix granulosis; sporis primitus endogenis, solitariis aut binis concatenatis, oblongo-ovatis, levibus, 5-7 \approx 4-5, intus granulosis, hyalinis, coacervatim rubescentibus.

Hab. ad ligna abietina aut pinea fabrefacta, Montmorency Galliae, sociâ *Poria vaporaria*, cujus verisimiliter status gasterosporus.

6. **Ceriomyces Schnyderianus** Spag. Fung. Arg. II, p. 10, n. 23. — 6417

Subcarnosus, candidus versiformis, elliptico-ovatus, subglobosus, integer, gibbosus vel lobatus, deorsum in stipitem brevem crassum album dein ferrugineum attenuatus, extus minutissimæ poroso-lacunosus, intus columella radiatim fibrosa ornatus; fibris e columella oriundis divergentibus intricato-anastomosantibus, locellos oblongos formantibus; locellis gelatina sporifera, ex sporophoris tenerrimis composita, repletis; sporis globosis, granulosis, hyalinis, 5-7 μ . diam.

Hab. ad truncos Salicum et in detritis ligneis stercoratis en la Boca del Riachuelo Amer. austr. (SCHNYDER). — Fungus 2-4 cm. alt.; locelli 1-3 mm. diam., rosei; stipes 1-1,5 cm. alt., $\frac{3}{5}$ -1 cm. cr.

7. **Ceriomyces Spongia** Sp. Fungi Arg. Pug. n. 34. — Cæspitosus, 6418

subsphaerico-diformis, varie lobatus vel capitatus, tenax, inferne sordide ferrugineo-fuscescens, tomentoso-hirsutus, plus vel minus grosse alveolato-spongiosus, superne pulvinatus non alveolatus, pulchre velutino-tomentosus, candidus, tactu immediate fuscescens; cæspitibus ex pluribus pileis superimpositis vel stratosi compositis; udis intus alveolatis ac fulvo-fuliginis, aqua ut spongia imbibitis, mollibus, elasticis, siccis compactiusculis, sublignosis, duris, radiatim fibrosis, obscure et sordide ferrugineis; sporis in sporophorum ramulis acrogenis, ellipticis vel ovoideis, granuloso-farctis, hyalinis, 5-7 \approx 3-4.

Hab. in trunco salicino et Erythrinae Cristae-galli in nemorosis humidis, a la Recoleta in Argentina Amer. merid. — Cum *C. Schny-*

deviatio non comparandus, forsân status imperfectus vel abnormis Polypori salicini Fr. v. P. chilensis Lév.

8. **Ceratomyces Lycoperdon** (Pat.) Sacc. *Ptychogaster Lycoperdon* 6419 Pat. Journ. Bot. 1887, p. 114, n. 8, cum icone. — Sessilis e basi applanata subglobosus, vertice depresso-excavato flavido, minute poroso, extus levis, azonus, rufo-aurantius, basi atro-plumbeus, 6 cm. diam., intus pulvereus, fulvus, obsolete locellatus; sporophoris filiformibus, ramosis, tortuosis; sporis ellipsoideis, apiculatis, 7-10 μ . long., flavidis, nucleolatis.

Hab. ad cortices arborum, Congo Africae (THOLLON).

9. **Ceratomyces albus** (Corda) Sacc. Vide diagnosin supra n. 5109, 6420 *Ptychogaster albus* Corda Ic. II, f. 90, Tul. Ann. Sc. nat. 1865, p. 290 et 1872, t. XII, f. 1-4.

Hab. ad radices arborum præcipue Coniferarum in Germania, Bohemia, Britannia, Helvetia, Belgio. — Sec. Ludwig est status gasterosporus speciei propriæ *Polypori* (*P. Ptychogaster*). Ill. Fries ad *Polyp. destructorem* ducebat. Ill. Berkeley in North Am. Fungi (ad *Ostryam*) ut synonymon *Institales acariformis* habuit, an ex errore? Sporæ ex Tul. l. c. acro-pleurogenæ. — *Ptychogaster albus* Richon Descript. et dess. crypt. p. 216, t. I, f. 2 (obconicus vel pulvinatus, pallide rufescens, strigosulus, sporophoris prælongis, radiantibus, simplicibus, sporis ellipsoideis 4 μ longis, subcinamomeis) videtur diversus et **Ceriom. Richonii** nuncupandus. Hic ad truncos Pini silvestris lectus in Gallia.

10. **Ceratomyces hepaticus** Sacc. Vide diagnosin supra n. 4849. 6421

Hab. ad truncos Quercus, Castaneæ in Gallia, Italia, Germania, socia *Fistulina hepatica*, cujus est status gasterosporus.

BRESADOLIA Speg. Fung. Guar. Pug. I, p. 15 (Etym. a præclaro Mycologo tridentino J. BRESADOLA). — Hymenium inferum effiguratum poroso-spongiosum e lamulis undique versis (horizontalibus et verticalibus) dense intertexto-intricatis compositum, cum hymenophoro concretis et non secedentibus. — Fungus carnosus, putrescens, horizontalis, lateralis, distinctissimus et ob hymenium cum nullo alio comparandus, at adstante hucusque unico specimine, forte tantum alius status monstruosus.

1. **Bresadolia paradoxa** Speg. Fung. Guar. Pug. I, n. 27. — Pilis 6422 horizontali, semiorbiculari, 14 cm. lat., 5 cm. long., deorsum truncato-subreniformi, carnosulo, tenui, 1-1.5 mm. cr., levi, glabro, postice rufescenti-testaceo, antice fulvo-cano, margine recto, aqu-

tiusculo, sublobato; supite brevi, crasso, subcompresso, 2-3 cm. long., 1,5-2 cm. cr., carnosus, farctus, glabrus, fulvo-rufescentis; hymenio subceraceo, 3-4 mm. cr., albo-rufescentis (in vivo albo?) spongioso et laminulis tenuibus dense strigoseque intertextis, erosolaceris efformato; laminulis cum carne pilei confluentibus, in stipitem non v. foveolatum decurrentibus.

Hab. ad truncos cariosos in silvis virginicis, Paraguari Paraguay (BALANSA).

CYCLOMYCES Kunz. et Fr. in Linn. V, p. 512, Epier. p. 495 (Etym. *cyclos* circulus et *myces*). — Pileus coriaceo-membranaceus, centralis, lateralis vel resupinatus (velutinus, fuscus vel cinnamomeus). Lamellæ concentricæ nec radiantes. — Genus extra-europæum, ob poros passim marginales ad Polyporeos nec Agaricinos referendum.

1. **Cyclomyces fuscus** Fr. Epier. p. 496, Linnaea V, p. 512, t. XI, f. 3. 6423
 Corda Anal. t. II, l. 76, Bail Syst. t. 30, *C. australis* Krombh. Schw. p. 75, t. IV, f. 17-18. — Dimidiatus, basi attenuata sessilis, coriaceus, velutinus, umbrinus, dense concentricè zonato-sulcatus, intus floccosus, umbrino-ferrugineus; lamellis concentricis, confertis, tenuibus, fuscis acie incis; sporis globosis.

Hab. ad truncos in insula Mauriti.

2. **Cyclomyces stereoides** Sacc. et Paol. Mycet. Malac. n. 51, t. I, f. 5. 6424
 — Sessilis, resupinatus, suborbicularis, centro affixus, tenuimembranaceus, fragilis, sæpius lobato-fissus, fusco-cinnamomeus, margine acutus, adpresse villosulus, concentricè leviter lineato-zonatus, 1-1½ cm. diam., vix 1 mm. (cum lamellis) crassus; lamellis concentricis, tenuimembranaceis, valde approximatis, subundulatis, acie acuta saturatiore.

Hab. ad cortices in pænis Malacens. (SCORTECHINI). — *C. fusco* valde affinis, sed minor, et non dimidiatus sed suborbicularis.

3. **Cyclomyces Beccarianus** Ces. Myc. Born. p. 9. 6425
 — Pileo subreniformi, 2½-4 cm. lato, convexo-plano, inæquabili, velutino, ad marginem zonato obiterque sulcato; hymenii planissimi lamellis concentricè decurrentibus alveolos angustissimos sinuosos efficientibus, poris brevioribus vel omnino rotundatis sæpe interruptis: dissepimentorum margine albicante, una cum parietibus pulverulento; contextu floccoso.

Hab. ad truncos Sarawak, Bornei, Malesiæ (BECCARI). — Fungus totus concolor brunneus, omnino apus. Forma pilei et compages lamellarum minime continuarum pro *Cyclomycele fusco* Fr.

in Linn. V, p. 512, tab. XI, fig. 3 sumere fungum hunc veterunt, etsi coloris diversitatem neghi possit.

4. **Cyclomyces turbinatus** Berk. Dec. of Fung. n. 445. — Pileo turbinato deorsum cum stipite radicato, extus ferrugineo-spongioso confluyente; lamellis angustis, concentricis.

Hab. in truncis dejectis, Nunklow Indiæ orient. (HOOKER). — Pileus supra excavatus, margine expanso, minute velutinus, ferrugineus; stipes deorsum attenuatus, 3,5-4 cm. long., medio 1 cm. crass.

5. **Cyclomyces Greenii** Berk. Hook. Lond. Journ. IV, p. 306, t. XI, 6427
Pay. Cr. p. 117, f. 543. — Pileo orbiculari, undulato, sublobato, zonato, tomentoso, cinnamomeo, marginem versus lineis paucis notato; stipite centrali, obconico; lamellis demum cinerescentibus.

Hab. in Massachussetts Amer. fœder. (GREENE, SPRAGUE) et in muscosis ad marginem viæ silvæ vetustæ Sterling, New York (PECK). — Pileus $2\frac{1}{2}$ -9 cm. latus. In specimine Peckiano pileus turbinatus vel obconicus minimeque undulato lobatus-vel zonatus; pro nova tamen specie habendum non censet auctor ex eo quod unum tantum individuum legerit.

FAVOLUS Fr. Klench. p. 44, Hym. Eur. p. 590 (Etym. *favus* ob poros favosos), *Hexagonia* Pollini, nec Fr. — Hymenium reticulato-cellulosum v. alveolatum. Alveoli radiantes, e lamellis dense anastomosantibus formati, elongati. Sporæ albæ. — Fungi dimidiati, substipitati, carnosi, lenti, annui, epixyli, tota facie et structura a prioribus diversi, quare olim non ad Polyporos, sed Cantharellos vel Merulios relati.

Genus admodum naturale et insigne, cujus numerosæ species in terris tropicis. Unica tantum species europæa. Ut *Lenzites* est fungus polyporeus lamellatus, sic *Favolus* agaricinus lamellis undique et primitus celluloso-anastomosantibus. *Polyporo squamoso* simul, nisi affinis, certe analogus. *Laschia spathulata* Jungh., quam ad *Hymenogrammam* duxi, sec. Lév. Exot. Fungi p. 293 ad *Favolum* spectat.

I. Mesopodes.

1. **Favolus nummularius** Berk. Fung. Hinds. p. 9, t. XV. — Luteus; 6428
pileo convexo, subumbonato, carnoso; hymenio subhorizontali; poris radiatis, radiantibus; stipite centrali, æquali, solido, subvelutino.

Hab. ad ramos decorticatos ins. New Ireland Oc. Pacif. — Pileus 1,6-2 cm. lat.; stipes 1,8 cm. long.

2. **Favolus favularis** Fr. Nov. Symb. p. 50. — Luteus; pileo e car- 6429
noso lento, regulari, convexo-plano, glabro; stipite adscendente,
æquali, villosa; poris subrotundo-angulatis, radiantibus, tenellis.

Hab. ad ligna putrida in ins. Sambelang (KRÜGER). — Teste
Fries, *Fav. nummularius* Berk. sisteret statum juniorem.

3. **Favolus squamiger** Berk. Austr. Fungi n. 115. — Pileo umbili- 6430
cato, squamis adnatis ornato; margine ciliato; stipite brevi areo-
lato-squamoso; poris amplis, elongatis, decurrentibus.

Hab. New England Australiæ. — Pileus 4-5 cm. latus; stipes
18 mm. longus, circiter 4 mm. crassus, sursum dilatatus; pori 2
mm. lati, 4 mm. longi. Similis *F. favulari* sed pileo squamoso
stipiteque haud velutino recedens.

4. **Favolus ciliaris** Mout. Cent. IV, n. 82, t. 15, f. 2, Syll. Crypt. 6431
n. 551. — Mesopus; pileo submembranaceo, lento, tenuissimo, inte-
gro, brunneo, planiusculo, umbilicato, tessellato, pellucido; margine
ciliato; stipite centrali concolori; lamellis subdecurrentibus, in al-
veolos elongato-hexagonos, acie acutos, dentatos anostomosantibus
fulvis.

Hab. ad ramos dejectos Madagascar (Gouport) et in Horto Bot.
Peradeniyæ Ceylon (O. BECCARI). — Vix *Polyporus arcularius*.

5. **Favolus Curtisii** Berk. North Am. Fungi n. 162. — Pileo orbic- 6432
ulari, umbilicato, tenuissimo; margine ciliato; stipite centrali, deor-
sum incrassato, setuloso; poris oblongis mediis.

Hab. in Carol. super. Amer. fœder. (CURTIS). — Pileus 18 mm.
latus, pellucidus; stipes 2½ cm. altus, 3 mm. basi crassus, apice
1½ mm.; pori circiter ½ mm. lati. Similis *Polyporo arculario*
sed multo magis delicatus.

6. **Favolus guadalupensis** Lév. Champ. Mus. 141. — Pileo membranaceo. 6433
carnoso-lento, infundibuliformi, nudo, levi, pallide lutescente; alveo-
lis mediis, tetragonis, subdecurrentibus, dilutioribus; dissepimentis
teauribus, integris, acutis; stipite centrali, glabro, fuscescente.

Hab. ad truncos Guadalupa (LHERMINIER). — Pileus 7-8 cm.
lat.; stipes 2-4 cm. long.

7. **Favolus fissus** Lév. Champ. exot. p. 201, Bont. t. 150, f. 3. — 6434
Pileo carnosolento, infundibuliformi, latere inciso nudo, levi, aluta-
ceo; alveolis magnis, hexagonis, concoloribus; dissepimentis acutis;
stipite cylindrico, brevissimo, tomentoso, excentrico.

Hab. ad truncos, Rio de Janeiro Brasiliæ, Guarapi Parag. (BA-
LANSÀ). — Cfr. Sp. Guar. n. 61, ubi pileus describitur 7-8 cm.
long., 4 cm. lat.; stipes 5 mm. long., 4-5 mm. cr.; alveoli 2-3 mm.

long., 1 mm. lat. Pileo profunde incisio, infundibuliformi species mox distincta.

8. **Favulus Sprucei** Berk. in Hook. Journ. (1856), 237, t. V. f. 8, 6485
Dec. of Fungi n. 594. — Albus, mollis, aquosus; pileo orbiculari, excentrico, convexo, glabro; stipite deorsum incrassato; hymenio convexulo; poris hexagonis, amplis.

Hab. ad ligna emortua, Rio Negro Brasilice (SPRUCE). — Pileus 2,5-5 cm. lat.; stipes 2,5 cm. et ultra longus, 4-5 mm. cr.; pori circ. 2 mm. diam, intus leves. *Favolo cycloporo* Mont. et *F. manipulari* Berk. subaffinis.

II. Pteropodes, stipite laterali subinde brevissimo.

9. **Favulus europæus** Fr. Epicr. p. 498. Hym. Eur. p. 590, Bresad. 6436
Trid. p. 22, t. 27, *Hexagonia Mori* Poll. Pl. nov. p. 35, fig. 2-3, *Merulius alveolaris* Dec. Fl. fr. 6, p. 43, Syst. Myc. I, p. 522, *F. alveolaris* QuéL. Ench. p. 185, *Polyp. favoloides* D. et Pat. — Pileo carnoso, lento, tenui, orbiculari, levi, glabro, albido; stipite brevi, laterali; alveolis profundis, reticulatis, subrotandis.

Hab. ad truncos in Gallia meridionali et Selva Treviso, Padova Ital. bor., ad truncos et palos arborum frondosarum; ad Moros albas in agro Veronensi; ad ramos emortuos, Tort Edward, New York, Amer. feder. (HOVE), Greenbush (PЕCK), similis *F. Boucheano*; ad truncos emortuos Ohio U. S. A. (ELLIS), perfecte congruens cum typo europæo. — Siccus, subcoriaceus, sordidus, 2½-5 cm. latus; sporæ 12-14 × 3-4, hyalinæ, clavato-falcatae; basidia 36 × 6-7. Species sedulo inquirenda et ulterius observanda.

10. **Favulus Boucheanus** Klotzsch in Linn. VIII, p. 318, Fr. Epicr. 6437
p. 431, Hym. Eur. p. 533, *P. coronatus* Rostk. 28, t. 17 videtur hunc cum *P. squamoso* jungere: cfr. Fr. Monogr. II, p. 251. — Pileo carnoso-lento, piano, inæquali, levi, dein squamoso, gilvo; stipite excentrico, curvo, tomentoso, deorsum fuscescente; poris tenuibus, demum alveolaribus, oblongo-hexagonis, dentatis, dilute aurantiacis.

Hab. ad truncos Betulae in Europa, Amer. bor., Carol. inf. et sup. (CURRIS), Connecticut (C. WЕLCH), New York (PЕCK), New England (SPRAGUE), Ohio (LEA), in Australia, Endeavour River. — Fungus Novaboracensis huic speciei relatus admodum variat, basi haud fuscescens, poris non aurantiacis, pileo non levi dein squamoso, sed vel glabro vel squamoso porisque vulgo decurrentibus. Tenuitas et fabrica pororum essentielles, vix forma. Præcedenti mi-

nor, lætior. stipite subverticali æquali, pileo reniformi-repando in squamas crassiores diffracto. — Var. **poponinus** B. et C. Cent. Am. Fungi 14; pileo orbiculari, depresso, azono, glaberrimo, nitente; stipite brevi, centrali, candido, leproso-farinaceo quandoque laterali; poris amplis, 75 μ . latis, angulatis, elongatis decurrentibus, dissepimentis rigidis acie irregulari. In ramis emortuis, Carolina inf. Amer. borealis. A typo differt pileo glabro. Pileus circ. 4 cm. latus.

11. **Favolus philippinensis** Berk. F. Cum. n. 11, in Hook. Journ. 6438
1842, p. 148. — Ligneo-pallidus; pileo orbiculari-flabellato, car-
noso-lento, tenui, subconvexo, radiatim lineolato, postice reticulato-
scabro. glabro: stipite brevi, laterali, basi lineâ nigra distincta; po-
ris amplis subhexagonis, dissepimentis elongatis denticiformibus lac-
cimisque.

Hab. ad lignum in ins. Philippinis. — Pileus 5 cm. lat.; al-
veoli 2 mm. lat. *Polyp. squamoso* subaffinis.

12. **Favolus scaber** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 57. — Pi- 6439
leo ex albo tumoso, scabro; stipite brevissimo e disco orbiculari
oriundo; poris alveolaribus, acie laceratis, tenuibus, ochraceis.

Hab. ad ligna emortua in nemoribus tropicalibus regionum au-
stralium ins. Ceylon (THWAITES) et pr. Perak penins. Malacensis. —
Pileus 6 cm. latus; pori 1 mm. lati. Similis *F. tessellato*. — Var.
fuscus Ces. Myc. Born. p. 8: pileo toto fusco radiatim striolato-
scabrilo. Ad truncos Singapore (BECCARI). — Var. **cæspitosus** Ces.
l. c.: pileis cæspitosis, sessilibus. Ad Rambode Bornei (BECCARI).

13. **Favolus tessellatus** Mont. Cent. IV, n. 84, Syll. Crypt. n. 556. 6440
— Pleuropus, fulvus; pileo carnosolento convexo subreniformi-
orbiculato, ambitu integro, rarissime lobato, supra papuloso-tes-
sellato, in stipitem lateralem reticulatum attenuato; alveolis ma-
gnis, hexagonis, radiantibus, acie fimbriato-denticulatis, pallidiori-
bus; sporis albis.

Hab. ad ligna emortua Ceylon (THWAITES), ad Sarawak Bornei
Malesiæ (O. BECCARI), Cubæ (C. WRIGHT), S. Domingo in Guyana
Amer. meridion. (LEPRIEUR), pr. fluvium Mauhes in Brasilia (TRAILL)

14. **Favolus fimbriatus** Speg. Fungi Guar. Pag. I, n. 60. — Pileo di- 6441
midiato, 10-12 cm. diam., 5-6 cm. lat. ant. post., albo in sicco
alutaceo, submembraceo-carnosulo, 1 mm. crasso, flaccido, appla-
nato, levi, postice crassiuscule marginato ac laxè parceque hispi-
duo-velutino, ceterum glabro, margine integro, undulato-repando
v. lobato, tenui, membranaceo, subinflexulo sæpeque denticulato;
lamellis latiusculis, albis, glabris, alveolis subæqualibus, margina-

libus vix minoribus, 3-5 mm. longis, 1-2 mm. latis, acie acutis ac densiuscule ciliato-fimbriatis v. melius denticulato-fimbriatis; stipite brevi, subtuberculiformi, 5-8 mm. longo, 5 mm. crasso, albo, laxe hispido, truncato, adnato.

Hab. ad ramos emortuos arborum pr. Paraguari Amer. australis. — *Favolo tessellato* Mont. affinis.

15. **Favolus giganteus** Mont. Guy., n. 391 bis., Syll. Crypt. n. 552. 6442
— Stipitatus; pileo carnosolento, crasso, flabelliformi, ambitu lobato-fisso, in stipitem lateralem brevissimum attenuato, deorsum glabrescente radiosovirgato; alveolis magnis elongato-hexagonis, acie acuta denticulatis lacerisve, decurrentibus, concoloribus.

Hab. ad truncos Bombacis globosæ in Guyana Amer. merid. (LEPRIEUR).

16. **Favolus brunneolus** B. et C. Cub. Fungi n. 319. — Pileo tenui, 6443
flabelliformi, in stipitem brevem spurium postice angustato, siccovruguloso; alveolis minoribus, hexagonis, brevibus, brunneolis.

Hab. ad ligna emortua, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 2½ cm. latus, fere æque longus; alveoli ½ mm. diam. Distinctissimus.

17. **Favolus Friesii** B. et C. Journ. Linn. Soc. N., p. 321. *F. lace-* 6444
rus Fr. — Pileo tenui, hyalino, flabelliformi, postice attenuato, stipite cylindrico tomentoso; alveolis amplis, decurrentibus.

Hab. ad ligna emortua, Ceylon (THWAITES) et in Amer. centr. Costa Rica, Mexico, Cuba (C. WRIGHT). — Cf. Fr. Nov. Symb. p. 104, ubi ut formam *F. flaccidi* censet speciem presentem, sed *F. flaccidus* omnino sessilis describitur.

18. **Favolus moluccensis** Mont. Cent. IV, n. 83, V. P. S., p. 203. 6445
Syll. Crypt. n. 554. — Pleuropus; pileo carnosolento, tenui e reniformi orbiculato, ambitu integro lobatoque, in stipitem lateralem brevissimum attenuato, glabro, supra lineolis a stipite radiantibus notato alveolisque porosis, oblongis, minutis, acie acuta denticulatis, decurrentibus, fuscescentibus.

Hab. ad truncos Insulæ Ternate Moluccarum (HOMBROK), et in pænis. Malacca (SCORTECHINI). — Var. *lobata* S. et P. Myc. Mal. n. 53: pileo ambitu inæqualiter 4-5-lobato, 2-2½ cm. longo et lato, 1 mm. crasso, brevissime stipitato. Malacca.

19. **Favolus brasiliensis** Fr. El. I, p. 44, Linn. V, p. 541, t. 11, f. 1, 6446
Ep. p. 498. — Pileo carnosolento, spatulato-obovato, glabro, levi, albido, in stipitem brevissimum sublateralem porrecto; alveolis oblongis, obtusis, pallidis.

Hab. ad ligna emortua et truncos putridos, Sikkim Indiæ, Texas Amer. fœder., Cubæ (C. WRIGHT), Minas et Rio Trapajos Brasiliæ (GARDNER, TRAILL), in insula oceanica Aru. — Pileus 5-8 cm. latus, 4 cm. longus, tenax, superne inæquatus, margine acuto; stipes 4-8 mm. longus, crassus, basi dilatatus.

20. **Favolus tenuiculus** Pal. Fl. Ov. t. 42, f. 2, Ep. p. 499. — Pi- 6447
leo submembranaceo, rigido, subsinuato, levi, pallescente; stipite brevi laterali, alveolis regularibus hexagono-elongatis.

Hab. ad truncos regni Oware in Guinea Africæ. — Pileus tenuis, subpellucidus.

21. **Favolus hepaticus** Kl. in Linn. VII, p. 197. Fr. Ep. pag. 499, 6448
Berk. Exot. Fungi p. 379. — Pileo carnosolento, reniformi, glabro, hepatico; stipite laterali, brevissimo; alveolis elongatis, tenuibus, albidis.

Hab. in insula Mauritii. — Valde elegans 5-8 cm. latus.

22. **Favolus pusillus** Fr. Linn. V, p. 511, t. 11, f. 2, Ep. p. 499. — Pi- 6449
leo submembranaceo, reniformi, glabro, subfulvo; stipite brevissimo nigricante; alveolis porosis, elongatis, flexuosis, fusciscentibus.

Hab. in Brasilia et Chili Mont. Ann. Sc. Nat. 1835. — Subimbricatus, postice emarginatus, unguicularis. Sec. Patouillard forte *Laschia*. — Var. **pallidipes** S. et P. Myc. Malac. n. 55. A typo differt, quia adhuc minor et stipite pallido nec atro; pileus vix 2 mm. lat. et long.; stipes æquilongus, curvulus, impolitus. In truncis, Malacca (SCORTECHINI).

23. **Favolus granulosis** Lév. Prod. Floræ Novo-granat. Fungi p. 286. 6450
— Pileo carnosolento, reniformi, levi, glabro, azono, albo-flavescente vel pallide luteo; margine acuto, integro, inflexo; stipite laterali horizontali brevissimo, tereti, glabro, albo-flavescente; alveolis paulum elongatis, hexagonis, minime decurrentibus, pallide alutaceo-roseis, acie obtusis granulosis.

Hab. ad truncos arborum Choachi Novæ Granatæ altit. 2600 m. — Pileus vix 2,5 cm. latus; stipes 4-5 mm. longo. A *Favolo sundaico* Fr. differt alveolis non decurrentibus, et a *F. pusillo* Fr. recedit stipite albido forma coloreque alveolorum.

24. **Favolus sundaicus** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 103. — Pileo molli, 6451
cuneato-reniformi, glabro, alutaceo, undique marginato, transverse corrugato; stipite sublaterali, glabro, brevissimo; alveolis oblongis, decurrentibus, pallescentibus, acie acutis, tenuissime ciliatis, glandulosis.

Hab. in Pulo Milu (DIDRICHSEN). — Forte mera *F. brasiliensis* var. Stipes vix 2 mm. excedens; pileus ultra 2,5 cm. lat.

25. **Favolus tener** Lev. Champ. exot. p. 202. — Pileo carnosulo, papiraceo, nudo, levi, rufo, in stipitem brevem attenuato; poris angulatis pallidioribus, dissepimentis tenuibus integris. 6452

Hab. ad truncos in insula Sumatra. — Pileus minutus, elongatus.

26. **Favolus tenerrimus** Berk. Dec. of Fungi p. 341. — Pileo pallido, tenui, levi, margine incurvo, brevissime stipitato, spathulato; poris 5-6-gonis, dissepimentis tenerrimis delicatisque; hymenio hinc exsiccatione tantum reticulato. 6453

Hab. Darjeeling Indiæ. — Stipes brevissimus, lateralis; pileus 3,5-4 cm. longus; pori 700 μ . diam. A *Facolo tenero* Lév. distinctus videtur. An *Laschia*?

27. **Favolus fibrillosus** Lév. Champ. exot. p. 201. — Pileo carnosolento, reniformi, lobato, obsolete zonato, rufo, e basi squamuloso ad marginem inflexum fibroso-radiato; alveolis magnis, oblongis, hexagonis, alutaceis; stipite laterali, brevi, verticali. 6454

Hab. ad truncos circa Maniliam. — Pileus 8-10 cm. lat.

28. **Favolus Junghuhnii** Lév. Champ. exot. p. 202. — Pileo carnosolento, reniformi, obsolete zonato, e basi depressa granulata squamulosa fibroso-radiato; stipite brevi, laterali, horizontali, subius canaliculato; poris subhexagonis, decurrentibus, pileo concoloribus. 6455

Hab. ad truncos, in insula Batam prope Javam. — Pileus 8-9 cm. lat.

29. **Favolus tenuissimus** Lév. Champ. exot. pag. 202. — Pileo carnosoflaccido, membranaceo, reniformi, nudo, fusco; stipite brevi, laterali, horizontali; poris decurrentibus, oblongis, subhexagonis; dissepimentis tenuibus, integris, concoloribus. 6456

Hab. ad truncos in insula Mauritii. — Pileus 6 cm. lat.

30. **Favolus speciosus** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 59. — Solitariis, parvulus; pileo dimidiato-reniformi, appanato, postice marginato-fisso ac umbilicatulato (an primo excentrice infundibuliformi?) auriculis majusculis, late rotundatis, tenui-membranaceo, fuscescenti-testaceo, centro pallidioribus; margine infuscato, integro, subinflexo; lamellis rhombice connexo reticulatis, laxiusculis, latiusculis basi subcrassiusculis, acie membranaceis, flaccidulis; pileo concoloribus integerrimis; alveolis anticis subrotundatis, minoribus, 1 mm. diam., posticis gradatim majoribus elongatis, 4 mm. longis, 1,5 mm. latis, in stipitem non v. vix decurrentibus; stipite longiu-

sculo, gracili, tereti v. deorsum parce attenuato, glaberrimo, levissimo; pileo concolori basi abruptiuscule dilatato-adnato.

Hab. ad ramos languentes v. emortuos in silvis prope Guarapi Amer. australis. — *Favolus tenuissimus* Lév. huic, ex diagnosi, valde affinis.

31. **Favolus peltatus** Lév. Champ. exot. pag. 202. — Pileo carnosolento, nullo, azono, pallide lurido, levi; poris magnis, subtetragonis, acie acutis, serrulatis, concoloribus; stipite brevi, laterali, horizontali, tomentoso, peltato, dilatato. 6458

Hab. ad truncos, Java. — Pileus 2-3 cm. lat. superficie ob alveolos subjectos subfoveolata.

32. **Favolus ohioensis** B. et Mont. Syll. Crypt. n. 558. — Pleuropus; pileo coriaceo-rigenti, reniformi, glaberrimo, pallido, convexo-plano, basi depresso; stipite brevissimo, supero, verticali, crasso; alveolis hexagonis, centralibus elongatis, magnis 5-7 mm. long., 2 mm. lat., marginalibus subæquilateris concoloribus; dissepimentis integerrimis, flexuosis. 6459

Hab. ad truncos arborum dejectos, Columbus, Ohio Amer. fed. (SULLIVANT). — Pileus durus v. parum lentus, alis subconvexitibus rotundatis profunde et eximie reniformis, supra plano-convexus, ad insertionem stipitis depressiusculus, in sicco concentricè substriatus et ambitu ob foveolarum proinulum tessellatus, subtus medio convexo-strumosus, 5-7 cm. latus, 3-4 cm. long. Stipes 2 mm. long., 5-7 mm. cr. A *Favolo alutaceo* magnitudine et forma pilei nec non insertionem stipitis facile distinguendus.

33. **Favolus Rhipidium** Berk. in Hook. Journ. 1847, p. 319, Dec. of Fungi n. 124. — Pileo coriaceo, reniformi, concentricè sulcato, alutaceo, arbo. cute in areolas minutas fuscifuraceas recedente; stipite laterali, brevi, sursum dilatato, pruinoso, sicco flavescente; poris parvis, albidis, angulatis, denticulatis, quandoque elongatis. 6460

Hab. vulgatus in nemoribus tropicalibus in regionibus australibus ins. Ceylon (THWAITES), in ditone Sarawacensi Bornei (O. BECCART), in Amer. feder. Carol. inf. (CURTIS, RAVENEL), Ohio (LEA), New England (SPRAGUE), ad candices et radices in silvis, Sterling, New York (PECK), ad ramulos, ligna emortua, Cubæ (C. WRIGHT), Guyane Amer. merid., Rio Negro, ad fluvium Amazonum Brasiliæ (SPRUE). — Pilei gregarii, caespitoso-imblicati, coriacei, 2 cm. longi latique; stipes 6-7 mm. altus; pori 250 μ . diam. Habitus *Pani stipitici*. — ***F. subpulverulentus** B. et C. Journ. Linn. Soc. X. p. 306; pileo reniformi levi, margine involuto stipiteque brevi

cylindrico laterali subtiliter pulverulento-tomentosis; poris subhexagonis parvis acie obtusis, brunneolis. Ad ramos emortuos, Cuba: Amer. centr. (C. WRIGHT). Pileus 11-15 mm. latus; stipes 3 mm. longus; pori $\frac{1}{2}$ mm. diam. In var. *subpulverulento* pori sunt paullo latiores. — **F. curtipes* Berk. Dec. Fung. n. 222: pileo tenui, reniformi, carnosorigido, glabro; stipite brevissimo, disciformi; poris mediis, sinuatis, plicatis. In Australia.

34. **Favolus multiplex** Lév. Champ. exot. p. 203. — Cæspitosus; pileo 6461
carnosocoriaceo, lobato, undulato, tenui, nudo, fibroso, radioso e basi in stipitem brevem attenuato; poris magnis, subhexagonis, concoloribus; dissepimentis argute serratis.

Hab. ad truncos, Java, Rio Journa Brasiliæ (TRAILL). — Var. **Thwaitesii** Berk. Decad.: pileo subintegro, subochraceo, flabelliformi, disco stipitiformi affixo, lineatim striato, postice subtiliter strigoso, velutino, hymenio rufo tincto; poris subhexagonis elongatis, acie setoso-iacerata. In lignis emortuis Ceylon (THWAITES). Pileus 7-8 cm. lat.

35. **Favolus Humboldtii** Berk. exot. Fung. p. 379. — Stipite brevi, 6462
laterali, sursum in pileum levem obovatum saepe lobatum, tenuem, brunneum gradatim dilatato; alveolis minutis, elongatis, concoloribus, parietibus tenuibus.

Hab. ad truncos exoticos ex Amer. austr.? (HUMBOLDT in Herb. Hook.). — Pileus cum stipite 4,5 cm. alt., 3,5 cm. lat.; stipes 12-13 mm. long.

36. **Favolus velutipes** Fr. Nov. Symb. Myc. pag. 101. — Pileo sub- 6463
membranaceo, flabelliformi, levi, glabro, fulvo, ferrugineo; margine ciliato; stipite laterali, brevissimo, hirta, pubescente; alveolis decurrentibus, elongatis, denticulatis, pallidis, vix angulatis; dissepimentis tenuibus.

Hab. ad S. Jose Costa Rica (ERSTED). — Stipes 12 mm. vel parum ultra longus; pileus 2,5-5 cm. lat.

37. **Favolus melanopus** Mont. Guy. n. 395, Syll. Crypt. n. 557. — 6464
Pleuropus, parvus: pileo carnosolento, ex orbiculato subreniformi, levi, glabro alveolisque penta-hexagonis mediocribus, acutis, cinnamomeis; stipite laterali, atro, cylindrico, ad basim dilatato.

Hab. in ligno emortuo Guyana: Amer. merid. (LEPRIEUR). — An hujus generis?

38. **Favolus hispidulus** B. et C. Cub. Fungi n. 324. — Pileo tenui 6465
reniformi, postice lineato, hispido, reticulato, antice subtiliter tomentoso, tessellato; margine tenuissimo, pellucido, quandoque fim-

hriato: stipite brevi, cylindrico, hispidulo: alveolis amplis, elongatis.

Hab. ad caudices in silvis. Cubæ (C. WRIGHT) et Adelaide in Australia. — Pileus 6 cm. latus, 4 cm. longus; stipes 4-8 mm. longus; alveoli $1\frac{1}{3}$ mm. diam. Recens candidus.

39. **Favolus muriceus** Fr. Nov. Symb. Myc. Mont. p. 228. — Pi- 6466
leo coriaceo, tenacissimo, interiori, depresso, subtiliter spinuloso-hirto, versus marginem pulchre fibrillatum denticulatumque rugoso, glabro; stipite laterali brevissimo, hirto; alveolis elongatis, retis, profundis.

Hab. ad truncos in Guinea. — Pileus 5-6 cm. latus; stipes 4 mm. long. Fungus vegetus videtur albidus; alveoli in sicco fulvi.

40. **Favolus purpurascens** B. et C. Cub. Fung. n. 318. — Pileo fla- 6467
belliformi, levi vel leviter aculeato, antice luride purpureo; margine tenui (sicco inflexo); stipite brevi, plus minus hispido; alveolis amplis, pileo pallidioribus, stipitem versus albis, acie tenui laceratis.

Hab. ad caudices in silvis sæpe e fissuris exsiliens, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 4 cm. latus, $2\frac{1}{2}$ cm. longus; stipes 6 mm. longus, 4 mm. crassus.

41. **Favolus ruficeps** B. et Br. F. of Ceyl. n. 527. — Pileo reniformi, 6468
rufa, fumoso, scabro, ciliato; stipite brevi; poris hexagonis concentricis.

Hab. ad lignum emarcidum Ceylon (THWAITES). — Pori $1\frac{1}{3}$ mm. lati. Adest forma stipite procero.

42. **Favolus princeps** B. et C. Cub. Fungi n. 317. — Pileo reniformi, 6469
subcarnoso, subtiliter tomentoso, fulvo; margine tenui (sicco inflexo); stipite sursum dilatato, subcylindrico, velutino, fulvo; alveolis brevibus, angulatis, decurrentibus, fuscis.

Hab. ad ligna emortua, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 9 cm. latus, 6 cm. longus; stipes $2\frac{1}{3}$ cm. altus, sursum 18 mm. crassus; alveoli $\frac{2}{3}$ mm. diam., demum elongati. Nobilis.

43. **Favolus paraguayensis** Speg. Fungi Guar. Pvg. I n. 58. — So- 6470
litarius; pileo dimidiato-reniformi, applanato, postice carnosulo, carne 3 mm. crassa, non marginato, antice tenuissime membranaceo, subpellucido, margine integro vix repandulo, acuto, recto, superne canescenti-fulvello (intus albo), deorsum minutissime laxèque pruinuloso-subvelutino, ceterum glabro; lamellis albis (in sicco fulvescentibus) tenui-membranaceis, latiusculis, 1.5 mm. lat., marginem versus gradatim postice subabrupte evanescenti-attenuatis; al-

veolis rhomboideis, periphericis, subparvis, 1 mm. diam., subrotundatis, postice majoribus, elongatis, 3-4 mm. longis, 2 mm. latis, acute angulatis; stipite curto, crasso, tereti, 2 cm. longo, 1 cm. crasso, canescenti, fulvescenti, hispido-velutino, carnosio, albo-farcto basi adbrupte truncato-adiato.

Hab. ad ramos languentes v. emortuos Citri Aurantii pr. Paraguari Americæ australis.

44. **Favolus intestinalis** Berk. Dec. n. 312. — Pileo tenui, molli, 6471
subreniformi, lobato, albo, sicco ex olivaceo-flavo, sordide ochraceo; stipite brevi vel subobsoleto, substantia molli, sicca tenuissima et sæpe diaphana; poris hexagonis, magnis; sporis late ellipticis, guttula minuta instructis, hyalinis.

Hab. ad truncos Darjeeling Indiæ. — Pileus 8 cm. et ultra latus, elongatus; pori 6-7 mm. diam. *P. cycloporo* Mont. similis dicitur, sed species hæc mihi ignota.

III. Subsessiles, raro resupinati glabri v. velutini.

45. **Favolus canadensis** Klotzsch in Linn. VII, p. 197, Fr. Ep. p. 499. 6472
— Pileo carnosio-lento, rigente, reniformi, squamoso, fulvo; stipite obsoleto; alveolis elongatis, tenuibus, albidis; dissepimentis demum rigidis dentatisque.

Hab. in Canada et in Miami Vali. Amer. bor. — Cfr. Morgau Myc. Miam. 4, p. 5. ubi describitur pileus 2,5-6 cm. lat.; spore oblongæ 12 ≈ 7 et de synonymia speciei disseritur.

46. **Favolus flaccidus** Fr. Linn. V, p. 511, *Cauthar. arquinotialis* 6473
Link Fr. Ep. p. 499. — Pileo carnosio-lento, tenui, flaccido, lobato, glabro, albido; alveolis elongatis, tenuibus, concoloribus.

Hab. in Brasilia et in pænis. Malacca (SCORTECHINI). — Sessilis, multiplex, expansus, fere membranaceus, siccus fragilis.

47. **Flavolus alutaceus** B. et Mont. Cent. VI, n. 68, Syll. Crypt. 6474
n. 555 — Pileo carnosio-lento, reniformi, alutaceo, glaberrimo; ambitu lobato, fusciscente, fere sessili; alveolis hexagono-oblongis, tenuibus, concoloribus.

Hab. ad ramos arborum, Bahia Brasiliæ (BLANCHET) et in Quercu, Portland, Maine Amer. fœder. (FULLER) et in pænis. Malacca (SCORTECHINI). — Pileus (in spec. Malac.) carnosio-membranaceus, 5 cm. latus, 3½ cm. longus, 1 mm. crassus (in sicco); tubuli ½-¾ iam. diam., acie crenulati; margo pilei cum disco alutaceo concolor.

48. **Favolus cucullatus** Mont. Cuba p. 378, t. 14, f. 2, Syll. Crypt. 6475

n. 553, *F. curtipes* B. et Curt. Kew. Gard. Misc. I. p. 234. — Subsessilis; pileo dimidiato, carnosolento, rigente, subreniformi, basi cucullato, glaberrimo, ambitu undulato lobatoque, papulato, vaccino, scutatim affixo; alveolis hexagonis, favaceis, mediocribus, fuscescentibus.

Hab. ad cortices arborum, Cuba (RAMON DE LA SAGRA, C. WRIGHT), in insula Ceylon (BECCARI), in insula S. Dominici et in Carol. inf. Amer. feder. — *F. induratus* gaudet alveolis majoribus. Formam zeylanicam ita describit Cesati Myc. Born. p. 8. Pileo irregulari ex orbiculari flabellato, basi in expansionem discoideam desinenti, consistentia chartacea, margine extenuato, lacerato, sterilescenti, levissimo glaberrimoque, unicolore cervino, fascia marginali hinc inde interrupta adusta; hymenio pallido alveolis mediocribus versus marginem subrotundo-hexagonis, regione intermedia elongato-rhomboides, parietibus tenuibus facile laceris setulosis. *Favola flaccida* Fr. in Linn. V, pag. 511 maxime ad hunc existimat Cesati.

49. **Favolus auriculæformis** Cesati Myc. Born. p. 8. — Pileo reniformi, horizontali, 8 cm. lato valde tenui sed in sicco rigido, humecto flaccido, glaberrimo levissimoque, e fulvo cervino, disco adfixo; hymenio e gilvo luteolo, a pileo fere indistincto; alveolis subhexagonis valde superficialibus, sterilibus; dissepimentis rigidis integerrimis. 6476

Hab. in ditone Sarawacensi Bornei (O. BECCARI). — Characteribus incertis genera plura tangit, hinc anceps.

50. **Favolus papulosus** Cesati Myc. Born. p. 8. — Parvulus 1 cm. latus, subreniformis; pileo tenuissimo, glabro, bullato (bullis singulis alveolis respondentibus); alveolis mediocribus; dissepimentis crispis acie fimbriato-lacera; colore ochraceo-fulvo, hymenio pallidiori. 6477

Hab. ad Sarawak? Bornei Malesie (O. BECCARI).

51. **Favolus iaciniatus** Lév. Champ. exot. p. 293. — Pileo carnosolento, lobato, expanso, sessili, postice attenuato, nudo, levi porisque ochraceis, magnis, subtetragonis, inequalibus, concoloribus; dissepimentis obtusis. 6478

Hab. ad truncos cariosos in Paraguay (BALANSA). — Locus in Lév. l. c. desideratur. Sec. Speg. Gnar. n. 62, pileus 15-20 cm. diam., alveoli 4-7 mm. long., 1-1,5 mm. lat.

52. **Favolus induratus** Berk. Fung. Doming. p. 6, n. 30. — Pileo reniformi, vertice affixo, glaberrimo, hepatico, demum indurato; poris subhexagonis magnis, margine attenuato dentato. 6479

Hab. ad ligna S. Domingo. — Pileus 3 cm. lat., 2,5 cm. long.; pori $\frac{1}{20}$ incl. *Hexagonia decipiente* analogus sed carnosior.

53. **Favolus natalensis** Fr. Fungi Natalenses p. 18, n. 31. — Pileo 6480
carnoso-lento, obovato, reniformi, levi, glabro, atro-fusco; stipite obsoleto; alveolis oblongo-elongatis, seriatis, mollibus, concoloribus.

Hab. ad truncos in terra Natal (Waulberg). — Pileus 2,5 cm. vix lat., sublaccatus at opacus, margine integro deflexo, contextus floccosus, isabellino-alutaceus.

54. **Favolus setiporus** Berk. Dec. of Fung. n. 446. — Pileo dimi- 6481
diato, subinde flabelliformi, tenui, pallide flavo, radiatum lineato rugoso, siccò subzonato; poris magnis hexagonis, intus setis brevibus vel lamellis subtriangularibus obsitis.

Hab. ad ligna emortua Nunklow Indiæ (Hooker). — Pileus 5 cm. latus; pori 2-4 mm. diam. *F. intestinali* Berk. affinis at poris setigeris distinctus.

55. **Favolus saccharinus** Berk. Chall. n. 172. — Pileo flabelliformi 6482
sessili, subtiliter velutino, glabrescente; poris sinuatis, flexuosis.

Hab. ad truncos in insula Oceanica Aru. — Pileus $1\frac{1}{2}$ - $2\frac{1}{2}$ cm. latus, primum minute velutinus, ex quo apparentiam saccharinam præbet; pori e communi basi lineatim dispositi.

56. **Favolus transiens** Cesati Myc. Born. p. 8. — Pileo 5-8 cm. lato 6483
e subreniformi flabellato, margine obtuse lobato, papyraceo etiam in siccò flexili, brunneo, velutino, zonis concentricis vix discoloribus densis; hymenio paullisper pallidiorè, alveolis potius irregulariter hexagonis, evidenter ad schema zonarum circinnantium, ut *Cyclomyces* lamellæ, dispositis; dissepimentis tenuibus margine subalbicanti denticulato, sub microscopio composito setulosis.

Hab. in ditione Sarawacensi Bornei Malesiæ (O. Beccari). — Sporas videre non contigit. Dispositio alveolorum, concentrica et *Cyclomyces* reclamans, evidentissima tunc præcipue fit, cum hymenium sensu obverso, i. e. a margine ad basim, conspiciamus. Ex mente cl. Berkeleyi in litteris ad Cesati potius *Hexagonia*. Pulchella species.

57. **Favolus abnormis** Schw. Syn. Am. bor. n. 268. — Membrana- 6484
ceus, subfragilis, omnino resupinatus, 2,5 cm. long., 1-1,5 cm. lat., subseparabilis, superficie fusca; poris pro ratione majusculis, exacte hexagonis, favum referentibus, vix excavatis, concoloribus, nitentibus.

Hab. rarissime in cortice castaneo Bethlehem Amer. bor. — Fungus abnormis. An novum genus?

58. **Favolus platyporus** B. et Curt. Sill. Journ. 1851, p. 94. — Pi- 6485
leo reniformi, sublobato, rigidiusculo, glabro, e contextu supra dis-
sepimenta contracto reticulato; poris amplis, oblongis, subhexago-
nis; dissepimentis emarginatis rigidis, acie subintegra.

Hab. in insulis Fiji. — Pileus ochraceus, in sicco brunneus, 6 cm. lat., 3,5-4 cm. long.; pori 4 mm. long., 2 lat.

GLEOPORUS Mont. Cuba p. 385, t. 15, f. 1 (Etym. *gloros* gluten et *poros*). — Fungus heterogeneus. Hymenophorum coriaceum, conte-
xtu floccoso-celluloso. Hymenium tremellino-gelatinosum, candidis-
simum, hymenophoro contiguum, punctis poriformibus impressum,
siccum contractum, tum pori nisi oculis armatis inconspicui, udum
gelatinosum, porosum. Pori rotundi, superficiales, obtusi.

1. **Gleoporus conchoides** Mont. l. c. t. 15, f. 1, Syll. Crypt. n. 561, 6486
Auricularia reticulata Fries. Epicr. 1, pag. 555 et Sum. Veget.
Scand. p. 325. — Conchiformis; pileo coriaceo tenui, lento, dimi-
diato, sessili, convexo, inaequali, velutino, dein glabriusculo, fulvo,
margine acuto; poris carnis, humectis candidissimis, rotundis, mi-
nutis, superficialibus, gelatinosis.

Hab. ad cortices arborum, Cuba (RAMON DE LA SAGRA), ad Port-
Natal (DRÈGE), Guiana Britannica, Florida, Carolina australi, Bra-
silia. — Variat pileo albo, fulvo, dimidiato et resupinato. See.
Berkeley et Cooke videtur forma *Polypori nigro-purpurascen-
tis* Schw. seu *P. dichroi*, quod ulterius inquirendum.

2. **Gleoporus candidus** Speg. Fungi Guar. Pug. 1, n. 56. — Pileis 6487
applanato-subconchatis, seriatis, lateraliter confluentibus, vix de-
currentibus, 2-3 cm. lat. et long., coriaceo-flaccidalis, candidis, e
glabro tomentellis, margine incurvo, acuto; carne alba, 1-2 mm.
crassa, azona; hymenio ceraceo-gelatinoso, subplano, roseolo, a car-
ne exime discreto; poris curtis, $\frac{1}{2}$ mm. long., dense stipatis, ore
rotundo-angulosis, 80-100 μ . diam., dissepimentis tenuibus, 20-25
 μ . cr. acie acutis, integris.

Hab. ad truncos in silvis Guarapi Paraguay (BALANSA). — Au
var. albo-pileata *Gl. conchoidis*?

3. **Gleoporus leptopilus** Lév. Champ. exot. p. 194. — Pileo coria- 6488
ceo-membranaceo, semiorbiculari, tomentoso, zonato, ex albo lu-
tescente; margine lobulato, undulato, acuto, sterili; poris angula-
tis, curtis, inaequalibus, fusciscentibus, initio gelatinosis.

Hab. ad truncos, Surinam (MIQUEL). — Pileus 6-8 cm. lat., 1
mm. vix crassior.

4. *Glœoporos pusillus* Lév. Champ. exot. p. 195. — Pileo carnosolento, dimidiato, conchato, nudo, azono stipiteque brevi, laterali, horizontali luteo miniatis; poris subætragonis flavo-carneis, dissepimentis obtusis, tremelloideis. 6489

Hab. ad truncos in ins. Hispaniola seu S. Domingo. — Minuta species, 1 em. lat.

LASCHIA Fr. in Linnea V, p. 533, Epicr. p. 499 (Etyrn. secundum GILL. LASCH mycologum Driesensem sagacissimum). — Gelatinoso-tremellosa, siccitate membranacea. subtus favoso-reticulata. Alveoli cum pileo omnino homogenei, tenues, flaccidi.

Fungi tropici epixyh tota indole *Tremelle* (ut e substantia et analysi foret genus tremellinum) sed irrigui minus tumentes et magis delicati. Fr. l. e. Sec. cl. Patouillard (Journ. de Bot. 1887, p. 225) *Laschia* sistit elementa heterogenea, nempe species homobasidiatas typicas basidiis unicellularibus 4-sterigmicis et species heterobasidiatas basidiis plurilocularibus more Tremellinarum (*Auriculariella*). Genus tamen in præsentem non dividendum, quia insunt species multe adhuc imperfecte cognite. *Laschia nitida* Fr. et *L. tenuis* Berk., a Patouillard citatæ, nisi nomina erronea, mihi ignotæ.

1. *Eu-Laschia*: basidiis continuis, apice 4-sterigmicis.

A. TYPICÆ: tenues pellucidæ, gelatinosæ, hymenio lamelloso-poroso.

1. *Laschia celebensis* Pat. in Journ. de bot. 1887, p. 227, t. IV, f. 1-2. 6490 — Orbicularis, glabra, tenuis, pellucida, pallide flavo-brunnea, sessilis, puncto dorsi excentrico affixa; hymenii alveolis in series 5-6 radiantes dispositis, inæqualibus; basidiis clavatis, 30 = 6 sterigmatibus quaternis, brevibus; sporis subglobosis, hyalinis, 3-4 μ . diam., uniguttulatis.

Hab. in culnis graminacearum in insula Celebes freti sundici (DE LA SAVINIÈRE), Java (ZOLLINGER). — Minuta, 5-15 mm. diam. Hymenium ex 5-6 lamellis radiantibus, inæqualibus, ramosis, venulis conjunctis, poros incompletos formantibus constans.

2. *Laschia alba* B. et C. Cub. Fungi n. 333. — Orbicularis, alba, tota resupinata; poris parvis, angulatis, radiantibus. 6491

Hab. ad ramulos in silvis, Cubæ (C. WRIGHT). — Alba: hymenium 2-3-sulcatum atque laminis concentricis radiatis irregulariter areolatum.

3. *Laschia agaricina* (Mont.) Pat. in Journ. de Bot. 1887, p. 228, *Hirneola agaricina* Mont. Fl. Chil. VII, p. 392, t. 7, f. 11, sub *Raxidia*. 6492 — Sessilis stipitataque, subobliqua, conchiformis, tenuis-

sima, aurea, subtus glabra, rugulosa, supra plicis magnis lamelliformibus radiantibus rugisque anastomosantibus insignis.

Hab. ad ramos dejectos in Chile (CL. GAY).

4. **Laschia purpurea** B. et C. Cub. Fungi n. 330. — Pileo orbiculari, purpureo, centro umbilicato; vertice elongato, gracili, stipitiformi affixo; poris parvis flexuosis; sporis late ellipsoideis, albis. 6493

Hab. ad caudices, Cubæ (C. WRIGHT). — Pileus 8-12 mm. latus; stipes fere 12 mm. longus; pori $\frac{1}{2}$ mm. diam.

5. **Laschia cærulescens** B. et C. Cub. Fungi n. 334. — Orbicularis, resupinata; hymenio subcæruleo; poris irregularibus, compositis. 6494

Hab. ad cortices emortuos, Cubæ (C. WRIGHT). — Circiter 12 mm. lata; pori compositi sicut in *L. tremellosa*.

6. **Laschia pensilis** B. et C. Cub. Fungi n. 332. — Pileo orbiculari; vertice in stipitem brevem cylindricum elongato; poris flexuosis, interstitiis venosis. 6495

Hab. ad ligna emortua, Cubæ (C. WRIGHT). — Pileus 8-12 mm. latus, siccus rufus. Pori valde irregulares.

B. FAVOLASCHIA Pat.: tenues, pellucide, gelatinoso-membranacee, discrete pelliculosæ, hymenio alveolato.

7. **Laschia Gaillardii** Pat. in Journ. de Bot. 1887, p. 228, tab. IV, f. 3-5. — Sessilis, cupuliformis vel campanulata, lateralis, tenuissima, pellucida, flavo-aurea, glabra, supra foveolata, infra alveolos 10-12 amplos profundos, angulosos, crasse tunicatos ferens; basidiis clavatis, sterigmatibus quaternis, elongatis; sporis haud visis. 6496

Hab. in ramis et truncis putridis Puerto Perico Haut Orenoque Americæ australis (A. GAILLARD). — Pileus 1-5 mm. diam.; hymenium *Favoli*. Pellicula pilei cellulis muricatis pigmentatis asperata.

8. **Laschia cinnabarina** B. et C. Cub. Fungi n. 329. — Cinnabarina, orbicularis, resupinata, vertice stipitiformi affixa; poris brevibus, angulatis, pallidioribus. 6497

Hab. ad cortices emortuos, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Circiter 2 mm. lata; pori $\frac{1}{2}$ mm. diam. Pulcherrima minuta species.

9. **Laschia Auriscalpium** Mont. Guy. n. 397, Syll. Crypt. n. 560. — Gregaria, pusilla; pileo tremelloideo-membranaceo, orbiculari, convexo, horizontali, glabro, pallido; stipite laterali: alveolis hexagonis, concoloribus. 6498

Hab. ad petiolos foliorum Palmarum, Cubæ (C. WRIGHT) et ad arbores monocotyled. Guyanæ (LEPRIEUR). — Saturate aurantiaca; stipes cavus; pori amplii.

10. **Laschia pezizoidea** B. et C. Cuban Fungi n. 328. — Pileo orbiculari, vertice affixo; poris subrotundis parvis, dissepimentis crassis pruinosis. 6499

Hab. ad caules herbaceos. Cubæ (C. WRIGHT). — Circiter 2 mm. lata; pori $\frac{5}{12}$ mm. lati. Probabiliter recens aurantiaca.

C. POROLASCHIA Pat.: crassiuscula, gelatinoso-cartilaginea, non pelliculosa, hyemenio poroso v. alveolato, acie sterili.

11. **Laschia clypeata** Pat. in Journ. de Bot. p. 229, c. icon. — Pileo orbiculari, plano, centro umbonato, tenuissimo, albo-griseo, umbone rufo, hygrophano, membranaceo-gelatinoso; stipite centrali cartilagineo, cylindrico, cavo, flavido, gracili; poris rotundis, exiguis, dissepimentis crassis, gelatinosis; basidiis clavatis, 4-sterigmaticis; sporis globulosis, 5 μ . diam., hyalinis. 6500

Hab. in truncis putridis in silvis in radice Montis Uniana Haut Orenoque Americæ australis (A. GAILLARD). — Fungus 4-5 cm. alt.; pileus 15-20 mm. lat. *Polyporo* affinis.

12. **Laschia guaranítica** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 57. — Pileo ex orbiculari dimidiato, 7-8 mm. diam., 5 mm. lato antice et postice carnosulo, convexulo, glabro, levi; margine integerrimo, subincurvo, acuto, postice rotundato et plus minusve reniformi, non marginato ibique medio depresso atque in stipitem brevissimum, 500-700 μ . long., 500-600 μ . crass., teretem, album, glabrum v. farinosulum, basi truncato-adnatum producto; hyemenio plano, ubique aequali, albo-alutaceo; poris mediocribus, 300-500 μ . longis, ore rotundato vel subelongato 150-300 \approx 100-150, non angulato, dissepimentis tremelloideis, tenuibus, 20-30 μ . cr., acie integerrimis, obtusiusculis. 6501

Hab. ad ramos emortuos in silvis prope Guarapi Amer. austr. — Species a Spegazzini in F. Arg. IV, n. 28 sub *L. papulata* Mont. descripta a typo longe abhorret et melius ut forma macropoda hujus speciei adscribenda videtur ex ipso auctore.

13. **Laschia pezizæformis** B. et C. N. Pac. exp. n. 107. — Minuta, alba, resupinata, pezizæformis, margine incurvo; poris rotundis. 6502

Hab. ad folia emortua Palmarum in insulis Bonia. — Eandem habuit cl. Berkeley ex Venezuela.

14. **Laschia papulata** Mont. Fl. Chil. VII, p. 367, t. 7, f. 8, *Favol. pusillus* Mont. Fl. J. Fern. n. 13, nec Fries. — Gregaria; pileo sub- 6503

membranaceo, reniformi, glabro, pallido tandem fusco-badio; stipite brevi aut pro ratione longiusculo laterali; alveolis cum pileo homogeneis, rotundis, magnis, concoloribus.

Hab. ad ligna emortua, Rancagua in Chile (BERTERO) et ad truncos et ramos dejectos, Apialy Brasiliæ australis (Dr. I. PUIGGARTI).

II. *Aviculariella* Sacc.: basidiis plurilocularibus, apice non 4-sterigmaticis.

15. **Laschia tremellosa** Fr. Summa Veg. pag. 325, Berk. in Hook. 6504
Journ. (1856), 237, Pat. l. c. p. 226, t. 1, f. 8-10. — Campanulata v. effusa, postice adnata, membranaceo-gelatinosa tota atro-rubescens, crassiuscula, villosa basi que subreticulata, sicca coriacea; hymenio profunde plicato-alveolato, alveolis inæqualibus mediis latioribus, marginalibus angustioribus; basidiis cylindricis, angustis, spurie septatis, sterigmatibus nullis; sporis pleurogenis reniformibus, 10 \approx 5, 2-3-guttulatis, hyalinis.

Hab. ad ligna emortua et truncos in India, Ceylon, Java, Mexico, Cuba (C. WRIGHT), S. Domingo, Venezuela, Brasilia, Australia.

16. **Laschia delicata** Fr. Epicr. p. 499, *Merulius favosus* Willd. in 6505
herb. — Suborbicularis postice prope marginem adnata, 2,5-4 cm. longa, glabra, rugulosa, sicca papyro tenuior, rigidula, uda flaccida, tenacella, fuscescens; hymenio favoso-reticulato cum carne pilei contiguo; dissepimentis tenuibus, membranaceis, inæqualibus, sæpe dentato-productis et interruptis.

Hab. ad ligna in Guinea, in pænis. Malacensi (SCORTECHINI). Ex Frieso ipso (Nov. Symb. p. 105) *Laschia tremellosa* ab hac non distinguenda est.

17. **Laschia velutina** Lév. Champ. exot. pag. 217, *Merulius affinis* 6506
Jungh?, *Laschia delicata* Mont. in herb. Par. nec Fr. — Pileo dimidiato membranaceo, tenuissime velutino, fuscescente, alveolis inæqualibus.

Hab. ad truncos, Rio de Janeiro (GAUDICHAUD), Java (JUNGH.). *Merul. affini* Jungh. differt tantum quia major, a *L. delicata* Fr. quia velutina. Sporæ in hac specie paullo majores quam in *L. delicata*, nempe 13-15 \approx 5, sec Patouill.

III. Species quoad basidia minus cognite.

A. Stipitatae.

18. **Laschia cæspitosa** Berk. Austr. Fungi n. 116 (*Recol.*). — Den. 6567

sisissime cæspitosa, pileis conicis umbilicatis, stipitibus glabris, basi coalitis; poris mediis subdecurrentibus.

Hab. pr. fluvium Clarence in Australia (Dr. BECKER). — Stipites basi substantia xylostromoidi conglutinati ad quinquaginta vel ultra in uno cæspite. 5 cm. vel ultra alti, leves, compressi, striati; pilei obtusi, pallidi, sicci profunde reticulati; pori versus marginem angulati, postice elongati $\frac{4}{5}$ mm. lati, adnati v. subdecurrentes. — ***L. manipularis** Berk. Hook. Journ. 1854, p. 229: pileo orbiculari convexo; stipitibus sæpe connatis, gracilibus, centralibus glabris; poris irregularibus, dissepimentis tenuibus. Ad ligna cariota, Ceylon (THWAITES) et Clarence River Australia. Malacca (SCORTECHINI). Pileus 12 mm. latus; stipes 5 cm. longus, 2 mm. crassus; pori $\frac{5}{8}$ mm. lati (in sicco). Planta australiana validiuscula atque stipite rubescenti. In *Laschia manipulari* describitur pileus 1-2,5 cm. diam.; stipes 2,5-3 cm. alti; pori usque 1 mm. lati. Sec. Berk. l. c. *Fuoto* seu *Laschiæ cycloporæ* Mont. affinis, sed de hac specie nullam notitiam habeo.

19. **Laschia Thwaitesii** B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 535. — Cæspitosa, pileo tremelloideo, sæpe obliquo, levi, aurantiaco; stipite gracili porisque albis. 6508

Hab. ad ligna emortua, cæspitosa atque gregaria, Ceylon (THWAITES), Australia. — Pileus 8 mm. latus, sæpe obliquus atque nonnihil depressus; stipes 18 mm. longus.

20. **Laschia longipes** Berk. Challang. n. 174. — Pileo tenui, umbilicato, pallide aurantiaco; margine lobato; stipite elongato, sursum dilatato, fissili; poris brevibus, angustis, sinuatis, radiantibus. 6509

Hab. ad truncos in insula oceanica Aru. — Circiter $2\frac{1}{2}$ mm. lati; stipes 5 cm. longus, haud 2 mm. crassus.

21. **Laschia subcærulea** B. et C. Cuban Fungi n. 325. — Pileo tenuissimo, infundibuliformi, pallide, cæruleo; stipite verticali, gracili; poris amplis pileo concoloribus. 6510

Hab. ad caudices, Cuba (C. WRIGHT). — Pileus 12 mm. latus; stipes 12 mm. longus, haud 2 mm. crassus. In hac specie atque in sequentibus, vertex plus minus elongatus hymeniumque superum ut in *Peziza*.

22. **Laschia intermedia** B. et C. Cub. Fungi n. 327. — Minuta; pileo galeæformi saccharino-pruinoso; stipite brevi laterali; poris paucis, irregularibus, acie pruinosis. 6511

Hab. ad petiolos Palmarum, Cuba (C. WRIGHT). — Totus fungus vix 2 mm. longus. Inter *Laschium* et *Auriculariam* media.

23. **Laschia infundibuliformis** Berk. Fung. Darw. p. 445. t. IX, f. 3. 6512
 — Pileo infundibuliformi, sublobato, glabro, minute striato; alveolis plus minus elongatis ad basin stipitis obesi ex dissepimentis denticulatis hispidulis decurrentibus.
Hab. in lignis putridis Rio Janeiro. — 12-14 mm. lata, tota subgelatinosa.
24. **Laschia testudinella** Rob. Fries Grev. XVI, p. 93, t. 172, f. B. 6513
 — Pileo membranaceo, gelatinoso-elastico, ex orbiculari reniformi, leviter convexo, glabro, e griseo fuscescente, obscurius areolato-reticulato; stipite laterali, horizontali, perbrevis; poris amplis, profundis, regularibus, hexagonis, similaribus et concoloribus; sporis copiosis, oblongis, albis.
Hab. in caldario horti publici Gothoburgensis, ubi non raroveniunt notabiles Hymenomycetum formæ, ad Bambusæ truncum e Batavia reportatum (G. Lowegren). — Habitus *Hexagoniæ* diminutæ, substantia vero gelatinosa licet subrigidula; pileus 1-2,5 cm. lat., siccus contrahitur, humectatus denuo intumescit.
25. **Laschia gelatinosa** Smith in Journ. Bot. 1875, pag. 99, t. 162, 6514
 fig. 9-13, Just Jahresb. 1875, p. 235. — Pileo membranaceo, vesiculososo, gelatinoso; stipite laterali, gelatinoso, tenui, strigoso-piloso; alveolis amplis, hexagonis, dissepimentis gelatinosis.
Hab. in trunco Encephalarti in Bull's Nursery. — Verisimiliter cum plantis exoticis introducta.
26. **Laschia minima** Jungh. Crypt. Jav. p. 64. — Minuta, erecta, 6515
 stipite laterali brevi instructa, pallide gilva, levis, reniformi-dimidiata, suborbicularis, 2 mm. lata, tenuis, carnoso-coriacea, basi stipite brevi instructa, porrecta, (i. e. angulum rectum cum superficie matricis efficiens); hymenio poris primum distantibus, rotundis, dissepimentisque crassissimis obtusis, dein poris ampliatis subhexagonis instructo.
Hab. socialis in petiolis aridis Scitaminearum in silvis montium Kedang Javae. — Ad gen. *Laschiam* ducit dubitanter cl. Cooke.
27. **Laschia pustulata** B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 534. — Pileo ex 6516
 ochraceo ferrugineo, tuberculoso; stipite obliquo concolori, e basi orbiculari oriundo; poris paucis, amplis, ochraceis.
Hab. ad ligna emortua, Ceylon (ΤΗΧΑΙΤΕΣ) et Australia. — Pileus orbicularis, 4 mm. latus, exsiccatione viscosus, levis quum cito siccat; stipes circiter 2 mm. longus. Species singularis atque distincta.
28. **Laschia Curtisii** Berk. Cub. Fungi n. 331. — Pileo orbiculari in- 6517

fundibuliformi, vertice in stipitem sursum incrassatum elongato; poris subrotundis angulatis.

Hab. ad ligna emortua, Cubæ (C. WRIGHT). — Pileus 12 mm. lat., margine umbrino.

29. **Laschia micropus** Berk. Austral. Fungi n. 161. — Luteo-fusca, 6518
minuta, pezizaformis, breviter stipitata, demum reflexa; pileo venoso-rugoso; hymenio levi.

Hab. ad truncos Victoria in Australia. — Vix 4-6 mm. lata.

30. **Laschia cinereo-pruinosa** Kalchbr. in Hedw. 1876, pag. 114. — 6519
Pileo reniformi, stipitello brevi lateraliter adnato, plano, tenui, corrugato, margine semipellucido, atro-brunneo, medium versus fuligineo-cinereo striatula; poris majusculis, subinde confluentibus (?) umbrino-brunneis.

Hab. in Australia ad Clarence River (MÜLLER). — Pileus 2,5 cm. longus, 5 cm. latus, substantia gelatinosa, in aqua subinflata.

B. Sessiles.

31. **Laschia reticulata** B. et Cooke Bras. Fungi n. 330. — Omnino 6520
sessilis, conchiformis, translucens; pileo reticulato; poris hexagonis.

Hab. ad ligna emortua Jurnapum Brasiliæ (TRAILL). — Pileus 3 mm. latus, pori $5/2$ mm. lati contextus adeo tenuis ut ob dissepimentorum transparentiam pilens regulariter reticulatus appareat.

32. **Laschia subvelutina** Berk. Dec n. 343. — Pileo subtremelloso 6521
flabellato, lobato, fusco, subtiliter velutino; lamellis paucis interstitiis lamellato-reticulatis, obscurioribus.

Hab. in truncis arborum Darjeeling Indiae or. 1800-2000 m. altit. (HOOKER). — Pileus 2,5-5 cm. brunneus, marginem versus pallidior et rubescens, olivaceo-velutinus, inodorus, non viscidus. Proxima videtur *Cantharello congregato* Mont. qui forte quoque *Laschiam* spectat.

33. **Laschia pustulosa** Jungh. Crypt. Jav. p. 73, f. 38. — Candida, 6522
rotundata, lateraliter affixa, carnosa; pileo tenuissimo levi, e simplici membrana formato, in pustulas (seu bullas) hemisphaericas regulariter diviso.

Hab. ad truncos in silvis montis Merapi Javae. — 2,5 cm. lat., alveoli 5 mm. diam. Peraffinis dicitur *Boleto papulato* (?).

MERULIUS Hail. Helv. em. p. 150, Fr. Syst. Myc. I, p. 326, Epicr. p. 499, Hym. p. 591 (Etym. *merula*. prob. ob colores fungi). — Hymenophorum e mycelio contexto mucoso formatum, hymenio tectum ceraceo-molli. contiguo, superficie plicis obtusis reticulato, incomplete poroso, demum gyroso obsoleteque dentato. Fungi epixyli, molles, mucosi, primitus saltem resupinati.

Genus maxime naturale, formis tamen mediis in Polyporos transiens. v. c. *M. rufa*, *porinoides*. *Phlebiæ* tam substantia, quam typo hymenii nunquam poroso v. reticulato recedunt.

1. *Leptospori* Fr. Hymenium nudum v. sporis albis obsolete pruinatum.

* Pileo effuso-reflexo, subinde substipitato, ambitu determinato.

1. **Merulius infundibuliformis** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 73. — 6523
Tremellosus, magnus, 10–15 cm. lat., stipitatus: pileo profunde infundibuliformi, crasso, levi, sicco ruguloso; margine obtuso crispato; stipite brevi, crasso, 2,5 cm. long., 2,5 cm. cr., sulcato-rugoso, deorsum discoideo-expanso; hymenio poroso, acie denticulato; poris superne elongatis, irregularibus, angulatis, subtubæformibus, inferne abbreviatis, reticulatis; sporis profusis, ellipticis, aureo-fuscis, $12 \approx 8$.

Hab. ad ligna Yarra (Domina CAMPBELL). — Siccus corneus.

2. **Merulius incarnatus** Schwein. Car. n. 840, Fr. El. p. 57, Ep. p. 500. 6524
— Pileo carnosus, dimidiato, sessili, repaudo, subtomentoso, pallido; plicis variis, luteis roseisve, venoso-ramosis, demum poros valde inæquales formantibus.

Hab. ad truncos *Quercus* albæ et falcatæ ipsamque terram in Carolina Amer. bor. — Solus non effuso-reflexus ceterisque firmior. lentus. Species pulcherrima, 8 cm. usque lata.

3. **Merulius confluens** Schwein. Car. n. 840, Fr. El. p. 57, Epicr. 6525
p. 500. — Resupinatus, longitudinaliter effusus, subcarnosus; margine libero, inflexo, subtomentoso, pallido; plicis crispis, reticulato-porosis.

Hab. ad ramos *Alni* Amer. bor. — Supra cortices effusus, vix $2\frac{1}{2}$ cm. latus sed in seriem pedalem confluens.

4. **Merulius tremellosus** Schrad. Spic. p. 139, Fr. Syst. Myc. I, p. 327, 6526
Hym. Eur. p. 591, Fl. Dan. t. 1553, 776, f. 1, Hussey I, t. 10, Klotzsch Bor. t. 469, Gill. C. F. c. ic., Weinm. Ross. p. 346. — Resupinatus, dein liber reflexusve, carnosus-tremellosus, tomentosus, albus, margine dentato-radiato; plicis porosis, variis, rubicundis; sporis cylindraceis, curvulis, hyalinis, circiter $4 \approx 1$.

Hab. ad truncos arborum frondosarum ubique in Europa, in cortice emortuo Betulæ verrucosæ pr. Minussinsk Sibiriae asiaticæ, in Carol. inf. Amer. fœder. (Curtis). — Pileus effuso-reflexus basi decurrens, albidus, villosus, 5-8 cm. latus, margine tentaculato-fimbriatus; hymenium centro atro-purpureum, versus marginem lutescenti-zonatum; plicæ radiato-poroso-sinuosæ. Forma ludit, locis absconditis pallet, sed carne gelatinoso-cartilaginea mox dignoscitur. — **Merulius spongiosus** Fr. Fl. p. 57, Hym. Eur. p. 591, Weim. l. c.: pileo spongioso, hirsuto. Ad ligna putrida Rutheniæ in Rossia. Reliqua ad unguem congruunt.

5. **Merulius rubellus** Peck Bot. Gaz. 1882, p. 41. — Pileis plerumque crispatis, imbricatis, sessilibus, dimidiatis, mollibus, tenacellis, tomentosis, saturate rubris, in sicco pallidioribus; margine plerumque undulato-inflexis; hymenio albido vel carneo; plicis ramosissimis, poroso-anastomosantibus; sporis minutis, ellipticis, hyalinis, 4-5 = 2,5-3.

Hab. in truncis Fagi ferruginæ in silvis Cincinnati Ohio (Morgan). — Pileus 5-7,5 cm. long., 3-5 cm. lat. Cæsppites subinde 15 cm. longi. *Merulio tremelloso* subaffinis.

6. **Merulius giganteus** Sauter in Helwigia 1877, pag. 73, Winter Pilze, pag. 397. — Maximus, 16-18 cm. longus latusque, e pluribus pileis imbricatis constans, spongioso-carnosus, uvidus, fusco-ferrugineus, zonatus, subtus glaber; margine tumido; plicis amplis gyroso-dentatis.

Hab. ad terram (?) in silvis Salzburg Austriae.

7. **Merulius incrassatus** B. et C. Kew. Gard. Misc. I, pag. 234. — Plura cm. effusus, resupinatus, margine breviter reflexo, albidus atque subtiliter sericeus, contextu crasso, carnosus; plicis poros breves minuto brunnescentes efformantibus.

Hab. ad radices Pinorum in Carol. inf. Amer. fœder. — Affinis *M. tremelloso*, sed crassus et carnosus, poris minutis.

8. **Merulius petropolitanus** Fr. Epicr. p. 500, Hym. Eur. p. 591, Weim. Ross. p. 348. — Resupinatus, stupeo-mollis, tenuis, dein reflexus, villosus-rugosus, e fulvo expallens; hymenio plicato, sinuoso-poroso, fulvo.

Hab. ad ramos Alni Petropoli, nuperius in Suecia lectus. — Valde insignis, sculari-imbricatus, breviter reflexus; hymenium steccum subcinnameum.

9. **Merulius aurantiacus** Klotzsch in Berk. Engl. Fl. V, p. 128, Cooke p. 289, Fr. Hym. Eur. p. 591. — Carnoso-coriaceus; pileo effuso-

reflexo, zonato, tomentosio, luteo v. griseo; plicis minutis, subporiformibus, aurantiacis.

Hab. in truncis emortuis Fagi in Europa et in hibernis Groenlandiæ (H. C. HARR). — Pileus $2\frac{1}{2}$ cm. latus, zonis passim obsoletis. E descriptione *M. petropolitano* affinis; Berkeley vero cum *M. lacrymantle* comparat.

10. **Merulius Corium** Fr. El. p. 58 cum syn., Hym. Eur. p. 591, Grev. 6532
 Scot. t. 117, Montagn. in Ann. Sc. Nat. 1836, *Auricularia papyrina* Bull. t. 402, Sowerb. t. 349, *Bol. purpurascens* DC. Fl. fr. 6, p. 41, *Polyp.* Pers. Myc. Eur. 2, p. 60. — Resupinato-effusus, mollis, subpapyraceus, ambitu demum libero reflexus, subtus villosus, albus; hymenio reticulato-poroso, carneo v. alutaceo-pallescens: sporis, oblongo-lanceolatis, uniguttulatis, hyalinis, $10 \approx 3$ (Fuckel), ellipticis v. ovatis, granuloso faretis, $4-7 \approx 2\frac{1}{2}-3\frac{1}{2}$ (Spe-gazzini).

Hab. ad truncos et ramos arborum frondosarum in Europa, India, Australia, Amer. fœder. et meridionali nec non in Africa australi. — Eximius, forma et colore varius, nunc brevis reflexus, nunc late expansus. A *M. serpente* certe differt; potius cum *M. mol-lusco* confundi potest. Pilei orbiculares v. elongati $2\frac{1}{2}-8$ cm. lati.

11. **Merulius rugulosus** B. et C. Cub. Fungi n. 337. — Effusus, re- 6533
 supinatus, pallide ochraceus; margine lobato; hymenio irregulari; alveolis amplis, curtis, irregularibus.

Hab. ad ramulos erectos languentes, Cubæ (C. WRIGHT). — Primum sparsus, orbicularis, dein plus minus confluentis. Affinis *M. Corio* sed prorsus distinguendus.

12. **Merulius spadiceus** B. et C. Cub. Fungi n. 336. — Pileo flabel- 6534
 liformi, libero, zonato, spadiceo, fibris innatis subtiliter virgato; margine lobato; poris collabentibus concoloribus.

Hab. ad ramulos, muscos etc. Cubæ (C. WRIGHT). — Habitus *Guepinie*. Pileus 5 cm. longus, $1\frac{1}{2}$ cm. latus.

13. **Merulius Wrightii** Berk. North Am. Fungi n. 164. — Pusillus re- 6535
 niformis, extus furfuraceus; hymenio albido; poris radiantibus.

Hab. in Texas Amer. fœder. (C. WRIGHT). — Circiter 6 mm. longus latusque. Species valde singularis, inter *Laschiam* et *Meru-llium* media videtur.

14. **Merulius sulcatus** Peck Botanical Gazette 1879 p. 138. — Te- 6536
 nuis, carnosus v. subcoriaceus, effuso-reflexus; pileis angustis, imbricatis vel subconfluentibus, concentrice sulcatis, villosis, undatis, albidis, luteo brunneoque variegatis; margine extremo in statu

juvenili albo; hymenio pallido, brunneo vel roseo picto, concentricè sulcato, gyroso-reticulato; plicis confertis.

Hab. in ligno emortuo Tiliæ, Sheboygan, Wisconsin Amer. fœder. (J. J. Brows).

15. ***Merulius Queletii*** Schulz. in Hedw. 1885, p. 145. — Sociatim tam effusus, quam pileatus sed non ex effuso reflexus; in statu effuso irregularitè plus quam 1. dm. expansus, inæquali crassitudine, passim profunde in rimis carbonis immersus; superficie colliculosa, ex albo tarde amœne ferrugineo-cinnamomea, ubique fossulis vix 0,5 mm. profundis versiformibus obtuse marginatis prædita, subtomentosa; forma pileata valde irregularis, dimidiata, interdum postice substipitata, ad marginem nunc obtusa, nunc acuta, 4-8 cm. lata, colliculosa, aspero-tomentosa, ferrugineo-cinnamomea basi nigro-fusca, subtus similis formæ resupinatæ sed basi sterili et nigro-fusca; carne apud formam utramque avida sed tenaci, dilute cuprea, radiatim notata, sine zonis verticalibus, in pileatis usque 3 cm. crassa, tandem putrescente; sporis albis, obtuse ellipsoideis, interdum subglobosis, $5 \approx 3$.

Hab. in pomariis ad truncos adustos Piri Mali in Slavonia.

16. ***Merulius Baylei*** B. et Br. F. Brisb. II, p. 62, t. XIII, f. 1. — Pileo flabelliformi, viscido, glabro; margine crenato, rugoso, inflexo, carne flava; poris marginis irregularibus, obsolete radiantibus, dispimentis obtusis flexuosis.

Hab. ad truncos Brisbane Queensland Australiæ (F. M. Bailey). — Circ. 5 cm. latus, 3,5-4 cm. longus in specimenibus magis evolutis, in juvenilibus 2 cm. diam.

17. ***Merulius niveus*** Fr. Elench. I, p. 59 cum plena descript., Hym. Eur. p. 592, Weinm. Ross. p. 347, *Merulius serpens* Sommerf. Lapp. p. 268. — Resupinatus, membranaceus, mollis, glaber, niveus, postice centro adnatus et undique liber, plicis rugiformibus subreticulatus; sporis oblongato-cylindricis vix 3 μ . longioribus. — Teste Karsten huc spectat *Trogia* (Plicatura) *Alni* Peck. Cfr. Syll. Hym. I, p. 636.

Hab. ad ramos putridos Alni; in regione arctica vulgaris et in Amer. bor. (?) — Species nobilissima, alii haud affinis, 1 $\frac{1}{4}$ -6 cm. lata et ultra. Vigens spongiosus, mollissimus; siccus membranam papyro tenuiorem sistit.

18. ***Merulius hædinus*** B. et C. North Am. Fungi n. 163, Rav. Fung. Car. 4, 8. — Pileo dimidiato, candido, glaberrimo; hymenio ruguloso.

Hab. in Alabama Amer. fœder. (T. M. PETERS). — Pileus 2½ cm. vel ultra latus, 6 mm. longus, albus, margine excepto, ubi pallide umbrinus, subtiliter rugosus; margo probabiliter ob unius vel plurium individuorum confluentiam lobatus; hymenium saturate carneum.

19. **Merulius affinis** Jungh. Crypt. Jav. p. 76. — Tremellosus, pallidus, levis; pileo orbiculari, libere resupinato, subcentraliter affixo: plicis crispis reticulato-foveolatis. 6541

Hab. ad truncos putres vivosque Merapi, Kendang, Patuha ins. Javæ. — 1-2.5 cm. lat., hymenium facile separabile. Color aquoso-pallidus, dein subfuscescens e fusco-spadicæus. Cfr. *Laschia velutina* Lév. Dicitur *Mer. tremellosus* Schrad. affinis.

** Resupinato-effusi, byssino-membranacei, secedentes, subtus et ambitu byssini.

20. **Merulius aureus** Fr. Bl. p. 62, Hym. Eur. p. 592, Karst. M. F. IV, p. 283, *M. castator* Fr. Syst. Myc. I, p. 329, non Tode, Sommerf. Lapp. p. 269. — Effusus, tenuis, membranaceus, adherens, aureus, ambitu tenui, villosus, concolore; hymenio plicato-poroso, gyroso-crispo; sporis globosis seu subglobosis, uniguttulatis, dilute flavis, 8 μ . diam. 6542

Hab. ad ligna pinea in pineto-montanis in Europa et in Carol. inf. Amer. fœder. (RAVENEL) et pr. Rockhampton Australiae. — Sporee sec. Karst. 5-6 \times 3-4. Minor, sæpe immersus.

21. **Merulius subaurantiacus** Peck 38 Rep. St. Mus. p. 93. — Effusus, membranaceus, tenuis, mollissimus, a matrice separabilis, pallide aurantius, subiculo molli, sericeo-tomentoso, ex albido aurantiaco; hymenio gyroso-plicato dentatoque, demum pallidiore; sporis late ellipticis, 6 \times 5. 6543

Hab. in lignis dejectis Abietis canadensis, Osceola Amer. bor. — *Merulio aureo* affinis. 7-10 cm. lat. et long.

22. **Merulius himantioides** Fr. Syst. Myc. I, p. 329, Hym. Eur. p. 592, le. t. 193, f. 1, Montagn. Ann. Sc. Nat. 1836, n. 45, Pers. Myc. Eur. 2, n. 5, 13, t. 14, f. 3, 4 (mala), Br. in Bath Transact. 1870, p. 84. — Effusus, bombycians, mollissimus, subtus fibroso-sericeus, hincipus, ambitu byssino; plicis e poroso gyrosis, e sordide luteo subolivaceis. 6544

Hab. ad ligna pinea in silvis montanis Europe. — Secundum Fuckel Symbol. Nachtr. III, p. 6, adest fungus conidiophorus ut in *Polyporo metamorphoso* (cfr. Symb. myc. Nachtrg. II, p. 87) nec

- non coninis sulphureis globosis nucleatis, cretæ 8 μ , diam. Fungus perfectus gignit sporas a meas ovatas, nucleatas, 8 μ 6, teste Peck. v. 5-6 = 3-4, teste Karst. *Smals. M. lacrymantii*, sed tenior nec pulverulentus. *Bol. arboreæ* Sawerb. t. 346 hæc forte pertinet.
23. **Merulius molluscus** Fr. Syst. Myc. I. p. 329. Hym. Eur. p. 572, 575 Ic. t. 193. f. 2. Sommerf. Lapp. p. 270. Weinb. Ross. p. 350. Berk. Outl. p. 255. Quel. p. 274. Pers. Myc. Eur. 2. n. 4. 9. t. 14. f. 1. 2 (sed, ut reliquæ hujus generis, ad siccum coloratus, in agre agnoscatum. — Effusus, tenuis, mollis, membranaceus, margine hyssino albo; pileis poroso-gyrosis, carnis; sporis ovatis, uniguttulatis, hyalinis, 4 μ 3.
- Hab.* ad ligna picea in silvis montanis Europæ, in ramis corticatis *Coral sanguineæ*, Rouen, Gaidhe. LETENDRE, in ligno subputrido pr. Maussansk Sibiricæ asiaticæ et in Carol. Inf. Amer. fœder. — Variat pileo breviter reflexo et hymenio tum non reticulato, sed primitus gyroso-decato; loco a *M. Corio* distinguendus.
24. **Merulius fugax** Fr. Syst. Myc. I. p. 328. Hym. Eur. p. 593. Fl. Dan. t. 2027. f. 2 infima. Karst. M. F. III. p. 281. Sacc. 2. p. 277. *M. interphyllatus* Lasch var. — Byssinus, tenui membranaceus, tenerimus, secedens, lacteus; pileis reticulatis, collapsis, vagis vagas sustentans.
- Hab.* ad ligna putrida picea et betulina in silvis montanis Europæ et ad ligna O-cæli Amer. bor. — Spore oblonga, 7 μ 2-3, teste Peck. *Fugax*.
25. **Merulius ambiguus** Berk. North Am. Fungi n. 165. *M. fugax* Rav. Fung. Car. I. p. 24. — Orbicularis; margine demum reflexo, sulcato, villosio; pileis radiantibus, demum reticulatis.
- Hab.* in Pino palustri in Carol. Inf. Amer. fœder. et ad Pini corticem Gainesville Floridæ. — 5-8 cm. latus; in sicco hymenium rubro-brunneum. Manifeste diversissimus a *M. fugaci* Fr.
26. **Merulius patellæformis** B. et C. North Am. Fungi n. 169. — Pusillus, orbicularis, totus resupinatus, fuscus; hymenio poroso.
- Hab.* ad ligna fragilissima in Carol. Inf. Amer. fœder. — Vix 2 mm. latitudinem excedens, margine pallidior. Minutissimus sed plane distinctus.
27. **Merulius spissus** Berk. North Am. Fungi n. 170. — Poris primum pallidis, brevibus, dein fuscis, elongatis, e strato membranaceo oriundis.
- Hab.* in Carol. Inf. Amer. fœder. (Cætris). — Resupinatus, plura cm. lat. primitus membranaceus; poris 1 mm. diam.

28. **Merulius tenuissimus** B. et Br. F. Brisb. II, p. 62. — Umbrino- 6550
fuscus, subtus et margine tenuissimus, albus; plicis subreticulatis,
distantibus, leniter elevatis.

Hab. ad Hymenochæten, Brisbane Queensland (BAILEY). —
Parasiticus, ut videtur. *Hymenochætes* cujusdam; substantia interna
nivea (hymenio rupto) 500 μ . crassa margineque albido.

*** Crustoso-adnati, ambitu subbyssini.

29. **Merulius porinoides** Fr. Syst. Myc. I, p. 329, Hym. Eur. p. 593, 6551
Pers. Myc. Eur. 2, n. 11, 14, t. 14, f. 7 (male), Berk. Outl. p. 255,
Mer. paucirugus (Pers.) Duby Gall. II, p. 796. — Crustaceo-adna-
tus, tenuis, ambitu byssino albo, plicis poriformibus, distantibus,
flavo-sordidis.

Hab. ad ligna, fragmenta et cortices abiegnos, quercinos etc.
in Europa, Carol. inf. Amer. fœder., in Quercu Alabama (PETERS),
ad caudices pineos, New York (PЕCK). — Quoad hymenium præ-
cedentes magis refert quam sqq., typum *M. tremellosi* præbentes.

30. **Merulius rufus** Pers. Syn. p. 498, Myc. Eur. 2, n. 8, 12, t. 16, 6552
f. 1, 2, Fr. Syst. Myc. I, p. 327, Hym. Eur. p. 593, Berk. Outl.
p. 255? — Crustaceo-adnatus, ceraceo-mollis, glaber, carneo-ruber,
ambitu subnudo, hymenio æqualiter poroso, concolore.

Hab. ad truncos arborum frondosarum v. gr. Carpini, Quercus,
Fagi etc. in Europa, ad truncos putridos Pini silvestris pr. Minus-
sinsk Sibiricæ asiaticæ et ad ramos quærneos dejectos in Carol.
media Amer. fœder., ad truncos Malacca (SCORTECHINI). — Habitu
Polypori sed indole carneo-molli distinctus. Sæpe ligno immersus.

31. **Merulius serpens** Tode Abh. Hall. I, p. 355, Fr. Syst. Myc. I, p. 327, 6553
Hym. Eur. pag. 593, Ic. t. 193, f. 3, Pers. Myc. Eur. 2, n. 7, 15,
Weinm. p. 351, Berk. Outl. l. c. — Crustaceo-adnatus, tenuis,
glabrescens, e pallido rubescens, ambitu byssino albo; plicis primo
rugæformibus, dein porosis, angulatis, integris, crispatis; sporis cy-
lindraceis, hyalinis, 4 \simeq 2.

Hab. ad ligna putrida Pini in Europa et in Carol. inf. et media
Amer. fœder. nec non ad Somerset East Africae austr. — Nomen
ad varias species translatum, sed planta a reliquis distinctissima.

32. **Merulius læticolor** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1681. — Totus 6554
effusus, adnatus, kete aurantiacus; margine tomentoso, albo; hyme-
nio levi, demum plicato-rugoso; plicis distantibus.

Hab. ad ramenta et folia in Britannia.

33. **Merulius Ravenelii** Berk. North Am. Fungi n. 166. *M. serpens*, 6555

Rav. Fung. Car. I. 9. — Orbicularis, totus resupinatus, margine tomentoso albo; hymenio poroso, ex alutaceo rufo, demum spadiceo.

Hab. in Carol. inf. Amer. feder. (CURTIS, RAVENEL). — 5 cm. vel ultra latus; pori distincti, subregulares.

34. ***Merulius Crocicreas*** Cesati Myc. Born. p. 9. — Effusus, ligno ⁶⁵⁵⁶
 immascens, extus intusque croceus, ambitu albo determinato; plicis tenuissimis, parallelis, stipatis.

Hab. in districtu Sarawak Bornea (O. BECCARI). — Singularis!

35. ***Merulius ceracellus*** B. et C. North Am. Fungi n. 167. — Totus ⁶⁵⁵⁷
 resupinatus, margine tenui; hymenio primum levi, ceraceo, dein reticulato-poroso alutaceo.

Hab. in Quercu in Carol. inf. Amer. feder. — Primitus *M. serpentis* notas habet sed demum prorsus diversus.

36. ***Merulius bellus*** B. et C. North Am. Fungi n. 168. — Effusus, ⁶⁵⁵⁸
 subhyssoides, irregularis; hymenio alutaceo; poris ab initio distinctis brevibus.

Hab. ad Abietes in Alabama Amer. feder. (PETERS) et ad ligna corrupta, Ponawanda, New York (CLINTON). — Pororum dissepimenta haud rigida ut in *M. ceracello*.

37. ***Merulius pallens*** Berk. Outl. p. 256, Fr. Hym. Eur. p. 593. — ⁶⁵⁵⁹
 Aduatus, carnosus, subgelatinosus, tenuis, inseparabilis, pubellus, margine indeterminato; plicis poriformibus.

Hab. ad truncos Pini, raro in Europa nec non Victoria Australiae et in Tasmania. — E descriptione videtur *M. rufo* affinis, poris in utroque minutis, molibus.

38. ***Merulius Carmichælianus*** (Grev.) Berk. Outl. p. 256, Fr. Hym. Eur. ⁶⁵⁶⁰
 p. 593, *Boletus* Grev. t. 224. — Effusus, interruptus, confluentis, irregularis, tenuissimus, candidus, siccitate fuscescens; plicis poroso-reticulatis.

Hab. ad cortices in Scotia. — Poris regularibus, subhexagonis, sed superficialibus insignis.

39. ***Merulius crispatus*** Müll. Fl. Dan. t. 716, f. 2, Fr. Syst. Myc. I, ⁶⁵⁶¹
 pag. 328, Fl. p. 63, Hym. Eur. p. 593. — Crustaceo-aduatus, albidus, ambitu similari; plicis poroso-sinuosis, crispatis, subglaucescentibus.

Hab. ad ligna alnea in Europa. — Plura cm. long., 2½ cm. latus, Passim obsolete virens. Rarus, sed eximius, *Canth. crispato* affinis.

40. ***Merulius cuticularis*** Lév. in Zoll. Syst. Verz. p. 17. — Pilco ses- ⁶⁵⁶²
 sili, membranaceo, tenui, subpellucido, orbiculari, resupinato, nudo,

albo, in squabris puncto centrali adfixo, plicis e centro radiantibus obtusis anastomosantibus cellulosisque pallide flavis.

Hab. ad Bambusos emortuas in insula Java.

II. *Coniophori* Fr. Hymenium sporis ferrugineis pulverulentum. Omnes destruentes.

11. **Merulius lacrymans** (Jacq.) Fr. Syst. Myc. I. p. 328, El. p. 59, ⁶⁵⁷⁷
Hym. Eur. p. 594, Sverge. atl. Svamp. t. 70, Harz. t. 77, Pat. tab. 132, Husser. I. t. 3, Fl. Dan. t. 2:26, Kromb. t. 46, f. 1-2, Sowerb. t. 112. *Boletus* Wulf. in Jacq. Coll. t. 8, f. 2. *M. rastator* Tode. *M. desmazerei* Pers. — Grandis, spongioso-carnosus, uvidus, lavo-ferrugineus subtus araneoso-velutinus, margine tumido, tomentoso albo; plicis amplis, porosis gyrosoque-dentatis; sporis ovalis triæquilateralibus uniguttulatis, saturate flavis, 10-12 μ l. d.

Hab. ad ligna putrefacta, præcipue domestica, quæ destruit, optime vigens ætatis æqueat plorans, in Europa, pr. Muussinsk Siberiæ asiaticæ, in Carol. inf. et media Amer. feder., Greenbush, New York (Prox.), Buffalo (CLINTON). — Vulgo placentaeformis, sed etiam effuso-reflexus, immo e media placenta surgunt tubercula caulescentia pileolos præferentia. Hymenium maxime mutatur, interdum hydroideum, hinc optime respondet *Nistotrema cellare* Pers. — Var. **verrucifer** QuéL. in Hedw. 1885, p. 146. Membrana tenuissima, sicca, flexibili, irregulatim orbiculari, 10 cm. et ultra lata, solum in medio ligni adherente, plus minus tabacina, papillis densis ornata, ad marginem sterilem albida, subtus albida, nec hirsuta, nec villosa; mycelium perenne et hymenium verum alsuut; sporis umbrinis, ellipso-bols, 10-12 μ long. In cella ad trabes quercinas fabrefactas in Slavonia. — Var. **tenuissimus** Berk. in Ray. Fung. Amer. n. 134; forma distinctissima, tenuis, margine incrassato v. albo carens, subfragilis. Ad ligna pinea et folia. Aiken, Carol. infer. Amer. feder.

12. **Merulius pulverulentus** Fr. El. p. 60, Hym. Eur. p. 594, *Conio-* ⁶⁵⁸⁴
phora membranacea Dec. see. Pers. Myc. Eur. I. p. 153, sed vix. — Latissimus, membranaceus, levigatus, zonatus, uvidus, subtus araneoso-velutinus, e centro aut. non repens sensim exoletus; plicis marginalibus, subrotatis, fulventibus.

Hab. ad pericetes humidos in Europa. — Multicolor, procedenti tam affinis, ut, nisi alii genere distinxissent, omnino conjungerem; prior enim sterilis, locis suffocatis, membranam himantioi-

deam quoque exhibet. Singularis hymenio sensim centrifugo. Cfr. suo loco *Coniophora membranacea*.

43. **Merulius similis** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 58. — Late 6565
effusus, aurantiacus, margine albo; poris minoribus.

Hab. ad ligna emortua, Peradeniya Ceylon (THWAITES), Pedrotallagalla (O. BECCARI). — Plura cm. latus et plura mm. crassus; pori $\frac{2}{7}$ mm. lati. Strictè æmulans *M. lacrymantem*, cui evolutionis modum habet similem, sed siccus permanentè aurantiacus.

44. **Merulius brassicæfolius** Schwein. Car. n. 811, Fr. El. p. 60, 6566
Ep. pag. 502. Rav. Fung. Car. 2, 23. — Effusus, membranaceus, costis rhizomorphaeideis percursus, undulatus, hymenio tremelloso, centro poroso-sinuato.

Hab. ad ligna domestica in Carolina Amer. fœder. — Siccus olivaceo-fuscus, maximus ad longitudinem 40-50 cm. expansus.

45. **Merulius versiformis** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 537. — Tenuis, 6567
primum pulverulentus, granifer, ex ochraceo rufus, demum gelatinosus; hymenio vix poriformi.

Hab. ad ligna emortua in regione meridionali iusula Ceylon (THWAITES).

46. **Merulius squalidus** Fr. El. p. 62, Hym. Eur. p. 594, Weim. Ross. 6568
p. 349. — Effusus, membranaceus, tener, levis, incarnato-hyalinus, demum subolivaceus, ambitu membranaceo, albo; plicis sinuoso-porosis.

Hab. ad asseres, æqueductus obtegentes in Europa. — 30-35 cm. diam., sed vage effusus, subtus adpresse fibrillosus.

47. **Merulius papyraceus** Fr. El. p. 61, Hym. Eur. p. 594. — Effu- 6569
sus, papyraceus, tenax, siccus, glaber, umbrino-ferrugineus, ambitu dilutior; plicis in poros dilatatos æquales reticulatis.

Hab. in truncis Helvetiæ. — Etiam subtus glaber.

48. **Merulius umbrinus** Fr. El. p. 61, Hym. Eur. p. 594, -- Mem- 6570
branaceus, mollis, determinatus, ambitu nudus, undique revolutus; plicis continuis, gyroso-porosis, umbrinis.

Hab. in truncis abieguis carie consumptis in Europa. — Junior orbicularis ad $2\frac{1}{2}$ cm. sensim dilatatus, sed sæpe longitudinaliter confluens, 10-13 cm. usque longus. *Xylomyzon toxicola* Pers. Myc. Eur. 2, p. 32, t. 14, f. 5, 6 inter hunc et præcedentem ambigua, ad siccam facta, vix agnoscì potest.

49. **Merulius lignosus** Berk. in Hook. Journ. bot. 1854, p. 167, Dec. 6571
n. 417. — Dependens durus, in sicco ligneus, vertice elongato,

incrassato, margine obtuso; hymenio poroso-venoso; poris amplis, irregularibus, obscure coloratis, inæqualibus, acie cinnamomea.

Hab. in ligno emortuo Darjeeling Indiæ (HOOKER). — 5 cm. diam. metiens.

50. **Merulius melanoceras** Montagn. in Cazin Luchon. pag. 28, Fr. 6572
Hym. Eur. p. 594. — Pileo resupinato, molli, fibroso-gelatinoso, hydrophoro, excrecentiis corniformibus poroso-rugosis.

Hab. in trabibus solum superius fulcentibus substratus, in aquis Lixonensibus Gallie. E situ abscondito abnormis.

THELEPORUS Fr. F. Nat. p. 18 (Ety. *thele* papilla et *porus*). — Hymenium membranaceum, superficie celluloso-porosum. Pori contigui, regulares, æquales, in centro papillam cylindræam poros æquantem gerentes. Basidia tetraspora. — Insigne genus, *Porothelio* oppositum.

1. **Theleporus cretaceus** Fr. F. Nat. p. 18. — Delicatus, regularis, 6573
maculiformis, albus, 18-20 cm. long. cortice inseparabilis, ambitu determinato, totus e poris constans; poris minutis, stipatis, celluliformibus, rotundis, integris, centro papillam regularem poros æquantem gerentibus.

Hab. in cortice epidermide orbatò ramorum in silvis P. Nataliæ Africae (WAHLBERG).

POROTHELIUM Fr. Obs. 2, p. 272, Hym. p. 595 (Ety. *porus* et *thele* papilla), *Stigmatolemma* Kalkbr. in Grev. X, p. 104 (1882). — Fungus totus e mycelio contextus, resupinato-expansus, submembranaceus, e quo prominent papillæ primitivæ distinctæ, mox poroso-apertæ, demum elongatæ tubulosæ. — Genus a præcedentibus distinctissimum, cum *Fistulina* multis rationibus analogum.

1. **Porothelium fimbriatum** (Pers.) Fr. Syst. Myc. I, p. 506, Hym. 6574
Eur. p. 595, *Boletus fimbriatus* Pers. Syn. p. 546, Alb. et Schw. p. 256, *B. byssinus* Schrad. (junius ex Pers.), Sow. t. 387, f. 1 hujus statum primordiale sterilem sistit. — Effusum, membranaceum, tenax, candidum, ambitu laciniis teretibus fimbriato; pororum verrucis hemisphæricis, superficialibus, primitivæ et ambitu distinctis, dein medio confluentibus.

Hab. ad ligna Fagi mucida, haud raro in Europa et Carol. inf. Amer. fœder. — Membrana separabilis, tenax. Pori demum confluentes, elongati et irregulares pariete duplici discreto a Polyporis differunt.

2. **Porothelium lacerum** Fr. Obs. 2, p. 273, Hym. Eur. pag. 595. ic. 6575
t. 192, f. 1, *Bolbitis porizoides* Schwein. Car. n. 943. — Effusum, membranaceum, tenax, niveum, ambitu floccoso-byssino; pororum verrucis distinctis, dein poro pertusis demumque in tubulos cylindricos distortos abeuntibus.

Hab. in Suecia, Lapponia (C. P. LAESTADUS) et in trunco Liriodendri in Alabama Amer. fœder. (PETERS) et in Quercu in Carol. inf. (SCHWEINITZ). — Inter proxima medium, sed precedenti magis affine.

3. **Porothelium subtile** (Schrad.) Fr. Syst. Myc. l. c., Hym. Eur. p. 595. 6576
Bot. subtilis Schrad. Spic. t. 3, f. 3, Nees Syst. f. 224, Alb. et Schwein. p. 259. — Irregulariter effusum, membranaceum, niveum, ambitu equali nudo; pororum verrucis distinctis, demum elongatis, cylindricis, obliquis, subrufescentibus.

Hab. ad cortices Juniperi in Suecia et in Quercu in Carol. inf. Amer. fœder. et in Tasmania. — Siccum rigescens, subfragile.

4. **Porothelium Friesii** Fr. Hym. Eur. p. 595. Montagn. in Ann. Sc. 6577
Nat. 1836, Jun. n. 39, Berk. et Br. n. 359, Cooke p. 291, f. 69. — Effusum, confluens, flocculoso-membranaceum, album, subalutaceum, ambitu simplici; pororum verrucis immersis, lutescentibus, demum urceolato-apertis.

Hab. ad ramos dejectos Cerasorum in Arduennis, in Anglia et ad truncos Juniperi Virginianæ in Carol. sup. Amer. fœder.

5. **Porothelium papillatum** Peck 46 Rep. p. 55. — Effusum, tenuissimum, flocculoso-pruinosum, prima ætate album, mox pallidum vel isabellinum, subceraceum sæpeque rimosum, margine subindeterminato; verrucis minutis, subdistantibus, primo globosis, hyalinis, dein leniter prominulis, papilliformibus, subiculo concoloribus, globulo hyalino umbrino coronatis. 6578

Hab. in lignis decorticatis Populi tremuloidis Elizabethtown Amer. bor. — Caespites plura cm. extensi. *P. Friesii* proximum videtur.

6. **Porothelium cubense** B. et C. Cub. Fung. n. 338. — Effusum, tomentosum, albidum, immarginatum; poris ocellatis, curtis, stictiformibus. 6579

Hab. ad ligna emortua, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — A *P. Friesii* distinguitur subiculo tomentoso nec ceraceo.

7. **Porothelium hydnoideum** Berk. North Am. Fungi n. 172. — Effusum, niveum, pulverulentum; verrucis primum pruinosis, dein lutescentibus, demum fuscis. 6580

Hab. in Carolina infer. Amer. foeder. — Exacte refert *Hydnum farinaceum*.

8. **Porothelium confusum** B. et Br. Ann. Nat. Hist. ser. V, vol. I, 6581
p. 24. — Strictè adnatum, pallidum; ambitu tenuissimo arachnoideo; contextu primum floccoso, pulverulento; verrucis minutis.

Hab. ad ramos in Britannia et ad terram in trunco pineo, Newfield, New Jersey Amer. foeder.

9. **Porothelium bombycinum** Speg. Fung. Guar. Pug. I, n. 63. — Ef- 6582
fusum, 3-5 cm. longum, 1-2 cm. latum, candidum, molliter gossypino-compactiusculum, tenue 300-350 μ . crass., margine undulato repando-sinuoso vel determinato, subattenuato, ubique matrici arcte adnatum, verruculis laxis, concoloribus gossypino-compactiusculis, immersis, primo globosis, clausis, 150 μ . diam., dein ore rotundato-aperto superficiem attingente, 50-70 μ . diam., intus glabris, ceraceo-albis; basidiis minutissimis 5-7 = 2-2,5, hyalinis, clavulatis apice 3-sterigmatophoris; sporis non visis.

Hab. ad culmos dejectos putrescentes Bambusaceae cujusdam in silvis pr. Carapeguá Amer. aastr.

10. **Porothelium incanum** (Kalchbr.) Sacc. *Stigmatolemma incanum* 6583
Kalch. Gräv. X, p. 104. — Incrustans, tenue, ligno arcte adherens, margine nudo, plano incanum; tuberculis graniformibus minimis, densissime stipatis, poro seu foveolâ dein dilatatâ pertusis, intus cinereis hymeniferis; sporis ovato-globosis, inaequalibus, 15 μ . longis, hyalinis.

Hab. in lignis Somerset East Africae (M. Owan). — Est quasi *Corticium* supericie in *Cyphellus* minutissimas effiguratam.

11. **Porothelium Stevensoni** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1683. — 6584
Crassiusculum gelatinosum, ambitu substuposo, pororum verrucis distinctis, glaberrimis, apice globulum luteum nitidum interstitii diaphanum gerentibus.

Hab. in ligno nudo, Glacis Britanniae.

12. **Porothelium rugosum** Berk. in Hook. Journ. 1856, p. 237, t. IX, 6585
f. 2, Dec. of Fungi n. 595. — Pileo suberoso, reniformi, ovato, crenato, radiato-rugoso, rufo-umbrino crebri-zonato; margine crenato-lobato; hymenio luteolo; stipite laterali, unduloso, umbrino, pruinoso; contextu pallido.

Hab. ad truncos corruptos, Panarê Brasiliæ (Spreng.). — Pileus 7-8 cm. diam.; stipes 5-7 cm. longus, 5-12 mm. crass., cy-lindraceus vel compressus.

13. **Porothelium reviviscens** B. et C. Cub. Fung. n. 339. — Placon- 6586

tiforme, umbrinum, reviviscens, subspongiosum; poris margine albo, subquadrato, verrucæformi cinctis.

Hab. ad cortices et folia viva in Louisiana Amer. fœder. et Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT).

14. **Porothelium Keithii** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1681. — Stricte 6587
adnatum, subumbrinum, ambitu tenuissimum, subgelatinosum; pororum verrucis brevibus, demum collabascentibus, centro gelatinosis.

Hab. ad ramos, Forres Britannia.

SOLENIA Hoffm. Deutschl. Fl. tab. 8, Fr. Hym. p. 596 (Etym. *solen* tubus). — Receptaculum nullum. Tubuli membranacei, subcylindrici, turbinati, a se invicem discreti et liberi, terram definite spectantes, ore connivente, quo a *Cyphellis* differunt.

Cyphellis maxime affine genus, sed ab illarum typicis speciebus magis recedit, quam ut conjugatur. Ex altera parte *Porothelii*s, neglecto horum receptaculo, prope accedit. Suadente genere *Macronellurum*, quod nudos tantum sistit aculeos, proponitur tanquam infimus gradus Polyporeorum, ad quos quedam species accedunt. Evolutio tubulorum cum *Fistulina* analogæ.

1. **Solenia fasciculata** Pers. Myc. Eur. I, p. 335, t. 12, f. 8, 9, Fr. 6588
Syst. Myc. 2, p. 200, Hym. Eur. p. 596, Weinm. p. 493, Berk. et Br. n. 1301 c. ic., *S. incana* ß. Alb. et Schw. p. 316, *Peziza solenia* Dec. Fl. fr. 2, p. 80, *S. candida* Moug. et Nestl. t. 1, n. 96. — Gregaria, subfasciculata, clavato-cylindrica, subsericea, alba.

Hab. ad ligna dejecta in Europa, ins. Ceylon et Carol. infer. Amer. fœder. — Junior granuliformis, dein poroso-aperta sensimque elongata, extus pilis adpressis sericea, 2-7 mm. longa. *S. incana* Pers. Syn. videtur varietas. — * **Pircuniæ** Speg. F. Arg. Pug. IV, p. 15: dense gregaria, minutissima, 450-700 *a.* altit., 150-200 *p.* crass., carnosulo-tenacella, primitus clavulata, ore clauso rotundato, dein elongato-cylindracea, subobliqua, ore orbiculari aperto, margine integro intus subinvoluta, candida, deorsum attenuato-stipitata subfuscescens, ubique pruinoso-tomentosula, pilis plus minusve elongatis, strigoso-intricatis, gracilibus apice non vel vix incrassatulis, sæpius verruculoso-scabridis, hyalinis; hymenio candido, levi; sporis non visis. Ad strata lignea interna trunci dejecti putrescentis Pircuniæ dioicæ, Banado S. José de Flores, Argentina Amer. merid. «Forte eadem ac *S. endophila*».

2. **Solenia candida** Pers. Disp. p. 36, Myc. Eur. I, p. 334, Hoffm. 6589

D. Fl. II. tab. 8, f. 1, Fr. Syst. Myc. l. c., Hym. Eur. pag. 596, Weinm. l. c. — Sparsa, cylindrica, glabra, candida.

Hab. ad ligna faginea putrida in Europa, ins. Ceylon; ad ligna abietina in Sierra Nevada ad 750 m. alt. in Amer. fœder. — Præcedente minor, sparsa, exacte cylindrica.

3. **Solenia pallens** Fr. Elench. 2, p. 28, Hym. Eur. p. 596, Weinm. 6590
l. c. — Gregaria, clavata, cylindrica, glabra, hyalino-pallida, ore
connivente farinoso.

Hab. in trunco putrescente Sorbi Petropoli Rossia.

4. **Solenia villosa** Fr. Syst. Myc. 2, p. 200, Hym. Eur. p. 596, Ra- 6591
benh. Crypt. p. 338. — Gregaria, cylindrica, villosa, alba.

Hab. ad ligna dejecta molliora in Europa, Peradenya, Ceylon (THWAITES), in pag. exteriore et interiore corticum arborum, Newfield, New Jersey Amer. fœder. (ELLIS), Summit, New York (PЕCK). Præcedenti affinis, sed villo distincta, quo ad sequentes accedit. — Berk. ic. t. 18, f. 1 hujus staturam refert. Nuperius lecta a Rabenhorst prope Dresdam.

5. **Solenia porioides** (Alb. et Schw.) t. VI, f. 6 a, b, c. *Cyphella* 6592
porioides Quel. Elench. p. 215, *Peziza por.* Alb. et Schw. l. c. p. 327, Fuck. Symb. App. II, pag. 6. — Sessilis, conferta, hemisphærica, nivea, subiculo membranaceo, tomentoso, tenui, margine byssino semimmersa, dein albida, glabra.

Hab. ad cortices et ramulos Pinus Piceæ Lusatia (A. et S.), Jura (QUÉLET), Neuchâtel Helveticæ (MORTIMER). — Cupulæ tenues sed duriusculæ, margine nunc lobato, nunc æquali, minutissimæ. Habitus fere *Porothelii*.

6. **Solenia epiphylla** Dur. et Lév. Expl. Alg. t. 29, f. 1. — Grega- 6593
ria, minutissima, ex albo straminea, cylindræa, pilosula, basi subincrassata, apice obtuso umbilicata.

Hab. in foliis emortuis coriaceis in Algeria.

7. **Solenia ochracea** Hoffm. l. c. t. 8, f. 2. Pers. Syn. p. 675, Alb. 6594
et Schw. pag. 347, Fr. Hym. Eur. p. 596, Syst. Myc. 2, p. 201, *Peziza Hoffmanni* Spreng. Corda Ic. III, p. 39, f. 96. — Sparsa, clavato-cylindrica, tomentosa, ochracea. intus alba; sporis ovoides, hyalinis, 6 = 4; conceptaculis cylindræo-clavatis, minutissimis, fulvis; villis dilute ochraceis, 2 μ . diam., granulis conspersis.

Hab. ad truncos putrescentes raro in Europa, in ramulis emortuis decorticatis pr. Minussinsk Sibiriaë asiaticæ, Ceylon (THWAITES), ad ligna emarcida, Savannah, Wayne county, New York

Amer. foeder. (Pæck), in ramis putridis Newfield, New Jersey (ELLIS), ad arbores emortuas in Carol. inf. et media, ad ramos ac tigilla putrescentia salicina, Boca del Riachuelo in Argentina Amer. merid. (SPERGAZZINI). Vulgatissima ac bene evoluta, semper tamen sterilis in Argentina. — Circiter 2-2½ mm. alta, forsitan nimis affinis sequenti et ex Berkeleyo varietas *S. anomala*. Alii vero distinctas urgent (Persoon, Weinmann, Albertini et Schweiniz) monentes: «A *Peziza anomala* certissime diversa».

8. **Solenia exigua** Sacc. Mich. J. p. 117. — Dense gregaria, argilla- 6595
ceo-lutescens; tubulis cylindricis ½ mm. altis, exilibus, adscendentibus v. subobliquis, intus obscurioribus, extus ob hyphas continuas, 3 diam., patienti-recurvas apice saepe hyalino-inflatas velutinis; sporis . . .

Hab. in ligno putrescente in calidario Palmarum horti botanici berolinensis 1873 (P. MAGNUS). — A *Solenia ochracea* Fr., Cooke F. B. ed. II, n. 405 differt tubulis tenuioribus, sed longioribus, argillaceis nec ochraceis, etc. Ab *Hydnis* (Sect. V^o in Fr. Hym. Eur. p. 612) longius distat.

9. **Solenia sulphurea** Sacc. et Ell. Mich. II, p. 564. — Dense gre- 6596
garia, minuta, calyculata, breve stipitata, sulphurea, strigoso-pilosa, pilis asperulis continuis; basidiis clavulato-teretibus, gutturalis; sporis obovatis, 8-9 = 7-8, uniguttulatis hyalinis.

Hab. in ramis decorticatis emortuis Newfield, New Jersey Amer. foeder. (ELLIS).

10. **Solenia crocea** Karst. Fragm. Myc. XIX, p. 5. — Tubulis dense 6597
gregariis, cylindraceis, erectis, tomentosis, circiter 0.3 mm. altis; sporis clavatis, utroque apice acutatis, hyalinis, simplicibus, 9-12 = 3-4.

Hab. in frondibus Struthiopteridis germanicæ emortuis in Fennia australi.

11. **Solenia filicina** Pæck 28 Rep. pag. 52. — Cupulis ex ochraceo, 6598
albo-marginato tomentoso subiculo oriundis, elongatis, clavatis vel cylindraceis, deflexis, villo adpresso vel tomento vestitis, ochraceis; sporis hyalinis, late fusiformibus, apice acutis, 1-2 nucleatis, 10 μ . long.

Hab. ad basim caulium filicum vigentium, ex. gr. *Osmunda cinnamomea*, Lake Pleasant, New York Amer. foeder. — Cupularum pars basilaris in brunneum vergit atque contrahitur, ita ut stipitate appareant. Characteres notabiles sunt habitatio atque usus tomenti stratum.

12. ***Solenia hydroides*** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 371. — Biffosa. 6599
imbricata, cylindrica, ochracea, e mycelio molli oriunda.

Hab. ad ligna emortua, Peraleniya, Ceylon (THEWAINES). — Primitus vere similis *Hydno ochraceo*, sed vera *Solenia* et certe minime *S. fasciculata*.

13. ***Solenia anomala*** (Pers.) Fr. Hym. Eur. p. 593, *Peziza* Pers. Obs. I, 6600
p. 29, Alb. et Schw. p. 323 cum plar. varr. Pat. Tab. anat. t. 156,
Syst. Myc. 2, p. 106, *P. stictica* Pers. Myc. Eur. 2, p. 270. —
Dense stipata, mycelio tenui decoso insidens, turbinata, villosa,
subcervina, disco cupulato pallido; basidiis clavulatis, 20 \approx 1, dense
fasciculatis; sporis obovatoideis, hyalinis, 8 \approx 2 (Saccardo) aut ova-
tis, continuis, 9 \approx 1 (Fuekel).

Hab. ad ligna raro cortices truncorum ramorumque arborum
frondosarum, præcipue Salicum, Fagorum, in strobilibus Pinorum in
Europa: in ligno putrescente Betulæ verrucosæ et albæ pr. Mi-
nussinsk Sibiricæ asiaticæ. — Perennans vulgatissima, quam ma-
xime polymorpha (cfr. Alb. et Schw.), sæpe adeo stipata, ut pri-
mo obtutu *Polyporum* fingeres. Color variat sordide luteus et
ferrugineus. Pili conceptaculi filiformes apice sæpius incurvati, gra-
nulati, ferruginei.

14. ***Solenia granulosa*** Fuek. Symb. Myc. App. II, p. 7. — Cupulis 6601
sparsis, minutis, siccis nudo oculo vix conspicuis, coriaceis, sessi-
libus, sed non adnatis, extus pilis fusco-sordidis, strictis, simplici-
bus, sub lente granulosis obsitis; disco excavato, sordide-albo, molli-
iori, cupulis siccis clausis; basidiis elongato-clavatis, obtusis, apice
sporas ovatas, 1-2-guttulatas, oblique pediceliatas, simplices, 12 \approx 8
gerentibus.

Hab. ad caules induratos, humidos prostratos *Artemisiæ* cam-
pestris, in silvis pr. Badenheim.

15. ***Solenia endophila*** (Ces.) Fr. Hym. Eur. p. 705, *Cyphella end.* Ces. 6602
sati in Rabenh. exs. XVI. Mattir. Cyph. endoph. c. ic. eximiiis. —
Dense stipata; cupulis ferrugineo-villosis, a tapete continuo (sæpe
evanescente), ex helvolo endomomeo assurgentibus, e globoso ob-
serve piriformibus, ore contracto punctiformi, serius cylindræcis,
deorsum leniter attenuato-stipitatis, repandis, primo albicantibus,
cito amene e carneo helvols, senio ochraceis, disco pallidiore;
basid. s. clavulatis, tetrasporis; sporis ovoideis, ochraceo-subferra-
gineis, 7 \approx 5-6.

Hab. in caumbus emortuis *Phytolacæ* (Purcuniz) dioicæ in
Sibiria.

16. **Solenia populicola** Pat. Tab. anal. 457, pag. 201. — Sessilis, sti- 6503
pata, cupularis, sicca clausa, mycelio brunneo, tenui insidens, pilis
reflexis vestita, extus brunneo-rufa, hymenio flavo-fulvo; sporis
cylindræcis, curvulis, 12-15 μ . long.

Hab. in ligno denudato Populi, Bois de Vincennes Galliæ.

17. **Solenia urceolata** (Wallr.) Fr. Elench. II, p. 28, Hym. Eur. p. 597, 6604
Peziza urceol. Wallr. D. Fl. II, p. 48. — Sessilis, urceolata, ci-
nerea, extus farinacea.

Hab. ad ramos siccos Clematidum in Germania (WALLROTH).
— Habitus Pezizulæ sessilis, sed membranacea absque disco ascigero. Huic valde affinis videtur *Pez. urceolata* Fl. Dan. t. 1077, f. 3, sed extus subpilosa nec furfuracea.

18. **Solenia stipitata** Fuck. Symb. App. I, p. 2, Fr. Hym. Eur. p. 597. 6605
— Cupulis dense laxèque gregariis, greges 8-10 cm. long. et lat. formantibus, semper stipitatis, stipitibus cupulam subturbinatam ventricosam æquantibus, fusco-villosis, humidis late apertis, disco orbiculari, demum subplano, porcellaneo, siccis clausis; sporis ovatis, utrinque obtusis, 2-guttulatis, continuis, 6-8 \approx 4; subiculo ab individuis juvenilibus formato, ut in affinis.

Hab. in lignis exsiccatis, præsertim Fagi, in Rhenogovia.

19. **Solenia spadicea** Fuck. Symb. App. I, pag. 2, Fr. Hym. Eur. 6606
p. 597. — Tubulis laxè denseque cæspitosis, 1 mm. alt. et diam., subsessilibus, membranaceis, subglobois, extus verticaliter striato-tomentosis, tomento spadiceo, ore orbiculari, connivente, niveo-piloso, intus griseis, siccis clausis, umbilicatis, subclavatis; basidiis elongato-clavatis; sporis ovatis, continuis, hyalialis, cum guttulis binis magnis, 8 \approx 5.

Hab. in caudicibus Aceris Pseudoplatani in Rhenogovia. — Colore amœne castaneo, ore niveo-piloso mox dignoscenda species.

20. **Solenia poriaformis** (DC.) Fuck. l. c. Fr. Hym. Eur. p. 597, *Pe-* 6607
ziza poriaformis DC. Fl. fr. 6, p. 26, Fr. Syst. Myc. 2, p. 106, *P. anomala* γ . Pers. Syn. p. 656, *Tapesia* Fuck. Symb. p. 301. — Stipata, confluens, sessilis; tubulis teretiuseculis, tomentosis, cinereo-umbrinis, subiculo irregulariter effuse pallidiorè insidentibus; basidiis subgyriniiformibus, 20-26 \approx 8-9, granulosis, hyalinis; sporis globosis, nucleatis, 4-5 μ . diam.

Hab. in Salicibus cavis et ad ligna putrida Tiliæ in Europa.

— *Porothelium Friesii* Mont. huic affine videtur.

21. **Solenia stipata** Fr. Syst. Myc. 2, p. 106, Hym. Eur. p. 597. — 6608

Confertissima, confluens, sessilis, villosa, griseo-fusca; margine tenui, disco urceolato nigrescente.

Hab. ad ligna putrida Fagi, Tiliæ in Europa. — Cupulæ oblongæ, ventricosæ, basi quoque villosæ, sed subiculum non adest manifestum. Primo obtuta pro *Polyporo* facile sumitur, ut species subiculo manifesto pro *Porothelio*.

22. **Solenia grisella** Quél. in Bull. Soc. bot. Fr. 1877, p. 329, t. VI, 660
f. 13. — Cupulis urceolatis, $\frac{1}{2}$ mm. long., villosis, griseolis, vegetis stipatis, siccis discretis, in tapete minuto, velutino, griseo-argenteo insidentibus; hymenio fusco v. brunneo; sporis ellipsoideis, hyalinis, 10 μ . long.

Hab. in ramis siccis Abietum in Jura.

23. **Solenia annulata** (Holms.) Fr. Hym. Eur. p. 597, *Peziza annu-* 6610
tata Holmsk. Ot. II, p. 30, t. 13 — Conferta, stipitata; tubulis subglobosis, furfuraceis, obscure cinereis; stipite annulato; disco depresso nigro.

Hab. ad ligna putrida in Europa. — Stipes 5 cm. usque longus, annulo furfuraceo cinctus. Cupula generis more sæpius clausa. *S. anomalæ* ita affinis, ut de genere non dubitandum.

24. **Solenia caulium** Fuck. Suppl. I, p. 2, Fr. Hym. Eur. pag. 597, 6611
Tapesia caulium Fuck. Symb. I, p. 301. — Conferta, stipitata, obovica turbinatave, umbilicata, pallide fusca, semper clausa; margine inflexo; tubulis verticaliter subtilissime jugatis villosisque, subiculo concolori plerumque insidentibus.

Hab. in caulibus siccis herbarum v. c. *Epilobii hirsuti* in Germania.

Fam. 3. **Hydnæe** Fr. Fl. hom. p. 80.

Hymenium inferum amphigeneumve, primitus effiguratum et definite (licet vario modo) in aculeos, dentes, tubercula, cristas, papillas persistentes protuberans. Basidia interdum monospora. — Major pars resupinato-effusa, hinc *Agaricinis* vulgo centralibus et *Polyporeis* sæpius dimidiatis inferiores.

Clavis analytica generum.

Hydnum. Pileus carnosus vel suberosus v. (in resupinatis) subnullus, horizontalis, aculeis typice inferis, liberis, acutis; conidia nulla visa.

Catlesiella. Pileus verus nullus; aculei e subiculo membranaceo, fibrilloso, conidia muriculata fusca gerente enascentes.

Heruicum. Fungi carnosi, ebo striformis, aculeis subulatis ex apice stipitis porrectis.

Tremellodon. Fungi gelatinosi, aculeis inferis, subulatis.

Sistotrema. Fungi carnosi, dentibus inferis, discretis, lamellosis.

Irper. Fungi coriacei, dentibus subsubulatis basi pleis lamellosis v. favosis connexis.

Radulum. Fungi resupinati, tuberculis difformibus, subcylindricis, obtusis.

Phiebia. Fungi resupinati, hymenio in cristas plecaformes acie integra corrugato.

Lopharia. Fungi resupinati, hymenio in cristas plecaformes acie cristato-incisa corrugato.

Grandinia. Fungi resupinati, hymenio copuli granulis globosis vel hemisphaericis obtusis, lobata, excavatis perisporiis, tubibus aspero.

Grammothele. Fungi resupinati, hymenio poroso-reticulato ubique granulis aspero.

Odontia. Fungi resupinati, fibroso-contexti, aculeis vel verrucis apice penicillato-multifidis.

Kneiffia. Fungi resupinati, floccoso-collabentes, setis rigidis exasperato (basidiis monosporis?).

Mucronella. Pileus nullus; aculei subulati definite terram spectantes (basidiis saepe monosporis).

HYDNUM Linn. Gen. Plant. n. 968, Fr. Syst. Myc. I, p. 397, Hym. p. 598 (Etym. *hydnum* tuber, cum quo tamen nil commune habet genus). — Hymenium inferum, aculeatum; aculeis subulatis, basi discretis. — Fungi carnosi v. lignescentes, stipitati v. sessiles v. resupinati.

Genus centrale, varium, vastum cum *Polyporis* analogum. Hoc Cl. QUÉLET, KARSTEN, PATOUILLARD, in plura vario modo diviserunt et sec. sporarum colore et pilei naturam, sed. speciebus plurimis adhuc non sat rite cogitis, genera hae nova adhiberi in presenti non beet.

I. **MESOPUS** Fr. Integra, simplicia, stipite centrali. — Omnes species terrestres et praecipue pineta incolentes.

† **CARNOSA** Fr., *Sarcodon* Quel., *Tyrotion* et *Sarcodon* Karst., *Hydnum* et *Sarcodon* Pat. — Pileus carnosus, subfragilis. Plurima edulia.

* Aculeis decolorantibus, pileo squamoso vel tomentoso *).

I. **Hydnum imbricatum** Linn. Suec. n. 1257. Fr. Syst. Myc. I, p. 398 6612 cum ampl. synonym., Hym. Eur. p. 598, Sverig. atl. Svamp. t. 33, Schaeff. t. 140, Fl. Dan. t. 176, 1500, Sowerb. t. 73, Pat. Tab.

*) Sectiones quaedam hujus generis non sunt acute limitatae, hinc dubium an nonnullae species, maxime exoticae, sint suo loco insertae.

245. Rich. et Roz. Atl. t. 65, f. 8-11, Grov. Scot. t. 71, Barla t. 38, f. 1-4, Harzer t. 36, Klotzsch Bor. t. 462, Bail t. 29, *Hydn. squamosum* Nees Syst. f. 240, *H. corvinum* Pers. Myc. Eur. 2, p. 158. — Pileo carnoso, planiusculo, subumbilicato, floccoso, tessulato-squamoso, azone, umbrino; stipite curto, levi; aculeis decurrentibus, albo-cinereis; sporis globosis, tuberculatis, dilute lutescentibus, brunneis, 6-7 \approx 5.

Hab. in pinetis ubique vulgare in Europa, Amer. fœder. New. Baltimore, New York (Howe), Sandlake et in Carolina media et infer. — Pileus 5-13 cm. latus; stipes 2½-5 cm. crassus. Caro sordide albida. Duplex forma, altera pileo plano, squamis crassis persistentibus; altera pileo subinfundibuliformi, squamis tenuioribus, demum secedentibus. Edulis quidem, sed sapor acerbus.

2. **Hydnum squamosum** Schaefl. t. 273, Fr. Epicr. p. 505, Hym. Eur. 6613 p. 598, Kickx p. 250, *H. foliolum* Secr. n. 3, *H. leucopus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 158 (ad siccum spec.). — Pileo carnoso, irregulari, depresso, glabro, in squamas irregulares diffracto, rufo-fusco; stipite curto, deorsum attenuato, albo; aculeis griseo-fuscis, apice albidis.

Hab. in pinetis inter muscos in Europa et pr. Minussinsk Sibirie asiaticæ. — Minus, rigens, carne albida. Pileus junior levis, 4-5 cm. latus; sporæ 5-6 μ . diam.

3. **Hydnum subsquamosum** Batsch f. 41, Fr. Syst. Myc. I, p. 399, 6614 Hym. Eur. p. 598, Alb. et Schwein. p. 264, Secr. n. 2, *H. badium* Pers. Myc. Eur. 2, t. 21, Paul. f. 33, f. 1. — Pileo carnoso, convexo-plano, subumbilicato, fusco-ferrugineo, squamis superficialibus, secedentibus, fuscis tigrino; stipite valido, inæquali, glabro; aculeis ex albido fusciscentibus, apice albidis.

Hab. in pinetis Europæ, ad terram in silvis pr. Kanygino Sibirie Asiaticæ, in Carol. inf. Amer. fœder. — *H. squamoso* majus, pileo sepe repando, stipite 2,5 cm. et ultra longo, carne crassa, albo-intescente.

4. **Hydnum scabrosum** Fr. Epicr. p. 505, Monogr. II, p. 273, Hym. 6615 Eur. p. 599, Schaefl. t. 271 habitum optime sistit et describitur subcarnosum. — Pileo compacte carnoso, primo turbinato, dein plano, umbrino-ferrugineo, primo tomentoso, dein floccis in squamulis minutas, confertas fasciculatis scabroso; stipite curto, aculeis decurrentibus punctato, cinerescente; aculeis griseo-fuscis, apice albidis; sporis 4-5 μ . diam.

Hab. in pinetis Smolandie, Ostrogothiæ, Fenniæ, Britannicæ,

Italiæ lectum. — Hoc longius a præcedentibus distat. Pileus 7-10 cm. latus; stipes 3-6 cm. longus, 2-3 cm. crassus, basi nigrescens. Aculei primo obtutu griseo-fusci. Caro alba.

5. **Hydnum versipelle** Fr. Monogr. II, p. 274, Icon. t. I, Hym. Eur. 6616
p. 599. — Cæspitose-concrescens; pileis carnosis, inæqualibus, in squamas fibrillosas, minutas, adpressas laceratis, rufo-ferrugineis; stipitibus subramosis, glabris carneque pallidioribus; aculeis ferrugineo-fuscescentibus.

Hab. in silvis Uplandiæ pluries lectum. — Pileis stipitibusque ad typum Polypori cristati concrescentibus adinodum singularis species. Intus sæpe cavernosum. Juniore ætate etiam legitur cute contigua, glabra. Sporæ 4-5 μ . diam.

6. **Hydnum molle** Fr. Monogr. II, p. 274, Icon. t. 2, f. 1, Hym. Eur. 6617
p. 599. — Simplex; pileo carnosio, molli, convexo, umbilicato, deuse tomentoso, albo-canescente; stipite curto, firmo, glabro aculeisque in stipitem decurrentibus, æqualibus, albidis.

Hab. in pinetis Uplandiæ et Vestrogothiæ raro et vulgo solitarium. — Pileo albo, ob tomentum densum tactu mollissimo nec squamoso facile dignoscitur.

7. **Hydnum amicum** Quél. Assoc. Franc. 1883, t. 6, f. 14, Pat. tab. 246. 6618
— Pileo 1 dm. lato, undulato-repando, fimbriato, tenui, tomentoso, albido-griseo; stipite brevi, fibroso, arachnoideo-tomentoso, fulvo; carne subfibrosa, sursum gossypina, grisea, lineis purpureo-lividis striata; odore et sapore acidis; aculeis brevibus, 2 mm., tenuibus, confertis, pallide lilacino-griseis, tactu brunnescentibus; sporis sphaericis, 4-5 μ ., verrucosis, hyalinis.

Hab. in nemoribus sabulosis montium Vogesorum, Montmorency et in Germania, circulos vel cæspites efficiens.

8. **Hydnum acre** Quél. Suppl. V, p. 324, t. VI, f. 1. — Pileo carnosio-compacto, turbinato, depresso, tomentoso, e flavo-ochraceo centro obscuriore, carne subconcolori vel griseola, fragili, amaro-piperata; stipite brevi crassiusculo, pileo saturatiore; aculeis griseo flavis, apice albicaulis; sporis globosis, spinulosis, 6 μ . diam. 6619

Hab. in silvis arenosis pineis et castaneis pr. Paris Galliæ et Forres Britannicæ.

9. **Hydnum amarescens** Quél. et Le Bret. Champ. Norm. p. 24, Quél. 6620
Quelq. esp. p. 13, t. XI, f. 14, Pat. Tab. 145. — Pileo convexo-depresso, 6-9 cm. lato, compacto, glabrescente, dein radiato-areolato, castaneo; carne dura, fragili, alba dein violacea, demum amaro-piperata; stipite attenuato radiante, firmo, concolore; aculeis

curtis, tenuibus, stipatis, violaceis dein brunneis; sporis sphaericis, aculeolatis, fuliginosis, 4 μ . diam.

Hab. in ericetis Montmorency Galliae. — An huc *Hydnum fuligineo-violaceum* Kalchbr. Ung. t. 32, f. 2?

10. **Hydnum fennicum** Karst. in Revue Mycol. 1887, p. 10, *Sarcodon* 6521
scabrosus, var. *fennicus* Karst. Hatt. II. pag. 104. — Pileo carnososo, fragili, inaequali, primitus floccoso-squamuloso, demum diffracto. rufescenti-testaceo, dein obscuriore, margine undulato-lobato, 5-10 cm. lato; carne alba; stipite inaequali, deorsum attenuato, flexuoso, glabro, concolore, basi albo-tomentello, extus intusque subcaerulescente-atrato, 2-8 cm. longo, 2-3 cm. crasso; aculeis decurrentibus, aequalibus, subulatis, ex albido fuscis, 4 mm. longis; sporis ellipsoideo-sphaeroideis vel subsphaeroideis, asperis, 4-6 \approx 3-5, fuscellis.

Hab. in sabulosis silvaticis pr. Mustiala Fenniae. — Sapore valde acerbo ab *H. scabroso* dignoscitur, ab *H. acri* colore.

11. **Hydnum Thwaitesii** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 538. — Pileo 6622
orbiculari, lobato, carnososo, cinereo-lilacino stipiteque deorsum attenuato cavo tomentosissimo; spiciis brevibus, albis; sporis globosis tuberculatis, 9 μ . diam.

Hab. Peradenya, Ceylon (THWAITES), in montibus Neilgherrensis Indiae (Centurio E. S. BERKELEY). — Pileus fore 5 cm. latus, primitus convexus vel conicus, demum expansus, late obtusique umbonatus, lobatus, carnosus, cinereus sordide lilacinus; stipes 4 cm. longus, 12 mm. et ultra crassus, deorsum attenuatus, tomento brevi exsiccatione olivascente sicut pileus obsitus; aculei circiter 2 mm. longi. Siccum nigrescit.

12. **Hydnum aspratium** Berk. Grev. X, p. 121. — Pileo carnososo, de- 6623
presso, infundibuliformi, tessulato-squamoso, azono, umbrino; stipite elongato, longitudinaliter sulcato, glabro; aculeis decurrentibus, subcinereis.

Hab. ad terram in Japonia, ubi comeditur. — Pileus 7-12 cm. lat.; stipes 7-8 cm. long., 2,5 cm. cr.

** Aculeis decolorantibus, pileo levi, glabro.

13. **Hydnum levigatum** Swartz in Vet. Akad. Handl. 1810, p. 243, 6624
Fr. Monogr. II, p. 275, Hym. Eur. p. 599, Sverig. atl. Svamp. t. 81, *H. bubalinum* Pers. Myc. Eur. 2, p. 161. — Pileo carnososo, compacto, firmo, regulari, plano, levi, glaberrimo, umbrino, mar-

gine circinato (haud repando); stipite crasso, levi aculeisque tenuibus pallidioribus.

Hab. in pinetis Sueciæ mediæ passim, sed solitarium; in Helvetia (CHALLET), in Austria et Belgio, in Tasmania. — Amplum, pileo 10–16 cm. lato, crasso. Stipes variat curtus inæqualis et longior æqualis. Ab *H. fragile*, quocum junctum fuit, abunde distinctum. Sporæ 10–15 μ . long.

14. **Hydnum fragile** Fr. in Vet. Ak. Förh. 1851, p. 51, Monogr. II, 6625
p. 275, Hym. Eur. p. 599, Sverig. atl. Svamp. t. 89, Berk. et Br. n. 1024, Berg. Pyr. t. 16, Paul. t. 34. — Pileo carnoso, fragili, inæquali, primo pubescente, dein glabrato, ruguloso, cinereo v. testaceo, margine undulato lobatoque; stipite valido, inæquali, glabro, cinerescente; aculeis albido-griseis.

Hab. in pinetis Europæ. — Ab *H. levigato* plane diversum substantia molli, pileo primo pubescente, dein ruguloso, margine repando, subinde lobato etc. Vidit Fries specimina ultra 30 cm. lata, pileo carneque circa marginem zonatis.

15. **Hydnum Infundibulum** Swartz l. c. p. 244, Fr. Syst. Myc. I, p. 401, 6626
Hym. Eur. p. 600, Sv. Bot. t. 492, Quéf. p. 276. — Pileo carnoso-fibroso, lento, infundibuliformi, inæquali, levi, spadiceo; stipite inæquali, pallido, basi attenuato; lamellis decurrentibus, ex albo badiis.

Hab. in pinetis Vogesorum in Suecia, Germania et in statu Ohio Amer. fœder. (T. G. LEA). — Stipes 5–8 cm. longus, 3 cm. usque crassus; pileus 20 cm. usque, azonus, margine erecto.

16. **Hydnum fusipes** Pers. Myc. Eur. 2, p. 162, t. 20, f. 4–6, Fr. 6627
Monogr. II, p. 276, Hym. Eur. p. 600. — Pileo carnoso-fibroso, tenaci, inæquabili, repando lobatoque, levi, glabro, fusco; stipite inæquali, glabro, cinereo-fusco; aculeis brevibus, decurrentibus, ex albido fuscescentibus.

Hab. in silvis abiegnis Vogesorum (MOUGEOT), in Smolandia Suecia (O. R. FRIES) et in Germania. — *H. Infundibulo* forsan nimis affine, sed minus, pileo 4–6 cm. lato (notat vero Persoon formam latitudine 7–8 cm. prioris). Stipes circiter 5 cm. longus, 6–7 mm. crassus, interdum polycephalus, quo ad *H. torulosum* accedit.

17. **Hydnum torulosum** Fr. Vet. Ak. Förh. 1851, p. 53, Monogr. II, 6628
p. 275, Icon. t. 2, f. 2, Hym. Eur. p. 600. — Pileo fibroso-carnoso, convexo, umbilicato, jugis e centro radiantibus vulgo rugoso, glabro stipiteque elongato, toruloso, rigido albo-griseis; aculeis curtis, albis.

Hab. in pinetis circa Upsaliam parce, sed quibusdam annis pluries lectum. Stipites 8 cm. et ultra longi, $1\frac{1}{4}$ cm. crassi, aequalis, torulosi, quasi e pluribus coaliti, extus politi, dilute cinerei; pileus semper parvus, $2\frac{1}{2}$ cm. vix excedens, griseus.

18. **Hydnum gracile** Fr. Monogr. II, p. 276, Syst. Myc. I, p. 400, 6629

Hym. Eur. p. 600, Epicr. p. 506 (sub *H. levigato*), *H. levigatum* β. Fr. Obs. I, p. 140, 141, *H. canum* Schwein. Carol. n. 974. — Pileo carnoso-lento, tenui, e convexo plano, levigato, glabro stipiteque elongato, gracili cinereis; aculeis elongatis, ex albido carneis.

Hab. in pinetis Suecicæ et Amer. bor. — E copiosis speciminibus a v. Post lectis species distincta. Statura gracili ab omnibus antecedentibus recedit. Stipes 4-7 mm. crassus, 5-8 cm. longus, tenax; caro alba.

19. **Hydnum Curtisii** Berk. North Am. Fungi n. 175. — Fuliginæo- 6630

fuscum; pileo orbiculari levi; margine inflexo; stipite centrali sursum attenuato; aculeis elongatis, acutis, integris.

Hab. in Carol. inf. Amer. fœder. — Totum obscure brunneum; pileus 18 mm. latus; stipes basi bulbosus ubi fere 12 mm. crassus. Affine *H. levigato*.

20. **Hydnum japonicum** Lév. Champ. exot. p. 203. — Pileo carnoso, 6631

infundibuliformi, undulato, nudo, fusco; aculeis integris dilutionibus; stipite valido, hinc inde aculeato, deorsum aculeato, pileo concolori.

Hab. ad terram in Japonia. — Fungus 10-12 cm. alt.; aculei 5 mm. longi.

*** Aculeis immutabilibus, unicoloribus, albidis, rarius e carneo violascentibus.

21. **Hydnum candidum** Schmidt Myc. Heft. I, p. 89, Fr. Hym. Eur. 6632

p. 601. — Pileo carnoso-gelatinoso, convexo-plano, candido, primitus pruinoso; stipite tuberoso, albo; aculeis brevibus, hyalinis.

Hab. in fagetis Saxonie rarissimum. — Pileus 5-14 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus. Species abnormis, iterum investiganda et examinanda, an sit *H. gelatinoso* affinis. Cum *H. albo* Pers. ex Michelio non commutandum.

22. **Hydnum repandum** Linn. Suec. n. 1258, Fr. Syst. Myc. I, p. 400 6633

cum syn., Hym. Eur. pag. 601, Sverig. atl. Svamp. t. 15, Schaeff. t. 318, Bull. t. 172, Sowerb. t. 176, Fl. Dan. t. 310, Vittad. t. 25, f. 2, Krombh. t. 50, f. 1-9, Vent. t. 27, f. 24, f. 4-6, Barla t. 32, f. 1-9, Rich. Atl. t. 65, f. 1-4, Grey. t. 44, Huss. I, t. 16, Harzer t. 23 etc. — Pileo carnoso, fragili, subrepando, glabello stipiteque

difformi pallidis; aculeis inæqualibus, concoloribus; sporis globosis vel leniter angulosis, uno apice obtuse apiculatis, hyalinis v. dilute flavis, 5-8 μ . diam.

Hab. in silvis tam frondosis quam acerosis Europæ, Tasmaniae et Amer. fœder. — Vulgatissimum generis. Pileus 5-16 cm. latus, interdum floccoso-pruinosis; stipes 2-6 cm. longus, 2-3 cm. circiter crassus. Color variat albidus, luteus, subincarnatus, immutabilis. Schaeffer t. 141 inter hoc et sequens media.

23. **Hydnum rufescens** Pers. Syn. p. 555, Myc. Eur. 2, p. 161, Rich. 6634
Atl. t. 65, f. 5-7, Gill. Champ. c. ic., Pat. tab. 147, Kickx p. 251, Secr. n. 5, Bolt. t. 89, Fr. Hym. Eur. pag. 601. — Pileo tenui, subregulari, pubescente; stipite subæquali aculeisque regularibus concoloribus; sporis angulato-globosis, hyalinis, 6-8 = 6-7.

Hab. ad terram in silvis Europæ et Amer. fœder. — Pileus 5 cm. circiter latus; stipes 2½-8 cm. longus. Quum *H. repandum*, hoc incluso, vix sit definiendum, seorsim proposuit Fries, licet prioris modo subspeciem semper monuerit.

24. **Hydnum politum** Fr. Epicr. p. 507, Monogr. II, p. 277, Hym. Eur. 6635
pag. 601, Sverig. ätl. Svamp. t. 90. — Pileo carnoso, plano-depresso, firmo, repando, glabro, nitido stipiteque firmo, curto, tuberoso, levi ferrugineis; aculeis æqualibus, albis.

Hab. in pinetis Smolandiae et Ostrogothiae raro (H. v. Post). — Admodum nobile. Stipes 2-3 cm. longus, difformis, glaber, nitidus; pileus 5-10 cm. latus, levis; aculei circum nudum circa stipitem relinquunt, quo ab omnibus recedit.

25. **Hydnum fuligineo-album** Schmidt Myc. Heft. I, p. 88, Fr. Syst. 6636
Myc. I, p. 400, Icon. t. 3, f. 1, Hym. Eur. p. 601. — Pileo carnoso, tenui, repando, inæquabili, fusciscenti-rubello; disco sæpe squamuloso; stipite firmo, squamuloso, cinereo-fuligineo; aculeis albo-rubellis.

Hab. in pinetis Saxoniae, Silesiae, Sueciae et Germaniae. — Eximia species statura *H. repandi* variabili. Pileus 11-14 cm. latus; stipes 5-8 cm. longus. Color ex Schmidt albus, marginem versus in roseum v. fusciscentem vergens. Junior verrucis rubellis secedentibus disco adpersus. Caro alba, fracta rubella, characterem essentialem præbet.

26. **Hydnum fuligineo-violaceum** Kalchbrenn. in Fr. Hym. Eur. p. 602, 6637
Britz. Hydn. f. 6. — Pileo carnoso, compacto, pulvinato, centro subdepresso, adpresse tomentoso stipiteque subexcentrico, aculeorum

rudimentis granulato, radiculato fuligineo-violaceis; aculeis brevibus, æqualibus, e carneo violascentibus.

Hab. in pinetis umbrosis Scepusii inter acus Pini coacervatos. — Insignis species. Stipes 4 cm. longus, subtortus, æqualis vel deorsum incrassatus; pileus ætate glabrescens, passim uno latere emarginatus. Extus intusque concolor. Sporæ 6 ≈ 4.

27. **Hydnum violascens** Alb. et Schwein. p. 265, Fr. Syst. Myc. I, 6638 p. 401, Hym. Eur. p. 602, Weimm. p. 353, Krombh. t. 5, f. 11. Trog n. 463, *H. cæruleum* Thore; Paul. t. 35 bis, sed non descriptio. — Pileo carnosofibroso, repando, tomentoso, sordide violaceo; stipite valido, tuberoso, inæquali aculeisque æqualibus albis.

Hab. in pinetis Europæ raro. — Pileus 2½-11 cm. latus; stipes 2-10 cm. longus; sporæ 4 μ . diam. Variat pileo concolor.

28. **Hydnum ambustum** Cooke et Mass. Grev. XVI, p. 32. — Pileo 6639 carnosomembranaceo, convexo-plano, glabro, testaceo-nigricante 1-1½ cm. lat.; stipite erecto, gracili, æquali, glabro, pallidiorè 2.5 cm. long., subcæspitoso, sæpe radicante, aculeis æqualibus, acutis, albis; sporis globosis 8-10 μ .

Hab. in sabulosis, Harkaway Range, Victoria Australiæ. — Pileus testaceus centrum versus nigricans.

29. **Hydnum diffractum** Berk. Hook. Lond. Journ. 6, p. 323 (1847), 6640 Dec. n. 133. — Pileo 8 cm. lato, convexo, glabro, carnosocoriaceo, demum rimosissimo atque fisso; margine involuto; stipite 4-5 cm. longo, 18 mm. crasso, vaccino atque more pilei rimoso, recenti tenero; aculeis levibus, subulatis, mollibus, integris, pallide vaccinis; odore vinoso.

Hab. ad terram in silvis Waynesville, Ohio Amer. bor. (LEA). — Pileus 7 cm. lat.; stipes 4-5 cm. long., 2 cm. cr. *H. candido* et *repando* affine.

†† **Lignosa** Fr., *Calodon* Quél., *Calodon* et *Phellodon* Karst., *Hydnellum* Karst. olim. — Pileus suberosus coriaceusve, tenax.

* Aculeis decolorantibus sporisque subfuscis.

30. **Hydnum suaveolens** Scop. Carn. 2, pag. 472, Fr. Syst. Myc. I, 6641 p. 402, Hym. Eur. p. 602, Alb. et Schwein. p. 267, Harz. t. 52, Weimm. t. 354, Strauss aq. Sturm 33, t. 7, Kickx p. 153, Quél. t. 20, f. 1, Secr. n. 10. — Pileo suberoso, molli, plano, tomentoso, cæruleoalbido, intus albo-cæruleoque variegato; stipite brevi, subtomentoso, cæruleo; aculeis æqualibus, violaceis.

Hab. in quibusdam regionibus tam Europæ borealis, quam me-

ridionalis frequens. — Stipes brevis, $2\frac{1}{2}$ cm. longus; sporæ 3-4. Odore aniseo, fragrante ab omnibus distinctum. Ex Alb. et Schw. pileus variat grandis (20 cm. usque), plus minus viscosus (?) colliculoso-rugosus. — **H. cæruleum* Horn. Fl. Dan. t. 1374, Fr. Hym. Eur. p. 602: obconicum stipite fusco; sporis 5-6 μ . long.; reliqua prioris. Inodorum? Copiose in pinetis subalpinis Norvegiæ et in silvis pr. Minussinsk Sibiricæ asiaticæ. Ex Sommerfelt distincta species, sed differentias eruere non licuit Friesio.

31. **Hydnum fraceolens** Brot. Lus. p. 470, Phyt. I, t. 35, Fr. Syst. 6642 Myc. I, p. 402, Hym. Eur. p. 602, *H. elwosma* Pers. Myc. Eur. 2, pag. 163. — Pileo spongioso-suberoso, plano-infundibuliformi, velutino scrobiculatoque, viridi-lateritio, dein fusco; stipite brevissimo aculeisque æqualibus fuscis.

Hab. in pinetis Lusitanicæ prope Coimbram. — Odore fraciū distincta. Tincturæ et fomiti iuservit.

32. **Hydnum compactum** Pers. Syn. p. 556 pro parte, Fr. Syst. Myc. 6643 f. p. 402 cum syn., Hym. Eur. p. 603, Alb. et Schwein. p. 266, Krombh. t. 50, f. 12, Strauss apud Sturm 33, t. 6 (forma inconsueta), Berk. et Br. n. 1367, *H. floriforme* Schæff. t. 146, excl. f. 4. — Secr. n. 7, [Venturi t. 21, f. 3, 4 dubia]. — Pileo suberoso, compacto, confluenso undulato, tuberculoso, azono, olivaceo-cinereo fuscove, tomento albido vulgo obvoluto, intus cæruleo-variegato; stipite brevissimo, difformi, fulvo-fuscescente; aculeis fuscescentibus, apice pallidis.

Hab. ad terram in pinetis et ericetis Europæ et Carol. inf. et mediæ Amer. fœder. — Pileus 2-16 cm. latus. Difforme, sessile, sæpe crustam amorpham sistens. Sporæ 6 μ . diam. Nulla exstat typici icon fida.

33. **Hydnum aurantiacum** Alb. et Schwein. p. 265, Fr. Syst. Myc. I, 6644 pag. 403 c. syn., Hym. Eur. 603, Fl. Dan. t. 1439, Berk. et Br. n. 1368, Batsch f. 222 (male) *H. floriforme* Secr. n. 6. — Pileo suberoso, compacto, turbinato-dilatato, colliculoso, azono, aurantiaco, tomento albido sæpe obducto, intus zonato; stipite brevi, aurantio; aculeis ex albido fuscescentibus.

Hab. in pinetis sat frequens in Europa, ad terram Albany, New York Amer. fœder. (Peck) et New England (Sprague). — Inodorum, firmum. Sporæ 3-4 μ . diam.

34. **Hydnum ferrugineum** Fr. Syst. Myc. I, p. 403, El. p. 131 c. syn., 6645 Icon. t. 4, Hym. Eur. p. 603, Wahlb. Succ. n. 2024, Weinm. Ross. pag. 255, Krombh. t. 50, f. 10-11, Berk. et Br. n. 1369, Kickx

p. 152. Quél. pag. 277, Bull. t. 409 (var.), *H. Carbunculus* Secr. n. 9. — Pileo spongioso-suberoso, melli, primo tomento albido in scrobibus guttas sanguineas sudante oblecto, dein læviore intusque ferrugineo; stipite inequali aculeisque fusco-ferrugineis; sporis ovato-globosis, uniguttulatis, hyalinis, 4 μ . diam.

Hab. in pinetis Europæ. pr. Minussinsk Sibiricæ asiaticæ, in insula Ceylon, Sarawak Bornei (O. BECCARI), in Carol. inf. et super. Amer. feder. — Pileus 5-11 cm. latus; stipes 2 cm. longus. Interdum perennat et stratose reviviscit. *H. striatum* Schaeff. t. 271 ex habitu figuræ hujus regionis, sed carnosum dicitur, pileus striatus [i. e. fibrosus], aculei secedentes, ut *H. scabrosum* credamus.

35. **Hydnum spadiceum** Pers. Ic. et descr. p. 34, t. 9, f. 1, Fr. Hym. 6646
Eur. p. 603, (*Sistotrema spadiceum* Myc. Eur. et *Davdalea spadicea* Syst. Myc. ex hoc cum *Polyp. Schweinizii* confuso originem ducunt), Alb. et Schw. p. 267. — Pileo suberoso, subdepresso, levi, brunneo, tomento molli velutino; stipite brevissimo, tuberoso, concolore; aculeis inæqualibus, fuscis, apice lutescentibus.

Hab. in pinetis Europæ rarissimum. — Pileus 20-30 cm. lat et ultra; aculei semitubulosi et compressi etiam in *H. repando* occurrunt; a *Polyporis laceris* i. e. *Sistotrematibus* Pers. admodum differt.

36. **Hydnum mirabile** Fr. Monogr. II, p. 349, Icon. t. 3, f. 2, Hym. 6647
Eur. p. 604. — Pileo late obconico, hispido, alutaceo, strato duplici formato, inferiore cum stipite brevi contiguo lignoso, superiore crassiore, molli, fibris erectis, strigosis, densissime stipatis compacto; aculeis tenuibus, brevibus, ex albo flavidis.

Hab. in pinetis locis sabulosis in Ostrogothia (H. v. Post). — Species mirabilis. Analogam structuram vidimus modo inter tropicos *Polystictos funales*. Jove udo spongioso-bibulam et compressum succum flavidum fundens, ut *H. ferrugineum* sanguineum.

37. **Hydnum confluens** Peck 26 Rep. p. 71. — Pileo tenui, coriaceo, 6648
expanso vel leniter depresso, quandoque confluenti, zonato, subtiliter fibroso-tomentoso, hygrophano, udo obscure brunneo, sicco castaneo-brunneo; stipite brevi, inferne tomento mycelioidi dense obvoluto; aculeis tenuibus, 2-5 mm. long., griseo-violaceis; sporis subglobosis. 3 μ . diam.

Hab. ad terram in America bor. — Statura 5-8 cm. metiens; pileus 5-8 cm. latus.

*? Aculeis decolorantibus sporisque ferruginiscentibus.

38. **Hydnum cinereum** Bull. t. 419, Fr. Syst. Myc. I, p. 104, Monogr. 6649

II, p. 277, Hym. Eur. p. 604, Quéll. p. 277. Trog. n. 466, Secr. n. 8. — Pileo suberoso-coriaceo, repando, villosa-colliculoso, demum infundibuliformi, ferruginascente; margine tenui aculeisque æqualibus albo-cinereis; stipite crasso, ventricoso, intus ferrugineo; sporis globosis, obsolete muriculatis, hyalino-ferruginascentibus, $2\frac{1}{2}$ - $3\frac{1}{2}$ μ . diam.

Hab. in Gallia (LEVEUX et DELASTRE), in Suecia (O. R. FRIES), in Belgio, in silva Montello Treviso Ital. bor. — Pileus 5-8 cm. latus. Colore ferruginascente, etiam aculeorum, sed in cinereum vergente, facile distinctum. Sub *H. cinereo* diversæ species videntur confundi. Krombh. t. 50, f. 13, 14 omnino alia. Specimina in Suecia lecta disco pilei umbrina, intus zonata, sed plurimis notis cum Bulliardii fungo conveniunt. *H. compactum* Inzeng. t. 5, f. 6, [pileo albo] et t. 6, f. 2 [pileo griseo, marginem versus albo] huc pertinet, sed habitus diversus. Ut hujus varietas distinguenda: **H. Pencilum* Inzeng. t. 5, f. 1-5: pusillum, 2,5 cm. pileo, pyxidato, intus rufescente. In Sicilia.

39. *Hydnum velutinum* Fr. Syst. Myc. I, p. 404, Hym. Eur. p. 604, 6650 Trog n. 469, Gill. Ch. Franc. c. ic., Mich. Gen. t. 72, f. 4, *H. hybridum* Bull. t. 453. — Testaceo-ferrugineum; pileo suberoso-coriaceo, levi, velutino, azono, e convexo demum infundibuliformi, margine primo albicante; stipite firmo, subtomentoso, inæquali; aculeis æqualibus.

Hab. in pinetis Europæ. — Pileus $\frac{1}{2}$ - $2\frac{1}{2}$ cm. latus; stipes $2\frac{1}{2}$ cm. usque longus, 5-10 mm. crassus; sporæ globosæ 6 μ . diam.; odor subfarinaceus. *H. scrobiculato* majus, intus azonum, longitudinaliter striatum, sed valde affine.

40. *Hydnum montelicum* Sacc. Mich. I, p. 4. — Lignoso-coriaceum; 6651 pileo compacto, subplano, centro excavato, subregulari, tomentosovelutino, ferrugineo-spadiceo, intus fusco, azono; stipite subregulari, cylindræo, spadiceo e velutino glabrato; aculeis æqualibus ad medium fere stipitem decurrentibus, longiuscule subulatis, constantè ochraceo-brunneis; sporis e globoso-muricatis, 4-5 μ . diam., ferruginascentibus.

Hab. in silva Montello Treviso Ital. bor. frequens. — Totus 3-5 cm. altus; pileus 4-6 cm. latus, $\frac{3}{4}$ cm. crassus; stipes $\frac{1}{2}$ -1 cm. crassus. A speciebus mihi notis probe distinctum. Cum *Hydno velutino* Fr., *H. ferrugineo* Fr., *H. spadiceo* Pers. nonnullis notis convenit sed ceterum differt.

41. *Hydnum scrobiculatum* Fr. Obs. I, p. 143, Icon. t. 5, f. 1, Hym. 6652

Eur. p. 604, Secr. n. 17, Weinm. Ross. p. 356, n. 8, Berk. et Br. n. 1294, Kickx n. 152, Mich. Gen. t. 72. f. 7, *H. cyathiforme* Bull. t. 156, Syst. Myc. l. p. 405 (var. a.). — Ferrugineum; pileo suberoso-coriaceo, e clavato plano-infundibuliformi, pubescente, disco scrobiculato, squamoso, intus zonato; stipite brevissimo, nudo, radicato; aculeis brevissimis; sporidiis acutangulato-globosis, uniguttulatis, hyalinis, 3 μ . diam.

Hab. in pinetis montanis Europæ et in Sajanensibus Sibiricæ asiaticæ. — Pileus 2½-3 cm. latus. Ambigit inter *H. velutinum* et *H. zonatum*: ab hoc differt pilei disco subsuberoso, margine abrupte tenui, crispo, fertili, stipite etc.; ab illo statura, pileo inæquali; ab utroque pileo primo clavato (Bull. l. c. f. A).

42. **Hydnum zonatum** Batsch f. 224, Nees Syst. f. 242, Berk. et Br. 6653
n. 1360, Gill. Champ. Franc. c. ic., Quél. Jur. p. 277, Fr. Hym. Eur. p. 605, *H. cyathiforme* b. Fr. Syst. Myc. I, p. 405 c. syn., Secr. n. 16, *H. concrescens* Pers. — Ferruginascens; pileo æqualiter coriaceo, tenui, expanso, subinfundibuliformi, zonato, glabrato, radiato-rugoso; margine pallidiore subtus sterili; stipite gracili, subæquali, floccoso, basi tuberosa; aculeis gracilibus, e pallido concoloribus; sporis globulosis, conspicue muriculatis, hyalino ferruginascentibus, 3¾-4 μ . diam.

Hab. in quercetis regionum campestrium Europæ et Carol. inf. Amer. fœder. — *H. scrobiculato* valde simile, sed vix umquam in eadem regione occurrunt. Pileus 3-5 cm. latus; stipes 2-3 cm. longus.

43. **Hydnum Queletii** Fr. in Quél. Jur. p. 277, t. 20, f. 2, Hym. Eur. 6654
p. 605. — Pileo coriaceo-membranaceo, e plano infundibuliformi, castaneo, azono, cristis tenuibus, confertis, radiantibus, centro lamellosis ornato; margine sterili, albo; stipite tenui, glabro (basi vero tomentoso); aculeis tenuibus, e griseo fuscis.

Hab. in silvis Vogesiaticis. — Forte varietas *H. zonati*, quocum plurimis notis convenit, sed differt habitu, coloribus, pileo haud zonato et cristis elevatis valde inæquali.

44. **Hydnum connatum** Schultz Starg. p. 491, Fr. Syst. Myc. I, p. 405, 6655
Gill. Champ. Franc. c. ic., Hym. Eur. p. 605, *H. varicolor* Secr. n. 18. — Pileo coriaceo, infundibuliformi, sericeo, zonis discoloribus fasciato; stipite tenui, nitenti-glabro, fusco-nigro; aculeis tenuibus, carneo-ochraceis.

Hab. in pinetis Europæ. — Coloribus nitidis pilei demum spadicei facile dignoscitur. Discus variat tuberculosus. *H. hepaticum*

Kalchbr. Enum. n. 212, auctore monente, ut iterum non lectum, omittendum, sed habitus iconis missæ, Friesio teste, sat insignis.

45. **Hydnium proliferum** Fr. F. Guin. fig. 28, Epicr. p. 509. — Sub- 6656
sessile, basi scutato-dilatata adnatum; pileo integro, orbiculari, coriaceo, azono, velutino, ligneo pallido; disco umbilicato, tuberculoso-prolifero; aculeis confertis, gracilibus, fusciscentibus, ad basim decurrentibus.

Hab. ad ligna sicca Guineæ. — Reliquis haud affine. Pileus 1 cm. altus, sed 2½ cm. latus; color sordide pallens.

*** Aculeis immutabilibus et sporis albidis.

46. **Hydnium nigrum** Fr. Syst. Myc. 1. p. 404, Icon. t. 5, f. 2, Hym. 6657
Eur. p. 605, Berk. et Br. n. 1296, Gill. Champ. Franc. c. 1c, B. pileo olivaceo-cinereo, Batsch f. 223, *H. pulvum* Swartz. Secr. n. 15, *H. cinereum* Pers. Myc. Eur. — Pileo suberoso-rigido, tomentoso, azono, cæruleo-nigro, intus stipiteque valido atris; margine aculeisque albis; sporis globosis, albis, papillosis, 4-5 μ . diam.

Hab. in pinetis Europæ et Australiae. — A. jove pluvio, B. jove sicco legitur. Inodorum, lignosum. Pileus 10-12 cm. latus; stipes 2½ cm. longus. — **H. melilatinum* Quél. Bull. Soc. bot. France 1878 p. 290, Batsch f. 223: fragrans, griseum, cinereo-olivaceum, intus atro-violaceum; aculeis curtis, griseis, apice albis; sporis globosis 6 μ . In Gallia orient.

47. **Hydnium Wrightii** B. et C. N. Pac. exp. n. 100. — Fuscum; pi- 6658
leo orbiculari, lobato, virgato, sicco vel tomentoso; stipite e fibris floccisque nigris oriundo; aculeis acutis elongatis.

Hab. inter fœta Japoniæ.

48. **Hydnium Vespertilio** Beck. Dec. of Fung. n. 448. — Nigrum; pi- 6659
leo tenui infundibuliformi subsessili, profunde fissio, zonato radiatum lineato; zonis elevatis.

Hab. ad terram Nunklow Indiae or. (HOOKER). — Pileus 5 cm. lat., 3 cm. cr. *Hydno nigro* subaffine sed conspicue zonatum et vix stipitatum.

49. **Hydnium graveolens** Delast. in litt. (primus inventor), et in Fr. 6660
Epicr. p. 509, Icon. t. 6, f. 1, Hym. Eur. pag. 605, Berk. Outl. p. 259, *H. leptopus* γ . Pers. Myc. Eur. 2, p. 171, *H. fuscum foetens* Secr. n. 14. — Pileo coriaceo, tenui, molli, azono, rugoso, nigro-fusco, intus fusco; margine albicante; stipite gracili; aculeis curtis, griseis.

Hab. in silvis Europæ tam borealis, quam meridionalis, et Amer.

feder. — Substantia molliore, tenui et odore fere Meliloti a proximis eximie differt. Pileus siccus cinerescit.

50. **Hydnum gracilipes** Karst. Fung. Fenn. exsicc. 521, Mycol. Fenn. 6661
IV, p. 291. — Pileo coriaceo, tenui, molli, azono, tomentoso, subferrugineo vel dilute ferrugineo-rufescente irregulari, connato; stipite gracillimo, fragili, centrali, concolori; aculeis primitus albis, mox fusco-ferrugineis; sporis 2-3 μ . diam.

Hab. in pineto Syrjöas prope Mustiala in Fennia ad terram sub Hypnis detectum. — Pileus circiter 3 cm. latus; stipes circiter 3 cm. longus. A proximo *H. graveolenti* colore, odore nullo etc. differens.

51. **Hydnum olidum** Berk. Chall. Exp. III, pag. 51 (nota). — Stipite 6662
brevis, centrali, imposito; pileo zonato, floccis lineari-fasciculatis squamoso cinerescente; aculeis elongatis sporisque pallidis.

Hab. in Japonia (F. V. DICKINS). — Pileus 5 cm. latus; stipes floccosa superficie folia colligens; mycelium delicatum. Color primum apparenter virens sed in senectute obscure cinereus. Odor fortis, *Meliloti*. Cum *H. graveolenti* odore sporisque sordide albis conveniens.

52. **Hydnum melaleucum** Fr. Syst. Myc. I, p. 406 c. syn., Hym. Eur. 6663
p. 606, Weim. Ross. p. 358, Secr. n. 11, Berk. et Br. n. 1295, Kickx p. 153, *H. pullum* Schaeff. t. 272, *H. tomentosum* γ . Alb. et Schw. p. 266. — Pileo coriaceo, tenui, rigido, irregulari, striato stipiteque gracili, glabro nigris, disco colliculoso; margine aculeisque albis.

Hab. in pinetis Europæ. — Inodorum, pileo plano, 3-4 cm. lato; stipite $\frac{1}{2}$ -2 cm. longo; sporis 2-3 μ .

53. **Hydnum cyathiforme** Schaeff. t. 139, Fl. Dan. t. 1020, f. 2, Fr. 6664
Hym. Eur. p. 606, *H. tomentosum* Fr. Syst. Myc. I, p. 405, et omnium recentiorum auctorum, sed non Linn. Berk. et Br. n. 1025, Harz. t. 3, a., Seem. Journ. 1868, t. 76. — Pileo coriaceo, tenui, plano-infundibuliformi, zonato stipiteque gracili, glabro, dilute cinereis; disco subtomentoso; margine aculeisque albis; sporis bosis, uniguttulatis, hyalinis 2-3 μ . diam.

Hab. in pinetis passim in Europa et Carol. media Amer. fœder. — Minus, vulgo concreescens; pileo $1\frac{1}{4}$ -5 cm. lato; stipite glabro $2\frac{1}{2}$ cm. et infra longo. Ad hanc speciem manifeste non pertinet *H. tomentosum* Linn., sed pileo tomentoso ad antecedentia. *H. cyathiforme* disco leviter modo villosum v. omnino glabrum. Hinc restituendum nomen antiquissimum Schaeffleri. — Var. **obscurum**

Sacc. Mich. I, p. 363: pileo stipiteque cinereo-fusco; margine pilei aculeisque albicantibus, ceterum ut in typo; sporis globulosis, asperulis, $2\frac{1}{2}$ - $3\frac{1}{2}$ μ . diam., perfecte hyalinis. In muscosis udis silvæ Montello Treviso Ital. bor. Aculei extus albi, intus vero ferruginei.

54. **Hydnum candicans** Fr. Epicr. p. 510, Hym. Eur. p. 606, *H. tomentosum* Krombh. t. 5, f. 12. — Pileo coriaceo, molli, plano-infundibuliformi, azono, e villosa glabrato, lacteo stipite sursum incrassato, glabro aculeisque concoloribus.

Hab. in locis humidis in pinetis Europæ. — Subspecies forte præcedentis, sed habitus admodum diversus. Pileus subexcentricus, stipes 5 cm. longus.

55. **Hydnum pusillum** Broter. Lusit. 2, p. 470, Fr. Syst. Myc. I, p. 409, Hym. Eur. p. 606, Quélet Jur. II, p. 347, t. 2, f. 5, Paulet t. 35, f. 4. — Niveum; pileo submembranaceo, tenaci, plano, subinfundibuliformi, obliquo, levi (sub lente sericeo); stipite excentrico, gracili, elastico, villosa; aculeis tenuibus, æqualibus, acutis.

Hab. in silvis Europæ. — Pileus 3-4 cm. latus.

II. **PLEUROPOUS** Fr., *Pleurodon* Pat., *Auriscalpium* Karst. olim. — Subdimidiata, stipite laterali. Cfr. *H. Caput-medusæ*.

56. **Hydnum occidentale** Paul. t. 32, f. 1-2, Fr. Hym. Eur. p. 606. — Pileo dimidiato, carnosolento, undulato, rugoso, azonaco; stipite crassissimo, amplo, lacunoso, albido; aculeis gracilibus, fusco-nigris.

Hab. ad basin truncorum Galliæ occidentalis et Germaniæ. — Magnum, e Pauletio noxium. Affine americano *H. adusto*.

57. **Hydnum orientale** Fr. Epicr. p. 510, *H. Auriscalp.* Lour. Coch. p. 693. — Candidum; pileo dimidiato, plano, levi; stipite brevi crasso.

Hab. ad arborum radices in Cochinchina. — Magnum, totum candidum, pileo crassissimo «subtus villis duris aspero.»

58. **Hydnum adustum** Schwein.! Car. n. 977, t. 2, f. 7-9, Fr. Epicr. p. 510. — Integrum dimidiatumque; pileo lento reniformi velutino lutescenti-pallido, sæpe fusco-zonato; margine aculeisque nigrescentibus.

Hab. ad ramos dejectos frequens in Carolina inf. Amer. foeder. (RAVENEL), New York (SARTWELL), Newfield New Jersey, Ohio (T. G. LEA). — Caro sicca, firma, lenta potius quam coriacea. Stipes firmus, compressus, inæqualis, tomentosus, 2,5 cm. longus, centralis

v. *lateralis*. Pileus 5-8 cm. latus, alutaceus v. albidus, ad peripheriam fusco-zonatus: etiam cinerescens videtur. Aculei longi regulares, admodum conferti, primo lutescentes, mox quasi adusti.

59. **Hydnum luteolum** Fr. Syst. Myc. 1, p. 408 (n. 1, 2 inter dubia), 6670
Hym. Eur. p. 607, *H. auriscalpium* Vill. Delph. p. 1013 exacte congruum. — Minutum, cæspitosum; pileo carnoso, spathulato v. reniformi, levi, glabro stipiteque crasso, brevi, laterali luteolis; aculeis æqualibus, pallidis.

Hab. ad ramos exsiccatos Padi in Europa. — Stipes vix 2½ cm. longus; pileus 1¼ cm. longus.

60. **Hydnum Auriscalpium** Linn. Suec. n. 1260, Fr. Syst. Myc. 1, 6671
p. 406 cum ampla synonymia, Hym. Eur. p. 607, Schaeff. t. 143, Bull. t. 481, f. 3, Fl. Dan. 1020, f. 1, Curt. Lond. t. 190, Bolt. t. 90, Pat. Tab. 146, Gill. C. F. c. ic., Sowerb. t. 267, Krombl. t. 50, f. 15-17. — Pileo dimidiato, coriaceo, reniformi, hirto, e spadiceo nigricante; stipite verticali, gracili, radicato, hirto, concolore; aculeis tenacibus, spadiceis; sporis globosis vel subglobosis, uniguttulatis, nubiosis, hyalinis, 4-5 = 4.

Hab. ad conos Pini ubique in Europa et in statu New York Amer. fœder., Oneida, (H. A. WARNE). — Pileus 8-25 mm. latus, interdum lobis circumscriptis integer apparet; stipes 5-8 cm. longus.

61. **Hydnum nanum** Sauter in Hedwigia 1877, p. 73, Winter Pilze, 6672
p. 384. — Cæspitosum, nanum, 12-13 mm. altum, fusco-cinereum; pileo submembranaceo, levi, glabro, semicirculari, 5-7 cm. lat.; stipite brevissimo, 2-4 mm. longo, filiformi, nudo; aculeis linearibus, albidis, in stipitem decurrentibus.

Hab. in ligno pineo in Dürnberg pr. Hallein Salzburg, 1000 m. alt. (RICHTER).

62. **Hydnum schizodon** Lév. Champ. exot. p. 204. — Pileo coriaceo, 6673
horizontali, adpresse fibroso, cinereo-fusco, zonato, in stipitem brevem sensim attenuato; aculeis compressis, palmato-divisis, lutescentibus.

Hab. ad truncos, Jalapa. — Pileus 3-4 cm. lat.; stip. 3-4 mm. l.

63. **Hydnum guaraniticum** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 65. — Pileo 6674
dimidiato-expanso 3-4 cm. diam., 1,5-2,5 cm. lat. ant. post., coriaceo-membranaceo 0,4-0,5 mm. crass., flexili sed non flaccido, applanato; margine recto, acuto, integerrimo, postice truncato subreniformi ibique vix sed dorso, stipitato v. tuberculato-adnato, minute adpresseque velutino, fere tantum tactu, postice sordido pallescenti-carneo et sæpe obsolete concentricè zonato vel undulato,

marginem versus fulvescenti-albescente v. alutaceo. totus concolore fibroso-flocculoso, compactiusculo; hymenio albido; aculeis confertiusculis, ex albido griseo-carneis, subceraceo-tenacellis, conico-teretibus, albis pruinaula carnea conspersis, longiusculis 0,5-0,7 mm. long. 0,15 mm. crass., apice obtusiuscule acutatis, marginem versus gradatim abbreviatis ac zona sterili latiuscula 1 mm. lat., circumscriptis, donato, postice sub stipite semper ac manifestissime marginato.

Hab. in silvis ad truncos foliis patrescentibus atque humo obvolutos prope Paraguari. — Stipes quandoque vix evolutus ac tuberculiformis, quandoque majusculus 1 cm. long., 6-8 mm. cr., subcompressus, horizontalis v. incurvato-verticalis subdorsualis, inferne semper marginatus, e suberoso coriacellus, extus pallide corneofuscus, minutissime pruinoso-velatinus.

III. MERISMA FR., *Dryodon* Quéf. p. p. *Friesites* Karst. olim. — Ramosissima v. tuberculiformia v. immarginata.

* Ramosissima.

64. **Hydnum umbellatum** Marchand in Fries Hym. Eur. p. 607. — 6675
Ramosissimum; pileolis umbilicatis infundibuliformibusque, cinerescens; stipite crasso, lento, dichotomo, albo-lutescente; aculeis, confertis, elongatis.

Hab. in fagetis umbrosis Luxemburgii. — Mirabilis species, cum *Polyporo umbellato* analogo, solitaria, 25-30 cm. alta; stipes communis irregulariter compressus v. angulatus, ramis erectis albidioribus; pileorum margo sinuato-crenatus, dein recurvus.

65. **Hydnum helvolum** Lév. Champ. exot. p. 204. — Cæspitosum; 6676
pileo carnoso, flabelliformi, nudo, undulato, obsolete zonato, helvolo, in stipitem brevem sensim attenuato; aculeis integris, cylindricis, croceo-fuscis.

Hab. ad truncos in iusula Java. — Pileus 10-12 cm. lat.

66. **Hydnum coralloides** Scop. Carn. 2, pag. 472, Fr. Syst. Myc. I, 6677
p. 408, Hym. Eur. p. 607, Sverig. atl. Svamp. t. 34. Schaeff. t. I 42, Sowerb. t. 252, Pat. Tab. 357, Rich. Atl. t. 64, f. 6-11. Krombh. t. 51, f. 4-7, *H. ramosum* Bull. t. 390. Clusii Pern. gen. XXV. — Ramosissimum, candidum, demum lutescens, totum solutum in ramos attenuatos intricatos; aculeis unilateralibus, subulatis, integris; sporis globosis, uniguttulatis, hyalinis, 4-6 μ . diam.

Hab. ad ligna putrida frequens in Europa, pr. Minussinsk Sibiriae asiaticae et in Amer. foeder. — In Smolandia tantum legit

Fries ad Fagos, in Uplandia ad Abietes. Speciosum, esculentum. Pileus $\frac{1}{2}$ mm. et ultra latus. Synonyma copiosa videas in Fr. Syst. Myc. E specimine *Hericii stolaetii* Schrank ab cel. Strauss Friesio communicato hoc ab *Hydno coralloide* haud diversum videtur. Pingit enim Fries hoc obverse pictura aculeis verticaliter erectis, qui in *H. coralloide* penduli terram definite spectant. Differt tamen (ex icone) aculeis in ramorum apicibus dense fasciculatis, longioribus, qui in *H. coralloide* unilaterales.

67. **Hydnum aciculare** Sacc. Mich. II, p. 154, *H. coralloides* Sacc. 6678

M. V. Spec. p. 58, nec Auct. — Dendroideum, sursum repetito ramosum, 5-6 cm. altum, sordide album trunculo nudiusculo vel partim echinato 1 cm. crasso, carnosio-tenaci intus concolori, farcto; aculeis ubique crebre inspersis, anguste acicularibus, 3-4 mm. long., $\frac{1}{4}$ - $\frac{1}{2}$ mm. basi crassis; sporis globosis, 2-3 μ . diam., 1-guttulatis, hyalinis.

Hab. in trunculis putridis ad terram in agro Tarvisino Ital. bor. — Ab *H. coralloide* (quocum genuino comparavi) abunde differt aculeis copiosioribus, multo tenuioribus, sporis dimidio minoribus (in illo spor. globosæ 5-5 $\frac{1}{2}$, 1-gutt. hyalinæ).

68. **Hydnum Spongiola** Sacc. Mich. II, p. 155. — Cæspitiforme v. 6679

subdendroideum, dense repetito-ramosum, subrotundum, 1 $\frac{1}{2}$ -2 cm. album crassumque, albo-lutescens, trunculo brevi nudiusculo, 3-4 mm. cr., carnosio-tenaci, e cavo farcto; aculeis ubique copiosissimis, densis, breve acicularibus, vix 1 mm. long., $\frac{1}{8}$ mm. cr.; sporis non visis.

Hab. ad terram arenosam prope Hortum Patavinum Ital. bor. (BIZZOZERO). — Siccando contrahitur et spongiolam æmulatur. Etsi sporas non viderim, species habitu tam peculiari pollet ut cum ceteris confundi non possit.

69. **Hydnum Sprucei** Mont. Syll. Crypt. n. 563. — Delicatulum, pal- 6680

lidum, totum in ramos secundos incurvos solutum; aculeis subulatis unilaterialibus.

Hab. supra ligna putrida apud Sanctum-Gabriel, Rio-Negro Amer. merid. (RICH. SPRUCE). — 2 $\frac{1}{2}$ -5 cm., setiforme, secunde ramulosum, pectiniforme, ramulis paucis. Aculei delicatuli, 2 mm. longi, uno latere versi, subulari, puberuli.

70. **Hydnum fasciculatum** Lamotte Flor. mycol. de la Belgiq. I, 6681

p. 430. — Ramosum, flavescenti-griseum, in ramos solutum, ramorum divisionibus ultimis membranaceis plus minus latis, margine laciniato, lobato vel dentato; aculeis tenuibus, subulatis, integris,

brevibus, ad divisionum membranacearum faciem inferiorem insertis.

Hab. inter muscos, ad ligna humida in silva Séroulle prope Verviers in Belgio. — Imbricatum et cæspitosum. Stipes 2 cm. circiter longus, 1-2 mm. crassus.

71. **Hydnum thelephoreum** Lév. Champ. exot. p. 204. — Pileo sub- 6682
carnoso-erecto, compresso, undulato, laciniato, crispo, tenuissimo tomentoso, demum glabrato, fusco, in stipitem longum compressum canaliculatum porrecto; aculeis confertis, minutis, granulosis, ferrugineis.

Hab. ad terram, Cayenna et Chih. — Stipes 2-3 cm. long. Si resupinatum videretur *Grandinia*.

72. **Hydnum clathroides** Pall. Russ. Reis. 2, t. k, f. 3, Fr. Epicr. 6683
p. 511. — Ramosissimum, cinereum; ramis anastomosantibus; aculeis unilateralibus, filiformibus.

Hab. ad truncos putridos in pineto Kosmalensi circa Obum fluvium in Rossia asiatica. — Substantia mollis, lenta. Truncus a basi multifidus, ramis fasciculatis, crebre anastomosantibus, superne papillis minutis muricatis, subtus aculeis aliquot mm. longis confertissimis hirtis.

73. **Hydnum ramosum** Schw. Carol. n. 996, Fr. Epicr. pag. 511. — 6684
Ramosum, pallidum, totum solutum in ramos laxos incurvos distinctos; aculeis longissimis, rectis, serratis.

Hab. in America boreali. — Minutum.

74. **Hydnum palmatum** Hook. in Kunth Syn. p. 11, Fr. Epicr. p. 511. 6685
— Pusillum, inciso-palmatum, flavo-fuscum, apice multifidum, superne, glabrum substriatum; aculeis criniformibus, longissimis, fulvis.

Hab. in truncis putridis ad flumen Magdalenæ, regione calidissima. — Sessile, piteatum 4 mm. tantum longum, 2 mm. latum, varie profundeque incisum.

75. **Hydnum plumarium** B. et C. Cub. Fungi. n. 342. — Album (siccum 6686
ochraceum); pileo ex infundibuliformi fisso-palmato fimbriatoque, lineato, depresso, tomentoso, subzonato; stipite gracili tomentoso; aculeis brevibus, obtusis, hic illic complanatis; hymenio quandoque subporoso.

Hab. ad ramulos in silvis Cubæ (C. WRIGHT).

76. **Hydnum Cuput-ursi** Fr. Monogr. II, p. 278, Icon. t. 7, Hym. Eur. 6687
p. 608. — Carnosum, tuberculiforme, immarginatum, pendulum, album, ambitu undique solutum in ramos breves, ramulosos, in aculeos deflexos, subulatos abeuntes.

Hab. ad truncos Sueciæ rarum, sed ex Karsten in Fennia *H. coralloide* vulgatus. — Inter vicina medium, sed ab omnibus aculeorum (proprie ramulorum) fabrica diversum. Corpus solidum, 20 cm. usque longum, 8 cm. crassum; ramuli vero 2½ cm. modo longi.

** Simplicia, tuberculiformia, immarginata.

77. **Hydnum Erinaceus** Bull. t. 34, Fr. Syst. Myc. I, p. 407 cum ⁶⁶⁸⁸ syn., Hym. Eur. p. 608, Vittad. t. 26, Krombh. t. 51, f. 1-3, Gill. Ch. F. c. ic., Rich. Atl. t. 64, f. 1-5, Berk. Outl. p. 259. — Carnosum, elastico-tenax, pendulum, tuberosum, immarginatum, album, lutescens, superne fibrilloso-lacerum; aculeis longissimis, rectis, æqualibus, pendulis; sporis globosis, levibus, 5½-6 μ . diam. quandoque subovoideis, 1-nucleatis, hyalinis.

Hab. ad truncos Quercus. Fagi in Europa et Amer. fœder. — Spectabile, versiforme, perfectissimum cordiforme, sæpe cum stipitis lateralis rudimento. Intus quasi ramoso-cancellatum, Pileus 10-20 cm. longus et latus inferne in stipitem 8 cm. usque crassum abiens; aculei 3-6 cm. longi.

78. **Hydnum Caput-medusæ** Bull. t. 412, Fr. Syst. Myc. I, p. 409 c. ⁶⁶²⁹ syn., Hym. Eur. p. 608, Berk. l. c. — Carnosum, tuberculiforme, substipitatum, album, dein fuligineo-cinereum; aculeis superne distortis, inferis longis, rectis.

Hab. ad truncos Galliæ maxime occidentalis, Angliæ rarissime, sed ut plures regionis citatæ privæ species (v. c. *Boletus parasiticus*) frequenter in America fœder. — Hinc *Hydnum occidentale* ab *H. adusto* forte non satis diversum. Pileus 10 cm. diam.

79. **Hydnum Omasum** Panizzi in Comm. Critt. Ital. I, p. 175. Fr. ⁶⁶⁹⁰ Hym. Eur. p. 608, Schröt. in Hedew. 1876, p. 136. — Sessile, carnosum, subrotundum, immarginatum, superne conferte tuberculatum verrucisque conspersum, fulvo-luteolum; aculeis crassis, brevibus, concoloribus.

Hab. ad truncos Quercus, S. Remo (PANIZZI) et Acaciæ lophanthæ, Bellagio Ital. bor. (SCHRÖTER). — Amplum, *H. Brymaceo* proximum. Caro fibrillosa, molliuscula, alba; sporæ globulosa, 4 μ . diam. hyalinæ.

80. **Hydnum Ramaria** Fr. Syst. Myc. I, p. 410, Hym. Eur. p. 608, ⁶⁶⁹¹ Secr. n. 26. — Carnosum, effusum, immarginatum, substalactitium, e luteo purpurascens; aculeis longissimis, pendulis, basi ramoso-connatis apiceque subdivisis.

Hab. ad ligna cariosa Europæ rarissime. — E sede versiforme, 5 cm. longum, absque trunco et pileo reflexo sed aculei basi connati et stromate juncti. Color e pallido demum fere nigrescens. Species dubia, loco abscondito facile personata, sed priori manifeste affinis. Cfr. Batt. t. 33, C.

81. **Hydnum Schiedermayeri** Heufler in Oesterr. Zool. Bot. Zeitschrift 6692
1870, p. 33-38, Fr. Hym. Eur. p. 609, Kalchbr. Ic. t. 38, f. 4. — Carnosum, late effusum, immarginatum, tuberculoso-stalactitium, e sulphureo carneum, in luce rufescens; aculeis longis, subulatis, foliaceo-compressis apiceque incis, albo-fimbriatis.

Hab. in truncis cariosis Mali, lectum in Austria, Hungaria, Slavonia. — Sub cortice emortuo effunditur massa carnea, informis, plur. diam. longa, quæ per rimas propullulans liberius evoluta in gomphos abit stalactitios, superne granulis tuberculisque confluentibus, pruinoso-mucidis tectos. Caro grumosa, sulphurea, interne sæpe cavernosa sec. Kalchbr. in litteris. Sporæ ovoideæ 7 μ . long. — Teste Quélet in XI Suppl. p. 14 huc spectat *Hydnum luteo-carneum* Secr. Myc. Suiss. Hyd. n. 26, nomen multo anterius.

82. **Hydnum minutum** Schum. Saell. p. 394, Fr. Syst. Myc. I, p. 412, 6693
Hym. Eur. p. 609, Fl. Dan. t. 1789, f. 1. — Pusillum, tuberculiforme, albido-ochraceum, superne læve; aculeis longiusculis, inæqualibus, deflexis.

Hab. ad palos abiegnos Europæ raro. — 2 mm. vix excedens, *Hydno fasciculari* accedens.

83. **Hydnum opalinum** Quélet. Quelq. esp. p. 14, t. XI, f. 15. — Ce- 6694
raceum, foveolatum, pruinosum, glaucum vel cinerescens, deiu junquilleum; margine radiato, pubescente et mycelio albo concolore; aculeis ramosis vel fasciculatis, pendulis, acicularibus, 1-2 mm. longis, glabris, opalinis vel hyalinis; sporis ovatis, 6-8 μ . long., subtiliter granulatis, hyalinis.

Hab. ad radices Populi, Champagne Gallie (BRIARD). — *H. minuto* affine.

IV. APUS Fr., *Dryodon* et *Leptodon* Quélet. e. p. — Pileus sessilis, dimidiatus, marginatus, sæpe effuso-reflexus.

* Pileo carnoso, molli (*Creolophus* Karst.)

84. **Hydnum corrugatum** Fr. Syst. Myc. I, p. 414, Hym. Eur. p. 609, 6695
Linnaea V, p. 520, Sverig. ad. Svamp. t. 16, II, *inequale* Lindbl. — Carnosum; pileis numerosis, imbricatis, villosis, in tuberculum

compactum dense cæspitoso-concrescentibus; aculeis inferis, longis, subulatis, æqualibus.

Hab. ad truncos betulinos in Suecia et Germania. — Species valde insignis, statura *Polypori confluentis*, pileis basi compactis subramosa, quo ad Merismata accedit, sed in optime evolutis specimenibus pilei marginati et manifesta cum sequentibus affinitas. Aculei $2\frac{1}{2}$ cm. usque longi; spore 2-3 μ . diam.

85. **Hydnum cirratum** Pers. Syn. p. 558, Fr. Syst. Myc. I, p. 411, ⁶⁶⁹⁶ Hym. Eur. p. 609, Sverig. atl. Svamp. t. 71, f. 1, Fl. Dan. t. 1789, f. 2, Weinm. p. 361, Berk. et Br. n. 1370, *II. paradoxum* Schultz Starg. p. 492. — Pileo carnoso, expanso, superne aculeis sparsis decumbentibus, abortivis cirrhato-fibrilloso, pallido, margine fimbriato, incurvo; aculeis longissimis, tenacellis, æqualibus; sporis globosis, hyalinis, 2,3 μ . diam.

Hab. ad truncos Fagi, Quercus, Betulæ in Europa, pr. Miusinsk Sibiricæ asiaticæ, in Quereu in Carolina inf. Amer. fœder., in Alabama (BEAUMONT), in Ohio (LEA), in Liriodendro in Carol. inf. orbiculare, resupinatum, subtus spongiosum. — Pileus 2-7 cm. latus; cirri 4-6 mm. longi; aculei 10-18 mm. longi. Simplex v. imbricatum. Variat quoque album, flavescens, rufescens.

86. **Hydnum diversidens** Fr. Syst. Myc. I, p. 411, Hym. Eur. p. 609, ⁶⁶⁹⁷ Sverig. atl. Svamp. t. 71, f. 2, Krombh. t. 51, f. 8-12. — Pileo carnoso, substipitato, valde difformi, albo, superne dentibus erectis, variis, incisus dense obsito, margine integro aculeis clavatis et subtus aculeis integris, subulatis, regularibus vestito.

Hab. ad truncos Betulæ in Europa. — Pileus 5 cm. usque latus, 3 cm. usque crassus; aculei 5-15 mm. longi. Fungus aculeis triplicis generis singularis. *II. cirrato* affinis, sed haud cæspitosus magis difformis, passim lobatus.

87. **Hydnum fulgens** Fr. in Vet. Ak. Förhandl. 1852, p. 130, Icon. ⁶⁶⁹⁸ t. 10, f. 2, Monogr. II, p. 278, Hym. Eur. p. 610. — Pileo spongioso-fibroso, molli, postice porrecto, marginem versus dilatato, undulato lobatove, aurantio-fulvo, superne undique fibrillis, marginem integrum versus adpressis, mollibus, tenuissimis hispido; aculeis inæqualibus, compressis apiceque incisus, pallidioribus.

Hab. ad truncos in monte Omberg Ostrogothiæ. — Insigne generis decus. Vulgo e 2-4 pileis imbricatis, connatis compositum. Caro recens spongioso-uda, sicca fragilissima.

88. **Hydnum Stohlii** Rabenh. Hedw. 1873, p. 113, Fr. Hym. Eur. ⁶⁶⁹⁹ p. 610. — Sessile, postice attenuato-porrectum; pileo coriaceo-te-

naci, antice flabelliformi-dilatato, levi, nudo, aurantio-fulvo, margine tenui, reflexo; aculeis subulatis, aurantiacis, apice obtusiusculis, integris.

Hab. ad truncos arborum frondosarum prope Salzburg Austriae. — Statūra, colore omnino convenit cum *H. fulgenti*, sed e descriptione recedit carne tenaci, pileo nudo expallente et aculeorum forma.

89. *Hydnum discolor* Fr. Epicr. p. 513, *H. agavicoides* Swartz Fl. 6700 Ind. Occ. III. p. 1927. — Pileo carnoso, levi, pallido; aculeis subulatis, æqualibus, ferrugineis.

Hab. in truncis semimortuis Jamaicae temperationis Amer. centr. — Pileus postice attenuatus, semirotundus, crassus, supra convexus, subtus planiusculus, 5 cm. diam. et ultra. Substantia recens fragilis albida, dein lenta. Aculei confertissimi, 7 mm. subsucculenti, diaphani, subinde obtusi, juniores forte albescentes.

90. *Hydnum leoninum* Fr. Syst. Myc. I, p. 411, Hym. Eur. p. 610. — 6701 Pileo carnoso, basi lata adnato, levi, glabro, luteo; aculeis subulatis, æqualibus, acutis, pallidioribus.

Hab. ut plurimæ hujus tribus ad Betulæ truncos, etiam vivos locis cariosis in Suecia sed raro. — Variat tuberculiforme margine obtuso et applanatum margine acuto. Caro mollis, alba. Oidium magnitudine 5 cm. et ultra.

91. *Hydnum Boyeanum* Mont. Ann. 2, IV, p. 194, Syll. Crypt. n. 564, 6702 Fr. Epicr. p. 513. — Pileo carnoso, molli, crasso, subvelutino, fuscescente; aculeis confertis subulatis angulato-compressis strictis, olivaceis, apice brunneis, pellucidis.

Hab. ad ligna putrida, Cahiræ ad Palatium Ibrahimi (Bové).

92. *Hydnum pulcherrimum* B. et C. in Kew. Gard. Misc. I, p. 25, Dec. 6703 n. 225. — Dimidiatum, crasse lobatum, spongiosum, carnoso-fibrosus, hirsutum, intus zonatum; margine tenui; aculeis breviusculis, subulatis.

Hab. pr. fluvium Santee in Amer. fœder. (RAVENEL). — Pileus 15 cm. long., 7 cm. long., 5, cm. cr.

93. *Hydnum friabile* Fr. Nov. Symb. Myc. p. 106. — Pileo sessili, 6704 carnoso, fragili, applanato, floccoso-scabro, albido; aculeis subulatis, longis, inæqualibus, subdistantibus, ochraceis.

Hab. ad truncos Americae borealis (CURTIS). — Pileus dimidiatus transversim ad plura cm. dilatatus, planus e tomento confluyente in superficie scabrosus et maxime inæqualis, nodulosus, scrobiculatus etc., 2,5 cm. et ultra latus, azonus, albus siccus alu-

taceus, margine stricto acuto; contextus carnosus, at siccus lentofragilis, floccosus, sæpe a larvis corrosus; aculei subulati interdum compressi, ad 6-10 mm. elongati, acuti, solito magis inter se distantes, at basi nullo modo connexi, ochracei, siccitate mellei. *II. pulcherrimum* Berk. et Curt. aculeis multisque notis conspicue differt.

94. *Hydnum meruliformes* B. et Br. F. Brisb. II, p. 63, t. XIII, f. 4. 6705

— Pileo dimidiato, crasso, extus glabro, pallido, lineis prominulis rugoso; hymenio vivide aurantiaco; aculeis cylindricis obtusis.

Hab. in lignis fabrefactis Brisbane Australiæ (P. M. BAILEY).

— Pileus circ. 3,5-4 cm. diam., 2,5 cm. long., aculei circ. 2 mm. longi. Primitus *Merulium tremellosum* simulat sed hymenio *Hydri*.

** Cæspitosa, pileis imbricatis, vulgo lentis, tenacibus. Nobilissima (*Climacodon* et *Glorodon* Karst.).

95. *Hydnum septentrionale* Fr. Syst. Myc. I, p. 414, Fr. in Linn. V, 6706

pag. 521, cum descr. Icon. t. 9, 10, f. 1, Hym. Eur. p. 610, *H. giganteum* Rabenh. Hedw. 1870. — Carnoso-fibrosum, lentum, pallescens; pileis innumeris, planis, scalaribus, postice in corpus crassum solidum connatis; margine stricto integro; aculeis confertissimis, gracilibus, æqualibus.

Hab. ad truncos cariosos Fagi in Smolandia, Ulmi in horto botan. Upsaliensi quotannis, Aceris in Fennia, arborum frondosarum in Germania, Tiliæ in Alabama Amer. foeder. (PETERS), in Suecia etiam in Ulmo cava lectum β . *hortense* minus, effuso-reflexum; hoc etiam in horto Paulowskiano lectum a WEINMANN. — Cæspites densissimi pileis 30-90 cm. lat. 5-scalaribus in corpus crassum, solidum, basi plana truncis adnatum vel cuneata intrans, coalitis; pileus singulus 5-15 cm. latus, utrinque planus 3 cm. haud crassus; aculei setacei 12 mm. longi. Maximum hucusque cognitum *Hydnum* capitis magnitudine.

96. *Hydnum incanum* Lév. Champ. Mus. p. 144. — Gregarium; pi- 6707

leis membranaceis, carnosocoriaceis, sessilibus, zonatus, tomentosus, albis, subtus concavis, aculeis teretibus elongatis concoloribus.

Hab. ad cortices Brasiliæ meridionalis (DUPRÉ). — Pileo tenuissimo dignoscenda species.

97. *Hydnum conchatum* Fr. Nov. Symb. Myc. p. 106. — Pileo ses- 6708

sili, coriaceo, subrotundo, concentricè sulcato, floccoso-levigato, albo; aculeis subulatis, gracillimis, æqualibus, fuscis.

Hab. in truncis in insul. ocean. Oahu (DIDRICHSEN). — Pilei di-

miliati imbricati, coriacei, tenues sat molles (substantia Sterei), obovati, subrotundi v. semicirculares sulcis concentricis minus profundis exarati sed absque zonis discoloribus, toti albicantes, villo vix pereceptibili adpresso, villo deterso; juga interdum abeunt in zonas fulvello-fuscescentes; margo regularis, tenuissimus, hymenium excedens; aculei gracillimi, confertissimi, eximie regulares, subulati, pallide fusci.

98. **Hydnum Aitchisoni** Berk. in Grevillea IV, p. 137. — Pileis imbricatis, pallidis, subtiliter tomentosis, glabratis, margine inflexis lobatis fissis; stipite communi centrali crasso, quandoque obsoleto; aculeis tenuibus longis fuscescentibus, decurrentibus. 6709

Hab. ad Gulmarg ad 2500 m. alt. Kashmir, in diebus pluviabilibus. — Esculentum. A nativis *Ryle-gub* nuncupatur. Recens circiter 8 cm. latum, valde polymorphum; stipes, ubi distinctus, 12-18 mm. longus, 12 mm. crassus; aculei 8 mm. longi. Singulare est quod ibi *Russata alutacea* minime existimatur vesca.

99. **Hydnum dryinum** Dur. et Lév. Expl. Alg. t. 32, fig. 2 (sine diagnosi). — Subcæspitosum, dimidiato-sessile, explanato-convexum, margine subinecurvum, rufo-cinnamomeum, tenax (?), rimulosum v. striatum, glabrum; aculeis crebris cuspidatis, integris, cinnamomeis, inæqualibus; carne albida. 6710

Hab. ad truncos quercinos in Algeria.

100. **Hydnum decurrens** B. et C. Fung. of Cub. n. 346. — Imbricatum, postice decurrens, confluens, album, exsiccatum pallidum; pileo rugoso, sulcato-zonato, irregulari, tomentoso; hymenio hic illic sterili; aculeis subulatis acutis. 6711

Hab. ad truncos emortuos erectos Cubæ (C. WAGERT). — Ob confluentiam 5-8 cm. latitudinem adæquans.

101. **Hydnum geogenium** Fr. in Vet. Ak. Förh. 1852, p. 131, Monogr. II, p. 279, Icon. t. 8, Hym. Eur. p. 610, *H. sulphureum* Kalchbr. Enum. c. icon. — Imbricato-multiplex, concretescens, irregulare, e sulphureo fuscescens; pileis carnosio-fibrosis, lentis, inæqualibus, villosis, passim stipitato-porrectis; aculeis brevissimis, acutis, integris; sporis globulosis, muriculatis, hyalino-flavidis, 3-4 μ . diam. 6712

Hab. ad terram nudam, vulgo ad latera arenosa fossarum et viarum, pluribus Sueciæ locis, lectum; in Fennia (KARSTEN), in Hungaria (KALCHBRENNER), inter radices Abietis putrescentes in silva Cansilio Treviso Ital. bor. (SPEGAZZINI). — Nulli alii affine. Mycelium floccosum, late sulphureum, terram perreptans; pilei nunc

effuso-reflexi, longitudinaliter concrecentes, nunc liberi, immo porrecto-stipitati, colliculosi.

102. **Hydnium multiplex** Fr. Vet. Ak. Förh. 1851. pag. 54, Monogr. 6713 II, p. 277, Icon. t. 6. f. 2, Hym. Eur. p. 611. — Pileis coriaceis, numerosissimis, imbricato-concrecentibus, radiato-striatis, velutinis, fusciscentibus, flabelliformibus vel spathulato-cuneatis et postice in stipitem lateralem horizontalem productis; aculeis confertis, subtilibus, plumbeis.

Hab. ad truncos vetustos pluries lectum in silva Nosten, haud procul ab Upsalia Sueciæ et in Germania. — Neque huic affinis species descripta, nisi forsitan sequentes a Michelio olim lectæ. Stipes horizontalis pro pileo elongato modo censendus ut in *Polyporo quercino*. Præcedentibus minus. Pileus 4 cm. modo longus, 2 mm. crassus; integer cæspes 8 cm. latus, reniformis.

103. **Hydnium orbiculatum** Fr. Syst. Myc. I, p. 412 cum syn., Hym. 6714 Eur. p. 611, Michel. t. 64, f. 3. — Imbricatum; pileis conchatis, villosis, albis; aculeis tenuibus, griseis.

Hab. in truncis Italiæ. — Post Micheliolum vix lectum, sed e descriptione et icone species manifeste distincta. Pilei 5 cm. lati.

104. **Hydnium pectinatum** Fr. Syst. Myc. l. c. cum syn., Hym. Eur. 6715 p. 611, Mich. l. c. f. 4. — Imbricatum; pileis effuso-reflexis, hirsutis, albis; aculeis subulatis, concoloribus.

Hab. in Italia. — Pilei videntur tenues, concrecentes, $2\frac{1}{2}$ cm. et ultra lati. Substantia ignota. Michelius insuper duo alia, *H. populinum* et *H. ilicinum* (cfr. Fr. Syst. Myc. I, p. 415), sine iconibus notat, a nullo recentiorum lecta.

*** Simplicia, pileo coriaceo v. suberoso (*Climacodon* et *Gloiodon* Karst.).

105. **Hydnium strigosum** Swartz Act. Holm. 1810, p. 250, Fr. Syst. 6716 Myc. I, pag. 414, El. p. 133, Hym. Eur. p. 611, Sommerf. Lapp. p. 279, Weinm. Ross. pag. 363, *H. parasiticum* Pers. Ic. descr. t. 14, f. 1 et Nees Syst. f. 245 [haud bone]. — Pileo suberoso-coriaceo, rugoso, setis strictis hispido, ferrugineo-fusco; aculeis longissimis, æqualibus, ex albo badiis, siccis cinereis.

Hab. ad Betulas, Pados etc. Europæ borealis partem, semper solitarium, in trunco Fraxini prostrato Portville New York Amer. fœder. (Рѣска). — Setosarum *Hexagonarum*, *Tramætum* etc. typum hunc solum exhibet in septentrione. Sporæ 3-5 μ . (Karst.), 6 \approx 4 (Britz.).

106. **Hydnium hirtum** Fr. Epier. pag. 514, Hym. Eur. pag. 612. *H.* 6717

twescens Pers. Myc. Eur. 2, pag. 174. — Pileo suberoso-coriaceo, subzonato, subferrugineo; aculeis brevibus, confertis, æqualibus, concoloribus; sporis globoso-angulatis, hyalinis, 3 μ . diam.

Hab. ad truncos Gallie, Belgie, Germaniæ et in truncis emortuis Carpini Betuli in agro Tarvisino Italiæ bor. — Pileus vulgo concentricè sulcatus.

107. *Hydnum pudorinum* Fr. El. p. 133, Hym. Eur. p. 612, Weimm. 6718 Koss. p. 363, *H. dicroum* Pers. Myc. Eur. 2, p. 213. — Pileis coriaceis, effuso-reflexis, azonis, villosis, albis; aculeis confertis, curtis, æqualibus, rubicundis.

Hab. ad ramos Alni et Betulæ in Europæ terris septentrionalibus, sed etiam Quercus in Gallia sec. specimina a Delastre Friesio missa et ad ramulos arborum pr. Minussinsk Sibiriae asiaticæ et in Africa austr. — Irregulare, concrescens. Ab *H. hirtio* vix pileo albo, aculeisque roseis (ex ætate?) recedit; quapropter nostrâ sententiâ mera varietas censenda est. Sporæ 5 μ . long.

108. *Hydnum olivaceum* (Schw.) Fr. Epicr. p. 514, *Sistoltr.* Schwein. 6719 Car. n. 952. — Pileis coriaceo-membranaceis, flexuosis, zonatis, pilosis, umbrinis; aculeis spatulatis, olivaceis.

Hab. ad truncos Andromedæ arboreæ emortuos Carolinæ. — Sessile, sæpe effusum, tenerum. Pilei 12 mm. lati, imbricati, deflecti, strigoso-pilosi; aculei minus conferti, subobliqui, compressi, apice subtumentes, pallidiores, pruinosi.

109. *Hydnum Rhois* Schwein. Car. n. 978, Fr. Epicr. pag. 514. — 6720 Pileo coriaceo, semiorbiculari, hirsuto, zonato, albido; dentibus longis, subdifformibus, compressis, ochraceis.

Hab. in Carolina Amer. fœder. passim, Rhois radicans incolæ. — Polyporum velutinum v. Stereum primo obtutu refert, sed *H. ochraceo* affine; tamen majus, firmius 12 mm. et ultra latum, basi haud effusa; aculei conferti, longi, ochracei, demum fuscescentes.

110. *Hydnum Barbi-russa* Kunze ap. Fr. in Linnæa V, pag. 521 et 6721 Epicr. p. 514. — Pileo coriaceo, reniformi, velutino, azono, albo; aculeis difformibus, acutis, subcompressis, pallescentibus.

Hab. ad truncos Maderæ (HOLL). — Pileus 2,5 cm. transv. long. 1 cm. lat.

111. *Hydnum flavum* Berk. Fung. Brit. Mus. p. 380, tab. X, fig. 8. — 6722 Pileo sessili saborbiculari convexo tenui, pallide flavo, glaberrimo; hymenio pallido; aculeis brevissimis granulato-denticulatis.

Hab. ad ramulos et frutices emortuos, Cubæ (C. WRIGHT), Ja-

maicæ, Venezuelæ et ad ligna emortua Brasiliæ (TRAILL). — Pileus 3 cm. lat.

112. *Hydnum brunneo-fuscum* Berk. et C. On Some new Fungi p. 129. 6723

— Pileo galeato-fibelliformi, arcuato, tenui, luteo-brunneo, glabro; hymenio pallido, setulis validis consperso; stipite brevissimo.

Hab. in ligno putri Venezuela (FENDLER). — Pileus 3,5-4 cm. lat. Peraffine *H. flavo*, utrumque aptius forte ad *Kneiffiam* referendum. Habitus utriusque pezizoideus.

113. *Hydnum fibelliforme* Berk. Hook. Lond. Journ. 1845, p. 306, 6724

Dec. n. 85, 344, * 418.* — Imbricatum coriaceum; pileis spatulato-fibelliformibus, zonatis, hirsutis; hymenio ochraceo; aculeis longiusculis, acutis, carneis, siccis ochraceis.

Hab. ad ligna quercina etc. emortua, Sikkim Indiæ, Amer. fœder., Cubæ (C. WRIGHT). — Pileus 1 cm. lat., 1½ cm. long. E plurimorum speciminum examine videtur stricte affine *H. Rhois* Schwein. Revera *H. ochracei* formis crassioribus adeo proximum, ut plerumque distingui nequeat.

114. *Hydnum ochraceum* Pers. Syn. p. 559, Fr. Syst. Myc. I, p. 414 6725

c. syn., Hym. Eur. p. 612, *H. Daviesii* Sowerb. t. 15. — Pileis effuso-reflexis, coriaceis, tenuibus, zonatis, ochraceis; aculeis minimis, ochraceo-carneis.

Hab. ad truncos Pini in Europa, in ins. Ceylon (TRAWAIES), in Florida Gainesville, Amer. fœder. in Cuba, Amer. centr. (C. WRIGHT), in ins. Juan Fernandez, Amer. merid. et in Australia. — Pusillum 2-8 cm. latum, interdum totum resupinatum, a quo vix recedunt *H. microdon* Pers.; sporæ 5 μ . — **tenerum* Sacc. Fungi Gall. n. 2182: minus, resupinatum margine secedente subreflexo, tenui-membranaceo, pallido, non zonato; aculeis minimis subintegris, crebris, aequalibus, alutaceis. In sarmentis emortuis Rubi St. Jouis sur mer. in Gallia (LETENDRE).

115. *Hydnum reniforme* B. et C. Fungi of Ceyl. n. 345. — Pileo re- 6726

reniformi, zonato, subtiliter tomentoso lineatoque, nitido, ochraceo-umbrino, margine tenni (sicco inflexo); aculeis subulatis, acutissimis, umbrinis.

Hab. ad caudices in silvulis Cubæ (C. WRIGHT). — Deorsum late brunneum, sursum obscurius. Pileus plerumque subcuneiformis, 4 cm. latus.

116. *Hydnum Mülleri* Berk. Austral. Fungi n. 119. — E resupinato re- 6727

flexum, velutinum, subzonatum; aculeis longis, gracilibus, ochraceis.

Hab. ad Tweed River Australiæ (GUILFOYLE). — Sæpe connatum. Proximum *Irpici* sed vere *Hydnum*.

117. **Hydnum polymorphum** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 539. — Cu- 6728
neiforme, e mycelio communi effuso oriundum, postice radiato-rugosum, umbrinum, antice farinaceum, latum, marginatum; aculeis acutis, quandoque furcatis, farinosus vel subgelatinosus.

Hab. Peradeniya Ceylon (THWAITES). — Primum spongiosum, 4-5 cm. longum, quandoque conchiforme, quandoque crassas protuberantias uno latere aculeatas efformans; hymenium lutescens, tenue, rufum; mycelium *Glesteris mirabilis* simile. Species valde singularis.

118. **Hydnum glabrescens** B. et Rav. Fung. of Ceylon n. 541 et North 6729
Amer. Fung. n. 170. — Umbrium; pileo dimidiato, glabrato, concentricè sulcato; aculeis elongatis, acutis, demum compressis.

Hab. ad ligna emortua in regione centrali ins. Ceylon (THWAITES), ad Singapore pænis, Malacensis specimenulum microscopicum (O. BECCARI), ad truncos *Caryæ* in Carol. inf. Amer. fœder. (RAVENEL). — Pallide umbrinum vel rubescenti-brunneum, margine pallidiore. Pileus 2½-8 cm. latus, plus minus imbricatus et quandoque elongatus, tomentosus, gradatim glabrescens; aculei pileo concolores 2 mm. longi. Forma zeylanica ita describitur: dimidiatum plus minus zonatum, e tomentoso glabrum umbrino-cervinum; spinis tenuibus, acutis.

119. **Hydnum conchiforme** Sacc. *Hydnum plumarium* B. et C. North 6730
Am. Fungi n. 177, nec B. et C. Cuban Fungi n. 342. — Pileo conchiformi minuto, candido, villosa; aculeis acutis, tomentosis, carneis.

Hab. ad truncos *Viburni* in Carolina sup. Amer. bor. — Pileus 2-4 mm. lat., albus, conchiformis. Adest forma minuta, resupinata, margine reflexo et alia fere 2,5 cm. lat. quoque resupinata.

120. **Hydnum delicatulum** Klotzsch in Fr. Ep. 515. — Pileo effuso-reflexo, coriaceo, tenui; margine reflexo, angusto, lutescente, pagina 6731
fertili albescente; aculeis tenuissimis, regularibus, distantibus, fulvis punctata.

Hab. ad truncos Indiæ orient. et Richmond River Australiæ. — Aculei fere setacei.

121. **Hydnum phæodon** Lév. Fragm. mycol. pag. 125. — Pileis sub- 6732
membranaceis, effuso-reflexis, latere connatis, zonatis, velutinis, fulvis; dentibus longiusculis, compressis, subacutis, levibus, basi quandoque divisis, fuscis.

Hab. ad truncos dejectos insulæ Javæ. — Pilei 6-8 cm. lati; margo tenuis, undulatus, laceratus vel lobatus. *Hydno lypici* proximum.

122. **Hydnum gilvum** Berk. Hook. Journ. 1851, p. 168, Dec. n. 344, F. 6733 of Ceyl. n. 542. — Pileo flabelliformi, ochraceo, pilis cartilagineis radiantibus vestito; contextu fibroso-spongioso; aculeis acutis tenuibus teretibus, integris fuscescentibus; sporis 13-25 μ . long. nucleo magno, 5-8 μ . lato præditis.

Hab. ad ligna emortua in regione centrali ins. Ceylon (THWAITES), Darjeeling Indiæ. — Pileus 8 cm. latus, 5 $\frac{1}{2}$ cm. longus; aculei 5 cm. longi. Inter *Hydnum* atque *Tremellodon* medium.

*** Pileo membranaceo.

123. **Hydnum papyraceum** Wulf. Fr. Syst. Myc. I, p. 413, Hym. Eur. 6734 p. 612. — Niveum; pileo membranaceo, effuso, dein inflexo, levi; aculeis acicularibus, simplicibus multifidisque.

Hab. ad ramos dejectos in Europa. — Aculei sæpe fasciculati 3 mm. longi. Bona species, *H. mucido* vere affinis. *H. minimum* Bolt. t. 71 est *Lycogata* exsiccata.

124. **Hydnum rawakense** Pers. in Freyc. Voy. et in Fr. Epicr. p. 515. 6735 — Pileo subpapyraceo, glabro, zonato, lutescente; aculeis subulatis, confertis, spadiceis.

Hab. in Rawak (FREYCIER) et in Sarawak Bornei Malesiæ (O. BECCARI). — Cm. 2 $\frac{1}{2}$ lat.; a ceteris bene distinctum.

V. RESUPINATA Fr., *Hydnum* et *Acia* Karst., *Dryogdon* et *Odontia* Quéf. p. p. — Pileus nullus. Fungi absolute resupinati, e situ aculeis rectis obliquisve variantes.

* Aculeis fuscis, ferrugineis.

125. **Hydnum squalinum** Fr. Syst. Myc. I, p. 420, El. p. 139, Hym. 6736 Eur. p. 612, Rayi Syn. t. I, f. 5 (bene), *Boletus obliquus* Bolt. t. 74 e descr. Ut hujus varr. consideranda: *H. fuscescens* Schwein. Car. n. 961 (lutescens), *Sistotrema taurinum* Pers. Myc. Eur. 2. p. 191, *S. fagineum* Secr. 2, p. 503. — Subiculo coriaceo, firmo, adnato ligneo-pallescente; aculeis confertis, longis, validis, compressis, integris, demum fuscescentibus.

Hab. ad truncos, præcipue Fagi et Betule in Europa. — Majus, ceteris firmitus, e villosio glabrescens, statura et colore varium, abnorme, dentibus passim connatis, *lypici* et *Radula* simul affine. Aculei 4-6 mm. longi et ultra.

126. **Hydnum fusco-atrum** Fr. Syst. Myc. I, p. 416, Hym. Eur. p. 612 6737
Weinm. Ross. p. 364. — Subiculo crustaceo, tenui, primo glauco, flocculoso-pruinoso, dein glabro, ferrugineo-fusco; aculeis brevibus conico-subulatis, acutis, e cervino nigricantibus.
Hab. ad ligna putrida Populi, Pini, Betulæ, Fagi, Alni etc. in Europa et in trunco Magnoliæ in Carol. inf. Amer. fœder. — Var. **castaneum** Alb. et Schw. subiculo villosa, aculeis longioribus; in Populo. Fungus junior subrotundus, dein late confluentis, 1-2½ cm. latus.
127. **Hydnum membranaceum** Bull. t. 481, f. 1, Fr. Syst. Myc. I, 6738
p. 415, El. p. 135, Hym. Eur. p. 613, Sowerb. t. 327, Secr. n. 32, Weinm. p. 364, Pers. Myc. Eur. 2, p. 188 e sp. Chaill. — Subiculo effuso, ceraceo-membranaceo, adglutinato, glabro, fulvo-ferrugineo; aculeis subulatis, confertis, æqualibus, acutis, concoloribus.
Hab. ad ligna putrida, præcipue Quercus, in Europa, in regione centrali ins. Ceylon (TUWAITES) et in Carol. inf. Amer. fœder. (RAVENEL). — Variat lutescens et tenuius. Cfr. Fr. El. l. c.
128. **Hydnum molluscum** Fr. Summa Veg. Scand. p. 327 (nota), H. 6739
membranaceum Berk. Exs. n. 112 nec Fr. — Membranaceum, aridum, discernibile, albidum; aculeis gracilibus, rubellis.
Hab. ad ligna in Suecia et Britannia. — Tam ab *H. membranaceo* quam *H. subcarnaceo* diversum.
129. **Hydnum Weinmanni** Fr. El. p. 136, Hym. Eur. p. 613, Weinm. 6740
Ross. p. 365, Berk. Outl. p. 260, Pers. Myc. Eur. t. 22, f. 2 ad sicc. vix h. l. — Subiculo effuso, ceraceo-membranaceo, adglutinato, glabro, cervino-griseo; aculeis minutis, acutis, subdistantibus, æqualibus.
Hab. ad ramos dejectos Populi in Europa et ad ligna cariota Bethlehem, New York Amer. fœder. (PÆCK). — Siccum cinerescit.
130. **Hydnum Sacchari** Spreng. V. A. H. 1820, p. 51, Fr. Epier. p. 516. 6741
— Effusum, luridum; aculeis brevibus, subcurvatis.
Hab. in foliis Sacchari officinarum, Guadalupæ in mari Antillarum. — Accedit ad *H. ferrugineum*, sed hoc totum tomentosum ac ferrugineum.
131. **Hydnum crinale** Fr. Epier. p. 516, Hym. Eur. p. 613, *H. fuscum* 6742
Berk. Outl. p. 260, *H. castanei* var. Pers. [Myc. Eur. t. 17, f. 3 hoc lente auctum refert]. — Subiculo effuso, villosa-intertexto, tenui aculeisque longis, confertis, æqualibus, gracillimis, umbrinis, unicoloribus.

Hab. ad cortices dejectos in Europa, in Suecia lectum a LINDBLAD. — Aculei fere crinales.

132. **Hydnum variicolor** Fr. Epicr. p. 516, Hym. Eur. p. 613, Berk. 6743
Outl. p. 260, *Sistolrema quercinum* Pers. ex parte, sed a *Radulo quercino* valde diversum. — Subiculo effuso, adnato, furfuraceo-crustoso, albo; aculeis confertis, conicis, brevibus, inaequalibus, minutis, subfuscis.

Hab. in truncis, præcipue quercinis, in Europa. — Simile *H. farinaceo*. Aculei vulgo adpressi; spore 3-4 μ . diam.

133. **Hydnum Webbii** Berk. in Hook. Journ. 1844, p. 190. — Totum 6744
resupinatum; subiculo effuso a matrice separabili, crustaceo, rigido, fusco; aculeis brevibus, conicis, obtusiusculis, plus minus seriatis, cinereo-fuscis, pruinosis.

Hab. ad truncos in insulis Philippinis (CUMING). — 5-6 cm. extensum. Aculei apice non ciliati. *H. squalino* subaffine.

134. **Hydnum serpens** Lasch. in Kl. Herb. Myc. n. 1311, Flora 1850, 6745
p. 282. — Subiculo floccoso, fibris crassis, albis, repentibus; aculeis subfasciculatis teretibus elongatis, obtusiusculis, pallide fusciscentibus, pendulis.

Hab. ad corticem Ulmi et inter muscos in agro Driesen.

135. **Hydnum tenuiculum** Lév. Champ. Mus. p. 145. — Effusum re- 6746
supinatum; pileis orbicularibus vel elongatis, coherentibus, membranaceis; ambitu albo, integro, sublibero; aculeis minutis, cylindricis, æqualibus, distantibus, fuscis.

Hab. ad ramos dejectos, Tjikoya in Java (ZOLLINGER).

136. **Hydnum subfuscum** Peck 40 Rep. p. 55. — Resupinatum, te- 6747
nue, molle; margine et subiculo albo, tomentoso; subiculi parte superiore pallide flavo-brunnea vel isabellina, particulis nitentibus ornata; aculeis gracilibus, subulatis, acutissimis, primo albis, dein apice vel totis subiculo concoloribus.

Hab. in ligni putrescentibus Couklingville Amer. bor. — *H. Himantie* simile.

137. **Hydnum ohiense** Berk. Dec. of Fungi n. 87. — Resupinatum 6748
membranaceum, a matrice hic illic secerabile, pallide flavum; aculeis longis, acutissimis, aquose pallido-fuscis, subfasciculatis.

Hab. in lignis putrescentibus Ohio Amer. bor. (LEA). — Plura cm. effusum; aculei 2-4 mm. long. *H. fernandesio* Mont. (*H. membranaceo* v. *stenodonti* Mont. Prod.) affine, sed aculeis brevioribus remotioribus recedit.

138. **Hydnum subvelutinum** B. et C. North Am. Fungi n. 178. — Re- 6749

supinatum, breviter reflexum subvelutinum ferrugineum; aculeis compressis, apice pallidioribus, subvelutinis.

Hab. in Pensilvania Amer. foeder. (MICHENER). — Plura cm. latum.

139. **Hydnum stratosum** Berk. Dec. of Fungi n. 86. — Pileis resupinatis; margine libero, demum stratosi e processibus rigidis ramosis extus stupeis formati; aculeis longis, rigidis, acuminatis, spadiceis, hic illic cinereis. 6750

Hab. in truncis emortuis, Ohio Amer. bor. (LEA). — Effusum, 7-10 cm. lat. Nonnullis notis *H. parasitico* affine, sed pileus non coriaceus.

140. **Hydnum tabacinum** Cooke Grev. XIV, p. 129. — Subiculo effuso, adnato, tomentoso, subferrugineo; aculeis subconfertis, crassiusculis, rigidis, conicis, acutis, farinaceo-pulverulentis, concoloribus. 6751

Hab. ad ramos putres in Nova Zelandia (COLENSO). — Affine *H. Weinmanni* et *H. ferruginoso* sed aculeis obtusioribus et rigidioribus. Subiculum fibrosum, marginae tomentoso.

141. **Hydnum Nyssæ** B. et C. North Am. Fungi n. 191. — Subiculo eximie pulverulento; aculeis elongatis, subulatis, acutis, quandoque apice fimbriatis. 6752

Hab. in Carol. inf. Amer. foeder. et in Pensilvania (MICHENER). — Totus fungus siccus, obscure bubalinus.

142. **Hydnum saturatum** B. et C. Cub. Fungi n. 349. — Effusum, separabile, spongiosum, aquosum, subfulvum; aculeis minutis, brevibus, obtusis, concoloribus; interstitiis farinaceis. 6753

Hab. ad ligna corrupta. Cuba (C. WRIGHT).

143. **Hydnum hypochrum** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 516. — Effusum, membranaceum, vix separabile; subiculo fulvo; aculeis sparsis, sero elongatis, acutis, compressis. 6754

Hab. ad ligna emortua, Dolosbagey Ceylon (THWAITES). — Plura cm. lat. Supra subiculum fulvum adsunt filamenta delicata arachnoidea quae mox strato confertiori obteguntur veluti in *Corticio* (*Hypochno?*) *arachnoideo*.

144. **Hydnum subgelatinosum** Karst. Symb. Myc. Fenn. IX, p. 50. — Pileo maculari-annato, tenerrimo, glabro, aquoso, caesio, siccitate rufescente, aculeis subgelatinosis distantibus, subulatis, aequalibus, integerrimis, glabris primitus albidis, dein lutescentibus, siccitate rufescentibus, 0,3-0,4 mm. longis, basi vix 0,1 mm. crassis; sporis sphaeroideo-ellipsoideis. 6755

Hab. ad lignum Betulae et Pini putridum pr. Mustiala Fenniae.

145. **Hydnum carbonarium** Peck 40 Rep. p. 55. — Resupinatum, tenuissimum, primo floccoso-pruinosum et album, demum fumoso-brunneum, margine subinde albo persistente; aculeis primo brevibus dein elongatis, subulatis vel cylindratis, apice subtiliter ciliatis, prima ætate albidis dein fumoso-brunneis. 6756

Hab. ad ligna usta Elizabethtown Amer. bor.

146. **Hydnum dispersum** Berk. Dec. of Fungi n. 46. — Totum resupinatum; subiculo tenni, ceraceo, demum evanescente; aculeis mediis, basi fasciculatis compressis, apicibus subulatis. 6757

Hab. in ligno putrescente in Australia (DRUMMOND). — Late effusum. Aculei 1 mm. longi, ex albo brunnei subseriati hinc fere irpicoidei.

147. **Hydnum caryophyllum** B. et C. North Am. Fung. n. 189. — Totum resupinatum pulveraceum; aculeis in fasciculos subdigitatos petaliformes connatis. 6758

Hab. in Carol. inf. Amer. fœder. (RAVENEL). — Album, demum subumbrinum.

** Aculeis lutescentibus v. viridibus.

148. **Hydnum aureum** Fr. El. p. 137, Hym. Eur. p. 613. — Subiculo determinato, subcartilagineo, contiguo, glabro, aereo, ambitu dentato-radiante, aculeis subulatis, æqualibus, concoloribus. 6759

Hab. ad ramos Betule in Europa. — Nobile, analogum cum *Phlebia radiata*, mycelio entoxyleo luteo-carneo circumscripto insuper insigne. Sporæ muriculate 4-5 μ . diam.

149. **Hydnum denticulatum** Pers. Myc. Eur. 2. p. 181, Pat. Tab. 148, Fr. Hym. Eur. p. 614. — Longitudinaliter effusum, subcarnosum, flavo-ochraceum, nitidum; subiculo tenni, glabro, subfarinaceo; aculeis confertis, æqualibus, margine denticulatis. 6760

Hab. ad ligna sicca cariota in Europa. — Color læte lutescens, fere flavo-vitellinus.

150. **Hydnum alufaceum** Fr. Syst. Myc. I, p. 417, Hym. Eur. p. 614 Ic. t. 194, f. 1, Weism. p. 366, Berk. Outl. p. 260, Quéh. p. 347. — Subiculo longitudinaliter effuso, crustoso, adnato, glabro, pallide ochraceo, ambitu nudo; aculeis minutis, confertis, æqualibus, acutis. 6761

Hab. ad ligna putrida Pini in Europa Carol. sup. infer. et media Amer. fœder. (RAVENEL), Pensilvania (MICHENER), Connecticut, Cuba: Amer. centr. (C. WRIGHT). — Subiculum varium 8-13 cm. longum. Colore *Grandiniv granulosa* simile, sed vere distinctum.

151. **Hydnum sulphureum** Schwein. Car. n. 986, Fr. Epicr. p. 516. — 6762

— Effusum, adnatum, tenue, sulphureum; aculeis minutis, sparsis, subulatis.

Hab. in Carol. Amer. fœder. fissuras ramorum replens et ad ligna mucida Buffalo New York (CLISTON). — Totum unicolor, siccum; subinterruptam ambitu sterili, byssino, hand fimbriato. Aculei rariusculi.

152. **Hydnum croceum** (Schw.) Fr. Epicr. p. 516, *Nistotrema* Schwein. 6763
l. c. n. 962. — Longitudinaliter effusum, firmum, tuberosum, rimosum, croceo-aurantium; aculeis curtis, conicis, acutis.

Hab. in lignis Carolinæ. — Receptaculum longissimum, adnatum, crassiusculum, tuberculis elevatis quasi stalactiticis valde inæquabile, rimoso-diffractum, glabrum, ambitu sterili. Aculei in tuberculis præcipue obvi, minus conferti, breves, saturatius colorati.

153. **Hydnum sordidum** Weinm. Ross. p. 370, Fr. Hym. Eur. p. 614. 6764
— Late effusum, tenue, facile secedens, mucidum, sordide lutescens, ambitu gyroso-porosum, sulphureum; aculeis confertissimis, compressis, incisis, acutiusculis.

Hab. ad ligna putridissima Pini in Europa. — Ambitu Merulliforme, aculeis subgelatinosis, e pluribus quasi concretis, glabris.

154. **Hydnum Pinastri** Fr. Syst. Myc. 1, p. 117, Hym. Eur. p. 614, 6765
El. p. 138, ubi syn., Pers. Myc. Eur. 2, t. 22, f. 3 et Nees Syst. f. 232 (utraque sec. specc. authent., sed icones non fidæ). — Subiculo effuso, membranaceo, separabili, lutescente, subtus ambituque primo villosa; aculeis æqualibus, subulatis, acutis, subobliquis.

Hab. ad cortices pineos in Europa. — Aculei vulgo obliqui (Secr. 2, p. 563, n. 8?); confluedo variant furcati et incisi; sporæ 6 μ . long.

155. **Hydnum spathulatum** (Schw.) Fr. El. p. 139, Hym. Eur. p. 614, 6766
Berk. Outl. p. 261, *Nistotrema* Schwein. Car. n. 993. — Subiculo effuso, membranaceo, secedente, albido-lutescente, ambitu fimbriato; aculeis spathulatis, obliquis, aurantiis.

Hab. ad ligna Americæ borealis, in Anglia (BERKELEY). — Membrana subtus villosa, 5 cm. longa; aculei 4 mm. longi. Sec. Weinm. p. 366, n. 23 adest forma aculeis aliis teretibus, aliis compressis.

156. **Hydnum floridanum** Berk. et Cooke Grevillea VI, p. 131. — 6767
Fragile, subiculo albo, byssoideo; hymenio ceraceo, aurantio-rubro; aculeis subulatis, apice pallidis; margine albido.

Hab. in ramis, Gainesville Floridæ Amer. fœder. — Affine *H. fragilissimo* R. et C. Hymenium saturate aurantiacum sæpe margine lato, sterili, byssoide albo cinctum.

157. **Hydnum versicolor** B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 544. — Recens 6768
nitide flavum, margine elevato albo, mycelio albo lacunoso affixum;
aculeis elongatis, subacutis, siccis, olivaceis.

Hab. in ligno emortuo. Peradeniya Ceylon (THWAITES). — Ad
13 cm. usque latum; contextu spongioso, albo.

158. **Hydnum Durieui** Sacc. *Hydnum tenuiculum* Dur. et Lév. Expl. 6769
Alg. t. 31, f. 9 (sine diagnosi), nec Lév. — Alutaceo-flavum, te-
nui-pelliculosum expansum, margine byssinum; aculeis tenuissimis,
teretiussculis, brevibus, remotis.

Hab. ad folia coriacea putrescentia in Algeria.

159. **Hydnum Bresadolæ** Quél. Fungi Trident. p. 14 et p. 26, Tab. XI, 6770
f. 2. — Resupinatum; subiculo late et irregulariter effuso, tenui,
albo-flocculoso, non membranaceo, nec carnosio; aculeis confertis,
acutiusculis, lateribus sub lente asperis vel subincisis, late sulphureis,
exsiccatis aureis; ambitu nullo; sporis globosis, hyaliis,
3 μ . diam.

Hab. ad truncos laricinos in silvis subalpinis, Val di Sole Trento.
— Aculei vulgo obliqui.

160. **Hydnum sulphurellum** Peck 31 Rep. pag. 38. — Subiculo tenui, 6771
effuso, definito, quandoque rimoso, pallide sulphureo-luteo; aculeis
sparsis, conicis, subobtusis, quandoque compositis, subiculo conco-
loribus; sporis oblongis, leniter incurvis, 5-6 μ . long.

Hab. ad ramos emortuos Aceris spicati, Griffins New York
Amer. feder. — Maculæ minutæ suborbiculares quandoque ex con-
fluentia elongatæ; color dilute albo sulphureus; dentes faciem mi-
nutarum papillarum conicarum præbent.

161. **Hydnum limonicolor** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1686. — Adna- 6772
tum, nitide citrino-luteum; spinis confertis, acutis, brevibus; my-
celio albo, parco v. obsoleto.

Hab. supra lapides inter folia pinea, Glamis Britannicæ. — My-
celium, si adest, foliis pineis dejectis adhæret. Doct. Quélet huc
ducit suum *Hyd. Bresadolæ* in Bres. Trid. t. 11, f. 2.

162. **Hydnum anomalum** B. et Br. Ann. N. H. n. 1438, t. 1, f. 1. — 6773
Pallide flavum, stratum tenue gelatinosum efficiens; aculeis pri-
mum granuliformibus, demum stipitatis, obtusis, apice divisis; spo-
ris globosis, breviter pedicellatis.

Hab. ad ligna fraxinea corrupta, Langridge Britannicæ. — Den-
ticulorum substantia crassa in qua immersæ sunt vesiculæ lata,
ovata vel globosæ. Accedit ad *Mucronellam* Fr.

163. **Hydnum sepultum** B. et Br. Ann. N. H. n. 1813. — Totum re- 6774,

supinatum aureum; margine albo; aculeis acutis, media magnitudine.

Hab. inter folia pinea, Glamis Britanniae. — Maculas parvas efformans supra lapides inter folia pinea sepultos.

164. **Hydnum Halei** B. et C. North Am. Fungi n. 181. — Tenue, crustosum; aculeis brevissimis, flavis, demum obtusatis. 6775

Hab. in trunco Liriodendri in Louisiana Amer. foeder. (Dr. HALE). — 2½ cm. vel ultra latum. *H. armeniacum* B. et C. videtur status juvenilis ejusdem speciei, in qua subiculum melius manifestum.

165. **Hydnum chrysodon** B. et C. North Am. Fung. n. 183. — Totum resupinatum, tenue, subiculo e fibrilloso ceraceo; aculeis paucis elongatis, acutis, flavis. 6776

Hab. ad fragmenta lignea quercina in Carol. inf. Amer. foeder.

- 166 **Hydnum chrysellum** B. et C. North Amer. Fung. n. 182. — Totum resupinatum, hic illic interruptum, subiculo candido; aculeis elongatis, flavis, acutis. 6777

Hab. in Louisiana Amer. foeder. (Dr. HALE). — Circiter 2½ cm. latum. Aëne *H. Halei*.

167. **Hydnum xanthum** B. et C. North Amer. Fung. n. 180. — Totum resupinatum, tenue, margine e subtiliter tomentoso ceraceo; aculeis xanthis, sparsis, compressis, subdivisis, ceraceis. 6778

Hab. in trunco Castaneæ vescae in Carol. inf. Amer. foeder. — 5-8 cm. latum primum orbiculare. — Var. **teretidens**. Cfr. Berk. Chall. n. 118: aculeis non compressis, pendulis, subacutis e pileo toto resupinato, lætiore, ceraceo pallide aurantiaco oriundis. Ad Pennant Hills, Paramatta Australiæ.

168. **Hydnum investiens** Berk. Dec. of Fungi n. 45. — Totum resupinatum, latissime expansum, subiculo primum tomentoso, demum compacto glabro; aculeis mediis compressis, acutis penicillatisque, pallide ochraceis. 6779

Hab. in trunci cavitate, quam investit, («of Black boys») in Australia (DRUMMOND). — Aculei 1-2,5 mm. longi. Habitus *H. ochracei* vel *farinacei* sed aculei longiores.

169. **Hydnum ambiguum** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 545. — Late effusum, ochroleucum; margine albo pulverulento; aculeis minutis, dense approximatis, rimoso-congestis, tomentosis. 6780

Hab. in ligno emortuo, Ceylon (THWAITES) et in Caffraria Africae (BAUR). — Aculei ita minuti ut nudo oculo vix conspiciantur.

170. **Hydnum stafagmodes** B. et C. N. Pac. exp. n. 101. — Resupi- 6781

natum, longe effusum, luteo album; aculeis subulatis, dependentibus, fasciculato-connatis, denticulatis, ciliatis.

Hab. ad ligna corrupta in insulis Bonin maris Pacifici. — Nonnihil assimilat *H. membranaceum* atque *udum*.

171. **Hydnum laminiferum** B. et C. Cub. Fungi n. 351. — Effusum; 6782
subiculo tenuissimo; margine angusto, albo, arachnoideo; aculeis ochraceis, compressis, apice pruinoso-plumosis.

Hab. ad virgulta emortua Cubæ (C. WRIGHT). — Affine *H. alutaceo*, sed aculeis valde diversis, illis *Lypicis* similibus.

172. **Hydnum hypoleucum** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 549. — Resu- 6783
pinatum; aculeis brevibus, acutis, ochraceis, e strato niveo farinaceo tomentoso oriundis.

Hab. ad ligna emortua, Ceylon (THWAITES). — Aculei multo longiores quam in *H. farinaceo*, nec alutacei sicut in *H. alutaceo*.

173. **Hydnum læticolor** B. et C. North Amer. Fung. n. 186. — Late 6784
effusum; margine demum separabili subbyssosoideo; aculeis læte ochraceis, compressis, subvelutinis, apice dentato-laceratis.

Hab. in America fœder. Carol. inf. (RAVENEL), ad truncos Quercus in Alabama (BEAUMONT). — Hymenium rubescenti-ochraceum. Eximia species.

174. **Hydnum multiforme** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1687. — Ochra- 6785
ceo-album, primum leve, *Corticium* referens, demum hic illic fertile; spinis acutissimis, confertis, pallescentibus atque fimbriatis; contextu floccoso-farinaceo.

Hab. Glamis Britannicæ. — Admodum varians, quandoque stupenum, margine inflexo.

175. **Hydnum pithyophilum** B. et C. Kew Gard. Misc. I, p. 235, Dec. 6786
n. 226. — Resupinatum, effusum; subiculo tenuissimo, byssoideo, farinaceo; aculeis ochraceis, compressis, denticulatis et sursum laceratis.

Hab. in Carol. inf. Amer. fœder. Connecticut (C. WRIGHT).

176. **Hydnum ciliolatum** B. et C. in Hook. Journ. 1849, p. 235, Dec. 6787
n. 227. — Resupinatum, tenue, orbiculare, a matrice vix separabile; aculeis brevibus, compressis, floccoso-ciliatis.

Hab. in trunco Magnoliæ glaucæ in Carol. inf. Amer. fœder. (RAVENEL). — Pileus 2½ em. lat., albidum, margine minute byssoideo. Subaffine *H. ochraceo*, sed aculei diversissimi.

177. **Hydnum sclerodontium** Berk. et Mont. in Hook. Journ. 1844. 6788
p. 333. — Orbiculare totum effusum, resupinatum; subiculo tenui,

levi, glaberrimo, nitido, ochraceo; aculeis sparsis, rotundis, attenuatis, longissimis, flexuosis, rigidis, hic illic divisis, rufis.

Hab. ad cortices in insula Java (SPANOGHE). — 7-8 cm. latum, margine subnudo albo; aculei 1-1½ cm. long. fere clavarioidei. *H. crinali* subaffine.

178. **Hydnum leptodon** Mont. Cent. IV, n. 85, Fl. Chil. VII, p. 371, 6789

H. membranaceum var. *dryinum* M. Fl. J. Fern. n. 21. — Subiculo longitrorsum effuso, membranaceo, alutaceo, ambitu byssino; aculeis longissimis, capillaceis, subulatis, levibus, confertissimis, obliquis, fulvo-rufescentibus.

Hab. ad lignum emortuum in insula Juan Fernandez Amer. merid. (BERTERO), in pædins. Malacca (SCORTECHINI).

179. **Hydnum clavarioides** B. et C. Cub. Fungi n. 348. — Subiculo 6790

crassiusculo, tomentoso, alutaceo; aculeis hic illic congestis, fuscis, coralloideis, flexuosis, obtusis, subramosis.

Hab. ad ligna emortua, Cubæ (C. WRIGHT). — Species admodum singularis.

180. **Hydnum melleum** B. et Br. Ann. N. H. n. 1436. — Melleum, 6791

effusum, tenue; margine delicate byssoideo; dentibus apice acutis, quandoque divisis, inferne pulverulentis, medio nudis.

Hab. ad palos fractos atque humi dejectos, Coed Coch Britannicæ.

181. **Hydnum albo-viride** Morg. Miami Myc. III, p. 12. — Subiculo 6792

membranaceo, fibrilloso, late repente, albo; aculeis stipatis, longissimis, subulatis, integris, olivaceis.

Hab. in parte inferiore truncorum vetustorum Miami Valley Ohio Americæ boræalis. — Effusum, 2-3 cm. diam. Aculei 4-6 mm. longi, sursum sensim attenuati, sicci obscuriores.

182. **Hydnum chlorinum** Cooke Grev. VII, p. 1. — Totum resopina- 6793

tum. ceraceum, chlorinum; aculeis inæqualibus elongatisve, acutis; apicibus pallidis, line illine confertis.

Hab. in trunco Aceris, Sierra Nevada Amer. fœder. — Ad 7500 m. alt. *H. udo* affine.

183. **Hydnum viride** (A. et S.) Fr. Syst. Myc. I, p. 421, Hym. Eur. 6794

p. 614, *Sistotrema* Alb. et Schw. p. 262, t. 6, f. 4. — Subiculo effuso, tomentoso-mollissimo, tenui, viridi; aculeis rectis, crassiusculis, difformibus, subincisis, concoloribus.

Hab. ad ligna Alni putrida in Europa. — Subiculum quandoque usque 18 cm. lat.; aculei subconici 2 mm. fere longi; sporæ 7 μ . long. Demum lutescit.

*** *Aculeis carneis, lilacinis, rufescentibus v. isabellinis.*

184. **Hydnum uuum** Fr. Syst. Myc. 1, p. 422, Hym. Eur. p. 615, Berk. 6795
Outil. p. 261. — Subiculo effuso, tenui, subgelatinoso, adglutinato, glabro. ex incarnato lutescenti-aquoso; aculeis confertis, inæqualibus, furcatis fimbriatisque, concoloribus.

Hab. ad ligna putrida Alni in Europa, Aceris in Carol. inf. Amer. fœder., Quercus in Carol. sup., Australia et Tasmania. — Latissimum, 10-13 cm. longum; aculei vix 2 mm. longi, plurimi teretes 2-3 furcati, alii compressi. Affine *H. membranaceo*.

185. **Hydnum Hoilii** (Schw.) Fr. Syst. Myc. I, p. 420, Hym. Eur. p. 615, 6796
Sistotrema Schmidt Myc. Heft. I, p. 87. — Subiculo effuso, ceraceo-membranaceo, adnato, e carneo-lilacino fuscescente, ambitu albo; aculeis difformibus, fasciculato-incisis, concoloribus.

Hab. ad ligna putrida Pini Piceæ in Europa. — Fungus junior orbicularis, dein confluyendo, 30-90 cm. lat.; aculei 2-4 mm. longi. Valde differt a *Polyst. abietino*.

186. **Hydnum Sacciewskii** Weinm. in Fl. 1832, p. 452, Ross. p. 368, 6797
Fr. Hym. Eur. p. 615. — Subiculo effuso, tenerrimo, adnato, villosulo, violaceo-cæsi; ambitu fibrilloso; aculeis teretibus, confertis, regularibus, apice albicantibus.

Hab. ad ligna pinea fabrefacta in Rossia raro. — Ambitus albicans vel obscure violaceus; aculei breves, primo villosi, globulares. Fugax, siccatum virescens.

187. **Hydnum cinnabarinum** (Schw.) Fr. El. p. 137, Hym. Eur. p. 615, 6798
Sistotrema Schwein. Car. n. 963, *H. rubrum* Pers. Myc. Eur. 2, p. 190. — Cinnabarium; subiculo late effuso, byssino, tenui; ambitu lato sterili; aculeis longiusculis, confertis, subulatis.

Hab. ad cortices Americæ, in Ucraina ex CZERNIAJEW. — Elegantissimum. Sec. Berk. Intr. Crypt. p. 370 est forma *Polysticti sanguinei*.

188. **Hydnum subcarnaceum** Fr. Syst. Myc. I, p. 418, Hym. Eur. 6799
p. 615, *H. purpureum* Willd. in Ust. Bot. Mag. 4. — Subiculo late effuso, membranaceo, glabrescente, æquabili, albo-carneo; aculeis elongatis, subulatis, æqualibus, rufescentibus.

Hab. ad truncos Betule raro in Europa et pr. Minussinsk Sibiricæ asiaticæ. — Aculei conferti 6 mm. longi. Vidit Fries in herb. Willdenowii.

189. **Hydnum Himantia** Schwein in Fr. Epicr. p. 518. — Effusum; 6800

receptaculo filiformi, hinc inde membrana connexo caudulo; dentibus fasciculatis, conicis, cinereo-rufis.

Hab. sub cortice Juglandis maxime putride, Pennsylvaniae Amer. foeder., et Fraxini (MICHENER), Alabamae (PETERS). — Receptaculum *Od. fimbriatae*, cui nimis forsau affine, sed membrana tenuior hinc inde solummodo costas illas rhizomorphaideas connectens, et color alienus. Aculei 4 mm. longi, varii, obtusi, pallentes, haud multifidi, ut in *Odontia fimbriata*, sed ut in *Hyloa*.

190. **Hydnum bicolor** Alb. et Schw. p. 270, Fr. Syst. Myc. 1, p. 417, 6801
Hym. Eur. p. 615, Berk. et Br. n. 1297. — Subiculo late effuso, tomentoso, adpresso, tenui, albo; aculeis minutis, curtis, albo-villosis, apice nudis, acutis, rufo-spadicicis.

Hab. ad ligna abiecta, vernali tempore, in silvis montanis passim in Europa et pr. Minussinsk Sibiriae asiaticae. — Subiculum 18 cm. et ultra; aculei 1 mm. longi.

191. **Hydnum macrodon** Pers. Syn. p. 560, Fr. Hym. Eur. p. 615, *H. fra-* 6802
gile Pers. eod. loc. — Subiculo tenui, secedente, albo; aculeis praelongis, fasciculatis, primo albis, demum (exsiccatione?) rufescentibus.

Hab. ad truncos Pini in Europa. — Allatas Persoonii species omnino jungit *H. setosum* Myc. Eur. 2, p. 213. Aculei exsiccati flexuosi.

192. **Hydnum Murrayi** B. et C. North Amer. Fung. p. 101. — Subi- 6803
culo membranaceo, tenui, albo; aculeis sparsis, subulatis, acutis, roseo-ochraceis.

Hab. ad ligna fracidissima New England Amer. bor. (MURRAY). — Subiculum late effusum, tenuissimum, membranaceum, subtiliter byssoideum et pulverulentum; aculei sparsi, rubescentes, subulati, glabri. Species, forsau, proxima *H. Cookei*. Difficile est, ceterum, aculeorum colorem in fungo recenti declarare.

193. **Hydnum ischnodes** Berk. North Am. Fungi n. 196. — Subiculo 6804
e floccis intertextum hic illic fibrillis repentibus; aculeis subulatis gracilibus, siccis rufescentibus.

Hab. ad truncos in America boreali.

194. **Hydnum amplissimum** B. et C. North Am. Fungi n. 179. — 6805
Crassum suberosum, effusum, intus pallidum fibrosum; aculeis subulatis, acutis, rufis.

Hab. in trunco Cerasi, New England Amer. bor. (SPRAGUE). — Plura cm. effusum, 12 mm. vel ultra crassum.

195. **Hydnum delicatum** Kl. in Berk. Exot. Fung. p. 395. nec *H. de-* 6806
licatulum Kl. — Orbiculare, effusum, margine vix reflexum, sur-

sum tomentosum, ochraceum; hymenio sordide albo; aculeis griseo-purpureis, sparsis, simplicibus, brevibus, conoideis, apice subclavatis.

Hab. in *Jatropha Curcas* putri, Madras (Dr. WIGG). 687

196. **Hydnum Cookei** Berk. North Amer. Fung. n. 185. — Tenne, sub- 687
liberum, subiculo membranaceo, hic illic byssoideo, fibrilloso; hymenio isabellino; aculeis brevibus, obtusis.

Hab. in trunco *Liquidambaris* in Carol. inf. Amer. feder. 689

197. **Hydnum rufulum** Lév. Champ. exot. p. 205. — Subiculo effuso, 689
pruinoso, pallide flavo; ambitu byssino sterili; aculeis integris, subulatis, rufescentibus.

Hab. ad truncos in insula Java.

198. **Hydnum cervinum** Berk. Fl. Tasin. p. 256. — Resupinatum, ef- 6209
fusum, immarginatum, vinoso-pallidum, pruinis subtiliter tomentosum; aculeis setiformibus.

Hab. in ligno putri in Tasmania (ARCHER).

199. **Hydnum Cesatii** Berk. in Cesati Myc. Born. p. 9. — Effusum, 6519
tenuissimum, agglutinatum absque margine libero, albido ochraceum; aculeis isabellinis filiformi-subulatis, interdum ad medium adematosis, usque 5 mm. longis; nonnullis ad basin coactis.

Hab. ad corticem trunci Sarawak Bornei (O. BOCCARI), pinis, Malacca (SCORTECHINI). — Aculei in forma Malaccensi 1 cm. longi, vix $\frac{1}{2}$ mm. cr. Cum *H. membranaceo*. Fr. comparandum.

*** Aculeis albis v. senio flavidis v. cinereis.

200. **Hydnum nodulosum** Fr. Hym. Eur. p. 616, *H. macrodon* Fr. Mo- 6811
nogr. II. p. 279, non Pers. — Latissime effusum, crustaceum, arete adnatum, glabrum, albidum, leve in simul nodulosum; aculeis pro- longis in parte levi depressis ligno adnatis, in nodulorum inferiore latere liberis, pedulis.

Hab. ad truncos stantes, decorticatos Fagi in Europa. — Vix dubium, hoc esse statum sede verticali personatum. Habitum refert Pers. Myc. Eur. 2, t. 2, 22, f. 1.

201. **Hydnum mucidum** Pers. Syn. p. 561, Pr. Syst. Myc. 1, p. 118, 6812
El. p. 138, non Secr. Hym. Eur. n. 616. — Candidum; subiculo latissimo, membranaceo, molli, secedente, margine subtusque villosa; aculeis elongato reticulatis, confertis, gracilibus, flaccidis, equantibus.

Hab. ad truncos Fagi, Sachi in Europa, ad ligna emortua in ins. Ceylon (TREVARTHEN), in truncis *Liquidambaris* in Carol. Amer. feder., Peruvæ Gainesville Floridae, Carpini in Alabama (PARSONS) et

in Africa australi. — Latissimum, sæpe 30 cm. et ultra; sporæ 5 μ . diam. Nobile, subius exoletumque glabrum, lutescens. [*H. setosum* Pers. Myc. Eur. 2, p. 213 ab hoc diversum].

202. **Hydnum viticolum** Schwein. in Fr. Elench. 1, p. 138. — Deter- 6813
minatum, membranaceum, secedens, album; ambitu glabro; aculeis
setaceis, longissimis, confertissimis.

Hab. ad truncos Vitis in Pensylvania Amer. fœder. — Non
varietatem, ut suspicatur, sed maxime priori affine affirmare credit
Fries. Crassius et firmitus, sed multo brevius 2½-5 cm. tantum
latum magisque glabrum. Aculei totam superficiem occupant, fere
præcedentis.

203. **Hydnum diaphanum** Schrad. Spic. t. 3, f. 3, Fr. Syst. Myc. I, 6814
p. 418 c. syn., Hym. Eur. p. 616. — Albidum; subiculo tenui, mem-
branaceo, pellucido, glabriusculo; ambitu nudo; aculeis subulatis,
mediis, distinctis, æqualibus.

Hab. ad truncos arborum frondosarum in Europa. — Aculei
siccitate lutescentes, 2½-4 cm. longi. — Var. **pellucens** Fr. Syst.
Myc. I. c. tenerrimum, adnatum, flaccescens. — Var. **musciolum**
(*H. muscicola* Pers. Myc. Eur. 2, p. 181?) interruptum.

204. **Hydnum niveum** Pers. Disp. t. 4, f. 6, 7, Nees Syst. f. 246, 6815
Fr. Syst. Myc. I, p. 419 c. syn. Hym. Eur. p. 616, Weinm. p. 368,
Sommerf. Lapp. p. 278, Berk. Outl. p. 261. — Candidum; subiculo
effuso, tenui, membranaceo, adnato; ambitu byssino; aculeis confer-
tis, curtis, brevibus, æqualibus, glabris.

Hab. ad ligna passim in Europa. — Subiculum tenue 5-8 cm.
usque 18 cm. — Var. **fimbriatum** Fr. Syst. Myc. I. c. ambitu fi-
brilloso-fimbriato.

205. **Hydnum farinaceum** Pers. Syn. p. 562, Fr. Syst. Myc. I. c., 6816
Hym. Eur. p. 616, Weinm. p. 367, Sommerf. I. c., Berk. Outl.
p. 261, *H. crustosum* Schum. Fl. Dan. t. 1375. — Album; subic-
ulo effuso, indeterminato, farinoso-crustoso; ambitu subflocculoso;
aculeis tenuibus, subdistantibus, acutissimis, integerrimis.

Hab. ad ligna putrida, præcipue Pini, copiose in Europa, ins.
Ceylon (TAWAITE), Amer. fœder., Cuba (C. WRIGHT). — Variat
lutescens.

206. **Hydnum argutum** Fr. Syst. Myc. I, p. 424, Hym. Eur. p. 616, 6817
Sommerf. Lapp. p. 280, Wahlb. Suec. n. 2032, Berk. et Br. u.
1026, Quél. p. 279, Etiam *Clav. byssacea* Roth in Ust. Ann. 1,
t. 1, f. 5 s. *H. byssinum* Schrad. Spic. p. 177 h. l. videtur. —
Album; subiculo effuso, vago, tomentoso-intertexto, adnato; aculeis

acutis, subulatis, inæqualibus sub lente ad latera serratis v. denticulatis; sporis magnis, subglobosis.

Hab. ad ligna et cortices Betulæ etc. Europæ. — Quantum eruere valui h. l. *Sistotrema lacum* Pers. Myc. Eur. ad Betulas; alterum ad Salices, dentibus obtusis, *Rad. tomentosum*.

207. **Hydnum stipatum** Fr. Syst. Myc. I, p. 425, Hym. Eur. p. 617, 6818
lc. t. 194, f. 2, Weinm. p. 370 (Secr. n. 36 crescendi modo recedit). — Albidum; subiculo latissime effuso, flocculoso-furfuraceo, crustoso-adnato; aculeis confertis, granuliformibus, obtusiusculis denticulatisque.

Hab. ad ligna vetusta Aini etc. in Europa. — Ambitus sterilis vel aculeis obiectus; quale *Radulum tomentosum* Fuckel exs. n. 939. Variat colore isabellino flavidove et tum forte *H. ochroleucum* Pers. Myc. Eur. 2, p. 186.

208. **Hydnum casearium** Morg. Miami Myc. III, pag. 11. — Subiculo 6819
carnoso-caseoso, crasso, late effuso, albo; aculeis mollibus stipatis, longissimis, subulatis, teretibus, albidis, deiu pallide alutaceis.

Hab. in trunco vetusto Caryæ Miami Valley Ohio Amer. bor. — Effusum, plura cm. latum, 1-1¼ cm. cr., siccum contractum et tunc durum et rimosum; aculei 4-8 mm. longi, obliqui.

209. **Hydnum pallidum** C. et E. Grev. IX, p. 103. — Albidum effu- 6820
sum; subiculo membranaceo, molli, margine villosa; aculeis gracilibus, acutis vix 1 mm. long., hinc illic confertis, candidis demum fuscescentibus.

Hab. in lignis putridis Quercus New Jersey Amer. bor. — Ab *H. mucido* et *diaphano* sat distinctum videtur.

210. **Hydnum parasitans** B. et C. North Am. Fung. n. 192. — Pa- 6821
rasiticum; aculeis brevibus, compressis, obtusis.

Hab. in trunco Ulmi americanæ in Alabama Amer. fœder. (PETERS). — Parasiticum ad aculeos plurium Hydnum; subiculum obsoletum.

211. **Hydnum nudum** B. et C. North Am. Fungi n. 188. — Subiculo 6822
fere nullo vel tenuissimo, farinaceo; aculeis sparsis, ceraceis, subulatis.

Hab. ad Polyporos, Patellariam applanatam vel ad ligna pinea in statu Wisconsin Amer. fœder. (LAPHAM).

212. **Hydnum fasciculare** B. et C. North Am. Fungi n. 184. — To- 6823
tum resupinatum, ceraceum, pallidum; aculeis fasciculatis, brevibus, obtusis, quandoque apice ciliatis.

Hab. in Nyssa in Carol. inf. Amer. fœder. (RAVENEL) et in Ala-

hama (Petres). — Late effusum, tenuissimum. Specimina supra Caryam lecta forsaa statum distant magis evolutum in quo aculei fasciculatim conjuncti, hinc *H. ulu* accedentem.

213. **Hydnum filicicolum** Berk. Fl. Tasm. pag. 256. — Resupinatum, 6824
effusum, immurgiatum, album, tenue; setulis basi poroso-connexis, appianatis, acutis.

Hab. in stipitibus Filicium in Tasmania (ARCHER). — Dubia species hinc *Collyporo vaporario*, hinc *Irpici* subanaloga.

214. **Hydnum scopinellum** Berk. Fl. New Zeal. pag. 181. — Effu- 6825
sum, albidum, subicuto intertexto, aculeis basi tomentosis, apice pericillato.

Hab. in ligno putri in nova Zelandia (COLENSO). — *Hydno ci-
liolato* B. et C. affine.

215. **Hydnum puberulum** Beck Pilzfl. Niederöster. p. 42. — Subiculo 6826
adusto, tenerrimo, effuso, vago, tomentoso-intertexto, albido vel subflavescente, aculeis confertis, primum granuliformibus, demum elongatis, rotundatis, 1 mm. longis, rubescentibus; pilis aculeorum copiosis, apicem versus clavato- vel capitato-ampliatis, basidia longitudine superantibus; sporis subrotundis, albis, 4,4-5,9 \approx 2,9-4,4.

Hab. ad ligna putrida in monte Bisamberg prope Vindobonam Austriae.

216. **Hydnum herpetodon** Lév. Champ. Mus. p. 145. — Pileo effuso- 6827
resupinato, membranacea, pallido, ambitu byssino albo; aculeis acutis, concoloribus, basi latereque adnatis, repentibus.

Hab. ad truncos in insula Java (ZOLLINGER).

217. **Hydnum prorum** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 543. — Album, 6828
crassum, decurrens, margine abrupto; aculeis conicis inter se adpressis, basi tomentosis.

Hab. ad ligna emortua in regione centrali ins. Ceylon (THWAITES). — Sub corticibus per plura cm. extensur more *Pomitis obliqui*.

218. **Hydnum dissitum** B. et Cooke Fung. of Brasil. n. 282. — Or- 6829
biculari, scernibile, pallidum, margine brevi, byssoideo; aculeis acutis, basi latioribus, interstitiis tomentosis.

Hab. ad ligna emortua, Camana Brasiliae (TRAILL). — Orbiculare 2-3 mm. diam., demum lateraliter confluens, roseo-griseum, margine brevi, byssoideo; aculei irregulares.

219. **Hydnum Micheneri** Berk. North Am. Fung. n. 195. — Subiculo 6830
e floccis intertextum hic illic fibrillis repentibus; aculeis verrucaeformibus, brevibus, apice subciliatis.

Hab. in Pensylvania, Amer. fœder. (MICHXNER). — Totum resupinatum; ad *Kneiffiam* accedens.

220. **Hydnum pyramidatum** B. et C. Fungi of Ceyl. n. 352. — Albi- 6831
dum, effusum, aculeis fasciculatis in cumulos pyramidatos congestis, plus minus comatis, acutissimis.

Hab. supra cortices, Cuba (C. WRIGHT). — Aculei eodem modo dispositi ac in *Radulo quercino*.

221. **Hydnum subvinosum** B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 550. — Te- 6832
nue; margine tenuissimo, pallido, albo; aculeis compressis subvinosis, apice candidis, quandoque confluentibus.

Hab. ad ligna emortua, Peradeniyæ Ceylon (THWAITES).

222. **Hydnum velatum** B. et C. North Amer. Fung. n. 187. — Subi- 6833
culo tomentoso, albo demum aculeos ceraceos breves subfasciculatos obducente.

Hab. ad ligna pinea Carol. inf. Amer. fœder.

223. **Hydnum fragilissimum** B. et C. North Am. Fungi n. 190. — 6834
Fragile, album; subiculo byssoideo hic illic fibruloso-repente; hymenio ceraceo aculeis brevibus subulatis.

Hab. in Carolina inf. Amer. fœder. — Siccum fragilissimum.

224. **Hydnum setulosum** B. et C. North Am. Fungi n. 193. — Su- 6835
biculo candido lacteo, membranaceo; aculeis flexuosis, subulatis acutis, subtiliter setulosis.

Hab. in trunco Liquidambaris in Alabama Amer. fœder. (PETERS). — Species distinctissima.

225. **Hydnum isidioides** Berk. Dec. of Fung. n. 47. — Totum resu- 6836
pinatum; subiculo crustaceo, albo, margine subfirabrato e matrice trusculatim separabili; aculeis brevibus, obtusis, primum distinctis, dein confluentibus.

Hab. in hymenio Polypori gryphæformis in Australia (DRUMMOND). — Stratum 10 lin. lat. Habitus quasi *Poria vapovaria*.

226. **Hydnum Stevensoni** B. et Br. Ann. N. H. n. 1837. — Album, 6837
effusum, subtus farinaceum, hic illic byssoideum; aculeis cylindricis, obtusis vel truncatis, quandoque compressis, apice pulverulentis.

Hab. Glamis Britannia et ad Oreodaphnem in Sierra Nevada Amer. fœder.

227. **Hydnum plumosum** Duby Bot. Gall. II, pag. 778, Berk. Outl. 6838
p. 261. — Niveum, tomentosum; subiculo delicatissimo; aculeis divisis, apice plumosis.

Hab. ad ligna emortua Lambley, Notts in Britannia, in Carol.

- inf. Amer. fœder. et New England Amer. bor. (MURRAY). — Rara species, aculeorum apice peculiariter plumoso distinguitur. Vere anomala et ad hoc genus a Dubyo dubie relata.
228. **Hydnum raduloides** Karst. Symb. Myc. Fenn. XII, pag. 110. — 6839
Vage effusum, tenuè, flocculoso-furfuraceum adnatum, album, ambitu similari; aculeis confertis vel confertissimis, teretibus acutis integris fragilibus, mediis subæqualibus furfuraceis seu pruinosis sæpe obliquis flavidis (in sicco).
Hab. ad lignum Populi Tremulæ vetustum in regione aboënsi Fennicæ. — Hinc *Hydno fallaci*, illiuc *Radulo fagineo* affine.
229. **Hydnum Ellisianum** Thüm. Fung. Amer. trig. n. 1. — Sublu- 6840
tescente-albidum, subiculo effuso, tenui, farinaceo, crustato-adnatum, ambitu late oblitterato, fere arachnoideo, candido, aculeis densissime confertis, subgranuliformibus, brevibus, levibus, obtusis, obliquis.
Hab. in ligno arido decorticato Cupressi thujoidis Newfield, New Jersey (J. B. ELLIS). — *H. stipato* Fr. proximum sed certe diversum.
230. **Hydnum crinitum** Karst. Symb. Myc. Fenn. IX, p. 50. — Re- 6841
ceptaculo effuso, membranaceo, tenuissimo, secernibili, glabriusculo, albido; aculeis sat confertis æqualibus, gracillimis, crinalibus, flexuosis, siccis lutescentibus seu subrufescentibus vix 2 mm. longis, basi circiter 60 μ . crassis; sporis oblongatis vel ellipsoideis, hyalinis, 6-9 \times 3-4.
Hab. supra lignum Pini putridum in regione aboënsi, Meerimasku Fennicæ, parcellissime.
231. **Hydnum subtile** Fr. Syst. Myc. I, p. 425, El. p. 140, Hym. Eur. 6842
p. 617, Quél. p. 348. — Aquose albidum, subiculo tenerrimo, maculari-innato, glabro; aculeis distantibus, acutis incisive.
Hab. ad ligna et cortices in Europa et in pænins. Malacca (SCORTECHINI). — Aculei subtiles, tactu deterrentes, circiter 0,6 mm. longi.
232. **Hydnum penicillatum** Pass. F. Abiss. p. 182, t. IV, f. 1. — Ci- 6843
nereum (an et in vivo?) subiculo tenui vel subnullo; aculeis fasciculato-penicillatis, rectis, tenuiter fistulosis; sporis minutissimis oblongo-fusiformibus.
Hab. in ligno carioso Keren Abyssinicæ, 1400 m. alt. — *H. minuto* Schum. proximum, sed minime tuberculiforme.

Species addenda.

233. **Hydnum Sinclairii** Berk. Fl. New Zeal. pag. 756. — Nigrum; 6844

pileo tenui, coriaceo, subzonato, radialim striato-rugoso, margine inaequaliter lobato stipite tenui, subconfluente; oculeis tenuibus, acutis.

Hab. ad terram, Maungaroa in Nova Zelandia (SINGLAIR). — Inter *Lignosa* locandum.

Species dubiae.

234. **Hydnum acutum** Pers. Myc. Eur. 2, p. 1709, Fr. Hym. Eur. 6845 p. 617. — Ab *H. subtili* differt aculeis firmis.
235. **Hydnum Vitalbæ** Pers. Myc. Eur. 2, pag. 182, Fr. Hym. Eur. 6846 p. 617. — *H. arguto* videtur proximum, sed aculei subtomentosi. An status junior?
236. **Hydnum dilatatum** Schmalz in Journ. bot. I, p. 234. — In Pen- 6847 silvania.
237. **Hydnum Tischeri** Opiz in Lotos 1855, p. 42. — In Bohemia bor. 6848
238. **Hydnum aterrimum** Opiz Lotos 1855, p. 42. — In Bohemia sept. 6849
239. **Hydnum barbarum** Schmalz in Journ. bot. I, p. 234. — In Ame- 6850 rica boreali.
240. **Hydnum brevipes** Opiz Lotos 1855, p. 42. — In Bohemia sept. 6851
241. **Hydnum carolinianum** Walter Flor. Carol. p. 263. — In Caro- 6852 lina Amer. bor.
242. **Hydnum citrinum** Schmalz in Journ. bot. I, p. 234. — In Pen- 6853 silvania.
243. **Hydnum citrinum** Lév. in Zoll. Arch. neerl. Ind. I, p. 385. — 6854 In Java.
244. **Hydnum cœrulescens** Schmalz in Journ. bot. I, p. 234. — In 6855 New Jersey Amer. bor.

CALDESIELLA Sacc. Mich. I, p. 7 (Etym. ab eximio botanico L. CARNESI faventino). — Aculei subiculo membranaceo, persistente, villosulo inserti, minuti, conici v. ampulliformes, sporis globosis, muriculatis, floccis parvis adnatis fæti (?) et conspersi (an e subiculo enati?). — A genere *Hydno* sporis ubique copiosis, etiam in subiculo juniore, exquisite muricatis sporophoris variis fultis etc. differt. Est quasi *Hydnum* in subiculo *Hypochni*. Exemplaria senescentia visa, hinc genus structura peculiari ulterius inquirendum.

- I. **Caldesiella italica** Sacc. Mich. I, p. 7. — Aculeis fuscis glaucofurfuraceis, apice obscuriore, ex ovato phialiformibus, collo breviusculo cylindræo, apice rotundato clauso, quandoque e mutua pressione cylindræis compressisque, erectis, $1-1\frac{1}{4}$ mm. altis, $\frac{1}{2}$ -

$\frac{3}{4}$ mm. crassis, dense gregaris, sporis omnino refertis: subiculi cinnamomei hyphis filiformibus, repetito dichotomis hinc inde nodulosis septatisque. 7 μ . diam.; sporis globosis $7\frac{1}{2}$ - $8\frac{1}{2}$ diam. initio e mutua pressione angulosis, aquose ferrugineis, undique hyalino-muriculatis, saepe nucleatis, apici v. lateri floccorum hyalinorum adatis.

Hab. ad terram umbrosam, ad truncos et ad lateritia in uliginosis in Horto botanico Patavino (G. Bizzozero). — Cfr. Sacc. Fungi italici tab. 125.

2. **Caldesiella ferruginosa** (Fr.) Sacc. Mich. H., p. 303, *Hydnium ferruginosum* Fr. Syst. Myc. I. p. 416, Hym. Eur. p. 613, Weim. p. 365, Berk. Outl. p. 260, *H. tomentosum* Schrad. Spic. t. 4, f. 2. Nees Syst. f. 248, *H. ferrugineum* Pers. — Subiculo effuso, tomentoso aculeisque confertis, conico-subulatis, acutis fulvo-ferrugineis. 6857

Hab. ad ligna putrida, praecipue sub corticibus, raro ad terram in Europa, in truncis semiseputis et herbarum caulis, Center New York Amer. feder., Carol. infer. Pensylvania (MICHENER), Alabama (BEAUMONT); in sabulosis subnudis bord du canal vers Bagnols Gard (THERRY). — In speciminibus Gallicis a me visis hyphae subiculi cinnamomei sunt filiformes subramosae 2-3 μ . diam.; sporae globosae 8-9 μ . diam., eximie aculeatae, olivaceo-fuliginiae. Aculei e situ recti aequales vel obliqui subcompressi. — Sec. Karst. Hattsv. H., p. 112, sporae ovato-globosae, leves, late brunneae, 4-5 = 3-4. Hinc vel species Karsteniana diversa ab illa, quam vidi, vel sporae, quas vidi et descripsi potius ut conidia habenda.

HERICIUM Pers. Com. Clav. p. 23, p. parte. Fr. Syst. Orb. Veget. p. 83, Hym. p. 617 (Ety. *ericus* v. *hericus* h. e. erinaceus). — Fungi carnosi, clavati, pilei loco in aculeos sursum porrectos (nec inferos terram spectantes) apice divisi. Truncigeni.

Genus anomalum, *Clavarias* referens, hymenio amphigeno, sed *Hydnis* sine dubio proximum.

1. **Hericium Notarisii** (Inz.) Fr. Hym. Eur. p. 617, *Hydnium* Inzeng. Sic. 6858
t. 1, f. 1. — Carnosum, clavaeforme, candidum; stipite verticali, squamis latis membranaceis imbricato, capitulo immarginato, obliquo, horizontali; aculeis ex apice porrectis, subulatis.

Hab. in trunco putrido Albizziae Julibrissia in Sicilia. — Fungus summo opere mirabilis, singulari naturae iusu Balanophorae sti-

patem imitans. Stipes 10 cm. longus, $1\frac{1}{4}$ cm. crassus; clava ultra $2\frac{1}{2}$ cm. lata. Ob clavam oblique dexetram aculei horizontaliter porrecti.

2. **Hericium Echinus** (Scop.) Pers. *Comm. Clav.* p. 28, Fr. *Hym. Eur.* 6350 p. 617. *Hydnum* Fr. *Syst. Myc.* 1, p. 410, *Mirtella Echinus* Scop. *Ann. IV. Hist. nat.* p. 151. — Carnosum, flavum; trunco simplici, crasso, in aculeos longos fistulosos sursum diviso.

Hab. in Hungaria circa Schennitz. — *H. Hystricis* dicitur simillimum, sed colore et aculeis fistulosis diversum.

3. **Hericium Hystrix** Pers. l. c. p. 27, Fr. *Hym. Eur.* p. 618, *Hydnum* 6360 Fr. *Syst. Myc.* l. c. Michel. t. 64, f. 1. *H. hystricinum* Batsch *El.* p. 113. *Coralloides Hystricis* forma Tournef. *Inst. B.* stipite incurvo, aculeis fastigiatis. *Bocc. Mus.* t. 307, f. 1. — Carnosum, album; trunco tereti, aculeis erecto-divergentibus, confertissimis, intus fartis, breviora.

Hab. in Italiae silvis, decembri, et in Carol. inf. Amer. bor.

4. **Hericium alpestre** Pers. *Myc. Eur.* 2, pag. 151, Fr. *Hym. Eur.* 6361 p. 618. — Clavariæforme, albicans; trunco compacto, ramoso, ramis brevibus; aculeis longis, densis, rectis.

Hab. ad truncos abietinos in subalpinis Italicis (DE NOTARIS), Vallesiæ (PERSSON). — Species videtur distincta, sed forsitan potius *Hydni* species, 5-8 cm. altum, 5 cm. latum. Reliquæ huc relate species (*H. coralloides*, *Bromaceus*, *Caput-Medusæ*) ob aculeos terram spectantes vere sunt *Hydni* species.

TREMELLODON Pers. *Myc. Eur.* II, p. 172, Fr. *Hym.* p. 618 (Etyim. *tremella* et *otous* dens), *Hydnogheum* Carr. in Berk. N. A. *Fungi* p. 23, *Pseudohydnum* Karst. — Fungi gelatinosi, pileati, inferne aculeati; aculei subulati, æquales. — Structura omnino *Tremella*, quam illustravit Carr. in *Linn. Journ.* V, p. 181. Genus tremellinum, cum *Laschia*, *Guepinia*, *Culocera* analogum.

1. **Tremellodon gelatinosum** (Scop.) Pers. l. c. Scop. *Carn.* 2, p. 472, 6362 Schaeff. t. 144, Jacq. *Austr.* t. 239, Krombh. t. 50, f. 18-22, Rich. et Roze *Atl.* t. 65, t. 12-17, Fr. *Hym. Eur.* p. 618, *H. crystallinum* Fl. Dan. t. 717. Var. undique aculeata Jacq. *Msc.* 1, t. 9. — Pileo gelatinoso, tremulo, dimidiato, subtigitato, papuloso, glaucofuscescente; aculeis mollibus, glaucis; sporis globosis, subirregularibus, albis, 7 μ . diam. vel 7-8 μ .

Hab. ad terram in pinetis et ad truncos, præcipue abiegnos, frequens in Europa, Amer. boreal., Nov. Zeland. et Australia. — Pi-

leus 2-8 cm. latus. Forma quam maxime variabile, stipitatum (ad terram) et sessile.

2. **Tremellodon auriculatum** Fr. Hym. Eur. p. 618, *Hydnum* Fr. Epicr. 6863 p. 512. — Pileis gelatino-cartilagineis, imbricato-concrescentibus, sessilibus, aurito-difformibus, levibus, murinis; aculeis brevissimis, albis.

Hab. in truncis Pini carie consumptis, raro in Europa. — *Tr. gelatinoso* tenuius, minus tumens.

3. **Tremellodon hirneoloides** B. et C. Cuban Fungi n. 341 (*Hydnum*). 6864 — Gelatinosum, subpellucidum; pileo reniformi pallide brunneo hispidulo; stipite excentrico, basi incrassato, hispido; hymenio albedo; aculeis subulatis acutissimis.

Hab. ad ligna cariosa, Cubæ (C. WRIGHT). — Pileus 2½ cm. vel ultra latus; stipes 18 mm. longus, 8 mm. basi crassus. Affine *H. gelatinoso*. Quandoque sessile.

SISTOTREMA Pers. Tent. p. 28, Fr. Syst. Myc. I, p. 426, Hym. Eur. p. 619 (Etym. *seistos* tremens et *trema* foramen). — Fungi carnosi, hymenio infero, interrupte lamelloso-dentato. Lamellulæ subceracæ, inordinatæ (haud radiantæ), discretæ, flexæ, a pileo detersiles. Basidia tetraspora; sporis ovalibus. Fungi irregulares v. dimidiati.

Genus *Irpici* proximum, sed clare diversum dentibus lamellosis, irregulariter dispositis, discretis, non concatenatis atque substantia carnosa.

1. **Sistotrema confluens** Pers. Syn. p. 551, Fr. Syst. Myc. I, p. 426, 6865 Hym. Eur. p. 619, Grev. Scot. t. 248, Alb. et Schwein. pag. 260, Berk. Outl. pag. 262, *Hydnum sublamellosum* Bull. t. 453, f. 1, Sowerb. t. 112. — Integrum, candidum; pileo carnoso, irregulari, horizontali, villosa; stipite subexcentrico; lamellulis flexuosis, versiformibus; sporis minutissimis, circiter 3-4 \approx 2-3, ovato-globosis, inæquilateralibus, hyalinis.

Hab. ad terram glareosam vel graminosam in Europa, Carol. med. Amer. fœder. et ad Copake New York (РѢСК). — Simplex, sed cæspitosum et concrescens; pileus 12-20 mm. latus; stipes 2-3 cm. longus.

2. **Sistotrema carneum** Bonord. in Fl. Batav. t. 1095, Fr. Hym. Eur. 6866 p. 619. — Dimidiatum, foliaceum, subbulbosum; pileo spathulato, carneo-rufo; margine crenulato; lamellulis carneis.

Hab. in Guestdphalia, Batavia. — Singulum specimen 5 cm. altum. Caro crassa; lamellæ fere albidae.

3. **Sistotrema occarium** (Secr.) Fr. Epicr. p. 520, *Hydnum occarium* 6867
Secr. II, p. 527, Michel. t. 64, f. 3. — Dimidiatum, sessile; pileis carnis, imbricatis, convexis, velutinis, albis, lutescentibus; lamellis planis, subcordatis, flexis, obtusis, carneo-lutescentibus.

Hab. ad truncos Europæ australis. — Pilei plani, basi ad 8 cm. lata, elongata adnati, transversim $2\frac{1}{2}$ -4 cm. lati.

4. **Sistotrema pachyodon** Fr. Epicr. p. 520, Hym. Eur. p. 619, *Hyd-* 6868
num Pers. Myc. Eur. 2, p. 174. — Dimidiatum, sessile, albicans; pileo carnoso, basi effuso, subrepando, glabro; lamellis crassis, planis, difformibus, immixtis subulatis.

Hab. ad truncos Quercuum Galliæ (DELASTRE, qui Friesio communicavit) Belgii (LAMBOTTE). — Pileus 4-5 cm. latus, 6 mm. crassus. Teste cl. Bresadola in litt. ad gen. *Irpicem* aptius referenda species, a qua, ipso suadente, non differret *Irpex heterodon* meus, qui tamen non carnosus ut ill. Fries describit. Ofr. suo loco.

5. **Sistotrema autochthon** Mont. et B. in Berk. Dec. Fung. II n. 14. 6869
— Totum effusum, resupinatum; subiculo membranaceo subtus tomentoso, demum sicco fragilissimo, ambitu indeterminato; hymenio pallido, inæquabili; lamellis brevibus, irregularibus, poros spuros magnos efformantibus.

Hab. in terra rubra substrato calcareo imposita, in insula Java (ZOLLINGER).

6. **Sistotrema ochroleucum** Lév. Champ. Mus. p. 145. — Pileo cori- 6870
aceo, semiorbiculari, sessili, nudo, basi depresso, castaneo versus marginem acutum patentem corrugato, lurido; lamellis postice elongatis antice brevioribus, rigidis, acie integris acutis ochroleucis.

Hab. ad truncos Bombay Indiæ (POLYBORUS ROUX). — Pileus 12 cm. latus,

7. **Sistotrema citreolum** Lév. Champ. exot. p. 205. — Pileo membranaceo, adnato, demum ambitu libero, zonato, tomentoso, pallide fulvo; aculeis compressis, dentatis, acutis, fuscis. 6871

Hab. ad truncos in insula Java, ramos subinde omnino investiens.

8. **Sistotrema irpicinum** B. et Br. F. Brisb. II, p. 62, t. XIII, f. 2-3. 6872
— Pileo subcuticulari crasso, subtiliter tomentoso, pallido, postice longissime descendente; hymenio umbrino; aculeis irregularibus hic illic lamellosis, quandoque cavis, in parte descendente irpicoidis.

Hab. in ramis vetustis Brisbane Queensland (F. M. BAILEY). --

— Pileus 3,5-4 cm. latus, paullo longior, rigidus; hymenium porosum, poris irregularibus plus minus in laminas fissis.

IRPEX Fr. Elench. p. 142, Hym. Eur. p. 619 (Etym. *irpex* ob dentes).

— Hymenium inferum, primitus dentatum. Dentes firmi, subcoriacei, acuti, cum pileo concreti, seriatim v. reticulatim dispositi basique plicis lamellosis (in sessilibus) v. favosis (in resupinatis) connexi. Basidia tetraspora. Fungi lignatiles, subsessiles v. resupinati, ad *Lenzites* et *Davdaleas* accedentes.

* Stipitati, centrales v. subdimidiati.

1. **Irpex? radicans** Fuck. Symb. p. 23, Fr. Hym. Eur. p. 619. — 6873
Pileo subdimidiato, irregulari stipiteque longissimo, subterraneo pulverulento-tomentosis, pallide ochraceis; aculeis basi favosa ad medium connexis, fuscis.

Hab. ad terram nudam in fageto Eberbach Baden (FUCKEL). — Valde singularis atque affinitatis dubiae. Usque ad 30 cm. stipite subterraneo radicans. Pileus 10-15 cm. latus, 2½ cm. crassus; stipes usque ad ⅓ cm. radicans, 4-13 mm. crassus.

2. **Irpex Sprucei** Berk. in Hook. Journ. 1856, p. 238, Dec. n. 596. — 6874
Mesopus, infundibuliformis; pileo ochraceo, scabro; stipite elongato irregulari; hymenio albo; setis basi membranacea connexis.

Hab. ad terram inter radices, Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 1,7-2 cm. latus, stipes 3-4 cm. longus.

** Pileo postice porrecto pendulus.

3. **Irpex pendulus** (A. et S.) Fr. Elench. p. 143, Hym. Eur. p. 620, *Sistotrema* Alb. et Schwein. pag. 261, t. 6, f. 7, *Sistot. conchatum* Ehrenb. Silv. Berol. — 6875
Pileis membranaceis, plicatis, adpresse squamuloso-pilosis, flavis, postice porrectis, pendulis; dentibus seriatim, magnis, incis, candidis.

Hab. ad ligna scissa pinea in Europa et pr. Aiken in Carol. inf. Amer. foeder. — Characteres omnino generis, sed nulli alii fungo hydneo affinis, potissimum vero *Cyphellæ* et remotius *Trogia*, ut facile peculiaris generis typus. Pilei 2½ cm. vel ultra longi, membrana elastica, sed extensa iterum contrahitur. *Hydnum crispum* Schaefl. t. 147, f. 1 hujus quoque generis videtur, sed ambiguum, quare omittitur. Inzeng. Sic. t. 6, f. 1 omnino diversus fungus.

4. **Irpex hexagonoides** Kalch. Grev. IX, p. 1. — Totus albus; pileus 6876

suberoso-coriaceus, postice porrectus (pendulus?) 2,5 cm. circiter latus, inconspicue zonatus, molliter villosus, dentibus reticulo favaceo, eximie regulari impositis, foliaceis acutiusculis.

Hab. Richmond River Australiæ (De MÜLLER). — Hymenium primo favaceum, ut in *Heccagonia*, demum in dentes foliaceos, unilaterales elevatur.

** Sessiles v. effuso-reflexi, marginati.

5. **Irpex umbrinus** Weim. Ross. p. 372, Fr. Hym. Eur. p. 620. — 1877

Pileo subeffuso-reflexo, membranaceo, repando, subtomentoso, azono, fusco-umbrino: dentibus lamelloso-seriatis, griseo-cinereis, apice incis.

Hab. ad trabes in Rossia minore (BONGARD). — Valde insignis videtur, dorso alnatus, undique liber, 10-15 cm. longus, margine crenulatus, intus fibrosus, fuscus.

6. **Irpex fusco-violaceus** (Schrad.) Fr. El. p. 141 cum syn., Hym. Eur. 1877

p. 620. Weim. Ross. p. 373, Klotzsch Bot. t. 536, *Ag. decipiens* Willd. in Bot. Mag. IV, t. 2, f. 5, *Hydnum* Schrad. Spic. p. 189, *Dedatea* Sommerf. Lapp. p. 271, *Sistotr. violaceum* Secr. 2, p. 510. — Pileo effuso-reflexo, coriaceo, sericeo, zonato, albo-canescente; dentibus lamelloso-seriatis, fusco-violaceis, apice incis. sporis cylindræis, curvatis, minutissimis, hyalinis.

Hab. ad truncos Pini in Europa pr. Minussinsk Sibiæ asiaticæ, ad cortices Aiken Carol. infer. Amer. fœder., ad truncos dejectos Abietis nigre in montibus Adirondack in statu New York (PECK), hinc copiose viget, illinc prorsus deest v. cum pineto-montanis Smolandie occidentalis. — A *Polysticto abietino* certo differt, sec. Fries, quod nobis dubium. Specimina Adirondackensia minime sericea at e descriptione, sed villosa vel tomentosa ut in *Polysticto hirsuto*. Pilei dilatato-reniformes 5 cm. longi, 3 cm. lati, numerosi, arcte imbricati.

7. **Irpex carneo-albus** Fr. Epicr. p. 521, Hym. Eur. p. 620. — Pileo 1877

effuso-reflexo, coriaceo-molli, pubescente, azono, lacteo; dentibus subulatis, basi seriatis, connexis, albo-carnois, apice acutis.

Hab. in silva adusta: omnes truncos Abietis hoc fungo lectos ad Fensjö Sueciæ Semel vidit Fries. — 1. *fusco-violacea* minor, mollior, dentium forma abunde distinctus.

8. **Irpex paleaceus** Fr. El. pag. 141 Hym. Eur. pag. 620; *Hydnum* 1877

Thore Gh. Land. p. 492, *Sistotrema latea subulata* Secr. 2, p. 502 ex ipso var. subterranea. — Pileo effuso-reflexo, coriaceo

subtomentoso, albo; dentibus subfoliaceis, magnis, ochraceo-pallidis, apice dilatatis.

Hab. ad truncos Pini Galliae occidentalis et cortices Alni Helvetiae.

9. **Irpex lacteus** Fr. *El.* p. 145, *Syst. Myc.* I, p. 412, *Hym. Eur.* ⁶⁸⁸¹ p. 621, *Weinm.* l. c. p. 374. *Quél.* p. 348. — Pileo effuso-reflexo, coriaceo, villosa, concentrice sulcato, albo; dentibus confertis, seriatis, acutis, subincisis, lacteis.

Hab. ad Fagi truncos copiose in *Betula alba* (WEINMANN), in *Abiete* in Europa etiam in America arctica (KLOTZSCH), ad truncos arborum pr. Minussinsk Sibiriae asiaticae, ad ramos et truncos emortuos arborum frondosarum Forestburg New York Amer. foeder., ad *Quercus* in Carol. inf. — Sporae 4-6 \times 2. Hymenium varium, interdum gyroso-dentatum, in resupinatis omnino subulatum.

10. **Irpex hirsutus** Kalchbr. *Sziber. Gomb.* p. 17, t. II, f. 1. — *Irpici lacteo* Fr. proximus et ab hoc modo pileo hirsuto strigoso et dentibus majoribus, subfoliaceis, lutescentibus nec lacteis, irregulariter seriatis distinctus. ⁶⁸⁸²

Hab. in arboribus frondosis in Hungaria et in trunco vivo *Betulae verrucosae*, Minussinsk Sibiriae.

11. **Irpex sinuosus** Fr. *El.* l. c., *Hym. Eur.* p. 621, *Weinm.* p. 375, ⁶⁸⁸³ *Quél.* l. c. — Pileo effuso, breviter reflexo, tenui, molli, azono, levi, albo, dentibus subulatis, concoloribus, basi sinuosa connexis.

Hab. ad ramos dejectos *Quercus*, *Betulae* et *Alni* in Europa pr. Minussinsk Sibiriae asiaticae, ad ligna emortua *Peradenyae Ceylon* (THWAITES), ad ramos humi jacentes *Wynantskill*, *Renselaer county* New York Amer. foeder. (PЕCK), in *Connecticut* (C. WRIGHT), in *Audibus* Amer. merid. — *I. lacteo* similis, sed latior, tenuior, mollior, minus persistens, hieme putrescens, quum prior in ver immutatus. Pilei in series longissimas, 30 cm. usque, sed angustas, 2-4 mm. crassas confluent.

12. **Irpex Pavichii** Kalchbr. *Ic. Hung.* t. XXXVII, f. 2, et in *Fr. Hym.* ⁶⁸⁸⁴ *Eur.* p. 621. — Pileo coriaceo, basi angustata sessili, villosa-tomentoso, albedo; zonis concoloribus; ambitu lobulato; dentibus exterioribus reticulato-connexis, truncatis, incisis, interioribus lacris pallidis.

Hab. in truncis Croatiae (Pavicu). — Pileo haud effuso reflexo a praecedentibus differt et pororum scamno reticulato ad sequentes accedit. Cl. *Hazsl.* in *Comm. Ic. Kalchbr.* contendit esse meram formam monstrosam *Polysticti* v. *Lenzitis* cujusdam.

13. **Irpex canescens** Fr. Epicr. p. 522, Hym. Eur. p. 621. — Pileo 6885
effuso-reflexo, coriaceo, subazono, villosa, canescente; dentibus
planis, transversim positis, incis, pallidioribus.

Hab. ad truncos in Europa australi (ACHARIUS). — *Dædalea unicolore* triplo minor, pro ratione crassior, concentrice sulcatus, sed unicolor; dentibus transversim positis insignis.

14. **Irpex durescens** Cooke Grev. IX, p. 98. — Pallido-fulvus; pi- 6886
leo coriaceo-lignoso, tenui, undulato, striato, concentrice subzona-
to, glabro, durescente; margine acuto, flexuoso; aculeis rigidis,
crassiusculis, brevibus, obtusis, regularibus, 1½-2 mm. long.

Hab. in lignis in Africa occid. — Pileus 8 cm. lat., 6 cm. long. Hymenium pileo paulo obscurus. Habitus fere *Polypori* et affinis quoque *Hydno glabrescenti*.

15. **Irpex brevis** Berk. Fl. New Zeal. p. 181. — Subimbricatus, bre- 6887
vis, dimidiatus; mycelio expanso; pileo albo hic illic rufescente, in-
nato-fibrilloso; dentibus elongatis, compressis, dentatis.

Hab. in cortice putrescente, Bay of Islands Novæ Zealandiæ (HOOKER).

16. **Irpex zonatus** Berk. Hook. Lond. Journ. 1845, p. 168, n. 384, Dec. 6888
n. 449. — Ligneo-pallens; pileis imbricatis subflabelliformibus, co-
riaceo-rigidis, zonatis, subtiliter tomentos, glabrescentibus; mar-
gine lobatis, dentibus basi compressis.

Hab. ad ligna emortua in regione centrali ins. Ceylon (THWAITES). — Forma minor inventa in Nepal orientali atque Sikkim Indiæ (HOOKER). — Pileus 10 cm. et amplius latus, 5 cm. longus; dentes 4 mm. long. Affinis. *I. canescenti*; habitus *I. incrustantis*.

17. **Irpex Bresadolæ** Schulz. in Hedw. 1885, p. 146. — Pileo dimidiato, 6889
nec ex effuso reflexo, sessili, cum altero connato, 1,3-3 cm. lato,
fuscescente-albido, basi nigrello-griseo, subzonato, subtomentoso;
dentibus foliiformibus, radiatim ordinatis, interruptis, Lenziti si-
milibus, interdum etiam subuliformibus aut varie formatis, postice
usque 4 mm. longis, versus marginem diminutis, dilute luteolo-
fuscescentibus; carne coriacea, concolori, fere æquali 1,5-2 mm.
crassa, basi parum effusa, sine odore distincto; sporis albis, cy-
lindræis, 5-7 = 3.

Hab. imbricatim ad Amygdalum communem emortuam in Sla-
voniam.

18. **Irpex mollis** B. et C. Kew Gard. Misc. I, p. 236. — Pileo di- 6890
midiato, plano, coriaceo, sordide albo, tomentoso; aculeis longis,
compressis, apice subulatis vel dilatatis.

Hab. ad caudices quercinos Newfield New Jersey Amer. feder. et in Carol. infer. — In nonnullis specimenibus pileus postice decurrens vel resupinatus.

19. **Irpex maximus** Mont. Cent. I, n. 51, *Polyporus labyrinthicus* 6891

Mont. Cuba p. 406. — Pileo coriaceo, tenui, reniformi, plano-convexo, initio tomento pallido secedente tecto, tandem denudato, marginem agrestis acutum repandum concentricè sulcato; dentibus confertis, acutis, pubescentibus, ochroleucis, basi reticulato-connectis.

Hab. ad truncos. Cuba (RAMON DE LA SAGRA, C. WRIGHT), San Domingo ad ligna emortua nec non Queensland Clarence River Australie. — Exima hujus generis nec *Polypori* species.

20. **Irpex coriaceus** B. et Rav. North. Amer. Fung. p. 101. — 6892

Pileo dimidiato, postice decurrente, imbricato, tabacino, concentricè sulcato, tomentoso; dentibus ferrugineis, compressis.

Hab. ad ligna emortua Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT), Bogota Colombiae feder. Amer. merid. — Pileus coriaceus, 4-5 cm. latus; dentes breves, inæquales viridulo-pruinosi. Videtur idem ac *Hydnium brachyodon* Lév. Ann. Sc. Nat. 1846, v. 5, p. 302.

21. **Irpex pityreus** B. et C. — Parvus, brunneus; pileo conciniformi 6893

subvelutino, sericeo, ezonate; hymenio concolore; dentibus compressis.

Hab. in insula Rhodensi Amer. fœder. (BENNETT). — Pileus vix 12 mm. diam. brunneus. Affinis *I. tabacino* et *I. coriaceo*.

22. **Irpex consors** Berk. Cali. n. 267. — Imbricato-reflexus; pileis 6894

pulverulento-tomentosis, mox glabrescentibus, leniter zonatis; dentibus compressis, umbrinis, apice candidis.

Hab. ad truncos in Japonia. — Plura cm. latus.

23. **Irpex flavus** Kl. Lina. VIII, p. 183, Fr. Epicr. pag. 522, Berk. 6895

Exot. Fungi p. 395, *Polyporus flavus* Jungh. Java p. 46. — Pileo effuso, spongioso-molli, luteo; margine breviter reflexo, tomentoso; dentibus compressis, seriatis, concoloribus, basi reticulata convexis

Hab. ad Bambusas, truncos etc. in insula Java, Peradenya et in regione meridionali insule Ceylon (TUWAITES), Herbert's Creek in Queensland Australie (E. M. BOWMAN), Rockingham Bay (DAL- LACHY), Adelaide (DR. SCHUMBERG) et in Amer. bor. — Forma **na- ialensis** Kschbr. membranacea, tota effusa, crustaceo-adsnata, poris dentium amplis, superficialibus, sinuosis. In terra Natal.

24. **Irpex grossus** Ksch. Grey. X, p. 57. — Pileo suberoso-coriaceo, 6896

effuso-reflexo, subazono, adpresse villosa, albida; dentibus e scamno

poroso emergentibus, ad marginem transversim positis, seriatim confluentibus, truncatis, incis, mediis inordinatis, dentatis, ligneo-fuscescentibus; substantia ligneo-pallente.

Hab. ad Somerset East Boschberg (MAC-OWAN). — Placentas orbiculares sistit, 2-3 cm. latus, supra margine angusto limitatas.

Fr. paleaceo, Fr., proximus, sed habitu peculiari, rudi distinctus.

25. ***Irpex crassus*** B. et C. North Am. Fungi p. 24. — Tenuis, su- 6897
 herosus, postice adnatus atque decurrens, subimbricatus; pileo minute pubescenti, intus zonato, dentibus lamellaribus, apice fimbriatis.

Hab. in Amer. foeder. Carol. super. (SARTWELL), Massachussett, Pensilvania (MICHENER). — 5 cm. crassus; dentes 8-12 mm. long.

26. ***Irpex griseo-fuscus*** Mont. Guy. n. 398, Syll. Crypt. n. 368. — 6898
 Pileo reflexo coriaceo-membranaceo, semiorbiculari zonato, villo denso griseo canescente radioso primitus obtecto, dentibus postice basi conico-subulatis, antice lamelloso-seriatis, fuscis, albo-pruinosis basi reticulato-connexis.

Hab. ad truncos arborum in Guyana Amer. merid. (LEPRIERE).

27. ***Irpex incrustans*** Mont. et B. in Dec. n. 16 et Syll. Crypt. n. 567. 6899
 — Pileo effuso-reflexo; margine in lobos semiorbiculares diviso, subcoriaceo tomentoso albo-ochraceo; subiculo tomentoso; dentibus lamelloso-seriatis, incis, acutis, ochraceis.

Hab. ad ramos dejectos, Guyana anglica Amer. merid. (SCHOMBURGK)

28. ***Irpex farinaceus*** Fr. Linn. V, p. 523, Epier. p. 522. — Pileis 6900
 effusis, seriatim protractis, coriaceis, breve reflexis, concentricè sulcatis, umbrinis; dentibus compressis, seriatis, griseis, farinae cois.

Hab. ad cortices Brasiliæ. — Valde a reliquis diversus.

29. ***Irpex pallescens*** Fr. Epier. p. 522. — Pileo effuso, determinato, 6901
 marginato, subreflexo dentibusque lamellosis, incis, centralibus subulatis, ligneo-pallidis, albido, molliter tomentoso.

Hab. in truncis Liriodendri, Erythrinæ, Persicæ in America boreali et pr. Estancia de Meliton Lascano nec non in paludosis pr. la Recoleta in America australi. — Colore insignis, fere *Dacrydium quercina*.

30. ***Irpex tabacinus*** B. et C. North Am. Fung. n. 198, Fr. Noy. 6902
 Symb. p. 106. — Breviter reflexus subzonatus, spadicibus, pubescens postice longe decurrens, lacte tabacinus; hymenio concolore; dentibus compressis; obtusis inaequaliter seriatis.

Hab. in Carol. infer. Amer. foeder. forma polyporoides (RA-

VENEL), in Texas (C. WRIGHT), Canada et P. Natal. — Imbricatus, velutinus. Affinis *I. coriaceo* sed dentes atque pileus minus dimidiatus.

31. *Irpex hypogæus* Fuck. Symb. m. Nachtrg. II, p. 88. — Mycelio 6903
sterili longe disperso, candido; hymenophoro reflexo, late effuso, dense byssino, primo candido, demum pallide fusco-ochraceo, hymenio proprio deficiente, sed aculeis in bysso ipso ortis inordinate dispositis, laxis densisve, rectis, 2-6 mm. longis, forma valde varia, junioribus sæpe teretibus sed plerumque basi compressis, demum sublabyrinthiformibus, incisus dentatisque, acutis, concoloribus.

Hab. in silvis pineis pr. Æstrich Rhenogoviæ raro. — Ad circiter 50 cm. terram intrans.

32. *Irpex atro-purpureus* Speg. F. Arg. Pug. IV, n. 32. — Late ef- 6904
fusum crassiuscule membranaceum, 1-1,2 mm. crass., laxè adnatum, pulchre et intense atro-purpureum, primitus hymenio undulato hinc inde ob matricis inæqualitatem scrupuloso v. subbulloso, dense ac minute subcanaliculato-reticulato, canaliculis exilissimis pallescentibus, extus fulvo-ferrugineus, tomentosulus, dein hymenio hinc inde rimuloso, ob marginem frustulorum superpositum ac subreflexum fere bistratoso ubique densiuscule denticulato-hirto, extus glaberrimus purpureo- v. rubiginoso-ater; denticulis hymenii, 0,7-1,5 mm. long., densiusculis, erectis v. obliquis, apicè acutis, pluridentato-laceratis, basi sæpe reticulatim junctis, concoloribus v. saturatoribus; sporis..... non visis.

Hab. ad corticem trunci dejecti putrescentis *Erythrinæ Cristæ-galli*, in uliginosis nemorosis prope Palermo, in Argentina Amer. merid.

33. *Irpex glaberrimus* (Pers.) Fr. Hym. Eur. p. 621, *Sistotrema* Pers. 6905
Myc. Eur. 2, p. 214. — Effuso-reflexum; pileo coriaceo, tenui, subzonato, glaberrimo, fusco-rufo; dentibus confertis, acutis, pallidis, basi favosa insidentibus.

Hab. ad truncos Juglandis prope Viennam Galliæ. — Habitus *Polysticii versicoloris*.

34. *Irpex cubensis* B. et C. Fung. of Cub. n. 355. — Pileo reniformis 6906
cervino, glabro, lineato; margine rotundato cirroso; hymenio concolori; aculeis compressis.

Hab. ad ligna emortua Cubæ (C. WRIGHT). — Circ. 1 cm. lat.

35. *Irpex formosus* Sacc. Misc. Mycol. II, n. 61. — Pileis definite 6907
lateralibus, subinde duobus confluentibus, eximie flabellatis, margine profunde inciso-lobatis, deorsum angustatis, pallide alutaceis,

6-7 cm. longis, membranaceo-coriaceis, planis, longitudinaliter strio-
latis, vix discolori-zonatis, sericeo-nitentibus sed fere glabris;
dentibus stipatis, angustis, acutis, incis, basi anguste membranaceis
leviter connexis, alutaceis.

Hab. ad truncos in Mexico (GALBERTI). - *Irpici zonato* et *I. incrustanti* subaffinis, sed dentibus crebris, minutis differt.

36. **Irpex heterodon** Sacc. Myc. Ven. Spec. p. 59, tab. VII, f. 16-19. 6908

— Pileo dimidiato-sessili, e basi angustiore subflabellato, interdum lobato, tenui, subcoriaceo, radiatim leviter rivuloso, e tomentoso glabrescente, albo; dentibus pallide carneis, seriato-radiantibus, dimorphis, aliis subfoliaceis, apice truncato subdentatis, aliis ad basim pilei longioribus, subulatis; sporis rotundis, 4 μ . diam., 1-guttulatis, albis.

Hab. ad truncos annosos Quercuum silvæ Montello, Treviso Ital. bor. — Affinis videtur gallico *Irpici paleaceo* Fr., a quo præcipue differt ob dentes dimorphos, et exotico *I. pallescenti* Fr., a quo recedit pileo nec marginato, nec ligneo-pallido. Sec. cl. Bresadola in litteris nunc spectat *Sistotrema pachyodon*, quod tamen describitur carnosum.

37. **Irpex vellereus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 61. — Pileo 6909

dimidiato, lateraliter conflente, postice decurrente zonato, antice sordide candido spongioso; contextu sericeo; hymenio pallide vinoso-umbrino; margine striato, obtusiusculo, albicante; aculeis compressis confluentibus, apice candidis.

Hab. ad ligna emortua in ins. Ceylon (THWAITES). — Ob confluentiam plura cm. latus.

38. **Irpex fomentarius** Mont. Syll. Crypt. n. 570. — Effusus; subiculo 6910

floccoso-byssino, molli, crasso, brunneo-fuliginoso; pileo tenui, separabili; dentibus longis plano-compressis apice attenuato acutis vel dentato-laceris basi connexis fuscis, ceterum albo-pruinosis.

Hab. in ligno denudato in Pyrenæis orientaliibus Galliæ (MONTAGNE). — Singularis nec anamorphosi locis suffocatis ortus. Colore tantum *I. tabacinum* B. et C. referens, at toto cælo diversus. Subiculum orbiculare, 5 cm. latum, 2-3 mm. crassum, byssino-contextum, fomitem apud Gallos *Amadou* vocatum referens; pileus tenuis, a subiculo separabilis, cum eo iisdem et colore et structura gaudens, paululo minor, vix 3 cm. diametro æquans; dentes plano-compressi aut omnino plani, basi fusca crassiori reticulato-connexi, 3 mm. longi, apice attenuato-acuti vel lamellati, lacero-dentati, albo-pruinosi.

*** Resupinati.

39. **Irpex lohntonii** Fr. Hym. Eur. p. 621. Berk. Outl. p. 262. — 6911
Resupinatus, coriaceo-membranaceus, separabilis, albus, ambitu
nudo; dentibus compressis, inæqualibus, seriatim dispositis.
Hab. ad ramos emortuos in Anglia. — *I. lacteo* ob dentes se-
riatos proximus.
40. **Irpex paradoxus** (Schrad.) Fr. Epier. I, p. 522, Hym. Eur. p. 621. 6912
Quél. p. 280. *Hydnum* Schrad. Spic. t. 4, f. 1, *Sistotrema digitatum*
Pers. Syn. p. 553. Alb. et Schw. p. 263, Secr. 2, p. 375, *Irp. Cera-*
si Fr. El. I, p. 146, Weinm. p. 376. — Effuso-adnatus, primo orb-
iculacis, mox confluentis, albus, ambitu tomentoso, niveo; hymenio
sinuoso-plicato, in dente divergentes, digitato-incisos fimbriatos-
que porrecto.
Hab. ad cortices Betulae, truncos Cerasi, Pruni, Rhamni Fran-
gulæ in Europa, ad Oreodaphnem in Sierra Nevada Amer. fœder.
— Habitu et vegetationis modo *Radulo orbiculari* similis, sed con-
figuratione hyemii, ceterum varii, diversus.
41. **Irpex candidus** Weinm. Ross. p. 376, Hym. Eur. p. 622, *Xylo-* 6913
don Ehrenb. Sylv. Ber. p. 19, Ber. p. 30, *Hydnum* Schlecht. Ber.
2, p. 197, *Sistotrema* Pers. Myc. Eur. 2, p. 199. — Effusus, arete
adnatus, tenuis, candidus, ambitu byssino; dentibus seriatim posi-
tis, compressis, inæqualibus, subincisis, pallidis.
Hab. ad ramos dejectos (WEINMANN), ad ligna Pini (EHRENBERG).
— Species nondum rite cognita.
42. **Irpex spathulatus** (Schrad.) Fr. El. p. 146 e. syn., Hym. Eur. p. 622, 6914
le. t. 194, f. 3, *Hydnum* Schrad. Spic. t. 4, f. 3 (dentibus confertis
recedit). Alb. et Schw. p. 263. — Effusus, membranaceus, candi-
dus, primo byssaceus, demum glabratus; dentibus spathulatis, aqua-
libus, integris; vens obsolete, reticulato-connexis.
Hab. ad cortices abiectos, in Europa rarissime. — Distinctissi-
mus, nunquam porosus. — Var. **pomicola** Quél. in Hedw. 1885
p. 146: ex effuso reflexus, luteolo-albidus; ceterum ut in forma ty-
pica, Gregatum ad ramos emortuos Piri Mali in hortis in Sla-
vonia.
43. **Irpex obliquus** (Schrad.) Fr. El. p. 147, Hym. Eur. p. 622, Weinm. 6915
p. 376, Berk. Outl. p. 264, *Hydnum* Schrad. Fr. Syst. Myc. I, p. 421,
Sistotr. Alb. et Schw. p. 263, *Sistotr. alveum* Secr. 2, pag. 504,
Bolt. t. 167, f. 1 (ex icone plene). — Effusus, crustoso-adnatus,
albo-pallescentis, ambitu byssino; dentibus e basi favosa porrectis.

compressis, inequalibus, incis. obliquis; sporis minutissimis, perfecta globosis, uniguttulatis, hyalinis.

Hab. ad cortices Fagi, Alni, Betulae, Sorbi, Robiniae, Salicis etc. in Europa, ad truncos Liquorambaris in Carol. infer. et media Amer. foeder., Quercus et Alni North Greenbush, Center et Sandlake New York (Pæck). — Sola vulgata species hujus gregis. Primo ample porosus, sed primitus dentatus, demum prorsus *hydneus*.

44. **Irpex deformis** Fr. El. p. 147, Hym. Eur. p. 622, Weinm. p. 377, 6916
H. pseudo-boletus De Cand. Fr. Syst. Myc. I. p. 421. — Effusus, crustaceus, tenuis, albus, ambitu pubescente, subbyssino; dentibus e basi minute porosa subulato-perrectis, tenuibus, subligitato-incis.

Hab. ad ligna et ramos Quercus (CHAULET), in montibus Juranis, nec non in silvis Mont. Boschberg Africae australis (MAC OWAN). — Ad Polyporos accedit, sed perperam cum *Polystictio abietino* conjunctus.

45. **Irpex carneus** Fr. El. p. 148, Syst. Myc. I, p. 420, *Hyd. tre-* 6917
mellosum Wallr. D. Fl. 4, p. 613, *Radatum* Fockel p. 23. — Effusus, cartilagineo-gelatinosus, membranaceus, adnatus, rubescens; dentibus obtusis subulatisque, integris, basi conjunctis.

Hab. ad cortices arborum, raro in Europa. — A genere omnino deflectit ad *Radula* et *Phlebias*.

46. **Irpex cinnamomeus** Fr. Epier. p. 521. — Effusus, adnatus, bys- 6918
 sinus, subcinnamomeus, dentibus compressis inaequalibus, siccis incis.

Hab. ad truncos Amer. borealis. — Forma *Irp. obliqui*, dentes glabrati et firmi; ceterum sec. spec. vix differt *Ceratium ferrugineum* Wallr. Cr. p. 305, forma suffocato byssina.

47. **Irpex depauperatus** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 61. — 6919
 Totus resupinatus, ex albo pallide ochraceus; subiculo primum arachnoideo, dein glabrato; aculeis compressis, apice partitis.

Hab. ad Pedrotagalla et in alijs regionibus centralibus ins. Ceylon (O. BECCARI, THWAITES). — Affinis *I. candido* sed multo magis ambigenus.

48. **Irpex discolor** B. et C. North Am. Fungi n. 202. — Totus re- 6920
 supinatus; subiculo tenui albo, cito poroso; dentibus fasciculatis, compressis, subulatis.

Hab. ad truncos in America boreali. — Hymenium umbrinum.

49. **Irpex cartilagineus** Speg. Fung. Arg. Pug. III, n. 22. — Resu- 6921
 pinatus; pileis late effusis, tenacellis, cartilagineis, matrici arcte adherentibus, margine lobis liberis sed non v. vix apice reflexis

donatis; parte superiore lobulorum fulvo-ferruginea, glabra v. vix minutissime puberula, sericeo-nitente, quandoque foveolato-alveolata; hymenio albo-cinereo, margine plus minusve late sterili et fusciscenti; aculeis longiusculis, 2-3 mm. long. 0,3-0,2 mm. crass., obliquis, subconicis, lateraliter compressis, apice rotundato-truncatis, eroso-denticulatis, laxis; sporis.... non visis.

Hab. in trunco Salicis Humboldtianæ vetusto in umbrosis pr. la Recoleta in Argentina Amer. merid.

50. *Irpex Schweinitzii* B. et C. North Amer. Fungi n. 200. — Re-⁶⁹²²
supinatus; subiculo membranaceo, separabili; margine sterili, brevi, hyssoidæo; dentibus carneo-griseis, compressis.

Hab. in Alabama Amer. fœder. (BEAUMONT). — Latitudine vix 12 mm. excedens, suborbicularis; subiculum tenue: dentes subporiformes, partem tantum centralem obsidentes.

51. *Irpex colliculosus* B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 61. —⁶⁹²³
Totus resupinatus, orbicularis, demum confluentis, convexus, gilvus, margine tenui, subhyssoidæo, pallido; aculeis compressis farinaceis.

Hab. ad ligna emortua Ceylon (THWAITES). — Hymenium quandoque persistenter poriforme, udum primitus nigro-purpureum.

52. *Irpex fimbriæformis* B. et C. North Am. Fungi n. 201. — To-⁶⁹²⁴
tus resupinatus, immarginatus, dentibus e basi triangulari subulatis seriatis.

Hab. in Pensilvania Amer. fœder. (MICHENER). — Effusus, pallidus. Species distinctissima.

53. *Irpex Archeri* Berk. Fl. Tasm. p. 257, tab. CLXXXIII, fig. 1. —⁶⁹²⁵
Albus, resupinatus; margine tomentoso-arachnoideæo; dentibus reticulato-connexis, brevibus, palmatis.

Hab. in ligno putri in Tasmania (ARCHER). — Hæc species nec non *Radulum palmatum* Berk. ob dentes palmatos genus distinctum constituere possent, cui nomen *Cladodontia* proponitur a Rev. Berkeley.

54. *Irpex ambiguus* Peck 40 Rep. p. 55. — Resupinatus, adnatus;⁶⁹²⁶
subiculo tenuissimo, flocculoso-pruinoso, albo, ætate protracta expallente; aculeis obliquis, sæpe basi conjunctis, minutis, valde variabilibus, subulatis et integris vel compressis, acutis, truncatis, ramosis, incisus vel subserratis, prima ætate albis, dein pallescentibus.

Hab. in lignis corticibusque fagineis putrescentibus M. Adirondack Americæ borealis. — Cæsmites parvos irregulares et interruptos efformat. *Hydno pallido* similis.

55. *Irpex viticola* C. et Peck 34 Rep. p. 43. — Resupinatus, suborbicularis vel in plagulis elongatas confluens, margine plerumque definito et leniter reflexo, subcarnereus; dentibus compressis, subincisis, acutis vel obtusis, albidis vel pallidis. 6927

Hab. in sarmentis emortuis *Vitis* North Greenbush Amer. bor.

RADULUM Fr. Elench. p. 148, Hym. Eur. p. 623 (Ety. *radula* ob hymenium asperum). — Hymenium amphigenum, tuberculosum. Tubercula rudia, difformia, vulgo elongata, obtusa, ceracea (exceptis paucis), inordinata, discreta. Basidia tetraspora, etiam in hymenio levigato præsentia. Epixyla, resupinato-effusa, sæpe per corticem erumpentia.

* Denudata, maxime varia.

1. *Radulum pendulum* Fr. El. p. 149, Hym. Eur. p. 623, Ic. t. 195, f. 1. — Longitudinaliter effusum, lacteo-pallens; margine superne breviter reflexo, coriaceo-molli; hymenio infero, tuberculis elongatis, vagis, pendulis. 6928

Hab. in Alni et *Betulæ* e rimis corticis erumpens, hieme raro et ad ligna pinea in Europa. — Pilei 2½ cm. et ultra lati sed pars reflexa vix 4-6 mm. lata. Tubercula fere sequentis, sed definite terram spectantia.

2. *Radulum orbiculare* Fr. Elench. p. 149-151, ubi syn. et plena historia, Hym. Eur. pag. 623, Grevill. t. 278, *Hydnum Radula* Syst. Myc. 1, p. 423, *Sistotrema* n. 8, 10, 11, Pers. Myc. Eur. 2, p. 195, Secr. n. 34 non obstat. — A. *silanicum* orbiculare, confluens, ex albo lutescens, ambitu byssino; tuberculis elongatis, subteretibus, sparsis v. fasciculatis. B. *hornotinum* vernale, ceraceo-carnosum, glabrum, carneum; tuberculis mollioribus, brevioribus, quasi detritis; sporis minutissimis, ovato-cylindricis, subcurvatis, hyalinis (sec. Karst., an?). 6929

Hab. ad cortices *Betulæ*, *Salicis*, *Populi*, *Carpini*, *Alni*, *Pruni*, *Tilite* ubique in Europa, ad ligna corrupta Slingerlands et Mechanicsville New York Amer. fœder. (Peck), ad Nyssam et *Cerasum* in Pensilvania (MICHENER) et in Africa austr. — 5-8 cm. latum, membranaceum vel 5 mm. crassum. Mire versiforme, sed distinctissimum, cum *Irpice paradoxo* tantum comparandum. Tubercula variant flexuosa, vernalia detrita videntur, *R. læti* simillima. — Var. *luteolum* Quél. 14 Suppl. p. 7: effusum, tomentosum, araneoso-lanosum, margine niveum; hymenio glabro, dentibus acutis,

- 2-3 mm. longis, raro appianatis, pruinosis, junquilleis, apice albis; sporis allantoides, 12 μ . longis, hyalinis. In ligno putri Coniferarum Jura.
3. **Radulum quercinum** Fr. Epicr. p. 525, Hym. Eur. pag. 623, Pat. 6930 t. 358, Gill. C. F. c. ic. Berk. Outl. p. 263, *Hydnium* Fr. Syst. Myc. 1, p. 423, Weim. Ross. p. 369, *H. obtusum* Schrad. Spic. p. 178, Rayi Sya. t. 1, f. 4, p. 11, n. 7 cum deser. optima — B subrotundo late confluentis, imatum, crustaceum, glabrescens, ex albo pallidum; tuberculis teretibus, validis, obtusis, sparsis fascicularisve, difformibus, apice floccoso-villosis; sporis globosis vel irregulariter globosis, hyalinis, 4-6 μ . diam.
- Hab.* ad ligna *Quercus* in Europa. — Subiculum arete adnatum, 5-8 cm. longum; aculei obliqui, subcompressi. Rude, versiforme, cum *Hydnis* n. 125, 132 saepe confusum. Pers. Myc. Eur. 2, p. 192 additis syn. dubium — Var. **Robiniae** Sacc. Mich. 1, p. 3: dentibus quamloque acutatis, omnibus vero apice sub lente setulosis. In cortice putrescente *Robiniae* Treviso Ital. bor.
4. **Radulum molare** Fr. El. p. 151, Hym. Eur. p. 623, Quel. p. 349, 6931 *Sistotr.* Pers. Myc. Eur. 2, t. 22, f. 1, *H. Raduli* Secr. n. 27 e deser. — Late effusum, crustaceum, glabrum, ligneo pallens, subtilescens; tuberculis difformibus, curtis, subconicis, glabris, sparsis vel conglomerato-confluentibus
- Hab.* ad truncos *Quercus* in Europa, ad cortices arborum variarum, ad *Alnum*, *Ulmum americanam*, *Caryam*, *Quercum* in Pennsylvania (MICHENER, RAVENEL). — Crassius, coraceum, sed siccum induratum, ruosum. Tubercula obliqua et subiculo saepe latere adnata, maxime varia. *Sistotr.* n. 3, 4, 7 et 9 Pers. Myc. Eur. ad quercina ligna a Chailloto detecta, auctor ipse discernere se non valere testatur.
5. **Radulum tomentosum** Fr. Epicr. p. 525, Hym. Eur. p. 624. Montagn. in Ann. Sc. Nat. 1836, p. 37, Quel. l. c. *Sistotr. cellare* f. Alb. et Schw. p. 264. — Effusum, imatum, crassiusculum, albopalescens, ambitu tomente, erecto, tomentoso; tuberculis brevibus, congestis, angulatis, obtusis, glabris, confluentibus
- Hab.* in Europa in locis humidis ad cortices *Salicum* inter rimas vulgo serpens, sed etiam ad asseres pineos in Ardennis, ad truncos *Sorbi aucupariae* in Britannia. — Siccum ligneo-pallens et tomentum interdum ferruginascens.
6. **Radulum Schulzeri** Quel. in Hedw. 1885, p. 116. — Pluribus indivi- 6933
duis confluentibus, expansiones duo aut plura em. deinde longas for-

mantibus, cum margine facile mobili, coriaceo hymenio ceraceo, vix 0,5-0,7 mm. crasso, utrinque dilutissime rutilo-fusco, deinde supra saturato, limbo dilutiore, fere albido, subtus plano, superne sparsim, tandem approximatum, tuberculis ornato; tuberculis usque 2 mm. altis, stalactiformibus inæqualibus, obscurioribus, tactu badiis.

Hab. ad ramos dejectos in silva Crni gaj Slavoniae. — Hymenium verum adest; sporæ Tremellinos in memoriam redigentes, cylindræ, curvulæ, utrinque rotundatæ, 12-16 \times 4-5.

7. **Radulum concentricum** Cooke et Ellis Grev. 1885, p. 113. — Late 694
effusum, crustaceum, glabrum, lutescens, tuberculis inæqualibus, elongatis, subteretibus, aliis conicis, aliis spathulatis aliisque confluentibus, plus minusve concentricis, plerumque ambitu abbreviatis, subvenosis.

Hab. ad ramos Oregon Amer. bor. (ELLIS).

8. **Radulum palmatum** Berk. Fung. Darw. p. 115. t. X, f. 1. — Car- 695
neo-rufum; subiculo effuso maculas irregulariter ellipticas demum lobatas efformante; processibus hymenii primo aculeiformibus, dein palmatis multifidis compressis.

Hab. in trunco Citri Auranti, Rio Janeiro. — 3-5 cm. latum; aculei 2-6 mm. long.

9. **Radulum corallinum** B. et Br. Ann. N. H. n. 1441. — Effusum, 696
candidum; subiculo nitenti, tenuissimo, pelliculoso; tuberculis fasciculatis, divisis, obtusis, coralloideis.

Hab. ad ramos querneos in Scotia. — Ad 8 cm. effusum; fasciculi v. tubercula 6 mm. diam. vel ultra.

10. **Radulum deglubens** B. et Br. Ann. N. H. n. 1440. — Orbiculare, 697
ferrugineum, subdiaphanum; tuberculis erectis, subcylindricis, irregularibus, sparsis, intersfittis levibus, ob sporas aibas pulverulentis

Hab. in trunco Fraxini, Forres, New Pittsigo Britannia. — Circiter 12 mm. latum.

11. **Radulum epiteucum** B. et Br. Ann. N. H. n. 1442. — Effusum, 698
ochraceo album, totum resupinatum; subiculo niveo, strato ceraceo oblecto; tuberculis sparsis, cylindræ, subtiliter fimbriatis, deciduis.

Hab. in ligno decorticato, Glandis Britannia. — Plura cm. lat.; tubercula decidua atque nudum subiculum farinaceum relinquuntia annulari depressione vallatum.

12. **Radulum Bennettii** B. et C. North Am. Fungi n. 205. — Totum 699
resupinatum, pallidum, rimosum, tuberculis brevibus exasperatum.

Hab. ad ligna decorticata alba in ins. Rhodensi Amer. fœder. (J. L. BENNETT). — Margine distincto carens, pallidum in areolas diffractum.

13. **Radulum mirabile** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 558. — Primum 6940 orbiculare tomentosum, demum confluens; hymenio perfecto hispidulo.

Hab. ad ligna emortua in ins. Ceylon (THWAITES), Borneo (BRUCARI). — 13 cm. longum, 5 cm. latum. Forma borneensis ad folia quedam, ob immaturitatem dubia.

14. **Radulum pallidum** B. et C. North Am. Fungi n. 203. — Totum 6941 resupinatum, lacte ochraceum; margine superiore tomentoso; dentibus brevibus, cylindricis, sparsis.

Hab. ad cortices Caryæ in Carol. inf. Amer. fœder. — Maculæ oblongæ, quarum margo superior tomentosus subreflexus, inferior candidus, dentes sæpe inferne adnati.

15. **Radulum Magnoliæ** B. et C. Hook. Kew Misc. 1, p. 236. — To- 6942 tum resupinatum, hic leve ceraceum, carneo ochraceum, illic crassum e dentibus cylindricis obtusis connatis stalactitiis.

Hab. ad cortices glabros Magnoliæ glaucæ in Carol. infer. Amer. fœder.

16. **Radulum rhabarbarinum** B. et C. N. Pac. expl. n. 102. — Resu- 6943 pinatum, effusum, irregulare, ferrugineum; tuberculis fasciculatis subcylindricis tenuibus, apicibus obtusis emarginatis.

Hab. ad ligna corrupta, Nicaragua Amer. centr.

17. **Radulum spinulosum** F. et C. North Am. Fungi n. 204. — Ef- 6944 fusum, isabellinum, margine elevato tomentoso, dentibus minutis sparsis spinulosum.

Hab. in Alabama Amer. fœder. (PETERS).

** Innata, decorticantia.

18. **Radulum fagineum** (Pers.) Fr. El. p. 152. Syst. Myc. 1, p. 423, 6945 Hym. Eur. p. 624, Cooke p. 305, Quél. p. 281, *Sistotr.* Pers. Syn. p. 552 et Myc. Eur. aliorum ferri non potest. — Innatum, decorticans, glabrum, album, pallescens; tuberculis elongatis, teretibus, variis, obtusis, integris; sporis oblongis, subcurvatis, utrinque obtusis, uni-bi-guttulatis, hyalinis, 12 = 6.

Hab. in Fago, Betula in Europa. — Ramos decorticatos ambit, quasi stalactitium.

19. **Radulum lætum** Fr. El. l. c., Hym. Eur. pag. 624, Desmaz. exs. 6946 n. 667, *Thel. hydnoides* Pers. Syst. Myc. 1, p. 445 c. syn. — In-

natum, decorticans, carneo-aurantiacum: tuberculis difformibus, obtusis, glabris, elongatis papillosisve.

Hab. ad ramos præcipue Carpini in Europa et New England Amer. bor. (SPRAGUE). — Ad longitudinem 10 cm. et ultra extensum. Colore tantum a priore differt.

20. **Radulum botrytes** Fr. El. l. c., Hym. Eur. p. 624. — Innatum, 6947
decorticans, tenue, glabrum, spadiceo-pallens; tuberculis conglomeratis, pedicellatis, flavis.

Hab. ad ramos Quercus in Europa. — Forte forma *Corticii comedentis*.

21. **Radulum glossoides** Fr. El. l. c., Hym. Eur. p. 624. *Sistotr.* Pers. 6948
Myc. Eur. 2, p. 193. — Innatum, decorticans, tenue, glabrum, ligneo-pallens; tuberculis distantibus, ligulatis, rigidis, obscurioribus.

Hab. ad Quercus (?) Galliæ. — Dentes omnino æquales, exceptis nonnullis minoribus, compressi et obtusi, glabri, sparsi, 2 mm. plus minus inter se remoti.

22. **Radulum aterrimum** Fr. El. l. c., Hym. Eur. p. 624, Ic. t. 195, 6949
f. 2, Sch. Su. exs. n. 39, Fuckel exs. n. 937 (e Symb. n. 1334). — Innatum, decorticans, strigosum, atrum; tuberculis elongatis, distantibus, magnis, difformibus, subcompressis, nigris.

Hab. in Europa, ad Betulas hieme, tam ramulos delapsos, quam integros truncos, hinc ubique horrentes, obducens, etiam in America arctica (DRUMMOND). — Hymenium non contiguum. — Habeo schedulam impressam, ita inscriptam: *Radulum Cyathææ* on tree fern stems (tab. 130, fig. 5-8), sed nunc libri et loci memoria fugit.

PHLEBIA Fr. Syst. Myc. I, p. 426, Hym. Eur. p. 625 (Etym. *phlebs* vena). — Hymenium amphigenum, ceraceo-molle, glabrum, contiguum, jam primitus in cristas corrugatum; rugis confertis, interruptis, persistentibus, acie integerrimis, ubique basidiis 4-sporis tectum. Resupinato-effusæ, udæ subgelatinoso-ceraceæ, siccæ cartilagineæ. — Genus ad *Thelephoreas* ducit doct. Quélet.

1. **Phlebia merismoides** Fr. Syst. Myc. I, p. 427, Hym. Eur. p. 624, 6950
Grev. Scot. t. 280, Weinm. Ross. p. 401, Huss. II, t. 44, Pat. Tab. 133, *Mer. fulvus* Lasch Linn. IV, p. 552. — Effusa, levis v. incrustando ramulosa, e carneo livida, subtus villosa alba, ambitu aurantio-strigosa; rugis simplicibus, rectis, confertis.

Hab. ad caudices truncorum, vulgò muscos incrustans in Europa et pr. Indian Lake New York Amer. fæder. (Pæck). — Probabili-

tes admodum affinis *Ph. radiata*. Rugæ numquam porosæ v. reticulatæ, 2-10 cm. diam. Sporæ minutissimæ 3 = 1,5 (Pat.).

2. ***Phlebia radiata*** Fr. Syst. Myc. I, p. 427, Hym. Eur. p. 625, **Weimm.** 6951
l. c., Berk. Outl. p. 263, *Auricularia asrantiaca* Sowerb. t. 291, *Theleph. bolaris* Pers. Myc. Eur. I, p. 138, *Th. cinnabarina* Schwein. — Subrotunda, æqualis, utrinque glabra, carneo-rubra, ambitu radiato-dentato; plicis rectis, seriato-radiantibus; sporis elongatis, curvulis, hyalinis, 4-5 = 1-1,5.

Hab. ad cortices Betulæ, Alni etc. in Eßropa et Amer. fœder. nec non ad Queensland Australiæ. — Ceteris tenuior, lætior, 2½-8 cm. lata. Vix omnes varr. Fr. in EL p. 154 h. l.

3. ***Phlebia contorta*** Fr. Syst. Myc. l. c., Hym. Eur. p. 625, **Weimm.** 6952
l. c., Berk. Outl. p. 264, *Ricinophora carnea* Pers. Myc. Eur. 2, t. 18, f. 5. — Effusa, firmula, e rufo fusca, utrinque glabra, ambitu indeterminato; plicis hinc inde conglomeratis ramulosisve, subflexuosis, irregulariter dispositis; sporis elongatis, curvulis, hyalinis, 3-5 = 1-1,5.

Hab. ad cortices Sorbi etc. — Utique a *P. radiata* Betulam incolente distincta, sed in variis truncis adsunt formæ minus evolutæ ægrius distinguendæ. Cfr. Fr. El. l. c.

4. ***Phlebia vaga*** Fr. Syst. Myc. I, p. 428, Hym. Eur. p. 625, Berk. 6953
l. c. QuéL. l. c. — Effusa, adnata, ambitu byssino-fibrilloso, sordide lutescente; hymenio lutescenti-griseo, rugis serpentibus intricatis sensim coalito, perfectis papilla granulosa terminatis.

Hab. ad ligna putrida Pini in Europa, ad ligna corrupta in Carol. infer. et media Amer. fœder. et in Connecticut (C. Wright). — 5 cm. et ultra lata. Hymenium in perfectis omnino generis, ceraceum, sed rugæ demum dense papilloso-granulosæ. Sterilis frequenter obviam venit, ad *Himantiam sulphuream* etc. rejecta, h. e. *Athelia sericea*: Pers.

5. ***Phlebia albida*** Fr. Monogr. II, p. 280, Hym. Eur. p. 625. — Ma- 6954
culæformis, orbicularis, ceracea, aduata, alba, ambitu similari, limitato; rugis elevatis, simplicibus, sparsis.

Hab. ad truncos prostratos in Europa.

6. ***Phlebia centrifuga*** Karst. Symb. VIII, p. 10. — Orbicularis, sub- 6955
adnata, subgelatinoso-ceracea, glabra, ambitu radiato-fimbriata, albida, rugis rectis v. subflexuosis, simplicibus intricatis; sporis oblongatis vel ovoideo-oblongis, rectis vel leniter curvulis, 5-7 = 1,5-3.

Hab. in trunco Abietis excelsæ prostrato prope Mustiala Fen-

nia. — A *P. albida* affini substantia subgelatinosa margineque radiato diversa.

7. *Phlebia hirtellosa* Pers. Myc. Eur. III, p. 2, t. 18, f. 2-3 (*Dactylaria* 6356
leai, B. et Br. An. N. II, n. 1973. — Resupinata, umbroso-grisea, sinibus minutissimis, linearibus; poris intermixtis.

Hab. ad truncos Populi (PERSOON), Penzance Britannice (BERK.).

8. *Phlebia pileata* Peck 29 Rep. p. 45. — Pileis coriaceis, effuso-re- 6357
flexis, plus minus imbricatis atque lateraliter confluentibus, concentricè sulcatis, zonatis, subtomentosis, purpureo-brunneis; hymenio pallidulo, margine vulgo rubro vel aurantiaco maculato, phcis confertis, radiatis, frequenter postice interruptis atque rudium papillarum adspæctum offerentibus, siccitate finctura sordide fulva suffusis; sporis ellipsoideis, incoloribus, 8 μ . long.

Hab. ad ramos emortuos fagineos Greig New York Amer. feder.

9. *Phlebia rubiginosa* B. et Rav. in Rav. Fasc. III, 23 et North Am. 6358
Fungi n. 208. — Margine reflexo, rubiginoso, tomentoso; hymenio fusco; venis elevatis.

Hab. ad asseres quercinos in Carol. Amer. feder. — Maculae minute, oblongæ vel late effusæ. Strictè affinis *Ph. zonata*.

10. *Phlebia zonata* B. et C. North Am. Fungi n. 207. — Fusca se- 6359
cernibilis, subtus zonata, subtomentosa; venis depressis radiantibus.

Hab. in ramis quercinis in Carol. inf. Amer. feder. — Rigida, coriacea, quandoque etiam supra zonata, mycelium album.

11. *Phlebia hispidula* Berk. in Lion. Journ. XVI, p. 167. — E re- 6360
supinato reflexa, rubiginosa, zonata, velutino-hispidula; hymenio brunneo-nigro, radiato-rugoso.

Hab. ad Adelaide Australiæ (Dr. SCHOMBURGK). — Similis *Ph. zonata* B. et C. exceptis radiantibus rugis.

12. *Phlebia orbicularis* B. et C. Hook. Journ. 1849, p. 237, et North 6361
Am. Fungi n. 206. — Primum orbicularis fusca, demum lateraliter conflens fusco-purpurea; margine elevato; venis a centrali puncto radiantibus.

Hab. ad ramulos emortuos in Carol. inf. Amer. feder.

13. *Phlebia anomala* B. et Rav. North Amer. Fungi n. 205. — Tota 6362
resupinata; margine strato inferiore adnato pallido; hymenio a rufulo fusco; venis obscuris.

Hab. ad ramos quercinos dejectos in Carol. Amer. feder. — Ad *Corticium* accedens.

14. *Phlebia rugosissima* Lév. Champ. exot. p. 214. — Pileo dimi- 6363

diato, undulato, tomentoso, fasciato, ferrugineo-fusco; hymenii fuliginosi rugis confertissimis subradiantibus.

Hab. ad truncos in insula Java. — Pileus 5-6 cm. diam.

15. **Phlebia reflexa** Berk. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1845, Dec. 6964
n. 345. — Resupinata, dimidiato-reflexa, rimosa; pileo spongioso-tomentoso, zonato; hymenio hic illic venoso-ruguloso.

Hab. ad ligna Great Runjeet River, Tonglo 3000 m. alt. Indiæ or. (Hook), ad Bunip Creeck, Victoria in Australia (MÜLL.). — 3-4 cm. long., 5 cm. lat.; hymenium pure brunneum.

16. **Phlebia coriacea** Berk. Austral. Fung. n. 262. — Pileo spathu- 6965
lato, coriaceo, fusco; venis irregularibus.

Hab. ad terram, Rockhampton Australiæ (THOZET). — Pileus 6 cm. longus, 2½ cm. latus, deorsum attenuatus.

17. **Phlebia tremelloides** B. et C. Exot. Fungi p. 278, *Auricularia* 6966
tremelloides Schwein. — Vinoso-ferruginea, flabelliformis, fissa et lobata, supra pallidior, subtiliter implexo-tomentosa; hymenio leviusculo.

Hab. in lignis putridis Surinam Amer. australis. — 2,5-3 cm. lata, cum *Phlebia radiata* sat congruit, sed distincta, quia sublihera vel facile separabilis.

LOPHARIA K. et M. Ow. Fungi Mac-Owaniani in Grev. X, pag. 58 (Ety. *lophos* crista). — Hymenium cartilagineo-membranaceum, glabrum, contiguum, in rugas interruptas, cristato-incisas elevatum. — *Phlebiæ* maxime affinis; sed in hac rugæ acie integerrima gaudent.

1. **Lopharia lirellosa** K. et M. Ow. Grev. X, p. 58. — Effusa, plana, 6967
pallide rufescenti-carnea, subpruinosa, ambitu determinato, villosociliatulo, albidiore; plicis interruptis, varie curvatis, subramosis, cristato-incisis.

Hab. ad ligna Somerset East Africae austr. (MAC-OWAN). — Ligno arcte adnata, placas oblongas formans. Plicæ ad formam lirellarum *Graphidis* curvatæ.

GRANDINIA Fr. Epier. p. 527, Hym. Eur. p. 625 (Ety. *grando* ob hymenium granulorum). — Hymenium amphigenum, contiguum, ceraceum, papilloso- verrucosum vel potius granulorum; granulis globosis hemisphæricisve, integris, obtusis apiceve excavatis, confertis, regularibus, glabris, persistentibus. Basidia 4-spora. Crustaceæ, effusæ, molles. *Thelephoris* ob papillas æquales, persistentes.

tes male adscriptæ, granulis politis diversæ. Hac *Hydnea granulosa* Secr.

1. **Grandinia corrugata** Fr. Hym. Eur. p. 625. — Crustacea, crassa, 6968
arcte adnata, inæqualis, rimoso-corrugata, ochraceo-alba; papillis
minutis, confertis.

Hab. ad ligna exsiccata Norvegiæ (BLYTT). — Species insignis
colore varians, *Hydnum granulatum* γ. Pers. Myc. Eur. 2, p. 184
optime convenit.

2. **Grandinia granulosa** Fr. Epicr. p. 527, Hym. Eur. p. 626, Berk. 6969
Outl. p. 264, *Thele granulosa* Pers. Syn. pag. 576, Syst. Myc. 1,
p. 446, El. p. 217, Weinm. p. 397, *Hydnum granulatum* Pers.
Myc. Eur. 2, p. 184. — Ceracea, late effusa, adglutinata, alutacea,
ambitu determinato, glabro; hymenio æquali, contiguo; granulis
hemisphæricis, æqualibus, confertis: sporis sphæricis, minimis, ob-
scure 1-guttulatis, hyalinis, 2-2½ μ. diam. (sec. Sacc. sed immat.).

Hab. ad ligna vetusta in Europa, Ceylon (TUWAITES) et ad ra-
mos dejectos in Amer. fœder. et in Tasmania. — Sporæ sec. Britz.
10-12 = 3-4. Teste Frieso, plures complectitur formas, vivas descri-
bendas, inter quas fere nobilissima est γ *ochracea* Alb. et Schw.
p. 279, ad ligna pinea putrida crescens.

3. **Grandinia mucida** Fr. El. p. 217, Hym. Eur. p. 626, Ic. t. 195, f. 3, 6970
Quël. p. 282. — Ceraceo-mucida, effusa, subinnata, gilva, ambitu
determinato, subradiante; hymenio contiguo; granulis confertis, ma-
joribus, inæqualibus, hemisphæricis, mollibus.

Hab. ad ligna mucida Betulæ rarissime in Europa. — Uda sub-
gelatinosa, siccitate corrugata.

4. **Grandinia ocellata** Fr. Epicr. p. 527, Hym. Eur. p. 626, Berk. 6971
et Br. n. 1027. — Ceracea, late effusa, adglutinata, livida, ambitu
indeterminato sterili; hymenio inæquali, contiguo; granulis confer-
tis, subconicis, obtusis, æqualibus, concoloribus.

Hab. ad ligna putrida Fagi in Europa et supra truncos Arbuti
Menziesii in Sierra Nevada Amer. fœder. (HARKNESS) et Chetam
Island Australiæ. — Siccitate immutata, haud rimosa, per plagas
sterilis. Granula apiculo subtilissimo albido terminata, quo delapso
apice excavata, quasi ocellata.

5. **Grandinia Agardhii** Fr. Epicr. p. 528, Hym. Eur. p. 626, *Hydnum* 6972
Fr. Syst. Myc. 1, p. 418, *H. granulatum* Secr. n. 41 excl. syn. —
Subceracea, late effusa, adnata, albida, ambitu nudo; granulis mi-
nutis, rotundis, confertis, æqualibus, apice excavatis, rufescentibus.

Hab. ad ligna pinea in Europa sæpe Chlorococcum incructans

indeque intus virens. — In apice granulorum Secretan vidit guttam limpida ruam, quare eximia cum *Dacryobolo sudante* (Alb. et Schw. sub *Hydno*) Fr. analogia. Cfr. Syll. VII, p. 45.

6. **Grandinia papillosa** Fr. Epicr. p. 528, Hym. Eur. p. 626, Cooke 673
p. 306, Quel. p. 282, *Thelephora* Fr. El. p. 212. — Membranacea, subrotunda, integra secedens, lactea, subtus glabra lutescens, ambitu furfuraceo; hymenio rimosissimo; granulis minutis, confertis, subsphaericis, aequalibus.

Hab. ad cortices Pini in Europa hieme. Nobilis et rara. — Sporae oblongae 4-9 = 2-6, sec. Karst. qui ad *Odontium* ducit. *Th. enalacei* Pers. Myc. Eur. 2, p. 150 sine dubio magis trivialis stirps.

Grandinia aspera Fr. Hym. Eur. p. 627. — Late effusa, tenuissima 6974
arete adnata, glabra, albida, ambitu similari; granulis minimis, confertis, punctiformibus.

Hab. ad ligna exsiccata prope Christianiam Norvegiae (BLYTT). — Nudo oculo levis, maculeformis apparet, sed tactu papillis sub lente confertis aspera.

8. **Grandinia helvetica** Fr. Hym. Eur. p. 627, *Hydnum* Pers. Myc. 6975
Eur. 2, p. 184, *H. obtusum* Schleich. exs. — Late et irregulariter effusa, tenuis, glabra, alutacea; granulis minutis, subrotundo-teretibus, glabris.

Hab. ad ligna vetusta Helvetiae. — Oculo non armato levis et veluti farinacea apparet. Insignis mycelio himantioideo in truncorum fissuras intrante.

9. **Grandinia crustosa** (Pers.) Fr. Epicr. l. c., Hym. Eur. p. 627, Gill. 6976
C. F. c. icon., *Hydnum* Pers. Syn. p. 552, Fr. Syst. Myc. I, p. 419, Secr. p. 40, Nees Syst. f. 247. — Floccoso-farinacea, irregulariter effusa, crustacea, adnata, alba; granulis subrotundis, confertis, obtasis, apice concoloribus.

Hab. ad cortices Salicum, Pini, frequens etiam supra Polyporum versicolorum in Europa et in ins. Ceylon (O. BECCARI). — Utrum var. lignorum, v. c. Pini (Alb. et Schw.), saepe lutescens, granulis inaequalibus apice saepe excavatis satis differat a precedente, an potius sit status abortivus *Hydno farinacei* vel *stipitati* haud dixerimus. Cfr. Weinm. p. 367.

10. **Grandinia exsudans** Karst. Symb. Myc. Fenn. IX, p. 51. — Longi- 6977
tudinaliter effusa, indeterminata, contigua vel membranacea, adglutinata, albida vel livida, ambitu similari; granulis distantibus, conoides, siccis lutescentibus vel subrufescentibus integris, apiculo conoideo elongato, heterogeneo, subgelatinoso aut guttula flu-

- pida terminatis, brevissimis, altit. 0,2-0,3 mm.; sporis cylindraceis vulgo curvulis, 4-6 \times 1-2.

Hab. ad lignum Abietis excelsæ in regione mustialensi Fennicæ.

11. **Grandinia deflectens** Karst. Symb. Myc. Fenn. IX, p. 50. — Lu- 6978
tescenti-pallida, in isabellinum vel luridum vel sordidum plus minus vergens, late effusa, indeterminata, adglutinata, ceracea, siccitate indurescens et minute rimosa, ambitu primitus adpresso-flocculosa albidiorque; granulis distantibus papillæformibus, minimis, subæqualibus, glabris; sporis late ellipsoideis, 3 \times 2.

Hab. supra corticem Populi tremulæ vetustum haud procul a Mustiala Fennicæ. — Receptaculum vulgo per plagas amplas sterile.

12. **Grandinia pilosa** Saut. in Hedw. 1876, p. 34. — Pileo auran- 6979
tiano, 1-2,5 cm. lato, plano, margine reflexo; hymenio granuloso; stipite 1 cm. alto, albedo, 6-7 mm. crasso, cavo, intus aurantiaco.

Hab. ad terram silvaticum in fagetis pr. Salzburg.

13. **Grandinia australis** Berk. Fl. Tasm. p. 257. — Resupinata, ef- 6980
fusa, immarginata, pallida, rimosa, intus nivea; hymenio granulato, granulis uni-bipapillatis.

Hab. in ligno putri in Tasmania (ARCHER). — *Knechtlii* quoque analogæ.

14. **Grandinia coriaria** Peck 26 Rep. p. 71. — Effusa, membranaceo- 6981
tomentosa, a matrice separabilis, inferiori parte margineque fulvo-luteis, superiore atque granulis minutis confertis ceruleis vel sordide olivaceis; sporis globosis, asperis, 8 μ . diam.

Hab. supra fragmenta vetusta corii in umbrosis, maculas 2 $\frac{1}{2}$ -8 cm. diam. efformans, Greenbush New York Amer. fœder. — Distinctissima sed, ut videtur, rarissima species.

15. **Grandinia rudis** Peck 30 Rep. p. 47. — Effusa, tenuis, mollis, 6982
pulverulento-tomentosa, fulvo-brunnea; hymenio demum granuloso; sporis globosis, asperis, 8-10 μ . diam.

Hab. ad ligna corrupta et ad terram in umbrosis opacissimis North Greenbush New York Amer. fœder. — Contextu sporarumque notis affinis *G. coriaria* Peck sed differt colore atque habitu. Totus fungus uniformiter coloratus.

16. **Grandinia virescens** Peck 30 Rep. pag. 47. — Effusa, tenuis, a 6983
matrice separabilis, mollis, virescens, in senectute obscurior; granulis minutis, hemisphæricis, non confertis; sporis late ellipsoideis vel suborbicularibus, 5 μ . long.

Hab. ad ligna corrupta, Oneida in statu New York Amer. fœder. (WARNE). — Colore pulcherrimo notabilis.

17. **Grandinia tuberculata** B. et C. Hook. Kew. Misc. I, p. 237 et 6981
North Am. Fungi n. 211. — Crassiuscula, pallida; papillis magnis,
ceraceis, obtusis.

Hab. ad truncos Caryæ in Carol. inf. Amer. fœder.

18. **Grandinia tomentosa** B. et C. Cub. Fungi n. 357. — Pallida, ef- 6985
usa; margine arachnoideo cito oblitterato; granulis minutissimis,
tomentosis.

Hab. ad cortices Cubæ (C. WRIGHT).

19. **Grandinia rigida** Berkeley Fung. Glaz. p. 753. — Late effusa, 6986
rigida, ochroleuca; hymenio rimosulo; contextu subtus sericeo, ni-
veo; mycelio arachnoideo.

Hab. ad truncos pr. Rio-Janeiro in Brasilia (GLAZIOU).

20. **Grandinia polycocca** Mont. Fl. Chil., VII, p. 374, t. 7, f. 10, Syll. 6987
Crypt. n. 572, *Theleph. polycocca* Mont. Ann. 2, VIII, pag. 361.
— Ceracea, orbicularis, in ambitu soluta subreflexa, subtus ochra-
cea; hymenio purpurascente; granulis confertis hemisphæricis.

Hab. in ligno emortuo, Rancagua Chiles (BERTERO).

21. **Grandinia papulosa** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 559. — Effusa, 6988
ochroleuca, margine angustissimo vel obsolete; hymenio glabro
papulis obtusis depressis, interstitiis levibus.

Hab. ad ligna emortua in regione centr. ins. Ceylon (THWAITES).
— Plura em. lata.

22. **Grandinia luteo-fulva** Berkeley F. Glaz. p. 753. — Effusa rigida 6989
late ochroleuca, parce rimosa, hic illic tuberculis minutis exaspe-
rata, contextu molli luteo-fulvo.

Hab. ad truncos Rio-Janeiro Brasiliæ (GLAZIOU).

23. **Grandinia lateritia** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 561. — Effusa, 6990
lateritia, farinacea. granulis distinctis; margine, si adsit, pallidiore
tomentoso.

Hab. ad ligna emortua Ceylon (THWAITES). — Colore admodum
assimilat cubensem *Kneiffiam fulvam* B. et C. sed hymenio longe
diverso.

24. **Grandinia alutacea** B. et Rav. in Rav. fas. IV, p. 11 et North 6991
Am. Fung. n. 210. — Late alutacea, late effusa, margine leniter
elevato, papillis sparsis, granuliformibus.

Hab. ad cortices in Carol. inf. Amer. fœder. (RAVENEL).

25. **Grandinia accumulata** B. et C. Fung. of Cub. n. 358. — Alba, 6992

crassiuscula, rimosa, granulis primum distinctis, demum numerosissimis accumulatis, margine angusto submembranaceo.

Hab. ad cortices Cubæ (C. WRIGHT). — Occurrit in Venezuela species arcte cognata, granulis magis minutis atque margine angustiori albo farinaceo.

26. **Grandinia microthelia** Lév. Champ. exot. p. 205. — Carnosa late effusa, arcte aduata; ambitu indeterminato sterili; granulis confertissimis, minimis, acutis, sordide lilacinis. 6993

Hab. ad truncos in insula Java.

27. **Grandinia tabacina** C. et E. Grev. IX. p. 103. — Ceracea, late effusa, adglutinata, tabacina; ambitu subradiante; granulis confertissimis, inæqualibus, hemisphæricis, mollibus; sporis globosis. 6994

Hab. in truncis Juniperi virginiani New Jersey Amer. bor. — Color *Hymenochetes tabacinæ* habitus *Grandiniæ granulosa*.

28. **Grandinia dubiosa** Speg. Fungi Guar. Pug. I. n. 66. — Effusa, tenuissima, mucelinea, vix perspicua (in sicco), sordide subgrisea v. subalutacea; verrucis sparsis v. hinc inde laxe gregariis, globosis, 150 μ . diam. candidis, tomentosulis, vertice sæpius areola glabrata instructis; pilis simplicibus, teretibus, subclavulatis, apice obtusis et asperulis 50-55 \pm 3, primo hyalinis, dein pallide fulvescentibus. 6995

Hab. ad ramos dejectos decorticatosque putrescentes in silvis prope Guarapi Americæ australis. — Species sterilis valde dubiosa, an *Soleniæ* species involuta?

GRAMMOTHELE B. et C. Cub. Fungi p. 327 (Etym. *gramme* stria et *thelo* papilla). — Hymenium poroso-reticulatum sulcatumve, ubique granulis seu papillis asperum. — Genus characteres *Hymenogrammes* et *Grandiniæ* jungens.

1. **Grammothele lineata** B. et C. Cub. Fung. n. 359. — Alba, effusa, resupinata; margine tenuissimo, farinaceo; sulcis longis, linearibus; granulis apice farinaceis. 6996

Hab. ad truncos emortuos adhuc stantes, Cubæ (C. WRIGHT). — Latissime effusa.

2. **Grammothele grisea** B. et C. Cub. Fungi n. 361. — Effusa, grisea, immarginata; hymenio poroso. 6997

Hab. ad basin truncorum in silvis Cubæ (C. WRIGHT).

3. **Grammothele Mappa** B. et C. Cub. Fungi. n. 362. — Effusa, pallida, resupinata; margine brevi, farinaceo, candido; hymenio rimoso; poris minutis. 6998

Hab. ad basim truncorum, Cubæ (C. WRIGHT).

4. **Grammothele polygramma** B. et C. Cub. Fungi n. 360. — Alba, 6999
effusa, resupinata, immarginata; sulcis brevibus, linearibus, plus minus reticulatis.

Hab. ad truncos emortuos stantes, Cubæ (C. WRIGHT) et Brasiliæ. — Admodum diversa a *Gr. lineata* sulcis minus distincte linearibus.

ODONTIA Pers. Obs. II, p. 16, em. Fr. Epicr. p. 529 et Hym. Eur. p. 627 (Etym. *odontis* dens). — Hymenium e fibris in verrucas papillosas, raro aculeiformes, apice cristato-multifidas, penicillatas concretescentibus contextum. Resupinato-effusæ, aridæ nec ut *Grandinæ* ceraceæ, magis ad *Hydna* revergentes. — Cll. Quélet, Patouillard, Karsten ducunt ad hoc genus plures *Hydnæ* species resupinatas, quas confer sub hoc genere.

1. **Odontia Barba-Jovis** (With.) Fr. Epicr. p. 528, Hym. Eur. p. 627, 7000
Berk. et Br. n. 1299, Pat. tab. 247, *Hydnum* With. Sowerb. t. 328, Fr. Syst. Myc. I, p. 421, *Hydn. Barba-Jovi* Bull. t. 481, f. 2, Secr. n. 35. — Byssino-membranacea, effusa, æqualis, ex albo lutescens; verrucis primo papillosis, dein concis, apice aurantio-fimbriatis.

Hab. ad ramos dejectos Europæ. — Subiculum ad latitudinem 30 cm. et ultra expansum; aculei simplicis 5 mm. fere longi. In sola hac specie verrucæ aculeos referunt. In herbario Sowerb. sub hoc nomine servatur *Radulum quercinum* sed icona genuinam speciem sistit, teste Berkeley.

2. **Odontia fimbriata** Pers. Obs. I, p. 88, Fr. Epicr. p. 529, Hym. 7001
Eur. p. 627, Ic. t. 196, f. 1, Berk. Ouil. p. 264, *Hydnum* Fr. Syst. Myc. I, pag. 421, Secr. n. 43 (sec. spec. Chaillet), non DC. *Sistotrema* Pers. Syn. p. 553, Alb. et Schw. p. 263. — Effusa, membranacea, secedens, costis rhizomorphais percursa, pallida, ambitu fibrilloso-fimbriato; verrucis minutis, granuliformibus, apice multifidis, rufescentibus; sporis cylindræis, curvatis, hyalinis, 4 = 2.

Hab. ad truncos Fagi, Betulæ etc. frequens in Europa et Amer. fræder. — Elegans, typus generis.

3. **Odontia cristulata** Fr. Epicr. p. 529, Hym. Eur. p. 628, *Hydnum* 7002
Syst. Myc. I, p. 422. — Effusa, crustaceo-adnata, tenuis, ecostata, rubescens, ambitu byssino candido; verrucis granulosis, villosis, apice cristato-multifidis.

Hab. ad ligna mucida Betulæ in Europa. — Verrucæ tritæ evanescent.

4. **Odontia alliacea** Weinm. Ross. p. 370, Fr. Hym. Eur. p. 628. — 7003
Late effusa, incrustans, membranacea, ex albo pallescens, superne villosa, inferne nigro-fibrillosa, ambitu subhyssino; verrucis curtis elongatisque, villosis, apice multifidis.

Hab. ad terram Rossicæ. — Odor alliaceus. *Sistotrema plumosum* Pers. Myc. Eur. 2, p. 201 (ad terram Gallicæ) omnino diversum, loco suffocato haud rite explicatum: Hydni species videtur.

5. **Odontia hirta** Fuck. Symb. p. 22, Fr. Hym. Eur. p. 628. — Late 7004
effusa, hyssino-tomentosa, pallide ochracea, ambitu hirta; verrucis 1-2 mm. longis, dentiformibus, concoloribus, acuminatis, ubique breviter subpatenti-hirtis, apice longe fimbriatis, fimbriis hirtis.

Hab. in cortice putrido Quercus in Europa.

6. **Odontia Pruni** Lasch in Rabenh. exs. n. 1514, Fr. Hym. Eur. p. 7005
628. — Effusa, crustaceo-advata, tenuis, alba, pallescens, ambitu hyssino; verrucis minutis, rotundatis, apice penicillatis.

Hab. ad ramos emortuos Pruni spinosæ in Europa. — Admodum tenuis; in siccis characteres dati non apparent. — Var. **oblonguia**: Cfr. Mich. II, p. 585; late effusa, sordide alba; subiculo tenuissimo pallido; tuberculis remotiusculis, oblongis, apice rotundatis, penicillatis, setulis flavido-hyalinis, septulatis; sporis (propriis?) oblongis, curvulis, 4 ≈ 1,5, hyalinis; basidiis non visis. In lignis putridis Gallie (GILLET). — Forma **Vitis**: in ejusdem samentis, Possagno Ital. bor. (ART. ROSSI). *Odontia jonquilleæ* QuéL. et *O. subgelatinosa* B. et Br. affinis quoque videtur.

7. **Odontia bugeliensis** Cesat. in Klotzsch Herb. myc. n. 1915, Fr. 7006
Hym. Eur. p. 628. — Effusa, advata, dein rimosa, alba, ambitu hyssino concolore, contiguo; verrucis minutis, granuliformibus, apice multifidis, pallidis.

Hab. in ligno durissimo Castaneæ ad Bugellam Italiae. — Sistit areolas albas, angulatas, confertas (ad typum *Sterei frustulosi* ed minores).

8. **Odontia fuliæ** (Fr.) QuéL. Enchir. fung. p. 195 *Hydnum fuliæ* Fr. 7007
Syst. Myc. I, p. 122, Hym. Eur. p. 614, *H. quercinum* Weinm. p. 393, *H. farreum* Pers. Myc. Eur. 2, p. 181, Nees Syst. f. 230 a. — Subicincto vage effuso, tenui, villosa-furfuraceo, albo; aculeis confertis, difformibus, incis, flavidis albidisve.

Hab. ad ligna vetusta Quercus et præcipue ad Polyporos su-

beroses putrescentes in Europa. — Aculei inæquales, compressi, acuti, vix 1 mm. longi. Sporæ ellipsoideæ 10–12 μ . long.

9. **Odontia? farinacea** Ces. Myc. Born. p. 9. — Subiculo, fugaci granulolos minutissimos cristatulos ferente, (e sicco) alutaceo. 7008

Hab. ad Sarawak Bornei (O. BECCARI). — An *Hydni farinacei* speciminulum?

10. **Odontia terrestris** Karst. Symb. Myc. Fenn. XII, p. 111. — Effusa, crustaceo-adnata, tenuissima, pallescens, ambitu primitus arachnoidea, dein similis, verrucis granuliformibus obtusis, inæqualibus, rotundatis vel dentiformibus, glabris, exiguis; sporis sphaeroideis, 3–4 μ . diam. 7009

Hab. supra terram argillaceam nudam prope Mustiala Fennicæ.

11. **Odontia ambigua** Karst. Symb. Myc. Fenn. IX, p. 51. — Albida, sicca in flavescentem vergens, late effusa, indeterminata, demum membranacea, tenerrima, arcte adnata, subtus floccosa, ambitu flocculosa; verrucis distantibus, conoideis vel elongatis, granuliformibus, apice primitus flocculosis, demum nudis, exiguis, nudo oculo vix visibilibus, concoloribus aut siccitate lutescentibus; sporis sphaeroideis vel subsphaeroideis, uniguttulatis, 3–5 μ . diam. 7010

Hab. supra ligna vetusta Pini et Salicis prope Mustiala, nec non ad corticem Alni in regione Jakobstadensi Fennicæ.

12. **Odontia lactea** Karst. Symb. Myc. Fenn. IX, p. 51. — Effusa, indeterminata, farinoso-crustosa, tenuissima, arcte adnata, lactea, ambitu similari; verrucis subfimbriatis, siccitate contractis vulgoque acutissimis, aculeiformibus, concoloribus minutissimis, sub lente tantum exacte visibilibus. 7011

Hab. supra corticem Juniperi communis ad Mustiala Fennicæ.

— *Hydno* (*Odontia*?) *stipato* proxima et forsitan ejus varietas.

13. **Odontia hyalina** Quel. 13 Suppl. p. 6. — Crustacea, maculiformis, 2–3 cm. lata, tenuis, ceracea, pruinosa, hyalina vel grisella, margine byssoideo, albo; dentibus papilliformibus, e hyalino flavidis, liberis, apice 1–3 setulis tenuibus, divaricatis, albis, ornatis; sporis oblongo-ovoideis, 11–15 μ . longis, guttulatis, chlorinis. 7012

Hab. in ligno patri quercino Jura. — Affinis *O. subtili* et *O. jonquilleæ* et forte non diversa ab *O. Pruni*.

14. **Odontia velutina** Lambotte Fl. mycol. Belg. I, p. 439. — Effusa, membranacea, a matrice separabilis, parte inferiore lutescenti, minute nigro-venuloso-striata, parte superiore, lutescenti-brunnea dense papillata, papillis ternarie coalitis in setulas abeuntes, ex quo aspectum sericeum fungus præbet. 7013

- Hab.* supra fragmentum lithanthracis in fodina pr. Verviers in Belgio. — 4 cm. longa, 2 cm. lata; verrucæ setacæ 1 mm. altæ.
15. **Odontia jonquillea** Quél. in Bull. Soc. bot. 1878, pag. 290, Pat. 7014
tab. 149. — Effusa, tenuis, tomentosa flavo-jonquillea, albo-marginata; hymenio e papillis minutis, fimbriato-ciliatis exasperato; ciliis papillarum hyalinis; sporis ellipsoideis, e flavilo hyalinis, 7 μ . longis, granulosis.
Hab. ad truncos secos Quercus, Aceris in Gallia. — Sec. icon. Pat. l. c., sporæ perexiguæ vix 2 μ . longæ: an ejusdem speciei?
16. **Odontia lateritia** B. et C. in Rav. fasc. V, p. 24 et North Am. 7015
Fung. n. 214. — Effusa immarginata lateritia, matricem tingens.
Hab. ad truncos quercinos dejectos in Alabama Amer. fœder. — Aculei breves, tomentosi. Eadem esse videtur ac *Phlebia hydnoidea* Schwein. *O. albo-miniatu* B. et C. peculiaris est status *Polysticti sanguinei*.
17. **Odontia cinnamomea** Mont. Fl. Chil. VII, p. 373 et Syll. Crypt. 7016
n. 573. — Effusa, byssino-membranacea, tenuissima, cinnamomea, ob corticem inæquabilem subundulata; ambitu byssino vix conspicuo; papillis confertis, brevissimis, apice obtuso multifidis, villosulis, concoloribus.
Hab. ad cortices in Chile (CL. GAY).
18. **Odontia argentina** Speg. Fungi Arg. Pug. II, n. 22, p. 9. — Effusa, 7017
tenuissima, irregulariter orbicularis 1-2 cm. lat., confluenso versiformis, marginæ subindeterminato crenulato-fimbriato, matrici tenaciter adhærens, sulphurea ambitu quandoque dilutior v. alba; hymenio plano vel ob matricis inequalitatem irregulari, conferte granuloso; granulis setis simplicibus, 50-60 \approx 10, crasse tuncatis, subconicis, apice obtuso, verruculoso, hyalinis ornatis; sporis ellipticis, utrinque rotundatis, hyalinis, 6 \approx 3.
Hab. in ramis vel truncis Salicis Humboldtianæ dejectis subputrescentibus en la Boca del Riachuelo in Argentina Amer. merid.
19. **Odontia secernibilis** Berk. Fl. Tasm. II, p. 257. — Resupinata, 7018
membranacea, secernibilis, alba, aculeis brevissimis compressis subdivisis.
Hab. in ligno putri in Tasmania (HOOKER, ARCHER). — Habitus *Hydni ochracei* sed characteres *Odontia*.
20. **Odontia fusca** C. et E. Grevillea IX, p. 103. — Effusa, mem- 7019
branacea, costis rhizomorphais percursa, pallida, ambitu fibrilloso-radiato; verrucis minutis, confertis, granulatis, apicè multifidis, demum lutescentibus, dein intense umbrinis, fatiscentibus,

Hab. in lignis putridis New Jersey Amer. bor. — Teste Karst., non differt a *Phlebia caga* Fr.

KNEIFFIA Fr. Epicr. p. 529, Hym. Eur. p. 628 (Etym. a cl. KNEIFF badensi). — Hymenium amphigenum, contiguum, unitum, sed incompletum, simile, granulis verrucisque destitutum, setis rigidis, sparsis fasciculatisve strigoso-exasperatum. Basidia (sporophora) monospora; sporæ ellipticæ. — Fungus laxè carnosus, mollis, siccus flocculoso-collabescens. E rimis corticium in lucem tumescens, abiens in varias formas in statu perfectissimo hemisphæricas.

1. **Kneiffia setigera** Fr. Epicr. p. 529, Hym. Eur. p. 628, Berk. et Br. n. 1299 cum iconè, *Theleph. setigera* Fr. El. p. 208-211, Weinm. Ross. p. 395, Pers. M. E. t. V, f. 4. — Alba, mollis, setis rigidulis, æqualibus, albo-hyalinis; sporis minutissimis, $\frac{3}{4}$ -1 μ . diam., globosis, hyalinis. 7020

Hab. ad truncos emortuos Betulæ et Alni, verno tempore in Europa, ad ligna emortua in regione australi ins. Ceylon (THWARTES), ad Quercus et Pinos in Carol. inf. Amer. fœder., Magnoliæ et Persea Gainesville Floridæ, in Texas (C. WRIGHT), ad ligna denudata Waitaki Novæ Zelandiæ. — Fungus nullius formæ constantis, sed certissime est typicus, nullius alii status degener, et generis distinctissimi typus, substantia et colore albo cum *Corticio sero* tantum comparandus, sed fructificatione diversus. Setæ rigidæ, æquales, cum setulis Auricularinorum non comparandæ. Specimina maxima pomi magnitudine, sed vulgo tenuis, effusa, sæpe Sphæriaceas incrustans. E descriptione videtur *Thelephora aspera* Pers. Myc. Eur. l. p. 153 huc pertinere, sed icon t. 6, f. 5 a præsentī fungo admodum diversa.

2. **Kneiffia tessulata** B. et C. North Am. Fungi n. 212. — Pallida adnata, resupinata, rimosa; margine tenuissimo sterili; granulis irregularibus. 7021

Hab. in Carol. inf. Amer. fœder. ad ligna quercina corrupta.

3. **Kneiffia Mülleri** Berk. Journ. Linn. Soc. XIII, pag. 167. — Tota resupinata, tenuis, junior farinulenta, senior continua, hic illic rimosa granulis peritheciiformibus apice niveis. 7022

Hab. in Australia Adelaide (Dr. SCHOMBURGK) et ad ligna emortua in regione australi ins. Ceylon. (THWARTES). — Species ob granula decidua foveolasque relinquētia mox dignoscenda.

4. **Kneiffia gelatinosa** B. et C. Journ. Linn. Soc. X, p. 327. — Ef. 7023

fusa, arcissime adhaerens, venosa, gelatinosa, pallida, papillis minutis farinosa.

Hab. ad cortices in regione centrali ins. Ceylon (THWAITES) et in Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT). — Habitu *Phlebiium* imitans, sed ob papillas minutas apice in setulas abeuntes ad Kneiffiam adscribenda. Forsan genus distinctum. Specimina Ceylanica minus crassa quam cubensia.

5. **Kneiffia candidissima** B. et Rav. in Rav. fasc. V, p. 32, North 7024
Am. Fung. n. 213. — Candidissima, primum corticioidea, sero granulis frequentibus apiculatis sparsa.

Hab. in Junipero virginiana Aiken in Carol. inf. Amer. fœder. (RAVENEL).

6. **Kneiffia subgelatinosa** B. et Br. Ann. N. H. n. 1440. — Tenuis, 7025
e luteo carnea; granulis minutis subgelatinosis, apice fimbriatis.

Hab. ad caudices pineos dejectos Glamis Britanniae socia Algæ cuidam cyanophyceæ, quæ contextum fungi penetrat.

7. **Kneiffia brasiliensis** Berkeley F. Glaz. p. 751, n. 8521. — Tota 7026
resupinata, effusa, ochroleuca; margine tenuissimo, farinoso, flavo; granulis congestis tomentosis, apice sub lente pallidis.

Hab. ad truncos Rio-Janeiro in Brasilia (GLAZIOU).

8. **Kneiffia Wrightii** B. et C. Cub. Fung. n. 365. — Effusa, tenuis, 7027
citrino-fulva; margine angusto, pallidiore, citrino, farinaceo; granulis apice evidenter setulosis.

Hab. ad ligna emortua Amer. centr. (C. WRIGHT).

9. **Kneiffia insularis** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 562. — Tenuis, 7028
sparsa, irregularis, immarginata, lobata; hymenio centro subumbrino; granulis minutis.

Hab. ad ligna emortua Peradeniya Ceylon (THWAITES) socia *K. Mülleri*.

10. **Kneiffia isabellina** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 566. — Tenuis, 7029
late effusa, margine tenuissimo pulverulento quandoque elevato; hymenio isabellino; granulis minutissimis.

Hab. ad ligna emortua in regionibus centralibus et australibus ins. Ceylon (THWAITES).

11. **Kneiffia discolor** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 564. — Tenuis, sub- 7030
membranacea, lobata, margine angustissimo, lactea, granulis rufis.

Hab. ad ramulos emortuos in regione centrali insulæ Ceylon (THWAITES). — Supra cortices effusa, margine quandoque libero.

12. **Kneiffia grisea** B. et C. Fung. of Ceyl. n. 366. — Longe effusa, 7031
immarginata, pallide cinerea, ligno arcissime adhaerens.

Hab. ad ligna emortua Cubæ (C. WRIGHT). — Colore cum *Grammothele grisea* convenit atque hanc cum *Kneiffia* conjungit, granulis minute poriformibus.

13. **Kneiffia fulva** B. et C. Fung. of Ceyl. n. 364. — Ferrugineo-fulva, effusa, resupinata, margine hispido, granulis minutis, setulis tandem oblitteratis. 7032

Hab. ad ligna emortua Cubæ (C. WRIGHT). — Plura cm. lata, margine hispido notabilis.

14. **Kneiffia coriacea** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 568. — Crassa, rigida, secernibilis, hymenio pallide umbrino, granulis albis sparso, margine lato fusco. 7033

Hab. in ligno putri Central prov. insulæ Ceylon. — 10 cm. extensa, margine sterilis.

15. **Kneiffia chromo-plumbea** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 567. — Luteo-fulva; margine tenui, pulverulento, byssoideo, flavo; hymenio granulato; setulis albis. 7034

Hab. ad cortices Dolosbagey Ceylon (THWAITES). — Variat chromo-lutea v. fulva.

MUCRONELLA Fr. Hym. Eur. p. 629, *Mucronia* Fr. S. V. S. p. 329, nec *Mucronea* Benth. (Etym. *mucro*). — Receptaculum nullum. Aculei subulati, simplices, acuti, glabri, definite terram spectantes. Basidia seu sporophora (saltem in n. 2, 3 et 4) monospora. Fungi pusilli, lignatites.

Ut *Solenia* inter Polyporeos sistunt tubulos sine receptaculo, sic *Mucronelle* modo aculeos. Ab Hydniis tamen hand separandæ, nisi, saltem in speciebus primariis, sporophora essent monospora. Ex his ad Isarias relatæ, sed aculei glabri, terram spectantes distinguunt.

1. **Mucronella fascicularis** (A. et S.) Fr. Hym. Eur. p. 629, *Hydnum* Alb. et Schwein. p. 269, t. 10, f. 9, Fr. Epicr. pag. 519. — Albida, subiculo nullo; aculeis fasciculatis, basi connatis, pendulis; sporis minutissimis, ovatis, hyalicis. 7035

Hab. ad truncos Pini putridos raro in Europa. — Sequentibus adeo affinis, ut genere non separentur. Aculei 4-12 basi connati, 6-9 mm. longi. Sporæ, teste Britz., 8 ≈ 4.

2. **Mucronella aggregata** Fr. Monogr. II, p. 280, Hym. Eur. p. 629, Ic. t. 195, f. 4. — Alba; aculeis liberis, sed in greges limitatas confertis, quam *M. calcæ* crassioribus et brevioribus. 7036

Hab. ad ligna vetusta in Ostrogothia (H. v. POST), et ad truncos corruptos arborum deciduarum Oneida New York Amer. fœ-

der. (Pæck). — *H. acutum* Pers. Myc. Eur. 2, p. 179 huic accedit.

3. **Mucronella? viticola** Pass. et Beltr. Fung. Sicul. n. 2. — Subi- 7037
culo nullo; aculeis solitariis amœne miniato-roseis, cylindrico-cla-
vatis, ad apicem acutis, leviter albo-pruinatis; sporophoris mono-
sporis.

Hab. in sarmento arido *Vitis viniferae*, Monostalla Siciliae.

4. **Mucronella calva** (A. et S.) Fr. Hym. Eur. p. 629, *Hydnum cal-* 7038
vum Alb. et Schw. p. 271, t. 10, f. 8, *Isaria calva* Fr. Syst. Myc.
3. p. 277. — Alba, dein pallescens; aculeis irregulariter sparsis,
tenuibus, acuminatis.

Hob. ad ligna pinea putrida hæud raro in Europa et ad trun-
cos Ulmi dejectos Griffius New York Amer. fœder. (Pæck). — Acu-
lei 2-5 mm. longi. A *M. aggregata* videtur bene distincta, quam-
vis differentie appareant leves: sporæ globosæ. 5 μ .

Fam. 3. **Thelephoræ** Pers. M. E. I. p. 109.

Hymenium inferum vel amphigenum, coriaceum vel ceraceum, leve, raro costatum vel papillosum hæud effiguratum. Basidia typice clavulata, 4-spora rarius globulosa 1-4-spora. Sporæ continuæ hyalinae vel coloratæ.

Hymenium vulgo dicitur papillosum, sed hæ papille sæpius spuria et accidentales. In plerisque e *Sphæriaceis* incrustatis originem ducunt: in substrato levi semper levigatæ. Sic etiam papulae illæ vagæ in *Sterco rubiginoso*, *hirsuto* etc. originem ducunt e substrato seruposo, cui primitus adpressæ. In paucis v. c. *Corticis concentrico* in optimo vigore adsunt *papillæ*, sed in siccis collabuntur. — Pervulgatus fuit error quancunque mycetoideam formam expansam pro perfecto fungo sumere, unde tot genera e myceliis ficta (*Himantia*, *Fibrillaria*, *Ozonium*, *Xylostroma* etc.) et variae species *Thelephorarum*, ut plenius exposuit ill. Fr. in Elench. 1.

Clavis analytica generum.

1. EU-THELEPHORÆ: pileo gonidiis viridibus carente.

Craterellus. Fungi carnosi vel membranacei, sæpe infundibuliformes, hymenio distincto, contiguo, costato vel demum rugoso.

Hypolyssus. Fungi coriacei, duri, uniformes, faretii, stipitati, hymenio levi.

Thelephora. Fungi coriacei, homogenei, versiformes, anodermei absque strato intermedio, hymenio levi vel subcostato.

Cladoderris. Fungi coriacei, hymenio lignoso, costis ramosis radiantibus percurso, demum verrucoso-exasperato.

Beccariella. Ut *Cladoderris*, sed costis flabellatis, ex aculeis verruciformibus minimis formatis.

Stereum. Fungi coriacei vel lignosi persistentes, laminares, hymenio levi, glabro, strato intermedio a pileo indermeo distincto.

Hymenochate. Ut *Stereum* sed hymenio satis coloratis levibus velutino.

Skepperia. Pileus subcoriaceus, verticalis, stipitatus, eximie convolutus, humi mitræformis.

[*Auricularia*. Cfr. inter *Tremellineas*].

Corticium. Fungi resupinato-reflexi, hymenio subceraceo, mycelio imposito, absque strato intermedio, humido sæpius molli, sicco rimoso-partito, non pulverulento nec velutino.

Peniophora. Fungi coriacei vel subcarnosi, resupinati, hymenio cellulis seu processibus conicis, verruculosi, hyalinis, exsertis velutino.

Coniophora. Fungi membranacei, resupinati, hymenio carnoso, calvo, sed sporis minutis coloratis pulverulento.

Michenera. Fungi placentæformes, resupinati, hymenio ceraceo, sporis magnis citriformibus pedicellatis instructo.

Hypochnus. Fungi floccoso-collabentes vel mucedinei resupinati; basidia tetraspora hyphis laxis longis suffulta. (Cum *Zygodisma* inter Hlyphomycetes confluentis).

Exobasidium. Fungi biogeni, entophyto-incrustantes, ceracei, sæpe deformantes; basidia recta, continua, 4-sporea.

Helicobasidium. Fungi biogeni (et saprogeni?) submembranacei superficiales; basidia apice eximie circinata, septata, et ex convexitate sterigmata 2-3 longa, recta gerentia.

Cyphella. Fungi submembranacei, cupulares, raro planiusculi, sæpe penduli, hymenio typice concavo vel discoideo.

[*Solemia*. Cfr. inter *Hyalineas*].

Friesula. Fungi carnosio-coriacei, suborbiculares, applanati, lateraliter stipitati, hymenio infero levi.

II. HYMENOLICHENES Mattirol: pileo gonidiis viridibus præditi.

Cora. Fungi coriaceo-membranacei, hymenio infero subceraceo, intus ad paginam super. gonidiis sarciniformibus (*Chroococci*) præditi.

Rhipidonema. Fungi coriaceo-membranacei, hymenio infero subgelatinoso, intus gonidiis cateniformibus (*Seytonematis*) præditi.

I. EU-THELEPHORÆ. Pileus gonidiis viridibus carens.

CRATERELLUS Fr. Epicr. p. 531. Hym. Eur. p. 630 (Ëtym. crater calyx, vas). — Hymenium ceraceo-membranaceum, distinctum, sed hymenophoro adnatum, definite inferum, contiguum, glabrum, leve vel rugosum. Sporæ albæ. Fungi terrestres, carnosi v. membranacei, pileo integro præditi, stipitati, autumnales, *Chanterellis* affines.

Genus naturale, sed mira est variarum specierum cum *Cantharellis* analogia. Adest tamen tanta affinitas cum *Thelephoris*, ut e characteribus hoc loco inserendum. Illius loci *Cantharelli* species Pers. Syn. et Syst. Myc. *Cantharelli*, *Craterelli* et *Gomphi* spec. Pers. Myc. Eur.

* Tubæformes, ad basim stipitis pervii.

1. **Craterellus lutescens** (Pers.) Fr. Epier. p. 532, Hym. Eur. p. 630. 7039
Berk. Outl. p. 265, *Canthar.* Fr. Syst. Myc. I, p. 320. Elench. p. 50,
Weinm. Ross. p. 386, *Merul. lutescens* Pers. Syn. p. 489, Alb. et
Schw. p. 231 (optime), *Helcella tubæformis* Schaefl. t. 157, *Peziza*
undulata Bolt. t. 105, f. 2, *Merulius xanthopus* Pers. Myc. Eur. 2,
t. 13, f. 1. — Pileo submembranaceo, tubæformi, mox pervio, un-
dulato, flocculoso, fæscio; stipite cavo, glabro, luteo; hymenio re-
mote costato, e levi venis implexis rugoso.
Hab. locis humidis in pineto-montanis Europæ, Carolinae inferio-
ris et in New England Amer. fœder. (SPRAGUE) et ad fluvium Santee. — Crescitosus, statura 5-8 cm. adæquans; pileus 2-11 cm.
diam.; stipes 4-6 mm. crassus; sporæ 4-5 = 2-2.5; sec. Peck 10-
12 = 6-7. Species nobilis, cum *Cantharello tubæformi* (lutescente)
olim confusa. Hymenium luteum, in rubellum, aurantium et cæsi-
um vergens. Olor fortis, spirituosus. — Var. **crocatus** Sacc. M. V.
Spec.: stipite elatiori hymenioque amœne croceo. In silvaticis Fe-
lletto, Treviso, ad truncos pineos.
2. **Craterellus Comperi** Fr. Hym. Eur. p. 630, Lév. in Demid. Voy. 7040
p. 87, t. 1, f. 2. — Crescitosus; pileo membranaceo, infundibuli-
formi, pervio, saccato, nudo, nigricante; stipite brevissimo hyme-
nioque levi vel rugoso lutescentibus.
Hab. ad terram in Rossia australi. — Videtur *C. lutescenti* val-
de affinis, pileo glabro (?) nigricante forte distinctus.
3. **Craterellus ocreatus** Pers. Myc. Eur. 2, p. 5, t. 13, f. 2, Fr. 7041
Hym. Eur. p. 631. — Pileo submembranaceo, tubæformi, pervio,
rugoso-squamoso, rufescente-pallido; stipite brevi, nigro; hymenio
persistenter levi pallido.
Hab. prope Parisios Gallie. — Affinis *C. cornucopioidi*.
4. **Craterellus cornucopioides** (L.) Pers. Myc. Eur. 2, p. 5, Fr. Epier. 7042
p. 532, Hym. Eur. p. 631, Schnizl. apud Sturm. 31, t. 5, Berk.
Outl. p. 266, Hussey II, t. 37, *Canthar.* Fr. Syst. Myc. I, p. 320 cum
syn., Krombh. t. 46, f. 10-13, Gill. C. F. c. ic. *Merulius Cantha-*
rellus Pers. Syn. *Peziza* Linn. Spec. II, p. 150, Fl. Dan. t. 588,
1260, Bolt. t. 103, Sowerb. t. 74 *Helcella* Scop., Schaefl. t. 165,
166. — Pileo submembranaceo, tubæformi, pervio, squamuloso, ni-
grescenti-fuligineo; stipite cavo, glabro, nigro; hymenio levi, de-
num ruguloso, cinerescente; sporis ellipsoideis, hyalinis, 12-14 = 7-8.
Hab. vulgaris in silvis Europæ prope Munassinsk Sibirie asia-

tice, in ins. Ceylon (O. BECCARI), Malacca (SCORTECHINI), in Carol. super. Amer. fœder., New York (SARTWELL), Ohio (LEA). — Pileus 8 cm. vel ultra latus, in tubulum stipitiforem 5-8 cm. longum attenuatus. — Var. **flavicans** Sacc. Mich.: hymenio levissimo pulchre flavicante. In silvaticis Italiæ bor. — Var. **crispus** Sacc. Myc. Ven. Spec.: margine lobato-crispus. In silvaticis Italiæ bor. *Cantharello cinereo* simillimus, sed etiam hymenii structura differt. Craterelli sporophora apice furcata, sterigmata elongata, sporæ majores; in *Cantharello* sporoph. obtusa, sterigmata 4 (in altero sæpius numero inferiores). Conf. Berk. et Br. n. 1139.

5. **Craterellus odoratus** Schwein. Car. n. 832. — Pileo submembranaceo, infundibuliformi, margine deflexo, venis obsoletestis stipiteque cavo aurantiacis. 7043

Hab. in Carolina et Georgia Amer. bor. rarior. — Cæspites 30 cm. lat. format; plures pilei ex uno stipite ramoso seu potius Cladoniarum instar, tubæ e tubis proliferantur. Exsiccatione rigescit. Pileus subaurantiacus, interdum tomento fusco indutus, odore Violæ. Hymenium multo levius, quam in *C. cornucopioides*. Qui hanc speciem vidit, *C. lutescentem* et *C. cornucopioidem* genere distinguere non poterit.

6. **Craterellus aureus** B. et C. N. Pac. exp. n. 103. — Pileo submembranaceo, tubæformi, pervio, subfocculoso, margine primum deflexo, breviter fimbriato, aureo; hymenio persistenter levi, glaucoluteo. 7044

Hab. ad terram Hong-Kong in Sina.

7. **Craterellus dubius** Peck 31 Rep. pag. 38 et Bull. N. Y. Mus. 1, n. 2, p. 45. — Pileo tenui, infundibuliformi v. subtubæformi, subfibrilloso, lurido-brunneo; margine vulgo undato lobatoque; hymenio fusco cinereo, udo rugoso, sicco levissimo, plicis minutis, confertis, irregularibus, crebre anastomosantibus; stipite brevi pervio; sporis late ellipsoideis vel subglobois, 6-8 \approx 5-6. 7045

Hab. ad terram sub Pinus in montibus Adirondack New York Amer. fœder. — Simplex vel cæspitosus 5-8 cm. altus; pileus 2½-5 cm. latus. Colore similis *Cantharello cinereo*. A *Craterello sinuoso* stipite pervio separatur atque a *C. cornucopioidi* habitu magis cæspitoso, colore pallidiore sporisque minoribus.

8. **Craterellus confluens** Berk. et Curt. in Berk. Some new Fung. from Mexico n. 3, p. 423. — Pileis dense connatis, aurantiacis, profunde infundibuliformibus; venis conspicuis, reticulatis, decurrentibus. 7046

Hab. ad Orizaba Mexico, Endeavour River Australiæ (BOTTERI).
— Pilei 5 cm. alti, 2½ cm. lati, margine incurvi; stipes sursum
in plures pileos divisus. *Craterello luteo* affinis.

** Infundibuliformes, stipite farcto.

9. **Craterellus violaceus** Fr. Epicr. p. 533, Hym. Eur. p. 631, *Cantharellus* Fr. Syst. Myc. I, p. 319 cum syn. Secr. 2, p. 469, *Merulius Ottonis* Spreng. *Merul. purpureus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 13. 7047
— Pileo carnosulo, infundibuliformi, repando, violaceo, expallente, farinoso; stipite farcto, deorsum attenuato hymenioque rugoso-venoso concoloribus.

Hab. in silvis Europæ rarissime. — Species dubia.

10. **Craterellus sinuosus** Fr. Epicr. p. 533, Hym. Eur. p. 631, Ic. 7048
t. 196, f. 2, Berk. Outl. p. 266, *Cantharellus* Fr. S. M. I, p. 319, Secr. 2, p. 468, *Merulius fuliginus* γ. Alb. et Schwein. n. 692, Vaillant Par. t. 11, f. 11-13. — Pileo carnosulo, infundibuliformi, undulato-floccoso, fusco-griseo; stipite farcto hymenioque demum implexo-rugoso pallide cinereis; sporis flavis, 9 ≈ 5.

Hab. in silvis, præcipue quercetis Europæ et Carol. inf. Amer. fœder. (RAVENEL). — Cæspitosus, statura circiter 2-3 cm. metiens; stipes 4-5 mm. crassus. Olidus, moschatus (Secr.). Hymenium *Cr. lutescentis* simile.

11. **Craterellus crispus** Fr. Epicr. p. 533, Hym. Eur. p. 631, Berk. 7049
Outl. p. 266, Hass. II, t. 78, Gill. C. F. c. icone, *Helvella crispa* Sowerb. t. 75. — Pileo carnosulo-membranaceo, subpervio, crispo, e fuligineo fuscescente; stipite basi farcto hymenioque levi pallidis.

Hab. in silvis raro in Europa et New England Amer. bor. (SPRAGUE). — Inter proximos medius, vulgo cum *Thelephora undulata* confusus, quare varia synonyma dubia.

12. **Craterellus pusillus** Fr. Epicr. p. 533, Hym. Eur. p. 632, Fockel 7050
Fung. Rhen. n. 1286, Secr. l. c. *Cantharellus* Fr. S. M. I, p. 321, *Canth. Kunthii* Chev. Par. t. 7, f. 8. — Pileo carnosulo, planiusculo, æquali, villosulo stipiteque farcto, subcompresso cinereis; hymenio levi, cæsio, pruinato; sporis ovatis, inæquilateralibus, hyalinis, 10 ≈ 6.

Hab. ad terram nudam, præcipue in fagetis Europæ. — Pileus 12 mm. nec ultra latus; stipes 5 mm. crassus. Nonnulla specimina usque ad 2½-3 cm. alta.

13. **Craterellus Cantharellus** (Schw.) Fr. Epicr. p. 531, Peck Bull. 7051

N. Y. Mus. II, p. 47, *Th. Cantharella* Schwein. Car. n. 100. — Carnosus, tenax, vitellinus; pileo initio convexo, dein subinfundibuliformi glabro, subtus leviusculo glaberrimo.

Hab. locis declivibus Carolinae, New York Amer. foeder. — Fungus 4-7 cm. metiens; pileus 4-6 cm. latus, 6-10 mm. cr.; sporae subellipsoideae 7-10 \times 5-6. Colore et substantia *Canth. cibarium* refert; sed minor, tenuior, tenacior, infundibuliformis pileo margine inflexo et passim dimidiato pleraque plane deficient vel obsoletae; stipes glaber, solidus, flavus.

14. **Craterellus lateritius** Berk. North Am. Fungi n. 215. — Pileo 7052
profunde umbilicato, lobato; stipite deorsum angustato hymenioque radiato venoso lateritiis.

Hab. ad terram in statu Alabamae Amer. foeder. (PETERS) et in Ohio (F. G. LEX). — Pileus 5 cm. latus, cyathiformis; stipes 4 cm. longus. Est *Thelephora Craterellus* Schwein.

15. **Craterellus unicolor** Rav. Fasc. II. 26, B. et C. North Am. Fungi 7053
n. 216. — Pallide fuscus, umbilicatus; stipite sursum incrassato in hymenium rugosum abeunte.

Hab. in America boreali. — Circiter 2½ cm. altus, 12-25 mm. latus.

16. **Craterellus minimus** Saut. Hedw. 1876, p. 152. — Albus, mini- 7054
mus, 8-9 mm. altus; pileo membranaceo, scyphiformi, 2 mm. lato; hymenio levi, subcostato, costis paucis, linearibus, rectis; stipite filiformi, albido.

Hab. in cumulis talparum pr. Salzburg.

17. **Craterellus papyraceus** Berk. et Curt. On some new Fungi p. 129. 7055
— Pileo centrali, tenuissimo, umbilicato, coccineo, glabro; stipite gracili, subaequali, fusco; hymenio levi, ochraceo.

Hab. in Venezuela (FENDLER). — Pileus 8 cm. latus margine leniter fissis; stipes 10 cm. longus, vix 2 mm. crassus.

18. **Craterellus hypolyssoides** Cesati Myc. Born. p. 10. — Sparsus, 7056
totus cinerescens, glaberrimus, pusillus; stipite 4 mm. longo, basi insititia, puberula sub lente; pileo cupulari, 4 mm. longo.

Hab. in facie infer. folii cujusdam coriacei in ditone Sarawakensi Bornei Malesiae (O. BECCARI). — Primo intuitu crescendi modo nec non pilei forma, *Hypolyssum* in mentem revocat, cujus pileus vero solidus est.

19. **Craterellus partitus** Berk. Fungi Hinds n. 13, tab. XV, (*Can-* 7057
tharellus). — Ochraceus, coriaceo-membranaceus; pileo infundibuliformi, demum profunde partito, glabro; margine subincurvo;

plicis radiantibus venosis distantibus decurrentibus, intermixtis paucis brevioribus acie integra; stipite pulverulento.

Hab. ad ligna New Island Mar. Pacif. — Pileus 2 cm. lat. Ex icone plicæ vix manifestæ.

20. **Craterellus roseus** Schweiniz Car. n. 833, (*Merulius*). — Pileo 7058
substrigoso, lobato, pallide roseo; hymenio subplicato stipiteque attenuato, albo.

Hab. passim in muscosis abruptis Carolinæ Amer. bor., præsertim *Kalmia* cœtectis. — Solitarius, habitu *C. cibarii*, sed tenuior e longinquo *Russulam* mentiens; stipes fæctus apparet; pileus lobatus, margine inflexus; plicæ nivææ, obliterate, tamen conspicuæ.

21. **Craterellus canadensis** Kl. in Berk. Exot. F. p. 380. — Pileo 7059
cum stipite turbinato, carnosio, levi, glabro, albo, profunde infundibuliformi, plicis alveolos elongatos formantibus, sursum dichotomis; stipite cum pileo confluento, compacto levi.

Hab. in Canada (herb. HOOKER). — Pileus 5 cm. long, 1,2-1,3 cm. cr. Affinis *Cr. clavato*.

*** Deformes, pileo stipiteque carnosio (*Necrophyllum* Pat. p. p.).

22. **Craterellus clavatus** (Pers.) Fr. Epicr. p. 533, Hym. Eur. p. 632, 7060
Svorf. atl. Svamp. t. 91, *Cantharellus* Fr. Syst. Myc. I. p. 322 cum synonym. et variet. Krombh. t. 45, f. 13-17, *Necrophyllum clavatum* (Pers.) Pat. Tab. 434, Secret. 2, n. 12-14, p. 471-475. — Pileo carnosio, turbinato, truncato depressove, flexuoso, impolito, subflavescente, in stipitem solidum attenuato; hymenio e levi corrugi, e purpurascete decoloro.

Hab. in silvis, præcipue abiëgnis, in Europa atque in statu Maine Amer. fœder. (SPRAGUE). — Solitarius v. cœpitosus, 5 cm. altus, subadscendens, subinde ramosus; sporæ 10-12 \approx 4-5, ochraceo-pallide. Caro crassa, alba; hymenium e sporis albo-pruinosum, non discretum, e carneo-violaceo in fuligineum vel umbrinum transiens; hinc sequentes formæ distinctæ: α . e violaceo spadiceus. *Merul. violaceus* Pers. Comm. Clav. p. 28, *M. clavatus* Pers. Syn. p. 118; β . *carneus*. *M. carneus* Pers. l. c. *Elvelia carnea* Schaef. t. 164. *Clavaria truncata* Schmid. Ic. 2, t. 60; γ . *purpurascens*. Pers. l. c. Schaef. t. 276; δ . *umbrinus*. Pers. l. c. *Clav. elvelloides* Wulf. in Jacq. Coll. II, t. 12, f. 3.

- 23 **Craterellus cochleatus** Fr. Epicr. p. 534, Hym. Eur. pag. 632, 7061
Strauss in Sturm 33, t. 3 (colore roseo). — Pileo carnosio, tenui,

subinfundibuliformi, laterali, glabro, in stipitem solidum attenuato hymenioque e levi demum deorsum ruguloso persistenter ochraceis.

Hab. in pinetis Europæ admodum rarus. — Similis Schæff. t. 276, f. 4, sed hymenium ochraceum, rugæ tenellæ sursum evanescentes.

24. **Craterellus spatuliformis** Gill. Tabl. anal. p. 173. — Erectus, 7062
lateralis, spatulatus, sursum maxime dilatatus, inæqualiter rotundatus, elasticus, carnosulus, levis, sordide ochraceus obsoleteque ad marginem zonatus et fuscescens; hymenio minute anastomotico-venuloso, flavido-subviolaceo; stipite flavo v. flavido ad basim sensim attenuato.

Hab. ad radices Quercuum emortuarum in Gallia bor.

25. **Craterellus pistillaris** Fr. Epicr. p. 534, Hym. Eur. p. 632, *Clavaria* 7063
pistillaris Schæff. t. 169? — Pileo carnosio-spongioso, turbinato-clavato, superne truncato, subconvexo, rugoso-crispato, flavo, inferne fertili, levi, obscuriore.

Hab. circa Upsaliam Sueciæ frequens in pinetis, in quibus vera *Clavaria pistillaris* nunquam observatur. — Primo obtutu non potest non pro singulari *Clavariæ pistillaris* lusu haberi, sed magis spongiosus, apice truncatus, discolor.

26. **Craterellus rugiceps** B. et Cooke Fung. of Braz. n. 285. — Mi- 7064
nutus, pileo flabelliformi, luteo, sicco rugosissimo, stipite brevi cum pileo confluyente; hymenio levi, cinnabarino; sporis globosis.

Hab. ad Bambusas pr. fluvium Solimoes in Brasilia (TRAILL). — Pileus 6-9 mm. latus; stipes sursum dilatatus; hymenium levissimum. Affinis *C. spathulario* B. et C.

27. **Craterellus marasmioides** B. et C. Cub. Fungi n. 368. — Pileo 7065
excentrico, rugoso, glabro, rufo, margine inflexo; stipite e rhizomate repente oriundo, deorsum incrassato nigro; plicis crassis venosis.

Hab. ad Filices emortuas Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 2 mm. latus; stipes 5 mm. longus, nonnihil illum *Didymii* imitans.

28. **Craterellus pulverulentus** B. et C. Cub. Fungi n. 369. — Pallide 7066
ferrugineus; pileo orbiculari, pulverulento, margine inflexo; stipite deorsum incrassato nigro; hymenio parce venoso, pileo concolori.

Hab. ad ramulorum cortices in Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 2 mm. latus; stipes 2½ mm. longus, similis illi *Didymii*.

29. **Craterellus spathularius** B. et C. F. of Ceyl. n. 367. — Minu- 7067

tus; pileo obliquo, spathulato, luteo, saccharino stipiteque sursum concolore deorsum a basi orbiculari oriundo obscure glabrescentibus; hymenio sublevi.

Hab. ad ligna emortua Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT) et in ditone Sarawakensi Bornei Malesiæ (O. BECCARI). — Pileus cum stipite 3 mm. longus. Ad *Skepperiam* valde accedens.

30. **Craterellus sparassioides** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 69. — 7068

Dense fasciculato-caspidosus; pileis e basi longe attenuato-cuneatis, flabellato-spathulatis, 4-5 cm. long., 3-4 cm. lat., erectis, membranaceo-lentis, subrigidulis, glabris sub lente valida laxè minute adpresseque araneoso-puberulis, albis, margine subfuscescente (in sicco, an semper?) sæpeque zonis 1 v. 2 concentricis ab acie remotis notato, recto, acuto, plicato-undulato, irregulariter laxè subfimbriato, fisso; hymenio zona marginali sterili, latissima 1 cm. lat., sæpe fuscescente ac pruinulosa antice limitato, postice in stipitem decurrente albo, glabro, e rugis gracilibus, acutiusculis, longitudinalibus strictis, densiusculis, vix hinc inde e denticulis lateralibus reticulato-conjunctis, sæpe interruptis composito.

Hab. ad folia nec non ramenta lignea putrescentia in silvis prope Guarapí Paraguay (BALANSA).

HYPOLYSSUS Pers. M. E. II. pag. 6, emend. Berk. in Hook. Journ. 1842, p. 139, t. VI, f. 1, Dec. ad n. 303, 604 (Etym. *hypo* sub et *lyo* solvo.). *Perona* Fr. Summ. p. 333 (ut videtur ex hujus operis indice p. 568). — Pileus subcalyciformis stipitatus, intus farctus, durus, apice truncatus, infra (lateraliter) hymenio levi tectus. Proximus gen. *Craterello*, sed pileo farcto duro omnino differt. — *Hyp. undulatus* Pers. [*Helvella infundibuliformis* Sow. seu *Leot. inf.* Fr. Berk. Outl. p. 360 est *Agaricus* quidam *Hypocrea* affixus: *Hyp. ventricosus* (Pers.) est, teste Fries, *Hypocrea lateritia*.

1. **Hypolyssus Montagnei** Berk. l. c. — Gregarius, sordide albus, 1-1.2 cm. alt., durus; pileo uniformi farcto, supra plano v. lenissime depresso, infra tecto hymenio ochraceo, sicco rimoso; stipite tenui ascendente, sæpe basi disciformi affixo, pileum vix æquante.

Hab. ad ramos Caripi et Panurè Brasiliæ (SPRUCE), Surinam (HOSTMANN).

THELEPHORA Ehrh. Crypt. p. 178, emend. Fr. Epicr. p. 534 (Etym. *thele* papilla et *phoreo* fero). *Schacina* Tul. (basidiis subglobosis).

Phylacteria Pat. (glabra, chromospora). *Tomentella* Pat. (tomentosa, chromospora). *Cristella* Pat. (spor. muricat. hyal.). — Hymenium inferum v. amphigebum, cum hymenophoro contiguum et simile, leve costatumve, absque strato intermedio. Basidia typice clavata, tetraspora raro globulosa (Cfr. *Th. sebacea*). Sporae globosae, ovoideae, leves v. muricatae, hyalinae v. coloratae. Fungi coriacei, anodermei, forma maxime varii (pileati, clavati, resupinati), terrestres.

Thelephora genus sensu hoc loco constricto, eximie naturale, licet formae maxime ludentes. *Nivea* clare differunt strato intermedio fibrilloso inter hymenium et pileum inodermum; *Corticicia* disco heterogeneo, vulgo molli, ceraceo, siccitate rimoso-partito.

* Erectae, pileo integro v. ramoso-partito. (Priores subsimplices mesopodes v. pleuropodes, ultima ramoso-partitae (*Herisma*)).

1. **Thelephora Sowerbyi** Berk. et Br. n. 1027, Fr. Hym. Eur. p. 623, 7070
Elvella pamosa Sowerb. t. 155 (decolorata). — Nivea; pileo coriaceo, integro, infundibuliformi, azono, costis radiantibus scabro, margine integro; hymenio levi, glabro (haud setuloso); sporis irregulariter globosis ovatisve, angulatis, 7-8 μ . diam., hyalinis.

Hab. ad terram in Anglia et Germania nec non in Australia. — Gregaria subcaespitosa, lignoso-tenuis, 5 cm. alta. Ad *Stereum* ducit et Cooke; ad *Cladoderma* referendam censet Fries in S. V. S. p. 332. Aquae exposita passim sordide lutescit.

2. **Thelephora cornucopioides** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 107. — Pileo e lento rigido profunde infundibuliformi radiato, rugoso glabro fusco, stipite glabriusculo pallido, hymenio subrugoso, nudo griseo, infero. 7071

Hab. ad terram prope san José in Costa Rica (ERSTED). — Singulari naturae lusu *Craterellum cornucopioidem* refert. Stipes 5-7 cm. longus, 4-6 mm. crassus; pileus 5-7 cm. latus. Affinis *Cladodermi*.

3. **Thelephora subclavæformis** Berk. in Hook. Journ. 1856, 238, Dec. 7072
Fung. n. 597. — Brunnea; pileo e spathulato lobato-subclavæformi, sursum velatino; hymenio lineatim rugoso, glabro; stipite pileo confluenti, compresso, basi e mycelio albo tomentello.

Hab. ad terram Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Pileus 2,5-1 cm. alt. primo clavato-spathulatus, dein profunde lobatus, lobis subclavatis, leniter crenatis, sursum velutinis.

4. **Thelephora sericella** B. et C. Cub. Fungi n. 373. — Pallida; pileo 7073

cyathiformi, subzonato, sericeo, nitido, tenui, papyraceo, lineato-striato; margine plus minus crenato; stipite brevi, cylindrico, tomentoso; hymenio pileo concolori levi vel subrugoso setuloso.

Hab. ad ligna emortua ins. Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus circiter 2½ cm. latus, quandoque lateralis; stipes basi denso tomento obvoluto, quandoque obsoletus.

5. **Thelephora caperata** B. et Mont. Cent. VI, n. 69, Syll. Crypt. 7074
n. 574. — Mesopoda; pileo coriaceo-membranaceo, irregulariter infundibuliformi, rugoso-plicato, centro hirsuto fulvo; margine eroso-fimbriato aut inciso; hymenio pallide rugoso; stipite centrali, crasso, tomentoso, scutatum affixo.

Hab. ad truncos arborum, Bahía Brasiliz (BLANCHET) in ins. S. Domingo Amer. centr. et Cubæ (C. WRIGHT), N. S. Wales et Lord Howe's Island Australiae.

6. **Thelephora lamellata** Berk. et Curt. Sillim. Journ. 1851, p. 94. 7075
— Tota ochracea; pileo infundibuliformi, lobato, rugoso-lamellato, subtiliter tomentoso; stipite elongato velatino-tomentoso; hymenio sulcato rugoso glabro.

Hab. ad lignum Feejee Islands Australiae. — Pileus 5 cm. lat., 3 cm. profund.; stipes 3,5-1 cm. long., 4 mm. crass. Affinis *Th. caperata* sed distinctius lamellato-rugosa. — Teste Cooke in litt. ad *Stereum* potius referenda species hæc et præcedens et ob contextum et ex eo quod iis desunt sporæ globosæ aculeolatæ, quæ in *Thelephoris* plerisque adsunt.

7. **Thelephora Sullivantii** Mont. Syll. Crypt. n. 576. — Mesopoda, pal- 7076
lida, pergameno-coriacea; pileo infundibuliformi hymenioque nudo rufo-striatis glabris, margine fimbriato, in siccis reflexo: stipite plus minus longo, albo-pulverulento.

Hab. ad terram, Columbus in statu Ohio Amer. fœder. (SULLIVANT). — Fungus vivus 4 cm., exsiccatus 3 cm. altus; pileus tenuissimus, pallidus, supra fibris depressis rufis striatus, margine primitus erecto dein reflexo fimbriatus, imo uno latere ad modum *T. aurantiaceæ* Pers. totus ad stipitem fissus et tum flabelliformis, 1½-3 cm. diam.; hymenium leve, tenue sed longitrorsum ut pileus cui concolor striatulum; stipes longitudine crassitieque variat, quandoque cum pileo ita confluit, ut nullus aut obsoletus videatur. Normaliter vero 5-10 mm. long., 2-4 mm. crass., albo-villosulus aut pulverulentus, e basi radicellas numerosas terram intrantes emittens.

8. **Thelephora aculeata** B. et C. North Am. Fungi n. 223. — Infun- 7077

dibuliformis, lata; margine laciniato; superficie aculeata; hymenio pallidiore.

Hab. ad terram in Carol. inf. Amer. fœder. — Species eximia 5-8 cm. lata.

9. **Thelephora tephroïuca** B. et C. North Amer. Fung. n. 222. — 7078

Pileo primum subinfundibuliformi, late lobato, albedo, rugoso; hymenio fusco.

Hab. ad terram in Pensilvania (MICHENER), Cæsar's Head in Carol. inf. Amer. fœder. (RAVENEL). — Ad latitudinem $2\frac{1}{2}$ -5 cm.; hymenium subleve.

10. **Thelephora quisquiliaris** B. et C. Cub. Fungi n. 376. — Pusilla; 7079

pileo cyathiformi vel flabellato, tomentoso, inæquabili, striatulo, candido; stipite brevi sursum incrassato; hymenio subplicato pubescente.

Hab. ad fragmenta minuta corticis inter muscos, Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 4-6 mm. latus; stipes 4 mm. longus.

11. **Thelephora Ravenelii** Berk. North Am. Fung. n. 218. — Pileo 7080

cyathiformi, lobato, fisso, pallido, lineato, subtiliter tomentoso; stipite brevi, cylindrico, pallido; hymenio demum fusco.

Hab. ad Green Ville in Carol. inf. Amer. fœder. — Pileus 12-25 mm. latus; stipes circiter 12 mm. longus, vix 2 mm. crassus. In speciminibus majoribus exstant zonæ angustæ.

12. **Thelephora macrorrhiza** Lév. Champ. Mus. p. 146. — Pileo in- 7081

fundibuliformi, coriaceo, submembranaceo, rufescente, striatulo; margine erecto, ancipite, laciniato; hymenio sulcato, pallidiori; stipite longiusculo, radiato.

Hab. ad terram, Guyana Gallica (MELINON). — Pileus 12 cm. lat.

13. **Thelephora spectabilis** Lév. Champ. exot. p. 206. — Pileo co- 7082

riaceo, infundibuliformi v. dimidiato, adpresse fibroso, pallide alutaceo; margine tenui fimbriato; hymenio striatulo, concolori; stipite brevi crasso.

Hab. ad terram in Hispaniola seu S. Domingo. — 3-4 cm. alta, *T. caryophylleæ* subaffinis.

14. **Thelephora Willeyi** Clinton in Peck 26 Rep. p. 71. — Pileo in- 7083

fundibuliformi, tenui, glabro, obscure zonato. albo; margine integro vel laciniato, dentato lobatoque; stipite centrali, æquali vel deorsum leviter attenuato, solido, albo; hymenio glabro, concolore.

Hab. ad terram in silvis Buffalo New York Amer. fœder. (CLINTON), Lowville (PECK). — Statura $2\frac{1}{2}$ -4 cm. adæquans: pileus 13-

25 mm. latus; stipes 1-2 mm. crassus; pileus quandoque lateraliter ramosus.

15. **Thelephora regularis** Schwein. Car. n. 993, Fr. Epier. p. 535, B. 7084 et Br. North Am. Fungi n. 217. — Coriacea; pileo infundibuliformi, sericeo-nitente, testaceo, fusco-subfasciato, margine lacero, subtus subpapilloso, pallido.

Hab. in muscosis ad ripas scaturiginosas Carolinae Amer. fœder. — Solitaria, exigua. Stipes deorsum attenuatus, pallidus, glaber, 12-25 mm. altus; pileus tenuis, 6-18 mm. latus, absque squamis, in siccis fuscescens, margine eleganter fimbriato, rarius subdimidiatus; hymenium glabrum, longitudinaliter seriatum, subcostatum.

16. **Thelephora paradoxa** Lév. Champ. exot. p. 206, Bonit. t. 139, 7085 f. 4. — Pileis coriaceis, membranaceis, depressis, cohærentibus, sericeo-fibrillosis, niveis; hymenio rugoso, radiato, pallido; stipitibus brevissimis.

Hab. ad truncos, Manilla et Java. — Singularis species pluribus individuis margine cohærentibus constans. Hymenio fere *Cladodermis*.

17. **Thelephora striata** Jungh. Crypt. Jav. p. 40. — Coriacea, alutaceo-pallida; pileo depresso-infundibuliformi, fibroso-striato, subintegro; stipitibus cum hymenio levibus, dein cinerescentibus.

Hab. ad terram in silvis humilioribus Javæ. — Minor 2-5 cm. alta sæpe singulari modo cæspitosa; pilei nempe in unum connati, stipitibus subcentralibus, pluribus, basi liberis suffulti.

18. **Thelephora concrescens** Fr. in Pl. Preiss. II, p. 137. — Cæspitosa, concrescens; stipite fusco; pileo infundibuliformi glabro fusco-brunneo, ut plurimum in lobos inæquales laceros inciso; hymenio rugoso, papilloso, pruina densa cinereo.

Hab. in occultis aquosis ad ripam fluvii Canning Australiæ supra ligna vetusta. — Species distinctissima, plurimis vero pileis stipite brevi distincto concrescens valde irregularis, 2,5-4 cm. alta. Habitus fere *Xylariae Hypoclyti*.

19. **Thelephora spongipes** Berk. Fungi Brisb. II, pag. 63, tab. XIV, 7088 fig. 1-2. *Stereum spongipes* Berk. Austr. Fungi n. 267. — Pileo infundibuliformi, spongioso-tomentoso, radiatim plicato-rugoso; margine fimbriato; stipite subæquali, spongioso; hymenio ochroleuco, radiato-rugoso.

Hab. ad Illawara Australiæ (JOHNSON). — Pileus 5 cm. latus, 2 cm. alt. (*Thele. Stereum?*) *capitata* in mentem revocat.

20. **Thelephora radicans** Berk. in Hook. Lond. Journ. 1844, p. 190, 7089

Dec. n. 8. — Pileo spathulato vel subinfundibuliformi, sublobato, supra fulvo striatulo, subtus fulgineo; stipite valido radicante, coriaceo; sporis verisimiliter fulgineis.

Hab. ad terram vel ad ligna fracidissima in Java Malesiæ. Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT) et in Surinam Guyanæ hollandicæ Amer. merid. — Totus fungus 3,5 cm. altus, 2 cm. latus; stipes 2 cm. alt., 3 mm. crass.

21. **Thelephora flabelliformis** Fr. Nov. Symb. Myc. Mant. p. 229. — 7090
Pileo dimidiato, membranaceo, flabelliformi, levi, subtiliter fibrilloso-radiato; margine fimbriato; stipite verticali gracillimo; hymenio levi, substriato, fusciscente.

Hab. ad truncos putridos in Guinea. — Pulcherrima. *Thelephora aurantiace* affinis, gregaria interdum cespitosa, tota dilute spadicea; stipes 1-8 mm. longus; pileus 1 cm. et ultra latus.

22. **Thelephora aurantiaca** Pers. in Freyc. Voy. tab. I, Fries Ep. 7091
p. 536 et Nov. Symb. p. 108. — Coriaceo-membranacea, aurantia; pileo inæquali, laciniato, in stipitem lateralem tenuem attenuato; hymenio striato.

Hab. in Brasilia, Cuba, S. Domingo et in Paraguay ad truncos. — Pulchra species pileo integro dimidiatoque varia, fibroso-radiata, e cinnamomeo expallens potius quam aurantiaca, Cl. Spegazzini in Fung. Guar. p. 35 distinguit: α . *typicam* pileo 3-4 cm. diam., 1,5-2 cm. alto; β . *intermediam* pileo minori, 2-2,5 cm. diam., 1,5 cm. alto, et γ . *craterelloidem* pileo majore, 3-5 cm. diam., 3-4 cm. alto.

23. **Thelephora venustula** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 68. — Pileis 7092
membranaceis, obovato-v. spathulato-elongatis, antice rotundatis, postice attenuato-cuneatis, 2-2,5 cm. long., 1 cm. diam., sæpius pluribus lateraliter confluentibus, applanatis, verticalibus superne (dorso) glaberrimis non vel vix flabellatum fibrosulis pallide carneo-fulvescentibus et subpellucidis (in sicco) non v. vix obsolete concentricè zonatis; margine tenuissimo, repandulo-sublobato, plus minusve lacero-fisso, inferne (hymenio) albis, glaberrimis, flabellatum minute ac dense rimosulis, stipitibus brevibus, 4-5 mm. long. 0,8-1 mm. crassis, fariuosulo-velutinis, sordide ex albo subfulvellis, rigidulis, teretibus, parce dilatato-adfixis.

Hab. ad ramos dejectos putrescentes in silva subvirginea Caguazú Paraguay (BALANSA).

24. **Thelephora multizonata** Berk. et Br. n. 1028, t. 13, f. 4, Fr. 7093
Hym. Eur. p. 633. — Pileo multiplici, infundibuliformi, e variis

lobis stipitibusque confluentibus orto. superne late carneo-rufo, multizonato; margine lobato-crenulato: hymenio costulato, glabro, pallidiore.

Hab. in fagetis Angliæ et Germaniæ densos formans cæspites. — Caro et stipes intus zonati; sporæ 6-9 \approx 4-6 (Britz.).

25. **Thelephora atro-citrina** Quel. Jura III, p. 443, t. II, f. 8, Pat. 7094
Tab. 581. — Cæspitosa, ascendens ramoso-lobata v. lateralis, 5-8 cm. alta, griseo-nigrescens; ramis crassis, applanatis, crispato-undulatis, teneris (compressilibus), deorsum attenuatis, pruinosis, margine ex albo citrinis; sporis sphaericis, verrucosis, flavido-brunneis.

Hab. ad ramos emortuos Coryli, Fagi in Jura Galliae.

26. **Thelephora pallida** Pers. Ic. et descr. I, p. 5, t. 1, f. 5, Myc. 7095
Eur. I, p. 111, Fr. Hym. Eur. p. 633, *Th. pannosa* β . *pallida*
Fr. Syst. Myc. I, p. 430. — Cæspitosa: pileo suberoso-coriaceo, infundibuliformi, integro, strigoso-squamoso, e pallido rufescente; stipite brevissimo, basi villosa; hymenio costato, setuloso, pallido; sporis irregulariter globosis vel ovatis, 8 μ . diam., hyalinis.

Hab. ad terram in fagetis Europæ raro. — Præcedentibus admodum affinis, sed differt hymenio setuloso; a *T. undulata* carne suberosa, pileo squamoso.

27. **Thelephora undulata** Fr. Elench. p. 164, Epicr. p. 535, Hym. Eur. 7096
p. 633, Weimm. p. 378, Karsten Fenn. *Cantharellus fimbriatus*
Weimm. Syll. 2, p. 99, *C. undulatus* Fr. Syst. Myc. I, p. 521. — Pallida; pileo coriaceo-membranaceo, depresso, levi, glabello, margine integro undulato; stipite curto, villosa; hymenio costato, setuloso; sporis ellipsoideis, 1-5 \approx 2-2.5.

Hab. ad terram sterilem, in Europa boreali haud rara. — Pileus 2½-5 cm. latus, nonnihil concentricè plicato-inaequalis, zonis fusciscentibus, 2-3 stipe visibilibus; stipes tenuis, firmus 1¼-2½ cm. longus. Sec. Lèveillé in Ann. Scienc. Nat. 1846 p. 150 ad *Hymenochorten* referenda, a quo genere pileo stipitato etc. recedit. Sec. Fr. S. V. S. p. 332 *Cladoderri* aptius adscribenda. *Helicella floriformis* Schaeff. t. 278 huic proxime accedit, sed forte species distincta.

28. **Thelephora radiata** Fr. Epicr. p. 535, Hym. Eur. p. 633, *Th.* 7097
caryophyllea β . Fr. Syst. Myc. I, p. 430, *Merulius radiatus*
Holmsk. Ot. 2, p. 29 (optime), Nees Syst. f. 250, Fl. Dan. t. 469, f. 1 (haud bona). — Pileo coriaceo-molli, infundibuliformi, integro, e ferrugineo fusciscente, subfasciato, disco colliculoso-squa-

moso, ceterum radiato-striato: stipite centrali, curto; hymenio striato, subpruinoso, concolore (haud setoso).

Hab. in pinetis Europæ ad terram. — Sporæ 7-8 μ . long.

29. **Thelephora caryophyllea** (Schæff.) Pers. Syn. p. 565, Fr. Epicr. 7098 p. 536, Elench. p. 166, Hym. Eur. p. 634, Weinm. p. 378, Sommerf. Lapp. p. 280, Berk. Outl. p. 267, *Helvella* Schæff. t. 325, Saund. et Sm. t. 41, f. 2 (eximie), Schnizl. t. 6. Formam merismoideam sistit *Clavaria flabellaris* Batsch f. 159, *Merisma flabellare* Pers. Syn. p. 584. — Fusco-purpurea; pileo subcoriaceo, depresso, fibroso-lacero, margine nunc inciso, nunc in ramos paucos lineares partito; stipite brevi; hymenio leviusculo, glabro; sporis sphaeroideis, tuberculatis, fuscis, circiter 8 μ . diam.

Hab. ad terram graminosam sub Betulis Europæ et pr. fluvium Santee Amer. fœder. et in Australia. Inodora. — Varia, tenax, 4 cm. circiter alta; pilei densissime cæspitosi 1-1.5 cm. alti.

30. **Thelephora tuberosa** (Grev.) Fr. Elench. p. 167, Epicr. p. 535, 7099 Hym. Eur. p. 637, Berk. Outl. p. 267, *Merisma* Grev. t. 178. — E pallido rufescens; pileo subcoriaceo, ad stipitem bulbosum in ramos compressos, infundibuliformi-dispositos partito; hymenio infero, glabro.

Hab. ad terram Scotiæ a GREVILLE detecta et in Carol. media Amer. fœder. — 2,5 cm. alta; sporæ ovoideæ (Grev.)

31. **Thelephora anthocephala** Fr. Epicr. p. 535, Hym. Eur. p. 637, 7100 Berk. Outl. p. 267; A. *verticillaris* Bull. t. 452, f. 1 sub *Clavaria*; B. *Th. digitata* Fr. Epicr. p. 537, Sowerb. t. 156, Berk. l. c. t. 17, f. 4. — Subferruginea, fuscescens; pileo coriaceo-molli, pubescente, ad stipitem æqualem, villosum, in lacinias sursum dilatatas fimbriatasque, apice albicantes partitos vel in ramos irregulares, ramosos, erectos diviso; hymenio levi.

Hab. in silvis Angliæ, Galliæ, Sueciæ et Greenbush, New York Americæ fœder. (Pæck). — Maxime variabilis, inodora. Sporæ 7-9 \times 6-7 (Karst.).

32. **Thelephora coralloides** Fr. Syst. Myc. 1, p. 432, Hym. Eur. 7101 p. 637, *Clavaria coriacea* Bull. t. 452, f. 2. — E fusco nigra, a basi cæspitosa corallino-ramosa; ramis erectis, stipatis, sursum incrassatis, subcompressis, striatis, exterioribus gradatim minoribus, apice dentato-fimbriatis.

Hab. ad terram Galliæ, Germaniæ et agri veronensis Ital. bor.

33. **Thelephora clavularis** Fr. Obs. 1, t. 1, f. 1 (rudis), Epicr. p. 537, 7102 Hym. Eur. p. 634, Ic. t. 196, f. 3, Desmaz. exs. n. 271. — Coria-

ceo-mollis, irregulariter ramosa, rufo-fusca; ramis teretibus, attenuatis, levibus, glabris, subtiliter pruinosis; apicibus acutis, pubescentibus, albidis; stipite subtuberoso.

Hab. ad terram in pinetis Europæ, raro. — Vicinis minor, tenuior, inodora. Sporæ 10 \approx 6 (Britz). Forte varietas *Th. anthocephalæ*, sed valde dissimilis. E speciminibus a Desmaziero editis h. l. *Merisma palmatum* v. *flabellare* Pers. Myc. Eur.

34. **Thelephora palmata** (Scop.) Fr. S. M. 1, p. 432, El. p. 167, Hym. 7103
Eur. p. 734, Weinm. Ross. p. 379, Berk. Outl. p. 267, Cazin Ch. Luchon. p. 15, *Clavaria palmata* Scop. 2, p. 483, Holmsk. Ot. I, p. 106, t. 10, Nees f. 151, *Merisma foetidum* Pers. Syn. p. 584, Grev. t. 46, Krombh. t. 54, f. 24-25, *M. palmatum* Pers. Myc. Eur. — Fœtida, coriaceo-mollis, erecta, ramosissima, pubescens, fusco-purpurea; basi simplici, stipitiformi; ramis palmatis, complanatis, levibus, subfastigiatis, apice fimbriatis, albicantibus; sporis subsphæroideis, fusciculis, tuberculatis, 8-12 μ . diam. vel 8-10 \approx 7-8.

Hab. locis humidis pinetorum frequens in Europa et America. — Tota 3-5 cm. alta. Odor fœtidus. Sicca ferruginascit. Lobi cuneati, subinde in pileolos infundibuliformes dispositi.

35. **Thelephora plurifida** Sacc. *Th. multifida* Rabenh. Bot. Zeit. 1853, 7104
p. 235, nec Klotz. — Coriacea, erecta, pallida, irregulariter ramosa, inferne connata stipitiformis; ramis inæqualibus, superne dilatatis, truncatis, subdentatis, fuscescentibus.

Hab. in agro Dresdensi Saxonix.

36. **Thelephora contorta** Karsten in Not. Soc. Fenn. X, p. 368, Karst. 7105
Ic. t. VIII, Fr. Hym. Eur. p. 635. — A basi stipitiformi ramosissima, erecta, ferrugineo-pallida, pruina alba dense conspersa; ramis complanatis, levibus, sursum dilatatis, palmatis, fastigiatis, albis; sporis elongato-oblongis, levibus, incoloribus (sub mic.), 14-18 \approx 5-6.

Hab. in silvis abiegnis Fennix et Germanix. — Rami ultimi variant acuti et obtusi vel subfimbriati, cirrose torti (saltem sicci). Forma et habitu *Th. palmate* similis sed colore pallidiore, pruina densa etc. facile distincta

37. **Thelephora diffusa** Fr. Syst. Myc. I, p. 433, Hym. Eur. p. 635, 7106
Ic. t. 196, f. 4. — Fœtida, coriaceo-mollis, sessilis, diffusa, fusca; ramis imbricatis, adscendentibus, paullum ramosis, pruinato-villosis.

Hab. ad latera glareosa viarum in Europa. — Ob fœtorem *Th.*

palmatæ, cum hac conjuncta fuit, sed vegetandi modus prorsus alius; sporæ 8 μ . diam, aculeolatæ. Ad sequentem sectionem sistit transitum.

38. **Thelephora congesta** Berk. Austral. Fung. n. 126. — Pusilla, 7107
gregaria, atro-purpurea, parce furcato-ramosa, deorsum pubescens;
ramulis subcylindricis, acutis, fastigiatis quandoque compressis.

Hab. locis udis Yarra Yarra Gainsford Queenslandiæ et Rockhampton Australiæ (BOWMAN).

39. **Thelephora pteruloides** B. et C. North Am. Fungi n. 219, et Dec. 7108
n. 235. — Pileo primum infundibuliformi ochraceo, demum in laciniis acutas fisso; stipite compresso.

Hab. ad terram in Carol. inf. Amer. feder. et New England (SPRAGUE). — Gregaria 4 cm. alta: pilei laciniæ inferne subtiliter tomentosæ, sursum glabræ; stipites conferti, superne dilatati. In Berk. Dec. n. 235 describitur: pallide carnea, 2,5 cm. alt.; stipite compresso, hymenio undique tecto, ramis paucis, ramulis subulatis, fastigiatis sterilibus. Habitus *Pterulæ*.

40. **Thelephora decolorans** B. et C. Cub. Fungi n. 374. — Alba 7109
(sicca ochracea): pileo cyathiformi-flabelliformi, zonato, lineato striato; stipite tomentoso; hymenio glabro.

Hab. ad arbores in silvis Cubæ Amer. centr. (WRIGHT), Australia. — Stipes quandoque fere obsoletus. Fere affinis *Th. sericellæ*; sed hymenium minime setulosum. Interdum margo profunde fimbriatus.

41. **Thelephora affinis** B. et C. Cub. Fungi n. 375. — Pileo flabel- 7110
liformi, subzonato, fibris innatis v. marginem versus liberis, lineato-striato, plicato, in stipitem tomentosum attenuato; margine fimbriato.

Hab. ad ligna corrupta Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT).

42. **Thelephora Zollingeri** Sacc. *Thelephora* sp. n. Zoll. in Flora 7111
1847, p. 304. — Gregaria, coriacea, stipitata, stipite laterali, vel centrali; pileo spathulato vel infundibuliformi, subtus cinereo, alutaceo, subfarinoso, supra nitido, alutaceo, zonato, marginem versus expallente.

Hab. ad truncos putridos in silvis pr. Batam ins. Javæ. — Maxime variabilis, tenuis, margine integro, vel inæqualiter lacero 2,5 cm. longa, dimidiata vix 1 cm. lata.

43. **Thelephora cristatella** B. et Br. Fungi of. Ceyl. n. 572. — Pu- 7112
silla, nivea, cuneiformis, deorsum tomentosa, sursum acute cristato-divisa.

Hab. ad Peradeniya Ceylon (THWAITES). — Totus fungus 12 mm. metiens.

44. **Thelephora liliputiana** Mont. Cent. II, n. 17, Guy., n. 403, et Syll. Crypt. n. 578. — Corticola, omnium minima, 6 mm. lata, coriaceo-mollis, flocculosa, sordide alba; stipitibus erectis undique ramosis, ramis palmato-fimbriatis, obtusis.

Hab. in ramulis emortuis, Cayenna Guyanæ Gallicæ Amer. merid. (LEPRIEUR).

45. **Thelephora dissecta** Lév. Champ. Mus. pag. 146. — Pileis coriaceis, erectis, cæspitosis, compressis, dilatatis, nudis, albis, in stipitem brevissimum attenuatis; hymenio glabro pallido.

Hab. ad cortices, Guadalupa (BEAUFERTUIS). — Cæspites ex 6-8 individuis constantes.

46. **Thelephora hiscens** B. et Rav. North Am. Fungi n. 221. — Pileo lobato fissoque tomentoso pallido; stipite brevi, tomentoso; hymenio rimoso.

Hab. ad terram in Carol. inf. Amer. fœder. — Pileus circiter 2 $\frac{1}{2}$ cm. latus; contextus quam in speciebus vicinis mollior, ex quo, probabiliter, hymenium rimosum.

47. **Thelephora Archeri** Berk. Fl. Tasmania. pag. 258, tab. CLXXXIII, fig. 2. — Dichotoma; stipitibus deorsum connatis; ramis compressis, sursum dilatatis, ochraceis; apicibus acutis, brunneis.

Hab. ad terram in Tasmania (ARCHER), Delegate Hill (de MUELLER). — 40 mm. alt.

48. **Thelephora chalybea** Bres. et Schulz. in Hedw. 1885, p. 147. — Obconica, circa 8 cm. lata et alta; stipite deorsum acuminato, ut plurimum laterali-curvato, 4 cm. et ultra longo, supra 2 cm. cr., solido, impolito tomentoso, fulvo; lobis pilei inter se discretis, ad marginem obliquis, circinatim positus, in medio verticalibus, plerumque applanatis, sursum dilatatis, neque incisus, neque fimbriatis, extus fertilibus, nigris, albo-pruinatis, intus umbrinis tomentosis, albo-limbatis; carne alba, fructificatione *Th. Bresadolæ* sed sporis cæruleo-nigris.

Hab. in silva Kunjevce Slavoniæ.

49. **Thelephora Bresadolæ** Schulz. in Hedw. 1885, p. 147. — Stipite brevissimo, 2-9 mm. et ultra crasso, cæruleo-nigro aut fulvo, sursum partito in plures lobos: lobis compressis, flabelliformi-dilatatis, interdum concretescentibus, concoloribus supra albo-limbatis, albo-pruinosis; toto fungo inverse conico, 2.7-6,1 cm. alto et lato; carne tenaci-coriacea, ex albo (in sen.) cærulea; odore mucedi-

neo, sed non nauseoso: hymenio genaino: basidiis clavatis 4-sporis; sporis violaceo-nigrescentibus irregulare sphaeroideis, echinatis, sine aculeis 5-7 μ . diam.

Hab. in frondosis ad terram Hungariæ et Slavoniæ.

50. **Thelephora lutesa** Schw. Amer. bor. n. 631. — Minor; pileis 7119
dense imbricatis, postice in stipites subhorizontaliter attenuatis,
undulato-plicatis, 1 cm. lat., superne quasi subtomentosis pulveru-
lentis; hymenio sublevi et papilloso, subvelutiuo ex sporis cum
toto fungo luteose lutescente, marginibus limbi demum sublobatis.

Hab. ad terram in ins. silvaticis Carolinæ. — *Th. albidobrunnea* satis affinis.

51. **Thelephora pusilla** Cnrr. Ind. Fungi p. 126, t. 21, f. 9. — Pu- 7120
silla fuscescens, simplex vel ramosa, sursum cristato-divisa.

Hab. Sikkim Himalaya Indiæ, 700-800 m. alt. — Affinis *Th. cristatellæ*, a qua differt colore brunneo ramisque potius clavatis quam acutis.

52. **Thelephora rosella** Peck 35 Rep. St. Mus. p. 136. — Tenuissima 7121
cæspitosa, roseolata, varie laciniata, margine dentata vel subfim-
briata, albida vel subincarnata, e tuberculo nigricante oriunda; spo-
ris minutis anguste ellipticis vel sublanceolatis, 5-6 = 2-2,5.

Hab. in ramis emortuis Alni incanæ Sandlake Amer. bor.

53. **Thelephora actiniæformis** Berk. in Hook. Journ. 1856, 239, 7122
Dec. n. 600. — Stipitibus in massam cylindricam confluentibus;
processibus setiformibus scabris; ramis paucis penicillatis lividis,
tortis; apicibus laciniatis, acutis.

Hab. pr. Rio Negro in Brasilia (SPRUCE). — Circiter 5 cm. alta.

54. **Thelephora ocreata** Berk. in Hook. Journ. 1856, 239, Dec. n. 598. 7123
— Alba, ramosa; stipite cylindræo fere ad basin diviso, tomento
candido ocreato; zonis furcatis cylindricis; apicibus acutis.

Hab. inter folia emortua Panuré Brasiliæ (SPRUCE). — 5-8
cm. alta.

55. **Thelephora acanthacea** Lév. Champ. Mus. p. 147. — Pileo co- 7124
riaceo, rigido, erecto, multifido, foliaceo, canaliculato, nudo, fibro-
so, fusco-nigricante; stipite firmo, duro, laterali, mycelio fulvo
obtectio, hymenio inæquabili, ferrugineo, fusco.

Hab. ad terram Java (ZOLLINGER). — 6-10 cm. alta.

56. **Thelephora trachodes** Berk. in Hook. Journ. 1856, 239, Dec. 7125
n. 599. — Pallida, cæspitosa; stipitibus cylindricis, subtenuibus, sur-
sum furcatis, processibus setiformibus scabris; ramis fastigiatis, re-
petito-furcatis, acutis.

Hab. ad terram, Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Circiter 4 cm. alta. Processibus stipitis a ceteris speciebus, exclusa *Th. actiniiformi*, distincta.

57. **Thelephora angustata** Fr. Nov. Symb. Myc. pag. 108, *Merisma* 7126
angustatum Lév. Ann. Sc. nat. 1846, p. 154? — Erecta cinereo-fusca, e lento rigida, sublignescens; stipite elongato, radicato, rugoso, glabro, compresso, extus hymenio vestito.

Hab. ad ligna putrida in Costa Rica (ÆRSTED). — Substantia, color, hymenium exacte *Th. cornucopioidis* sed forma diversissima (*Cl. rugosæ*). Stipes 5 cm. longus, color fuliginæus: recens carnoso-lenta, sicca multo magis induratur quam *Stereæ*.

58. **Thelephora craspedia** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 108. — Erecta, 7127
cæspitosa, membranaceo-mollis, sicca fragilis, palmato-ramosa; ramis complanatis, costatis, sursum dilatatis, apice lacero fimbriatis; hymenio definite infero, pallide gilvo.

Hab. in pratis in Pico de Orizaba Mexici, 300 m. alt. (LIEBMAN), — 2½ cm. alta; hymenium paginam anteriorem tantum occupans, basidiis evidenter tetrasporis, demum floccoso-collabens et sæpe foveolatum, quasi porosum; sporæ albæ.

59. **Thelephora corbiformis** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 108. — Sessi- 7128
lis, cinereo-fusca, rigens; lobis cæspitosis, exterioribus adscendentibus, in pileum circumatum cupulæ-formem hinc inde lacunosopervium coalescentibus, interioribus discretis, stipatis, erectis, angustis; hymenio infero, inæquabili, albido.

Hab. ad terram ad San Jose, Costa Rica (ÆRSTED). — Cæspites regulariter circumati.

60. **Thelephora myriomera** Fr. in Pl. Preiss. II, p. 136. — Cæspi- 7129
tosa, papyracea frondoso-ramosissima, concrescens; lobis adscendentibus, sursum dilatatis, rotundatis, integris, superne sterilibus; lineis elevatis, radiatis, fuliginosis; hymenio infero costato-rugoso, glabro, fusco-purpureo.

Hab. ad terram ad ripam fluvii Canning Australiæ. — Species magna, speciosa, 5-7 cm. alta, substantiæ tenuitate insignis; in hymenio subinde observantur papillæ sed inordinatæ ut accidentales videantur.

61. **Thelephora multifida** Klotz. Portor. p. 365. — Lenta, subpapy- 7130
racea, candida, glabra, erecta, flabellata, multifida, in stipitem platum attenuata.

Hab. ad ligna putrida prope Vaxardo Portorico. — Fungi gregarii stipitati, 5 cm. longi, versus apicem 10-20 mm. lati, supra

substriati, subtus sparsim tuberculoso-echinati; laciniæ angustæ inæquilongæ, acutiusculæ.

62. **Thelephora Schweinitzii** Peck Rep. St. Mus. *Th. pallida* Schw. 7131

Syn. Am. n. 619. — Erecta, basi quasi tuberosa solida connata, stipitiformi; zonis multis acutis divisis, trunco cum pileis multipartito, compresso sulcato, colore statu vegeto, omnino pallido, sed hymenio externis et stipitem versus, demum rufescentibus.

Hab. in statu New York Amer. fœder. (PECK), in Carol. infer. et super. in Texas (LINDHERMER), New England (SPRAGUE), Bethlehem (SCHW.). — Cæspites 15 cm. lat., 7-10 cm. alti.

63. **Thelephora cæspitulans** Schw. Amer. bor. n. 620. — Cæspites 7132

formans altitudine 2,5 cm., ramis basin versus in corpus solidum concrenentibus ad dimidiam partem, tum assurgentibus strictis, divisis, invicem arcte adpressis, compressis, imo subcanaliculatis, obtusis plerumque in apicibus, et ibi albicantibus; colore e brunneo fulgido.

Hab. ad terram Bethlehem Amer. bor. — *Th. palmata* proxima sed habitus diversus.

64. **Thelephora anastomosans** B. et C. Cub. Fungi n. 378. — Alba 7133

(sicca pallida), multifida; ramis ramulisque connatis sursum subflabelliformibus fimbriatis, deorsum plus minus distinctis vel in stipitem communem confluentibus.

Hab. ad basim truncorum Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Circiter 2½ cm. alta. Affinis mexicanæ *Th. craspedicæ* Fr.

65. **Thelephora padinæformis** Mont. Guy. n. 401, Syll. Crypt. n. 575. 7134

— Stipitata, coriaceo-membranacea, lenta, glaberrima, rufo-badia; pileo ad stipitem striatum in lacinias plures erectas dilatato-cuneatas flabelliformes margine crenato subrepandas stipitatasque diviso, ramoso; hymenio infero, lutescente, glabro, levi, papillis minutissimis obsito.

Hab. ad terram in Guyana Amer. merid. (LEPRIEUR). — Teste Patouillard (Journ. Bot. 1888, p. 146), cui libenter assentior, species hæc melius sub *Hydno* militat. Hymenio enim papillæ mox in aculeos 2-3 mm. long., acutos, facile deterrentes elongantur. Basidia clavata, brevia, 10 = 4-5; sporæ anguloso-globosæ. 4-5 μ . diam., fulvellæ.

66. **Thelephora nigella** Mont. Guy. n. 402. Syll. Crypt. n. 579. — 7135

Apus, sessilis, cæspitosa, coriacea, lenta, e lurido nigrata; pileolis flabellatis, imbricato-concretis, appianatis, nudis, azonis, margine

sublobato haud ciliatis; hymenio infero radiatim costato-plicato, giabro, papilloso.

Hab. ad terram Guyana Amer. merid. (LÉPRIEUR).

67. **Thelephora Commersonii** Lév. Champ. exot. p. 208. — Stipiti- 7136
formis, simplex, albida, ramis compressis subdichotomis subulatis
concoloribus; hymenio rufescente.

Hab. ex silvis Palmæ in insula Mauriti (COMMERSON). — 4-5
cm. alta; rami pluries divisi *Pterulam* in mentem revocantes.

68. **Thelephora amboinensis** Lév. Champ. exot. p. 207. — Coriacea 7137
erecta, e basi ramosa, dense tomentosa ochraceo-pallida; ramis di-
varicatis ultimis digitatis, acutis, nudis, fuscescentibus.

Hab. ad arenam, Amboina. — Plurima individua concresecunt,
rarius solitaria.

69. **Thelephora Harthmanni** Mont. Gent. IV, n. 86. Syll. Crypt. n. 7138
577. — Mycelio niveo effuso; stipitibus coriaceis cæspitoso-con-
nexis, horizontalibus ascendentibusque pallidis, parce ramosis, ra-
mis complanatis, apice incurvo-cicinat. hinc dentato-incisis pecti-
natisque.

Hab. ad cortices in Carolina Amer. fœder. (HARTMANN).

70. **Thelephora candida** (Schw.) Fr. Epicr. p. 538, *Merisma* Schw. 7139
Carol. n. 1069. — Cæspitosa, mollis candida; stipitibus crassis pal-
mato-ramosis, pileolorum laciniis patulis, apice fuscescentibus; hy-
menio definite infero, rugoso.

Hab. in terra uda Amer. borealis freq. — Cæspites 15 cm. lat.
Ob stipitem lateralem, lacinias planas, hymenium definite inferum
et affinitatem cum *Th. terrestri* ad hanc sectionem pertinet.

71. **Thelephora Cladonia** Schwein. Car. n. 1068, Fr. Epicr. p. 537. 7140
— Erecta, pallida, virescens; stipitibus connexis palmato-ramosis;
apicibus fimbriatis substrigosis.

Hab. ad terram Carolinæ Amer. fœder., Texas (C. WRIGHT),
Amer. arcticæ (DRUMMOND) et Amboinæ (LEVELLÉ). — Forma *Cladonia*
pyridate scypho irregulari, margine proliferante. Tenax,
glabra, sicca albicans, 2,5 cm. vix superans.

72. **Thelephora thamnoides** Fr. Epicr. pag. 538. — Coriacea, arida, 7141
erecta, fusco-cinerea, basi stipitata radicata; ramis vagis sursum
compressis, flocculoso-levigatis, nudis, apice conformibus.

Hab. in insula Mauriti (KLOTZEM). — Parva evolutam vidit
Fries. Imbricato-cæspitosa, pagina superior sterili, stipites sublata-
les, sed concresecendo centrales varianti.

73. **Thelephora multipartita** Schwein. in Fr. Epicr. p. 536 — 550- 7142

riacea, fusco-cinerea; pileo glabro ad stipitem usque ramoso-multipartito, laciniis sursum dilatatis incisus, subtus levi glabro.

Hab. ad terram New England Amer. bor. (SPRAGUE). — Stipes erectus v. incurvus æqualis, 2½ cm., superne abit in ramos plures verticillatos in formam infundibuli dispositos et sæpius in pileum multipartitum confluentes, planos, sursum dilatatos, multifidos, obtusos, utriusque glabros, leves, supra steriles, subtus hymenio basi costato-plicato pallide fusco-purpurascete. — Var. **fuscella** Ces. Sarawak Ceylon (O. BECCARI). — Var. **soluta** Ces. l. c.: pilei partitionibus lineari-multifidis. Sarawak. — Var. **isarioides**, sterilis: unicum speciminulam, totum cinereum in lacinias lobosque cylindraceo-subulatos fissum. Sarawak (O. BECCARI).

74. **Thelephora fusco-pallida** Jungh. Crypt. Jav. p. 34 (*Himantia*). 7145
— Simplex, erecta, teres, basi fuscescens, sursum dilatata, byssina albida.

Hab. ad ramulos dejectos in silvis Montis Mera pi ins. Javæ 1200 m. circ. alt. — Socialis, 4 mm. alta, mollis, basi rigidula, apice dilatata, byssina, villosa.

** Pileatæ, dimidiatæ, horizontales, sessiles v. effuso-reflexæ.

75. **Thelephora iniybacea** Pers. Syn. p. 567, Fr. Syst. Myc. I, p. 431, 7114
Hym. Eur. p. 635, Bull. t. 483, f. 6, 7, t. 278, *Merisma strigosum* Pers. status infant. — Cæspitosa, mollis, ex albido rufo-ferruginea, demum fuliginea; stipitibus sublateralibus, concretescentibus; pileolis imbricatis, fibrosis, margine dilatatis, primo albo-fimbriatis, dein integris, concoloribus; hymenio infero, papilloso, subfloccoso; sporis angulato-sphæroideis seu tuberculatis, fuscidulis diam. 6-8 μ . vel 7 \approx 6 circiter.

Hab. in silvis frondosis Europæ et Australiæ, ad terram. — Cæspites nunc centrales obconici, nunc laterales, 10-11 cm. usque lati, pileolis subtriangulis, 4 cm. latis. Cum *Th. laciniata* olim junxit Fries; formæ b. c. Fr. El. p. 170, h. 1.

76. **Thelephora terrestris** Ehrh. Cr. n. 179, Fr. Syst. Myc. I, p. 431, 7145
El. p. 170, Hym. Eur. p. 636, Nees Syst. f. 251 (optima), Batsch. f. 121, Klotzsch Bor. t. 473. — Cæspitosa, mollis, fusca, nigrescens; pileolis imbricatis, applanatis, fibroso-strigosis, azonis, in stipitem sublateralem porrectis, margine similari; hymenio infero, radiato-rugoso.

Hab. ad terram truncosve carie consumptos in Europa, Carol. media et super. Amer. fœder. et Gainesville Floridæ. — *Th. inty-*

baccâ minor. Pileus 2-5 cm. latus; stipites confluentes etiam centrales fiunt; interdum pilei laciniati, squamosi, merismoidei; sporæ 10 = 6-7 (Britz). Hæc videtur *Th. laciniata*, illa *Th. terrestris* Secr. 3, p. 616.

77. **Thelephora atra** Weinm. Ross. p. 380, Fr. Hym. Eur. p. 636, 7146

Merisma Secr. n. 2 videtur status merismoideus. — Cæspitosa, ampla, mollis, pileolis e tubere communi ortis, imbricatis, basi attenuata sessilibus, difformibus, sublobatis, ex atro fuliginæis; hymenio lævi, setuloso, atro, albo-pruinoso.

Hab. ad terram Rossicæ. — Maxime spectabilis, stipitibus subcentralibus, 5-8 cm. latis, primo albo-fimbriatis.

78. **Thelephora laciniata** Pers. Syn. p. 567, Fr. Syst. Myc. I, p. 431, 7147

(incl. *Th. intybacea*), Hym. Eur. p. 636, Weinm. p. 381, *Helvella caryophyllæa* Bolt. t. 173, Sowerb. t. 213, Fl. Dan. t. 1198, 949. — Coriaceo-mollis, incrustans, ferrugineo-fusca; pileis subimbricatis effuso-reflexis, fibroso-squamosis, margine fibroso-fimbriato, primo albido; hymenio infero, papilloso, flocculoso; sporidiis angulato-globosis seu tuberculatis, fuscis, hyalino-nucleatis, 6-9 μ . diam.

Hab. ad truncos et terram, præcipue in pinetis Europæ et Carol. inf. Amer. fœder. — Vulgatissima generis. Simillima *Th. intybaceæ*, quæ circa caules Vacciniorum et varias stipulas adscendens stipitata appareat; hinc olim conjunxi ill. Fries. Perennans, stratose reviviscens. Ad latitud. 6-7 cm. usque, 4 cm. longa.

79. **Thelephora biennis** Fr. Syst. Myc. I, p. 449, Hym. Eur. p. 636, 7148

Th. fusco-cinerea Pers. Myc. Eur. I, p. 114, *Auric. Phylactæris* Bull. t. 436, f. 2. — Coriaceo-mollis, late incrustans, cinereo-fusca; pileis demum anguste reflexis, tomentosis, ambitu fimbriato; hymenio subresupinato, glabro, subsetuloso, baso plicato.

Hab. ad terram, sed etiam truncos, immo lapides incrustans in Europa et Carol. Amer. fœder. et Afric. austr. — Species 8-12 cm. metiens. *Th. terrestris* respondet, sed vegetior, tenuior, latior, subtus haud striata. Biennis nec reviviscens.

80. **Thelephora frondescens** Fr. Syst. Myc. I, pag. 436, Hym. Eur. 7149

pag. 636. — Coriaceo-mollis, late incrustans, fusca; pileis effuso-reflexis, rugosis, sublobatis, glabriusculis, margine integro; hymenio infero, lævi, velutino.

Hab. in pineto-montanis Sueciæ supra muscos semel copiose. — Cum *Th. bienni* vel potius *Th. mollissima* analogæ, annua.

81. **Thelephora mollissima** Pers. Syn. p. 572, Fr. Syst. Myc. I, p. 435, 7150

Hym. Eur. p. 636, Secr. n. 22, Berk. Outl. p. 268, t. 17, f. 5. —

Carnoso-mollis, incrustans; pileis effuso-reflexis, laciniatis, subtomentosis, albidis; hymenio infero, glabro, levi, fusco-purpureo.

Hab. ad ramulos, terram, folia in Europa. — Vix 2½ cm. longa; a *Th. cristata* vix satis differt, licet forma valde recedat. Substantia spongioso-mollis.

82. **Thelephora accumbens** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 585. — Or. 7151
bicularis, subimbricata, mollis, umbrina; margine albicante.

Hab. ad truncos arborum Hautan! Ceylon ad 1000 m. circiter alt. (THWAITES). — Laminas plures sistit superpositas primo cæspitulos pulvinatos efformantes; hymenium partim tantum evolutum, sed rugosum atque subiculo magis brunneum.

83. **Thelephora setosa** Berk. Fung. Brit. Mus. p. 381, tab. XI, fig. 10. 7152
— Imbricata e basi effusa reflexa, ferrugiueo-fusca, fibris ramosis vestita, subzonata; hymenio inæquabili, granulato, setuloso.

Hab. in Jamaica (SWARTZ). — Pilei 2,5 vel amplius lati, 18-20 mm. longi.

84. **Thelephora dolosa** Lév. Champ. exot. p. 209. — Pileis coriaceis, 7153
effuso-reflexis, cohærentibus; fibris adpressis, obsolete zonatis, basi tomentosis; marginibus acutis, fimbriatis, subtus sterilibus; hymenio albo, levi.

Hab. ad truncos, Java. — Hymenium siccum, fere dendroideoporosum, udum.

85. **Thelephora pilosiuscula** Mont. Ann. des Sci. Nat. sér. 4, v. 371, 7154
Cent. VII, p. 39. — Pallida, sessilis, ex orbiculato flabellata, horizontalis (coriacea?) pilis decumbentibus vestita; hymenio concolori, papillulis curtis obsito.

Hab. ad truncos corruptos in Brasilia (WEDDELL).

86. **Thelephora xerantha** B. et C. N. Pac. exp. n. 104. — Pileo fla- 7155
belliformi, subzonato, pulverulento-tomentoso, lineatim rugoso, in petiolum attenuato; hymenio subferrugineo.

Hab. ad arborum radices ad Hong-Kong Sinæ. — Affinis *Th. laciniata*.

87. **Thelephora vialis** Schwein. Syn. Amer. bor. n. 610. — Coriacea, 7156
junior fragilior demum indurescens; pileis polymorphis, imbricatis et dimidiatis æque ac regularibus, pluribus confluentibus aut crescentibus etiam omnino singulis, laciniato-multifidis, 2,5-5 cm. long. et multo minoribus, cupulatis sæpe, superne adglutinato-fibriloso-plicatis, luteo-fuliginosis; stipitibus singulis v. concreescentibus, crassis v. tenuibus, longiusculis v. fere carentibus; hyme-

nio plicato-venoso, e luteo-pallido fuligineo, basidiis prominulis et inde demum subfloccoso.

Hab. ad vias in Carolina nec non prope Bethlehem Amer. bor. — Valde polymorpha.

88. **Thelephora cuticularis** Berk. Dec. n. 134. — Imbricata, coriaceo- 7157
mollis, brunneo-purpurascens; pileolis inæqualibus, rugosis, depresso-sericeis; hymenio sublevi pulverulento.

Hab. in ins. Rhodensi Amer. fœder. (OLNEY), in statu Ohio (LEA). — Pilei 2 cm. longi lateraliter confluentes. Affinis *Th. terrestri*.

89. **Thelephora albo-marginata** Schwein. in Berk. Dec. n. 135. — 7158
Latissime confluenti-effusa, rarius breviter reflexa, umbrina, centro pruinosa; margine albo-tomentoso.

Hab. ad corticem Corni floridæ pr. fluvium Santee in Carol. super. Amer. fœder., Castaneæ pumilæ in Carol. inf., Platani occidentalis in Ohio (LEA), in insula Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Initio orbicularis dein confluens et tunc lobata, centro subinde rugosa, interdum reflexa et tunc pileus brunneus, sericeus.

*** Resupinatæ, ut plurimum incrustantes, unde forma variantes.

90. **Thelephora cristata** (Pers.) Fr. S. M. I, p. 434 cum syn., Hym. Eur. 7159
p. 637, Pat. Tab. 559, Sommerf. Lapp. p. 280, Berk. Outl. p. 268, Fl. Dan. t. 2272, *Clav. laciniata* Bull. t. 415, f. 1, Sowerb. t. 158, *Merisma crist.* Pers. *Clavaria* Jungh. Linn. V, t. 7, f. 2. — In-
crustans, tenacella, pallida, in ramulos laciniatave adscendentes abiens, apicibus subulatis v. fimbriatis; hymenio in plagis levigatis et ramorum lateribus papilloso.

Hab. ad muscos, gramina etc., præcipue in fagetis in Europa. — Sporæ ex Patouill. subglobose, hyalinæ, echinulatæ, 6-7 \approx 4-5, ex Karst. 8-9 \approx 6. Junior non byssina ut sequentes. Forma nulla constans. Status primarius et typicus, inferiorem paginam foliorum Fagi occupans, levigatus, hyalino-fuscescens, ambitu adpressus, fibrillosus. Variat ramis paucis, obconicis, penicillatis: *Merisma penicillatum* Pers. Syn. p. 583.

91. **Thelephora spiculosa** Fr. Syst. Myc. I, p. 434, Hym. Eur. p. 637, 7160
Merisma cristatum β . Alb. et Schw. n. 817, *Th. penicillata* Fr. El. p. 168. — Effusa, e byssino carnosa, incrustando versiformis, fusco-purpurea, ambitu ramuloso-spiculoso; apicibus penicillatis, albidis.

Hab. supra folia putrescentia Pini locis humidis in Europa. —

Typica effusa, levigata, ambitu spiculis apice 4-5-subulatis radians, $1\frac{1}{3}$ -4 cm. metiens.

92. **Thelephora fastidiosa** (Pers.) Fr. Syst. Myc. I, p. 435, Hym. Eur. 7161 p. 637, Berk. Outl. p. 268, Saund. et Su. t. 41, f. 1 (optime), *Merisma* Pers. Syn. p. 582. — Effusa, mollis, amorphæ, incrustando concretescens, candida, in ramos laminosos abiens; hymenio infero, papilloso, rufescente.

Hab. in fagetis umbrosis Europæ vulgo incrustans. — Odore fœtido cum *Th. palmata* convenit. Cespites primo absque distincta forma in circulum 30 cm. long. usque inter se et cum corporibus vicinis confluentes. Ex Tulasne verisimiliter cum sequentibus ad *Sebaciniam* spectat. Sporæ 6-7 \approx 3-1 (Britz).

93. **Thelephora sebacea** Pers. Syn. p. 577, Berk. t. 17, f. 6, Létell. 7162 t. 607, f. 3, Secr. n. 79, Fr. Hym. Eur. p. 637, *Merisma* Pers. Clavæf. t. 4, f. 4, Fl. Dan. t. 1302, f. 2, *Th. sebacea* et *incrustans* Pers. Myc. Eur. I, p. 135, *Sebacinia incrustans* Tul. Ann. Sc. nat. 1872, t. X, fig. 6-10, Pat. Tab. an. 155. Var. insignis est β . *caldariorum* Weinm. p. 376. — Effusa, carnosio-ceracea, indurescens, incrustando versiformis, tuberculosa v. stalactitia, albida, ambitu similari; hymenio collabente, flocculoso-pruinoso; basidiis globulosis denique subinde fissis et sterigmata a-1 filiformia apice gerentibus; sports ovato-reniformibus, granulosis, hyalinis, 10-12 \approx 6-7.

Hab. ad terram et caules imos herbarum in silvaticis, muscos et ramenta scæaliaque corpora, quæ sibi ad instar obvolvitur et incrustat in Europa, Carol. inf. Amer. fœder., Pensilvania (MICHENER), New England (SPRAGUE), Tasmania. — Ad cm. 5-8 lata; ambitus haud penicillatus. Hæc species, necnon duæ sequentes, præeuntibus Tulasne et Patouillard, recte in genus proprium essent recipiendæ ob fructificationem fere tremellineam sed, permultarum affinium ignota fructificatione, distinctio hodie non expedit. Cfr. quoque Brefeld Unters. VII, tab. VII, tab. VI, f. 22-26.

94. **Thelephora cæsia** Pers. Obs. Myc. I, t. 3, f. 6, Nees Syst. f. 254, 7163 *Sebacinia cæsia* Tul. l. c. — Effusa, determinata, mollis, contigua, cinereo-cæsia; hymenio levi, setuloso; basidiis globulosis denique 2-4-partitis; sports ovato-reniformibus, 10-12 μ . long.

Hab. ad terram in silvis Europæ: ad terram sterilem ericetorum legit Fries formam huic accedentem, sed admodum tenuem, levigatam, griseo-cineream. — Plerumque $2\frac{1}{2}$ cm. metiens, sed et 5-8 cm. *Th. cæsia* Pat. Tab. 459 (cinereo-brunnea, basidiis clavatis, tetrasporis, sports brunneis verrucosis) diversa est.

95. **Thelephora Letendreana** Pat. Tab. anal. 474 et in Malbr. et Let. 7164
 Champ. Norm. p. 47 et Rev. Mycol. 1885, p. 152 (*Sebacina*). —
 Membranacea, tenuis, subpulveruleata, albida, centro brunnea vel
 rosea, orbicularis, confluens, sessilis; basidiis capitatis, longitud.
 septatis, tetrasporis; sporis reniformibus, hyalinis, 10-12 μ . long.
 (ex icone).

Hab. in peritheciis vetustis Colpomatis quercini et in cortice
 proximo. Quevilly pr. Rouen Galliæ (LETENDRE).

96. **Thelephora effusa** Bref. Untersuch. VII, pag. 94, t. 5, f. 20-22 7165
 (*Eridiopsis*). — Corticiiformis, effusa, rosea, granuloso-papillata;
 hymenio viscido, tenui; basidiis subglobosis, uni- vel radiatim se-
 ptatis, subinde apice bipapillatis; sporis lunulatis, intus granulosis,
 16 \approx 7, hyalinis.

Hab. in ramis corticatis Alni in Germania. — «Certe conge-
 nera *Th. Letendreanae*, cum qua recte militabit sub novo titulo
 Brefeldiano (*Eridiopsis*).

97. **Thelephora discolor** Zoll. in Flora 1847, p. 303. — Arcte ad- 7166
 nata, basi fibrillosa, superne fibrillis ramosissimis contexta, effuso-
 byssacea, alba; margine ubique cinamomea.

Hab. ad ligna foliaque viva et exsiccata in silvis humidis pr.
 Bantam ins. Javæ.

98. **Thelephora crustacea** Schum. Saell. p. 396, Fl. Dan. t. 1851, 7167
 f. 2, Fr. Hym. Eur. p. 637, *Th. umbrina* Pers. Syn. p. 578 bene
 convenit, sed in Myc. Eur. ad *Th. biennem* ducitur. — Late ef-
 fusa, subcarnosa, undulato-tuberculosa, fusco-umbrina, ambitu si-
 milari, albo-floccoso; hymenio papilloso, setuloso; sporis angulato-
 sphaeroideis vel tuberculatis, fuscidulis, 6-9 μ . diam. vel 8-9 \approx 6-7.

Hab. ad terram nudam in Europa. — *Th. laciniatae* utique
 affinis.

99. **Thelephora galactina** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 136. — Resupi- 7168
 nata, late effusa, incrustans, colliculosa, glabra, lactea; ambitu in-
 determinato.

Hab. ad terram juxta fossas in America bor. (CURTIS). — Cru-
 stam sistit late et indeterminate effusam cum arena omnino con-
 crescentem. in vivo mollem in siccis induratum et continuam, more
 generis. Ad *Th. candidam* et *Th. pallidam* accedit.

100. **Thelephora gelatinosa** Saut. Hedw. 1876, p. 152. — Effusa, ge- 7169
 latinosa, dein membranacea, candida, amorphica, incrustando-con-
 crescens, versiformis, stalactitica; hymenio flocculoso, pruinoso.

Hab. in terra nuda argillacea in uliginosis prope Salzburg. —

Initio 2,5-5 cm. lata; ramuli 6-12 mm. longi, albidi vel brunnei. Affinis *Th. fastidiosa* sed initio gelatinosa.

101. **Thelephora prolifera** Berk. in Hook. Journ. 1856, 272, Dec. Fung. 7170
n. 601. — Alba, subrepens, in ramos cylindricos, furcatos, fasci-
culatosque abiens, apicibus matrici disco amplo radiato tandem
adnatis.

Hab. ad arborum radices pr. Rio Negro in Brasilia (SPRUCE).
— Habitus *Th. fastidiosa*.

102. **Thelephora albido-brunnea** Schw. Amer. bor. n. 630. — Longe 7171
lateque confluens; irregulariter subimbricata, sæpissime resupinata,
rarius in pileos porrecta substipitatos, superne imbricata, sub-
tomentosa, quasi pileis undulatis confusis, subcrispis spongioso-
suberosis; hymenio inæquabili, leviusculo, candido.

Hab. in cortice putrido truncorum ad terram Bethlehem Amer.
bor. — Ad plura cm. effusa, ubi pilei distincti, diametro vix ex-
cedant 1 cm.

103. **Thelephora rudis** Epicr. p. 539, Linn. V, p. 526. — Effusa, e 7172
mollis coriacea, incrustans, ligneo-pallens, protrudens ramenta ere-
cta, connato-cæspitosa, simplicia, velutina, compressa, acuminata, in-
tegra.

Hab. ad terram Brasiliæ. — Interdum omnino levigata, vulgo
forma *Oscillatorie Friesii*, quam pro *Merismate* quoque accepit
Fries.

104. **Thelephora riccioidea** Berk. Fl. Tasm. p. 258, — Resupinata, 7173
arcte affixa, radiato-ramosa, pallida.

Hab. ad nudam terram in Tasmania (GUNS). — *Th. sebacea*
subaffinis. Lata 7-8 cm.

105. **Thelephora fimbriata** (Schw.) Fr. Epicr. p. 539, *Merisma fim.* 7174
Schw. Car. 1067. — Effusa, e molli cartilaginea, incrustando ver-
siformis, rufescens, protrudens ramenta elongata, decumbentia, tere-
tia, ramosa, secunda, apicibus fimbriatis.

Hab. ad terram Carolinæ.

106. **Thelephora Spongia** B. et C. Cub. Fungi n. 385. — Late effusa, 7175
radians; subiculo crasso, lacunoso, spongioso-fibroso, fusco; apice
decolori; hymenio fusco, fragmentitio, umbrino.

Hab. ad cortices Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Plura cm.
lat. *Polyporo trichomallo* analoga, Fibræ decumbentes nec erectæ
ut in *Th. pedicellata*.

107. **Thelephora suffulta** B. et Br. F. of Ceyl. n. 575. — Hymenio 7176
umbrino; pilis brunneis, primum circumstantibus suffulto.

Hab. ad cortice in regione australi ins. Ceylon (THWAITES). — Fere affinis *Th. pedicellate*, *Pezizam scutellatam* in mentem revocans.

108. **Thelephora arachnoidea** B. et Br. F. of Ceyl. n. 581. — Su- 7177
biculo molli. nigro; hymenio pulverulento, cinereo.

Hab. ad Habgalla Ceylon (THWAITES). — Ad *Thelephoram* ita se habet ut ad *Corticia*, *Corticium arachnoideum*. Proxima *Th. capnodi*.

109. **Thelephora capnodes** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 577. — Effu- 7178
sa, arabiens; subiculo parco, rubiginoso; hymenio tenui, fuliginoso.

Hab. ad ramulos in regione centrali ins. Ceylon (THWAITES). — A *Th. arachnoidea* differt subiculi colore diverso atque hymenio.

110. **Thelephora dictyodes** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 576. — Su- 7179
biculo fasciculato-tomentoso; hymenio reticulato, cinereo, sero continuo.

Hab. in regione centrali insulæ Ceylon (THWAITES). — Affinis *Th. suffultæ*, sed subiculo prorsus diverso.

111. **Thelephora dendroidea** (B. et C.) Cooke Grev. VIII, pag. 150, 7180
Hymenoch. dendroidea B. et. C. Fungi of Ceyl. n. 620. — Tota resupinata, costis dendroideo-radiata, sursum dentato-fimbriata.

Hab. ad ligna emortua in regione centrali ins. Ceylon. (THWAITES) et in Venezuela.

112. **Thelephora vaga** Berk. Fl. New Zeal. p. 182. — Resupinata; 7181
mycelio repente, byssoideo, subreticulato; hymenio pulverulento, isabellino.

Hab. in ligno putri in Nova Zelandia (SINCLAIR). — « An *Coniophora?* ».

113. **Thelephora subhepatica** Berk. Dec. of Fung. n. 104. — Tota re- 7182
supinata, orbicularis, hepatica, margine membranaceo-byssoideo, subfimbriato, pallidiore; hymenio glabro, hic illic minutissime reticulato.

Hab. ad cortices emortuos, Casapi Peruviz. — Maculas sistens 3 cm. latas, a matrice inseparabiles. Generalis adspectus haud dissimilis ab *Hydno fimbriato* sed minus fimbriata atque minime ut hoc, a matrice separabilis.

114. **Thelephora papyracea** Jungh. Crypt. Jav. p. 36. — Resupinata, 7183
effuso-reflexa, tenuis, papyracea, livido-expallens; pileo margine libero undulato-zonato, glabriusculo, hymenio sub lente velutino, dein medio rimuloso.

Hab. in silvis montium Kendam, alt. 700 m. Javæ. — Cm. 8-

- 12 lata, elongata ligno adpressa, sed facile separabilis, membranam tenuem papyraceam referens; margines liberi, a ligno separati, pileiformes.
115. **Thelephora filamentosa** B. et C. North Am. Fungi n. 220. — 7184
Pileis filiformibus, pallidis, e mycelio lato communi oriundis.
Hab. in Alabama Amer. foeder. (PETERS) supra fragmenta herbacea collapsa in quibus mycelium effunditur, partim glabrum, partim filamentosum. — Singularis species; sed e speciminibus ægre dignoscitur, utrum pilei revera filiformes, an vero profunde rimosi.
116. **Thelephora dentosa** B. et C. Fungi of Ceyl. n. 379. — E 7185
resupinata merismoidea, ochracea, deorsum rufo-brunnea, margine dentato; hymenio levi, perfecto rufo-brunneo.
Hab. ad ligna emarcida, folia aliasque vegetabiles substantias, Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT) et Ceylon (THWAITES). — Effusa atque, more *Th. mollissimæ*, ramulos protrudens in flabellum divaricatos.
117. **Thelephora Thwaitesii** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 583. — Re- 7186
supinata, tenuis, frustulosa, coffeicolor, margine tenuissimo elevato; hymenio subtiliter pulverulento-tomentoso; subtus lætius colorata, tomentosa.
Hab. ad ramulos in ins. Ceylon (THWAITES). — Affinis *Th. pedicellatæ*.
118. **Thelephora retiformis** B. et C. Cub. Fungi n. 384. — Subiculo 7187
dense tomentoso, umbrino; hymenio reticulato, pulverulento, griseo.
Hab. ad cortices Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Affinis *Th. pedicellatæ* sed subiculo diversissimo.
119. **Thelephora pedicellata** Schwein. n. 1046, t. II, f. 3, Fr. Epicr. 7188
p. 544. — Effusa, byssoidea, subcompacta, fulvo-cinnamomea, ambitu undulato albo, subtus fibris fasciculatis radicata.
Hab. ad ramos et truncos adhuc vigentes in Carolina, ad cortices in regione australi ins. Ceylon (THWAITES), ad ramos vivos Alnorum pr. Indian Lake New York Amer. foeder. (PECK), ad truncos Corni in Alabama (PETERS), ad arbores vivas Cubæ (C. WRIGHT) et ad cortices Maungaroa Nov. Zel. — Longe lateque effusa, ad 2-3 mm. spatium ambiens, tota e fibris *rhacodiaceis* dense intertextis compacta; 6 mm. supra matrem elevata pedicellis v. potius radiculis e fibris fasciculatis contextis basi dilatatis. Singulæ radiculæ opponitur in superiore parte tuberculum fusco-nigrum, papillæ simile, quod, valde tumente substantia, foveolam relinquit. Hymenium obsoletum.

120. **Thelephora spongiosa** Schwein. Car. n. 83, Fr. Epicr. p. 541. 7189
 — Mollis, demum indurescens, umbrino-purpurascens; hymenio pulveraceo-ramuloso.
Hab. ad latera rupium inter Muscos Americæ borealis. — An *Coniophora*? Auctor ipse cum *T. Cerebella* Pers. seu *Conioph. puteana* affinitatem notat. Ramuli ex hymenio egressi apice quoque pilosi. Pulverem albido-badium inspersionem non observavit Fries.
121. **Thelephora helvelloides** Schwein. Car. n. 1041, Fr. Epicr. p. 541. 7190
 — Effusa, spongiosa, radiculosa, tuberculosa, olivaceo-fusca, punctato-scabra.
Hab. ad terram declivem Carolinæ Amer. fœder. — Valde abnormalis, nec vera *Coniophora*, sed proxima. Pileus spongiosus 10-15 cm. longus et latus, 9 mm. crassus, muscos incrustus et includens, hinc inde tuberculis prominulis albis bullatus; subtus radicibus dependentibus. Contextus totus filamentosus, albidus. Color proprie pallescens, sed ob basidia (?) superficies elevato-punctata scabrosa, et color olivaceo-fuscus redditur.
122. **Thelephora floridana** Ell. et Ev. Journ. Mycol. II, pag. 37. — 7191
 Resupinata, corticis rugositates sequens et stratum tenue, continuum umbrinum plura centimetra extensum efformans, margine tenui, concolori; hyphis 5 μ . crassis, remote septatis, ramosissimis, ramulis nonnullis, rectangulariter patentibus; sporis subglobosis, echinulatis, 10 μ . diam.
Hab. in corticibus ramorum emortuorum, Florida Amer. bor. (W. CALKINS). — Ob contextum laxum ad *Zygodesmum* accedit.
123. **Thelephora exculpta** Berk. Austral. Fung. n. 128. — 7192
 corneo-grisea, tota resupinata, centro levi, versus marginem exsculptum dentato-radiata, subvenosa, pulverulenta, hic illic lacunososa, subtus atro-purpurea.
Hab. ad cortices Dandenong range Australiae. — Circ. 6 cm. lata.
124. **Thelephora Perdix** Hartig Baumkr. pag. 90, tab. VI, Allesch. 7193
 Südbay. Pilze II, p. 53. — Pileis crustaceis, sessilibus, senio stratosus, stratis vetustioribus saturatus tinctis, pulvinato-depressis, inæqualiter-rotundatis, 1 mm. ad 1 cm. latis, brunneo-flavis; basidiis clavatis, sursum spinulosis, apice sporas quaternas ovoideas, hyalinas gerentibus.
Hab. in ligno et in ramis *Quercus*, quos enecat in Germania, frequens. — Observante Allesch. l. c. an *Stereum*, an novum genus?

125. **Thelephora coccinea** Jungh. Crypt. Jav. p. 36. — Innata, ef- 7194
fusa, haud separabilis, tenuis, coccinea, levis.
Hab. ad ramos dejectos in silvis Montis Merapi Javæ alt. 1300
m. — Irregulariter effusa, indeterminata, corticola, papillis desti-
tuta levis, intense coccinea, siccata expallens. «An *Corticium?*».
126. **Thelephora atro-purpurascens** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 580. 7195
— Effusa; hymenio granulato-rugoso, atro-purpureo marginem ver-
sus album, breviter fimbriatum rubescente.
Hab. in regione centrali ins. Ceylon. — Maculas efformat cir-
citer $1\frac{3}{4}$ cm. latis.
127. **Thelephora subcarbonacea** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 582. — 7196
Subiculo parco, molli, nigro, floccis arachnoideis percusso; hymenio
pallido.
Hab. ad truncos Peradeniyæ Ceylon (THWAITES). — Strictè af-
finis *Th. arachnoidea*.
128. **Thelephora granosa** B. et C. North Am. Fungi n. 221. — Ef- 7197
fusa, tenuis, fusca; mycelio byssoideo; hymenio granulato.
Hab. ad Quercus, Pinos nec. non Polyporos in Carol. inf. Amer.
fœder., in Pensilvania (MICHENER), in Alabama (PETERS). — *Th.*
olivacea M. (? *botryoides* Schwein.) eadem species est. Stratum si-
stat tenue, atrum.
129. **Thelephora lichenicola** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 578. — Su- 7198
biculo rufo, furfuraceo-floccoso; hymenio pallide umbrino, margine
albo.
Hab. supra lichenes et cortices Peradeniya Ceylon (THWAITES).
— Ab affinibus distinguitur subiculo diverso atque hymenio magis
evoluto.
130. **Thelephora Murrayi** B. et C. Cub. Fungi n. 382, in Journ. Linn. 7199
Soc. X, p. 329. — Effusa, carnosocrustacea, margine angusto to-
mentososo, pallido; hymenio rimoso, granulato, ex albido subcarneo-
griseo.
Hab. ad cortices arborum vivarum Cuba Amer. centr. (C.
WRIGHT) et New England Amer. bor. (MURRAY). — Grisea v. late
brunnescens.
131. **Thelephora fusco-violascens** Mont. Enum. Fung., n. 25, Ann. 7200
3, VII, p. 174, Syll. Crypt. n. 580. — Membranacea, effusa, incru-
stans, tenuis, ambitu byssino fusco; hymenio atro-violaceo, setu-
loso-pulveraceo.
Hab. in corticibus arborum ad Port-Natal Africæ (DRÉGE). —
«An *Hymenochloa?*».

122. **Thelephora floridea** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 579. — Resu- 7201
pinata, tenuis, atro-purpurea, subtiliter tomentosa; margine palli-
diore vel obsolete.

Hab. ad ligna emortua in Ins. Ceylon (THWAITES). — Forsan
potius congenera *Pentophora papyrina*.

133. **Thelephora Menieri** Pat. Tab. anal. 589 (*Tomentella*), *Hypochaeris* 7202
fumosus Fr. Obs. Myc. II, p. 279. *Thel. caerulea* v. *fumosa* Pers.
M. E. I, p. 147 (non *Cortic. fumosum* Fr.). — Tennis membra-
naceo-floccosa, expansa caeruleo-cinerea; basiis clavatis, storig-
matibus quaternis elongatis; sporis subgloboso-angulosis, 5 μ . diam.,
brunneo-cyanescentibus.

Hab. ad terram silvaticam, cuparum cryptas obducens herbas-
que obvolvens, Nantes (MEXIER), Montmorency (BOUDIER) in Gallia.
— Affinis, teste Pat., *Th. casica*.

134. **Thelephora viridis** Berk. Fl. Tasin. pag. 258. — Resupinata, 7203
effusa, immarginata, tomentoso-mollis, viridis; hymenio granulato.

Hab. in ligno emortuo in Tasmania (ARCHER). — Fere 25 mm.
lat. a An *Corticium?*, an *Coniophora?* v.

Species omnino dubia.

135. **Thelephora frondosa** Pers. Myc. Eur. I, p. 110, Fr. Hym. Eur. 7204
p. 638. — « Maxima, stipitata, forma varia; stipite tuberoso diffor-
mi; pileis imbricatis undulato-crispis, glabris, pallescentibus ».

Hab. ad pedes Pini in Gallia. — Est fungus admodum specio-
sus, sed parum cognitus et affinitatis dubius. E descriptione et loco
ad pedes Pini facile conjiceres sistere Sparassin, quam Persoon se
non nosse fatetur. Uberior descriptio bene convenit, exceptis pileis
nonnullis infundibuliformibus. Addendum, Dufouream e fere eadem
regione Sparassin descripsisse, Fr. I, c

136. **Thelephora elegans** (Sow.) Fr. Epicr. p. 535, *Auricularia ele-* 7205
gans Sowerb. t. 412, f. 1, Pers. Myc. Eur., Berkeleyo observante,
est *Stecci purpurei* singularis lusus.

137. **Thelephora cyanescens** Fée Ess. Suppl. II, t. 39. --- In corti- 7206
cibus Lima Peruviae.

CLADODERRIS Pers. in Fr. Fung. Natul. p. 20 (Elym. *cladus* ramus
et *verris* cilicium) *Cymatoderma* Jungh. in Hor. et Vriese Tidskr.
VII, p. 28, t. VIII, f. 7, *Actinostroma* Klotz. Nov. Ac. Nat. Suppl.
I, p. 236. — Pileus coriaceo-lignescens. Hymenium lignosum, co-
sus ramosis radiantibus notatum, persistens, demum verrucoso-ex-

asperatum. — Genus habitu et notis *Thelephoris* nimis affine, a quibus substantia magis lignosa vix recedit. *Thel. Sowerbyi*, *T. pannosa*, *T. pallida* nec non *Stereum guusapatum* ad hoc genus pari jure possent referri.

I. Stipite centrali.

1. **Cladoderris spongiosa** Fr. F. Nat. p. 20. — Pileo late infundibuliformi, e tomento crasso molli densissime intertexto, spongioso, elastico, azono, alutaceo, margine integro; stipite centrali, brevissimo, lignoso, extus tomentoso; hymenio pallido, costis tumidis flabelliformibus ramosis demum granulato-exasperato. 7207
Hab. in truncis in terra Natali Africae et ad Perak pænis. Malacca. — Var. **subsessilis**, excentrica. Fr. l. c. Ad Caput Bonæ Spei (WAHLBERG).
2. **Cladoderris infundibuliformis** Fr. F. Nat. p. 21. *Actinostroma infundibuliforme* Klotz. Fung. Meyen. p. 237. — Pileo infundibuliformi, coriaceo-membranaceo, azono, radiato-squamato; margine fimbriato-lobato stipiteque brevi crasso tomentosus, cervinus; hymenio alutaceo costis tumidis ramosis demum tuberculosus. 7208
Hab. in truncis vetustis Manilla (MEYER) et Port Natal (WOOD).
3. **Cladoderris formosa** Lév. Champ. exot. p. 214, Fr. Fung. Nat. p. 21. 7209
 — Pileo infundibuliformi v. latere fissi sulcato concentricè zonato, velutino, fusco; margine acuto, fimbriato, purpurascens; hymenio nudo, carneo-purpurascens; stipite velutino, centrali, concolori.
Hab. ad truncos, Java. — Pileus interdum uno latere fissus.
4. **Cladoderris australis** Kalchbr. in Thuem. Symb. Myc. Austral. II, p. 3, n. 89. — Pileo subexcentrico, infundibuliformi, obliquo, margine late reflexo, fimbriato-lobato, inæquali, fibroso-rugoso, tomento rudi canescente obducto, demum denudato luridoque; stipite lignoso-tomentoso-villoso, luride griseo; hymenio alutaceo, costato, costis tumidis, obtusis, subdichotome ramosis, haud tuberculosus. 7210
Hab. ad truncos Clarence River N. S. Wales Australiae (MÜLLER). — Pileus 5-7 cm. latus et long.; stipes 2,5 cm. long., 6-8 mm. cr. Sub tomento ad pilei marginem color gilvus translucet. « An, deficientibus tuberculis, vera *Cladoderris*? ».
5. **Cladoderris australica** Berk. in Herb. et in Cooke Fungi Austr. 7211
 p. 30. (nomen). — Infundibuliformis, obliqua, flabellata, v. semiorbicularis, margine patente tenui integro v. sinuato-fimbriato, radiato-rugoso, obscure zonato tomentoso-glabrescente, badio-ferrugineo; stipite excentrico lateralive, brevi, discoideo, concolori; hy-

menio alutaceo, radiato-sulcato, tuberculoso; sporis ovatis, $8 \approx 5$.

Hab. ad ligna in N. S. Wales Australiæ, ins. Philippinis, Natal, Madagascar. — Pileus 7-15 cm. long., stipes 1 cm. long., 6-10 mm. cr. A *Cl. australi* differt colore, pileo acute rugoso, hymenio tuberculato.

II. Stipite laterali.

6. **Cladoderris Candolleana** Lév. Champ. Mus. p. 153. — Pileo car- 7212
noso-lento, submembranaceo, dimidiato vel infundibuliformi, azono, tomentoso, lurido; margine tenui, denticulato; hymenio rubro-fulvo versus marginem dilutiori, postice callo limitato; stipite laterali brevi, crasso, tomentoso, fulvo.

Hab. ad truncos, Bahia Brasiliæ (BLANCHET). — Sec. Fr. l. c. quoad locum convenit cum *Cl. crassa* sed potius est varietas *Cl. infundibuliformis*.

7. **Cladoderris crassa** (Klotz.) Fr. F. Nat. p. 22, *Actinostroma cras-* 7213
sum Klotzs. Fung. Meyen. p. 237. — Imbricato-cæspitosa; pileo subpulvinato, suberoso-spongioso, flabelliformi, azono; margine sublobato stipiteque laterali tomentoso-gilvis; hymenio fuscescente-incarnato. costis ramosissimis angustis.

Hab. in truncis Surinam, Manilla (MEYEN, WAIZEL).

8. **Cladoderris elegans** (Jungh.) Fr. F. Nat. pag. 22, *Cymatoderma* 7214
elegans Jungh. in Lév. Ann. Sc. nat. 1841, p. 320. — Pileo coriaceo, depresso, flabelliformi, azono, margine fimbriato lobatoque stipiteque laterali brevi tomentoso albis; hymenio albo, costis dendroideo-ramosissimis, tumidis, demum verrucoso-exaspertis.

Hab. ad truncos in insula Java. — Sec. Mont. a *Cl. dendritica* non differt; maxime affinem dicit Fries sed distinguit.

9. **Cladoderris dendritica** Pers. in Freyè. Voy. tab. I, fig. 4, Fr. 7215
Fung. Nat. p. 22, Ep. p. 536. — Coriaceo-mollis, gilva; pileo reniformi, integro, margine vix denticulato; stipite laterali firmo; hymenio fibrilloso, deliquescente.

Hab. ad ligna emortua in nemoribus tropicalibus regionis inferioris ins. Ceylon (TUWAIRES), in ditione Sarawakensi Bornei (O. BECCARI), in India pr. Perak pennisulæ Malacensis, in insulis Philippinis, in ins. Rawak maris Pacifici, Cuba (C. WRIGHT), ad radices putrescentes *Alpinia* Panurè Brasiliæ (SPRUCE), in ligno *Urucaca* et Rio Jurna (TRAILL), pr. Rio Janeiro, ad fluvium Amazonum, in Gipps Land et ad fluvium Clarence, Victoria Australiæ. — Stipes ex Persoon elongatus: in icone a Montagne missa, sec. Fries, brevis, crassus.

10. **Cladoderris Thwaitesii** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 571. — Mi- 720
nor, erecta, spathulata, extus glabrescens; stipite subcylindrico,
compresso, radicante.

Hab. ad Peradeniya Ceylon (Thwaites), Pert Natal (Wood). —
Circiter 5 cm. alta, stipite incluso, apice 3 cm. crasso, sursum fu-
sco-brunnescens; hymenium pallide rufum, distincte venulatum.

11. **Cladoderris minima** C. et Br. Ann. N. H. n. 1692. — Alba, fla- 7217
belliformis, e basi stipitiformi oriunda, resupinata; pileo tomen-
toso; hymenio radiato-ramoso.

Hab. ad Betulas Glamis Britannicæ.

III. Pileo sessili.

12. **Cladoderris Blumei** Lév. Champ. exot. pag. 213, Fr. Fungi Nat. 7218
p. 22. — Pileo sessili, flabellato, obsolete zonato, sulcato, tomentoso,
fulvo; margine tenui, fimbriato, nudo, rubescente; hymenio carneo-
purpurascente, versus basim fusco-tomentoso.

Hab. ad truncos, Java et in Philippinis. — Basis tomentosa
stipitis videtur indicium.

13. **Cladoderris membranacea** de Vriese et Lév. Champ. Mas. p. 153, 7219
Fr. Fung. Nat. p. 22. — Cespitosa; pileis effuso-reflexis, membra-
naceis, coherentibus, obsolete zonatis, hirsutis, pallidis; hymenio ve-
nuloso, ramoso, fulvescente.

Hab. ad truncos, Surinam (de VRIESE). — Pileus 2-4 cm. latus.

14. **Cladoderris fusca** Cooke Gray, X. p. 133. — Conchiformis, imbri- 7220
cata, fusca, 7-10 cm. lata, adpresso-velutina; hymenio concolore,
dendritico-rugoso, papillis minutis, obtusis cristato.

Hab. ad truncos Rio Janeiro Brasilicæ (GLAZIOU).

BECCARIELLA Cesati Myc. Born. p. 9 (Etym. ab illustri O. BECCARI).

-- Hymenium inferum, costulis flabellatim a stipite ad marginem
decurrentibus, constitutis ex aculeis minimis, verruciformibus, com-
pressiusculis, acutis, apice integro vel fimbriato cristatis. — Pi-
leus pariter ac stipes in illum continuus, e duplici strato con-
stans: externo fomentario molli, superficie velutina; interno longi-
tudinaliter fibroso discolori.

1. **Beccariella insignis** Cesati Myc. Born. pag. 9. tab. IV (sub nom. 7221
Cladoderr. dendritica var. hymenio scabro?). — Pileo 2.5-15 cm.
diametro metienti, orbiculari, centro nunc plano, nunc depresso, con-
centrice zonato, zonis cristato-laceris, margine quoque lobato, exte-
nato, lobis fimbriatam incis, in stipitem centralem continuum

2,5 cm. long., 6-8 mm. crassum, producto hymenio sensim descendenti.

Hab. ad Perak pænis. Malacensis, in ditioe Sarawakensi Bornei Malesiæ (O. BECCARI). — Totus fungus gilvus, hymenio ad centrum in speciminibus adultis rufescenti. Fungum maxime evolutum diceret *Hydnum* mesopodum hymenio subodontoideo; Thelephoreis adscribendum censet auctor. Cum *Pano coriaceo* comparat Forquig. Les Champ. p. 137.

2. **Beccariella cæspitosa** Cooke Grevillea IX, p. 100. — Pileo coriaceo, multiplici, infundibuliformi, e variis lobis stipitibusque confluentibus oriundo, sursum striato, glabro; margine lobulato; hymenio papillas acutas in lineas parallelas dispositas ornato. 7222

Hab. ad terram (?), ad Rio Janeiro Brasiliæ. — Cæspites 7-10 cm. lat., 5 cm. alt. Color in vivo ignotus. Papillæ siccæ obsoletæ, madidæ conspicuæ. Species ex ipso auctore dubie ad hoc genus relata.

STEREUM Pers. Obs. mycol. 1, p. 35, emend. Fr. Epicr. pag. 345 (Etyim. *stereos* solidus, durus). *Stereum* et *Xerocarpus* p. p. Karst. — Hymenium definite inferum, coriaceum, strato intermedio fibrilloso a pileo indermeo distinctum, leve, immutatum persistens. Basidia tetraspora; sporæ continue, typicæ hyalinæ. Fungi coriacei v. lignosi, subperennantes, subzonati, integri, forma definiti. In terris tropicis plures species mesopodes et pleuropodes.

1. *Mesopus* Fr. Pileus subinfundibuliformis, stipite distincto, centralis, rarius obsoleto.

1. **Stereum cyathiforme** Fr. Ep. 545, Berk. in Hook. Lond. Journ. 7223
H. Plumier Fil. Am. tab. 168, fig. 1. — Coriaceum, albidum: pileo late cyathiformi, setoso; margine acuto integro; stipite hymenioque nudo glabris, levibus.

Hab. ad Goyaz in Brasilia (GARDNER) et in America tropic. ad terram. — Speciosum, distinctissimum.

2. **Stereum Tuba** B. et Br. F. of Ceyl. n. 580. — Gregarium, ex 7224
infundibuliformi flabellatum, tenerum, pallide rufum, in stipitem tenuem, brevem angustatum.

Hab. in nemoribus tropicalibus regionis centralis ins. Ceylon (FERNANDES). — Quandoque fasciculatum, 8-12 mm. altum; hymenium delicate striatum.

3. **Stereum tenerrimum** B. et Rav. North Am. Fungi n. 231. --- 7225

Pusillum; pileo cyathiformi, cito lacerato, tomentoso, pallido, glabrescente; stipite filiformi.

Hab. ad terram inter herbas et muscos in Carol. sup. Amer. fœder. et pr. Indian Lake et Croghan in statu New York (Pæck). — Pileus 4-6 mm. latus; margo quandoque profunde plicatus; stipes 8-18 mm. longus, albidus, tomentosus; hymenium leve vel subtiliter striatum. Procul dubio differt a formis pumilis *St. Ravenelii*.

4. **Stereum rivulorum** B. et C. Cub. Fung. n. 396. — Minutum, stramineum; pileo cyathiformi, in stipitem sursum dilatatum decurrente; margine undulato; hymenio glabro. 7226

Hab. ad terram in muscosis humidis Cubæ (C. WRIGHT). — Pileus $1\frac{1}{2}$ mm. latus; stipes 3 mm. longus, obliquus sed non vere lateralis. Habitus minute stipitatae *Pezizæ*.

5. **Stereum Ravenelii** B. et C. North Am. Fungi n. 230, Rav. Fasc. IV., 13. — Gregarium e communi mycelio oriundum; pileo cyathiformi, fascio; margine pallidiore plicato, stipite gracili tomentoso hymenioque pallidis. 7227

Hab. in muscosis ad terram Alabamæ Amer. fœder. (PETERS et BEAUMONT) et ad ligna emortua Obydos Brasiliæ (TRAILL). — Pileus magnitudine varians 2-25 mm. latus; stipes $1\frac{1}{4}$ -4 cm. longus, 1 mm. crassus, stricte affine *St. nitidulo* B.

6. **Stereum pergamenum** B. et C. North Am. Fungi n. 229, Rav. Fasc. III., 25. — Pileo cyathiformi, rufo, vix zonato, subtiliter lineato; margine tenui, dentato laceratoque; stipite cylindrico hymenioque albidis. 7228

Hab. ad ligna collapsa in statu Alabamæ Amer. fœder. ad 1220 mm. alt. (I. M. PETERS). — Pileus $2\frac{1}{2}$ -4 cm. latus; stipes $1\frac{1}{4}$ -4 cm. longus, 2 mm. crassus. Eadem vel alia stricte cognata forma lecta fuit ad ramulos, [quibus disco circulari affixa] in Panurê Brasiliæ a cl. SPRUCE.

7. **Stereum nitidulum** Berk. Fung. Not. Braz. pag. 10, Hook. Jour. 1843, p. 631. — Pileo infundibuliformi, submembranaceo, rigidiusculo, crenato, glabro, nitidulo, zonato, brunneolo; stipite centrali tenui; hymenio albo. 5229

Hab. in ligno Peradenya et Hautane Ceylon (THWAITES et GARDNER), ad ramulos putres Goyaz Brasiliæ (GARDNER), in terra inter gramina Gracemere in Queensland Australiæ (TROZET). — Pileus 12-14 mm. lat.; stipes 6-30 mm. long., vix 2 mm. cr. In Ceylon lecta forma ampla forsitan distincta; magis fuscidula, magis divisa, lineolis notata.

8. **Stereum Mellisii** Berk. in Herb. et in Grev. XIII, p. 3. — Co- 7230
riaceum, rigidum, fuliginium; pileo infundibuliformi, glabro, atro-
fuligineo; margine acuto, integro, pallido 2,5-5 cm. lat.: stipite
velutino demum subglabro, pallidiore 1-2,5 cm. long., recto cur-
vato, discoideo; hymenio levi, badio-fuligineo; sporis globosis
4 μ . diam.

Hab. ad truncos S. Helena (MELLIS) et ad Perak pœnius. Ma-
laccæ. — Diagnosin benevole misit cl. COOKE.

9. **Stereum modestum** Kalchbr. in Thüm. Pilzfl. Sib. n. 368, *Craterella* 7231
modesta (Kalchbr.) Karst. Hattsv. II, p. 122. — Coriaceo-mem-
branaceum; pileo infundibuliformi, 3 cm. lato, glabro, nitido, rufo-
fusco, umbrino fasciato et insuper radiatum striato; hymenio sub-
tiliter lineato, pruinoso, rubello-emereo; stipite 2-3 cm. long.,
fistuloso, tenui, subæquali, albo; strato intermedio pertenui, albo.

Hab. ad terram pr. Minussinsk Sibiricæ asiaticæ. — Habitus
Sterei elegantis et *Sterei nitiduli* sed colores diversi.

10. **Stereum Miquelianum** Mont. in Tijdschrift, Deel. IV, Bladzijde 203, 7232
et Syll. Crypt. n. 584. — Procerum; pileo parvo supra castaneo,
zonis obscurioribus notato, infundibuliformi, in laciniis paucas, ere-
ctas, simul concretas, fiabelliformes, dein ad stipitem usque longissi-
mum lignosum usque diviso; hymenio glabro, pallido.

Hab. in ligno emortuo Surinam Guyanæ hollandicæ Amer. me-
rid. (FOCKE).

11. **Stereum elegans** Mey. Ess. p. 305, Fr. El. p. 545, Epicr. p. 545. 7233
— Carnoso-coriaceum; pileo glabro dilute fusco-fasciato, subtus
albescente-carneo pruinoso.

Hab. ad ligna emortua in regione centrali ins. Ceylon (PERVAI-
TES), in Amer. fœder. ad caudices in silvis Cubæ (C. WRIGHT),
ad truncos Panaræ Brasiliæ (SPRUCE), Rio Purus (TRAILL), in Esse-
quibo Guianæ, Australia, Tasmania, Nova Zelandia, Africa australi.
— Gregarium, subcarnosum, tenue. Pileus substipitatus, 2½-5 cm.
infundibuliformis, subcompressus, undulato-plicatus, margine irre-
gulariter crenatus, interne rufescens et fasciis dilute fuscis elegan-
ter variegatus, nitens.

12. **Stereum curtum** Fr. Linn. V, p. 523, Epicr. p. 545. — Coria- 7234
ceo-membranaceum, undique glaberrimum; pileo plano-depresso,
subfulvo, fasciato stipiteque brevissimo nitentibus, hymenio levi,
nudo pallidioribus.

Hab. ad ligna, quibus basi stipitis dilatata orbiculari adnatum,
in Tropicis (in herb. WILLENOW).

13. **Stereum elevatum** B. et Cooke Fungi Braz. n. 302. — Pileo 7235
cyathiformi, zonato, castaneo, subtiliter velutino; stipite elongato,
irregulari, rugoso, pulverulento; hymenio striatulo, leviter zonato,
pallido.

Hab. ad ligna emortua pr. Rio Iurna Brasiliæ (TRAILL). —
Pileus $2\frac{1}{2}$ cm. latus, 18 mm. altus; stipes 10 cm. longus, 6 mm.
crassus, apice dilatato atque striato, sursum saturate ladio, deorsum
magis umbrino.

14. **Stereum cartilagineum** Fr. Epicr. p. 545. — Cartilagineo-mem- 7236
branaceum, fusco-purpureum; pileo infundibuliformi repando glabro
intero, subtus levi; stipite nudo.

Hab. ad terram Brasiliæ (LUND) et Uruguay (ARECHAVALETA). —
Admodum singulare substantia valde cartilaginea, in sicco rigida,
at simul tenuissima; stipes 12 mm. longus, teres, tenuis, ferme gla-
ber; pileus infundibuliformis, umbilico profundo, limbo patente undu-
lato, sed margine integro, ceterum perfecte glaber, levis aut lon-
gitudinaliter striatus, vegetus flaccidus, siccus, fragilis; hymenium
tenue levissimum, nudo oculo glabrum, sed armato setulosum.
Forma uruguayensis (Cfr. Speg. Fr. Arg. IV, p. 30) differt pileo
subsessili etc.

15. **Stereum Calyculus** B. et C. Hook. Kew Misc. 1., p. 238 et in 7237
North Am. Fung. p. 30. — Pusillum; pileo cyathiformi, subtiliter
tomentoso, opaco, umbrino; stipite gracili, concolore, hymenio albi-
do, obsolete venoso.

Hab. in silvis umbrosis udis, Santee River Amer. bor. (RAVENEL).
— Pileus 8 mm. latus, tenuissimus; stipes 12 mm. longus, $1\frac{1}{2}$ mm.
crassus.

16. **Stereum Bolleanum** Mont. Syll. Crypt. n. 583. — Pileo cartila- 7238
gineo-pergameno, initio infundibuliformi integro aut margine undu-
lato-repando, demum ad stipitem usque centralem pruinoso-velu-
tium basique ramosum multipartito aut flabelliformi-explanato, su-
pra e fulvo brunnescente lineis obscurioribus concentricè zonato
radiato-fibroso, glabro; hymenio glaberrimo, levi, ochraceo-pallido.

Hab. ad terram insulæ Sancti-Nicolai promontorii Arsenarii
(Cap-Vert) loco Agoa dos patos dicto (BOLLE). — Pileus ante ex-
plicationem dilacerationemve 2 cm. altus, $2\frac{1}{4}$ ad 4 cm. latus;
stipes pileo concolor, 3 ad 4 cm. longus, pennam anserinam cras-
situdine adæquans, interdum basi ramosus.

17. **Stereum spongipes** Berk. Austral. Fung. n. 267. — Pileo infun- 7239
dibuliformi, spongioso-tomentoso, radiato-plicato-rugoso; margine

limbrato: stipite subæquali spongioso; hymenio ochroleuco radiato-rugoso.

Hab. ad truncos Hawarria Austr. (JOHNSON) — Pileus 5 cm. latus, vix 2 cm. longus, *Theleph. (Stereot.) caperata* affine sed jugiter spongioso-tomentosum.

18. **Stereum hydrophorum** Berk. in Hook. Journ. 1850, 273, t. VI. 7219

Dec. n. 602. — Pileo infundibuliformi, fusco, umbrino-zonato, processibus longis amplis planis, acute lacinatis, dense stipatis, concoloribus vestito: stipite rigido, tenui, subtiliter velatino: hymenio albo.

Hab. ad terram in Demerara Guyanæ Anglicæ Amer. merid., ad Rio Uaupés Brasilæ (SILVÆ) et Rio Negro et Casiquiare. — Pileus 7-10 cm. latus: stipes 1-2.5 cm. longus, basi disciformi adnatus.

19. **Stereum Junghuhnii** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 109, *Theleph. stri-* 7241

eta Jaugh. Jav. p. 40, non Fries (*Stereum*). — Coriaceum; pileo plano-infundibuliformi, fibroso-striato, integro, alutaceo; stipite centrali, æquali hymenioque levi glabro pallide cinerescentibus.

Hab. in insula Java prope Bataviam. — Proximum *St. infundibuliformi*.

20. **Stereum Goliath** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 70. — Pileis in- 7242

fundibuliformibus, maximis, 20 cm. lat., 10-14 cm. alt., crassiuscule submembranaceis, coriaccellis, rigidulis in sicco, superne radiatim laxè majusculèque rugoso-cristatis, cristis membranaceis, irregularibus, integris v. erosis, interruptis, plus minusve evolutis, 0.5-5 mm. lat., hinc inde inter cristas grosse laxèque præcipue ad centrum, tomento sordide albo flavescente, floccoso substupeo donatis, ceterum, præcipue ad peripheriam, glabris, pallide rufescentibus, v. fulvescenti-gilvis (in sicco), margine repando, lobato-crenato, plus minusve lacero-fisso et sæpe cum illo pilei contigui confluentè: hymenio sordide pallideque fulvescenti, v. rufescenti-carneo leniter irregulariterque radiatim subplicatulo-undulato, sæpius pulvere griseo v. subcarneo adperso: stipite brevissimo, 1-2 cm. long., 1-1.5 cm. crass., subturbinato, glabro v. rufescenti-velutino, basi late truncato, matriæ tenacissime adnato.

Hab. ad truncos in silvis prope Yaguaron Paraguay (BALANSA). 7243

21. **Stereum hylocrater** Speg. Fung. Guar. Pug. I, n. 71. — Pileo 7244

cyathoidèo-infundibulari, 7 cm. diam., 5 cm. alt., coriaceo-membranaceo, rigidulo, superne concentricè subobsolete zonato, radiatim rugoso, interstitiis rugarum, præcipue ad confluentiam zona-

rum, sæpius tomento majusculo, flocculoso, albo-subgriseo vestito, ceterum glabro, ligueo pallescente; margine integro vel repando-subrenato ac plus minusve dense tomentoso; hymenio albo-carneo, pulvere deteribili albo adperso, leniter flabellatim undulato; stipite tereti hymenio concolore v. vix fusciscente, glabro v. irregulariter griseo-velutino, 1-1,5 cm. long., 3-4 mm. crass.

Hab. ad ligna decorticata putrescentia in silva subvirginea Caaguazú vocata, in Paraguay. — *Stereum Goliath* affine, immo forte ejus forma juvenilis.

22. **Stereum xanthellum** Cooke Grev. IX, p. 11. — Coriaceo-membranaceum, ochraceo-flavidum; pileo infundibuliformi, glabro, opaco, leniter subzonato; margine undulato; stipite deorsum attenuato, tenui; hymenio pruinoso, concolori. 7244

Hab. in lignis Venezuela (Doct. ERNST). — Habitus *S. elegantis* sed color et contextus diversus. Pileus et stipes subæquilongi, 2,5 cm.

23. **Stereum fulvo-nitens** Berk. Fung. Doming. p. 7, n. 39. — Pileo rigido, tenui, profunde infundibuliformi, nitido, creberrime zonato hymenioque levi glabro fulvo; stipite brevissimo nigro. 7245

Hab. in ligno putri S. Domingo (SALLÉ). — Pileus 2-3 cm. long. et lat.; stipes 6-7 mm. long., 2 mm. cr. *Stereum elegantis* affine.

24. **Stereum surinamense** Lév. Champ. exot. p. 209. — Pileo coriaceo, infundibuliformi, nudo, fusco subtus dilutiori; stipite hirsuto, sulcato fusco. 7246

Hab. in insula Surinam. — Affine *St. elegantis*, 2-4 cm. altum.

25. **Stereum Mosolei** Berk. Challeng. Exped. n. 226. — Pileo ex infundibuliformi, flabellato, subtiliter velutino subzonato, cervino; margine pallidore; stipite e basi parva oriundo, opaco, pallido; hymenio rufulo. 7247

Hab. ad truncos Malanon in insulis Philippinis. — Pileus 1 cm. latus; stipes 6-7 mm. longus, subinde pluribus basi coherentibus.

26. **Stereum cristatum** B. et C. North Am. Fungi n. 235. — Parvum, flabelliforme v. cyathiforme, pallidum, subzonatum, postice fibris pallidis cristatum. 7248

Hab. ad truncos Vitis in Carol. inf. Amer. fæder. — Nonnulla specimina manifeste mesopoda, alia flabelliformia, minute lineata; vix 12 mm. lat.; stipes, si adest, cylindricus, vix 2 mm. longus. Pumila singularis species supra Vites emortuas inter muscos crescent.

27. **Stereum alutaceum** B. et Cooke Fung. of Braz. n. 303. — Pusil- 7249
lum, caespitosum, alutaceum; pileo infundibuliformi, lineato-striato;
stipite gracili.

Hab. ad ligna emortua Rio Mauhes in Brasilia (TRAILL). —
Stipes 18-20 mm. alt., sursum in pileum dilatatus.

28. **Stereum petalodes** Berk. Fung. Doming. p. 7, n. 41. — Coria- 7250
ceum, primitus infundibuliforme, demum fisso-multipartitum; lobis
striatis, opacis, subglabris; hymenio pallido rimoso.

Hab. in lignis S. Domingo (SALLÉ). — Affine *S. involuto*.

29. **Stereum caroliniense** Cooke et Rav. in Journ. of Myc. 1885, 7251
p. 130. — Pileis levibus, multiplicibus, infundibuliformibus, profunde
incisis, in lobos magnitudine varios basi communi trunciformi mi-
nute velutinos confluentibus, ochraceis, zonis saturatoribus, indeci-
sis, margine loborum integro; hymenio plano, ochraceo-albido.

Hab. ad truncos Wilmington Car. sup. Amer. bor. (T. Wood),
Westcester Pensilvaniæ (EVERHART). — Fungus 15 cm. altus, 10-
12 cm. latus; affine *S. multizonato*. Contextu subcarnoso-succoso
ad *Thelephoram* accedit.

30. **Stereum partitum** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 588. — Pileo ex 7252
infundibuliformi, fisso, brunneo lineato; stipite brevissimo obsolete;
hymenio pallidiore rimoso.

Hab. ad ligna emortua in regione australi ins. Ceylon (THWAITES),
Trombetas Brasiliæ (TRAILL). — Circiter 4 cm. altum et la-
tum. Affine *S. fisso*.

31. **Stereum prolificans** Berk. Challeng. Exped. n. 143. — Grega- 7253
rium, infundibuliforme; stipite brevissimo; pileo sulcato-zonato, ve-
lutino, spadiceo; hymenio levi, plicato, nitido, brunneo.

Hab. ad truncos Sommerset Cape York, Queenslandia Australia.
— Pileus 5 cm. latus, 2.5 cm. altus, basi pileis junioribus in-
fundibuliformibus cinctis, hymenium subinde leviter zonatum.

32. **Stereum Thozetii** Berk. Austral. Fung. n. 268. — Pileo infundi- 7254
buliformi, tomentoso, demum radiato, subzonato, pallido; hymenio
rimoso, ex albido castaneo, polito.

Hab. ad truncos Rockhampton Australiæ (THOZET). — Pileus
1-2.5 cm. latus; stipes vix 2 cm. longus deorsum attenuatus.

33. **Stereum Curreyi** Sacc. *Stereum cyathiforme* Curr. Ind. Fungi 7255
p. 127, t. 21, f. 1, nec Fries. — Cyathiforme, extrinsecus hirsu-
tum, margine inflexo; hymenio levi, ad marginem cyathi pallide
umbrino, basim versus rubro-fusco.

Hab. ad truncos Pegu Karem Hill's Indiæ or., 1800-2000 m. alt. — Species elegantula, *Crucibulum* sine sporangis imitans.

31. **Stereum diaphanum** (Schw.) Cooke in litt. *Thelephora diaphana* 7256
Schwein. Journ. Acad. Nat. Sc. (1853) p. 278. — Pileo infundibuliformi, pallido, diaphano, striato: stipite gracili; hymenio albido.

Hab. ad terram Guadenhutte Amer. bor. — Pileus stipesque 3,5-4 cm. alt. Stipes laxè albo-tomentosus; hymenium sordide album in rufulum vergens. Habitus quasi *Thel. aurantiacæ* sed minus elegans. Teste Cooke in litt. aptius ad *Stereum* ducenda species.

- II. PLEUROPUS FR. Pileus spathulato-flabelliformis, basi in stipitem plus minus distinctum attenuatus.

35. **Stereum spathulatum** Berk. in Hook. Journ. Bot. 1856, p. 271, Dec. 7257
n. 604. — Pileo spathulato postice hispidulo, antice glabrescente, subtiliter lineato: stipite luteo, velutino, laterali, cum pileo confluyente; hymenio pallide ochraceo, subzonato.

Hab. in ins. Ceylon (O. BECCARI) et ad ligna pr. Rio Negro in Brasilia (SPRUCE). — Pileus 2 cm. longus, 1,7 cm. latus; stipes 1-2 cm. longus.

36. **Stereum pusiolum** B. et C. Cub. Fungi n. 392. — Minutula, rufo- 7258
brunneum, flabelliforme, postice in stipitem brevissimum attenuatum; pileo convexo, subtiliter tomentoso, lineato-rugoso; hymenio levi.

Hab. ad radices Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Totus fungus 4 cm. altus; stipite spurius. Siccitate contrahitur.

37. **Stereum obliquum** M. et B. in Berk. Dec. Fung., n. 17. — Mi- 7259
nimum, coriaceum; pileo verticali, elongato, flabelliformi, polito, glabro subzonato, sub lente sericeo-striato, castaneo-badio; stipite e basi orbiculari oriente erecto, laterali, velutino, cervino; hymenio definito, subcinereo, lineolato.

Hab. in insula Java (ZOLLINGER) et ad ligna emortua Lago Cerrado, Rio Jurna in Brasilia (TRAILL).

38. **Stereum glabrescens** B. et C. Cub. Fung. n. 391. — Pileo fla- 7260
belliformi, zonato, castaneo, subtiliter velutino, glabrescente striatulo, margine pallidore crenato-lobato, postice in stipitem brevissimum lateralem angustato; hymenio concavo, ochraceo.

Hab. ad ligna emortua Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Pileus 3 cm. latus, 2½ cm. longus; postice rugosum, processibus paucis aculeiformibus instructum.

39. **Stereum cyphelloides** B. et C. Cub. Fungi n. 393. — Parvum. 7261

pallide ochraceum; pileo flabelliformi, subzonato, subtiliter depresso-tomentoso, rugoso-striato, in stipitem brevem spuriumve angustato; hymenio levi.

Hab. ad terram inter muscos in ins. Cuba (C. WRIGHT). — Specimina majora 6 mm. lata, 4 mm. longa.

40. **Stereum glabrum** Lév. Champ. Mus. pag. 147. — Pileo coriaceo, 7262
nudo, fusco, e margine ad basim sensim attenuato, subpedicellato; hymenio luteo, glaberrimo.

Hab. ad truncos, in insula Java (ZOLLINGER).

41. **Stereum pusillum** Berk. Fung. Brit. Mus. p. 381, n. 37. — Car- 7263
tilagineo-coriaceum; pileo flabellari, nitide umbrino-rufo, azono, sericeo-striato, glabro; margine acutissimo, tenui, lobato; stipite curvo sublaterali erecto; hymenio pallido, levi, glabro.

Hab. in insula Ceylon (KÖNIC). — Stipes 6-7 mm. altus; pileus 12-13 mm. lat. Affine *Stereum eleganti*.

42. **Stereum nephrodes** Mont. Cent. VII, p. 39. — Parvulum; pileo co- 7264
riaceo, reniformi, plano, glabro, supra prope stipitem horizontalem filiformem 4-5 mm. longum incarnato, ambitu subtusque pallido.

Hab. ad truncos in Brasilia (WEDDELL).

43. **Stereum crenatum** Lév. Champ. exot. p. 210. — Pileo coriaceo, 7265
flabelliformi, nudo, castaneo, zonis obscurioribus variegato; margine lobato acuto; hymenio carneo-rufo; stipite brevi, hirsuto, basi peltato-dilatato.

Hab. ad truncos in insula Java.

44. **Stereum affine** Lév. Champ. exot. p. 210. — Pileo reniformi v. 7266
flabellato, nudo, castaneo; zonis obscurioribus; margine acutissimo; hymenio glabro rufo-carneo; stipite tenui, velutino, fulvo, peltato-dilatato.

Hab. ad truncos in insulis Sumatra, Java.

45. **Stereum Leichkardtianum** Lév. Champ. Mus. pag. 148. — Pileo 7267
coriaceo, applanato, postice, attenuato, zonato, spongioso-velutino, fulvo; margine tenui, integro, postice inflexo; hymenio glaberrimo pallide flavo.

Hab. ad truncos circa Morton Bay Australiae (LEICHKARDT).

46. **Stereum vespilloneum** Berk. Challeng. Exped. n. 179. — Tenue, 7268
flabelliforme, vertice parvo orbiculari affixo; pileo badio, rufo, zonato, velutino; hymenio badio; margine sterili, pallido.

Hab. ad truncos in insula Oceanica Arn. — Pileus 6-7 cm. latus, 5 cm. longus, zonis velutinis, interstitiis subglabris.

- HL. APUS Fr. Pileus dimidiatus sessilis v. e resupinato effuso-retlexus, marginatus (Priores species cæspitosæ [*Merisma*], dein subsimplices coriaceæ, dein lignescentes, demum subpapyraceæ).
47. **Stereum speciosum** Fries Hym. Eur. p. 638, Inzenga, Fungi Sic. 7269
H. p. 20, tab. 4, fig. 1-3. — Maximum, cæspitoso-connatum; pileis innumeris, imbricatis, suberosis, azonis, lutescentibus; margine sanguineo; hymenio levi, pallido.
Hab. in Sicilia (INZENGA). — Fungus speciosissimus, vegetandi modo et magnitudine (cæspes ultra 30 cm. cr.) *Hydri septentrionalis* æmulus. Junior clavariæformis, ramosus.
48. **Stereum gausapatum** Fr. Hym. Eur. pag. 638, *Thelephora* Fr. 7270
Elench. I, p. 171. — Cæspitoso-connatum, sessile; pileis suberoso-mollibus, conchatis, fibroso-strigosis, fusco-pallescens; margine concolore integro; hymenio radiato-rugoso, glabro, obscuriore.
Hab. ad truncos in Gallia circa Angers (GUÉPIN) et in statu Alabamæ Amer. fœder. (PETERS). — Vix alii affine, *Merisma* omnino referens. Pilei passim laciniati, spurie zonati. Ill. Fries in Epicr. p. 538, inter *Thelephoras* servat, in Fung. Nat. p. 22, ad *Cladodermin* ducit.
49. **Stereum fasciatum** Schwein. Car. n. 1012, Fr. Epicr. p. 546. — 7271
Subincarnatum; pileis coriaceis, planis, villosis, zonatis, griseis; hymenio glaberrimo, testaceo-pallido.
Hab. in America bor., in Canada sup., in ins. Cuba (WRIGHT), in monte Caucaso. — Tenue 8 cm. usque, basim versus angustatum. Hirsuties brevis, demum in margine et sulcis concentricis evanescens, tum pileus zonis spadiceis nitentibus ornatur.
50. **Stereum involutum** Klotzsch in Linnæa VII, p. 499, Fr. Epicr. 7272
p. 546. — Coriaceum; pileis cæspitosis, imbricato-concrescentibus, auriformibus, longitudinaliter striatis, rugosis, azonis, basi in stipitem lateralem nigrum attenuatis; hymenio levi, nudo, violaceo-purpureo.
Hab. ad truncos in insula Mauritiæ.
51. **Stereum chartaceum** (Mey.) Fr. Epicr. p. 546, *Thel.* Mey. Ess. 7273
p. 305. — Cæspitosum chartaceo-membranaceum glabrum, subtus farinosum, lobis rotundatis subimbricatis zonatis incanis marginem versus subtusque pallide ochraceis.
Hab. ad arborum truncos in Essequibo Amer. merid. — Persistens.
52. **Stereum atro-zonatum** Speg. Fung. Arg. I, p. 166. — Pileis di- 7274
dimidiato-reniformibus, crispulis, subimbricatis, coriaceis, sordide

albo-griseis, lanuginosis. duabus zonis una marginem, altera basin versus, depressis atris, levibus, subnitentibus ornatis; hymenio levi, obscure purpureo-cinnabarino.

Hab. ad truncos vetustos emortuos Erythrinæ cristæ-Galli, sociâ *Hirneolâ polytrichâ*, in umbrosis secus rio de la Plata a la Recoleta Argentinæ. — Sporæ non visæ; pilei 1-2 cm. long., 5-7 mm. lat., $\frac{1}{2}$ -1 mm. crass. Species pulcherrima, distincta.

53. *Stereum pulchrum* (Schw.) Cooke in litt. *Thelephora pulchra* 7275
Schweinitz in Herb. Berk., *Stereum lætum* Berk. et Curtis, in Journ. Acad. Nat. Sc. vol. II, April 1853, p. 279, pro parte. — Pileo reniformi, tenui, coriaceo, subrigido, zonato, fusco-ferrugineo, velutino; hymenio pallidiorè subluteo, glabro; sporis ellipticis $7 \approx 3$.

Hab. in ligno putri in Surinam.

54. *Stereum versicolor* (Sw.) Fr. Epicr. pag. 547, *Thel. versicolor* 7276
Sw. Fl. ind. occ. III, p. 1933. — Effuso-reflexum, rigidum, zonatum, subtomentosum, subfuscum, subtus glaberrimum albidum.

Hab. ad truncos Jamaicæ, Cubæ, Australiæ, Africæ australis, Amer. bor., Mexico. — Subimbricatum, basi subeffusum, aurito-reflexum, semirotundum, planiusculum, membranaceum, fasciis concentricis numerosis approximatis angustissimis, ferrugineo vel fusco-violaceis; hirsutia brevi adpersum; margo subundulatus, raro incisus.

55. *Stereum concolor* Jungh. Crypt. Jav. p. 38. — Imbricatum, tenue, 7277
coriaceo-chartaceum; pilis dimidiatis, e rufo lutescentibus, concoloribus, subtilissime innato-velutinis, zonatis; hymenio levissimo, alutaceo-expallente.

Hab. in silvis Montis Kendang Javæ, 300-700 m. alt. — *Stereum Ostreæ* simile; differt hymenio læte colorato primum candido dein alutaceo, semper levi pileisque unicoloribus, nudo oculo levibus, sub lente subtilissime tomentosus, velutinis.

56. *Stereum semilugens* Kalch. Grav. IX, p. 1. — Membranaceum, 7278
subcæspitosum, sessile, lateraliter confluens; pileis explanatis, semiorbicularibus, margine crebre lobatis, ruditer tomentosus, demumve glabrescentibus, zonatis, e ferrugineo-umbrinis; hymenio levi, glabro, griseo, vetustata atro-cinereo, subtilissime rimuloso.

Hab. ad truncos Rockhampton Australiæ (MÜLLER). — Fere papyraceum, a *Stereum membranaceo* Fr. et *Stereum Boryano* Fr. colore inconsueto distinctum.

57. *Stereum nigricans* Lév. Champ. exot. p. 212. — Reflexum, mem- 7279

brunaceum; pileo reniformi, plano, zonato, fuligineo, setis ramosis hirsuto; hymenio glabro, concentricè sulcato, castaŕneo.

Hab. ad truncos, circa Tourane Cocincinae. — Pileus 5-6 cm. l.

58. **Stereum villosum** Lév. Champ. exot. p. 212. — Pileis submembranaceis, cuneiformibus, zonatis, fuscis, in stipitem brevem lateralem discoideum attenuatis, setis ramosis hirsitis; hymenio glabro, fusco, cinerescente, micaceo. 7280

Hab. ad truncos in insula Java. — *St. nigricanti* affine.

59. **Stereum adustum** Lév. Champ. Exot. p. 213, Bonit. t. 139, f. 2. — Imbricatum; pileis reflexis, coriaceis, membranaceis, sessilibus, zonatis, velutinis, fuliginèis; hymenio glabro, spadiceo. 7281

Hab. ad ramos, in insula Lucon ad Manillam. — Pileus 2-5 cm. latus.

60. **Stereum radiato-fissum** B. et Br. F. Brisb. II, pag. 63, t. XIV, fig. 8-11. — Pileis multifidis, subinvolutis vel basi divisa oriundis, spadiceis nitidis multizonatis, apice lacernis; hymenio levi pallido. 7282

Hab. in ligno emortuo, Brisbane Australiæ (BAILEY). — Pileus rufo-brunneo-zonatus, 1-2 cm. longus, hymenio sicco crispato.

61. **Stereum ochroleucum** Fr. Hym. Eur. p. 639, *Corticium ochroleucum* Fr. Epicr. pag. 557. — Pileo coriaceo-membranaceo, libero, expanso, flaccido, sericeo, zonato, cano; hymenio levi, glabro, intescente (v. in var. griseo). 7283

Hab. ad truncos arborum frondosarum in Europa, Gainesville Floridæ Amer. feder., Cuba (C. WRIGHT), Venezuela, Tasmania, Sarawak Bornei (O. BACCARI). — Sporae ellipsoideae 8 μ . longae, Vulgo amplum, zonis concoloribus v. fuscis. Indumentum pilei passim secedens. Speciosis acceptis specimenibus censet Fries hanc speciem pertinere ad *Stereum umbonato-sessile* et a sequentibus longe distare. Ob stratum intermedium pertenuè hymeniumque saepe rimosum ad *Corticium* fuit relatum. — Var. **erimosum** B. et C. North Am. p. 21: hymenio continuo. Ad truncos pineos Sulphur springs in Carol. sup. (RAVENEL), Myrica in Carol. inf., Alabama (PETERS). Lauri Sassafras cum typo etiam in Alabama. — * **S. arcticum** Fr. Hym. Eur. p. 639: minas, umbonato-sessile, pubescens, albidum, sulcis concentricis, concoloribus dense zonatum; hymenio fivido. Ad Posekop Finmarkia. — Var. **cupulare** QuéL. in Helv. 1855. p. 147: pileo tenuissimo, diaphano, cupuleformè expanso, solum centro dorsi adnato, 2,2 cm. longo, 1,3 cm. lato, utrinque albuluteolo, elastico, flexibili, intus medio minute verruculoso, versus

marginem subcostiforme plicato, extus glabro, nec villosa Ad ramulos dejectos quercinos in virgulto Leskovæ, Slavoniæ.

62. **Stereum purpureum** Pers. Obs. Myc. 2, p. 92, Fr. Hym. Eur. 7254
p. 639, Hussey l. t. 20, Pat. Tab. 150, *Thelephora* Fr. Syst. Myc.
l. p. 449, cum synonym. Weinm. Ross. p. 385, *Auricularia reflexa*
Bull. t. 483, *Auric. persistens* Sowerb. t. 388, f. 1. — Coriaceo-
molle; pileo effuso-reflexo, subimbricato, zonato, villosa-tomentoso,
pallido albidove; hymenio nudo, levi, glabro, purpurascens; sporis
oblongo-obovatis, antice obtusis, basi oblique acuminatis, hyalinis,
7-8 \approx 3-4.

Hab. ad truncos arborum frondosarum ubique sub variis for-
mis, in Europæ. in statu New York Amer. fœder. (PЕCK), in trunco
Sambuci in Sierra Nevada (HARKNESS), Australia, Tasmania et Fue-
gia et insula Java. — Cfr. Secr. n. 13-21, 23-26, immixtis aliis.

63. **Stereum lilacinum** Pers. Syn. pag. 572, Batsch f. 131, Alb. et 7285
Schw. p. 275, Fr. Hym. Eur. p. 639. — Minus, subtus lilacinum;
ceteris ut in præcedente (cujus potius subspecies).

Hab. ad truncos Pini et Abietis in Europæ. — Var. **violaceum**
Thüm. F. austr. n. 820: pileo obsolete zonato, villosa, pallide
griseo-flavo, hymenio violaceo, in speciminibus siccis demum ex-
palescente. In Bohemia sept. Turn pr. Teplitz ad Quercus truncos
emortuos.

64. **Stereum vorticosum** Fr. Obs. 2, p. 275, Hym. Eur. p. 639, Bull.
t. 483, f. 1-5, Bolton t. 82, f. D? — Pileo coriaceo, effuso-reflexo
obscurè zonato, strigoso-hirsuto, pallido, margine concolore; hyme-
nio subcostato, glabro, purpurascens.

Hab. ad truncos Betule raro in Europæ. — Inter *St. purpu-
reum* et *hirsutum* exactè medium; color prioris, indumentum verè
et tota structura sequentis. Hymenio vage costato *Auricularia*
refert. Pulchra et distincta species, teste Berk.

65. **Stereum bellum** Kunze in Flora 1830, p. 370 (*Thelephora*). —
Imbricatum, rigidum, pulchre fusco-cinereo fulvoque zonatum, s-
riceum, subius leve, aurantiacum.

Hab. in truncis vetustis putrescentibus Lauri indicæ in insul.
Madeira (HOLL). — In sicco hymenium videtur tenuiter albo-stri-
atum. «*Stereum hirsutum* certe affine».

66. **Stereum hirsutum** (W.) Fr. Epicr. p. 549, Hym. Eur. p. 639, Hussey
l. t. 58, Berk. Outl. t. 17, f. 7, Kickx p. 261, *Thelephora hirsu-
tum* Willd. Ber. p. 397, Fr. Syst. Myc. l. p. 439 cum syn. et varr. Pers.
Syn. p. 570, *Auric. reflexa* Bull. t. 274, Sowerb. t. 27, Pl. Dan.

t. 1199, *Aur. aurantiaca* Schum., Michel. t. 66, f. 2. — Coriaceum, rigens; pileo effuso reflexoque, strigoso-hirsuto, subzonato, pallescente; margine obtusiusculo, luteo; hymenio levi, glabro, nudo, exsucco, lutescente varioque colore; sporis hyalinis, oblongis, 6-8 \approx 2-3.

Hab. ad arborum frondosarum truncos ubique in Europa, America Britannica, America foeder., Mexico, Cuba, Venezuela, Chili, Nova Zelandia, Tasmania, Australia, India, Fuëgia, Java. — Varietates plurimæ, etiam persistenter resupinatæ. Cfr. Secr. n. 7-12. — Var. **crisulatum** Quel. Jura III, t. I, f. 15: conchoides tenue; pileo hirto griseo, hymenio carneo. In Gallia. — Var. **pilosiusculum** Thüm. F. austr. n. 821: pileo pilosiusculo, sæpe fere nudo, variegato zonato, hymenio lutescente-aurantiaco. In Bohemia sept. Teplitz in Quercus truncis semiputridis.

67. **Stereum spadiceum** Fr. Epicr. p. 549, Hym. Eur. p. 640, Berk. 7289
 Oütl. p. 270, Kickx p. 262, *Thelephora* Fr. El. p. 176, Schwein.
 coque teste Pers. Syn. p. 568, Fl. Dan. t. 1619. f. 1, *Th. tabacina* et
 var. *pulchella* (excl. **chrysoloma*) Pers. Myc. Eur. I, p. 118, Bull.
 t. 483, f. 5, *Th. hirsuta* d. Syst. Myc. — Coriaceum; pileis effuso-
 reflexis, villosis, subferrugineis; margine obtusiusculo albo; hyme-
 nio levi, glabro, fuscescente, vegeto trito sanguinolento; sporis
 numerosis, candidis, oblongo-ellipsoideis.

Hab. ad truncos quercinos etc., haud raro in Europa, Australia et Amer. foeder. — Pileus 2½ cm. latus. A *St. sanguinolento* distinctissimum. Color intensitate variat. Stratum medium album.

68. **Stereum venosum** Quéll. Quelq. esp. II, p. 8. — Membranaceo- 7290
 coriaceum, brunneum, bombacinum; hymenio fortiter rugoso, prui-
 noso-velutino, (glabro sec. char. sectionis Quéll. Ench. p. 204) brun-
 neo-fuligineo, expallente; margine anguste reflexo, crispo, tomen-
 toso, flavido-albido; sporis ovoideo-oblongis, 12 μ . longis, hyalinis.

Hab. in ramis emortuis Coryli, Fagi, Juglandis in Jura Galliæ. *St. striato* affine dicitur, sed in Enchir. p. 205, ut subspecies *S. spadicei*. *Theleph. Betulae* Schum., a Friesio omissa, fortæ eadem species, observante Quélet.

69. **Stereum sanguinolentum** (A. et S.) Fr. Epicr. 549, Hym. Eur. p. 640, 7291
 Berk. Outl. p. 271, Pat. Tab. 28, *Theleph.* Alb. et Schw. p. 274, Syst.
 Myc. I, p. 440, El. p. 178 cum syn., Grev. Scot. t. 225, Weinm.
 p. 386, Klotzsch Bor. t. 381 cum syn., *St. nitidum* Pers. ex ipso.
 — Coriaceum, tenue; pileo effuso reflexoque, adpresse sericeo, sub-
 striato, pallido; margine acuto albo; hymenio levi, glabro, cinereo-

fuscescente, tactu cruentato, exoleto pruinoso; sporis cylindraceutis, subrectis, continuis, hyalinis, 6-8 \approx 2-3.

Hab. copiose ad cortices Pini silvestris in pineto-montanis Europæ, pr. Griffins in statu New York Amer. fœder. (РѢСК), in Carol. infer. et media. — 5-8 cm. metiens. Ne cum *S. rugoso* commutetur.

— **S. rigens* Karst. Symb. Myc. Fenn. X, p. 64: pileo coriaceo-rigido, effuso reflexoque, tomentoso, concentricè sulcato, pallido; margine acuto, albo, 6-10 cm. lato; hymenio levi, glabro, sicco rimoso, testaceo, tactu cruentato; sporis 6-7 \approx 3. Supra cortices truncorum prostratorum Abietis excelsæ circa Mustiala Fenniæ.

70. *Stereum conchatum* Fr. Epicr. p. 549, Hym. Eur. p. 640, *Thelephora* Fr. Syst. Myc. I, p. 438. — Coriaceum, tenue; pileo conchato-reflexo, rugoso, glabello, subcrispo, sordide lutescente; hymenio glabro, levi, nudo, exsucco, fusco, trito immutato. 7292

Hab. ad cortices aiegnos in Europa et pr. Minussinsk Sibiriae asiaticæ. — Subimbricatum, minimum 4-6 mm. latum. Zonæ obscuræ. Vulgo pusillum, sed visum etiam majus, forte Secr. n. 20.

71. *Stereum bicolor* (Pers.) Fr. Epicr. p. 349, Hym. Eur. p. 640, Ic. 7293 t. 197, f. 2, *Thelephora* Pers. Syn. p. 568, Myc. Eur. I, p. 122, *Th. fusca* Schrad. Spic. p. 184, Karst. Ic. t. IX. — Submembranaceum, molle; pileo conchato-reflexo, azono, e villoso glabrescente, spadiceo; hymenio tenui, glabro, albo; sporis ellipsoideis v. ellipsoideo-sphæroideis, uniguttulatis, hyalinis, 4-6 \approx 2-3 (Karst.), 10 μ . diam. (Quél.).

Hab. in Europa, Sikkim Indiæ, Amer. fœder. Pensilvania (MICHENER), pr. fluvium Santee et Gainesville Floridæ, Somerset East Africae (M. OWAN). — Ad truncos rarum, sed distinctissimum, tantummodo cum *St. complicato* comparandum.

72. *Stereum ferrugineum* (Bull.) Fr. Ep. p. 550, Hym. Eur. p. 640, *Auricularia* Bull. t. 378 (optime). — Coriaceo-rigidum, tenue, tenax, fusco-ferrugineum; pileo effuso reflexoque, dense concentricè sulcato, e leproso-villoso glabrato; hymenio nudo, levi, glabro. 7294

Hab. ad ligna vetusta, Upsaliæ ad ligna Pini legit FRIES ad Pedrotallagalla Ceylon (O. BECCARI) et ad ramulos emortuos Panurè Brasiliæ (SPRUCK) et Guadalupa. — Parvum et tenue, vulgo valde imbricatum et undulatum, rigidum tamen et tenacissimum, strato medio concolore. Ab *H. rubiginosa* vulgo commutato diversissimum. *St. hepaticum* Fr. Ep. p. 550 ex Sowerb. t. 388, f. 2 a Britannis non recognitum.

73. *Stereum striatum* Fr. Epicr. p. 551, Hym. Eur. p. 641, Schrad. 7295

Spic. p. 186, *Th. crispata* Pers. Syn. p. 568 (var. *zonis crispata*). — Coriaceum; pileo effuso-reflexo, undulato, rugoso-striato, subtomentoso, fusco-ferrugineo, intus filamentoso pallidior; hymenio cinereo-albido, levi, pubente.

Hab. ad truncos pinos in Europa et in ramulis Para Brasiliæ (TRAILL), Australia. — Exoletum tantum vidit Fries. E Persoonio primo albo-subtomentosum, dein glabrescens spadiceum. Sec. Cooke hymenium non setosum, hinc non *Hymenochaete*.

74. **Stereum cotyledoneum** Fr. Epicr. p. 551, Hym. Eur. p. 642. 7296
Weinm. Ross. p. 382. — Coriaceum, tenue; pileo effuso reflexo, azono, nigrescente, dense lutescenti-tomentoso; margine incurvo, obtuso, strato intermedio filamentoso, albido; hymenio levi, sericeo, fusciscenti-alutaceo.

Hab. ad truncos Betule in Russia. — Rarum, insigne, arete imbricatum, concresecens, anguste reflexum.

75. **Stereum Chailletii** Fr. Epicr. l. c. Hym. Eur. p. 642, *Theleph.* 7297
Pers. Myc. Eur. l. p. 125 sec. sp. Chaillet. Fl. p. 188. — Coriaceum, subtenuè, ferrugineo-pallens; pileo effuso, determinato, ambitu tenui, concolore, pubescente, demum libero, submarginato; hymenio e pubescente glabrato.

Hab. ad truncos Taxi in Helvetia; pulchra specimina lecta a Blytt ad Christianiam Norvegiæ. — Fungus junior maculas sistit subrotundas, matriçi arete adpressas, immarginatas, in ambitu puberulas, sensim confluentes ad 5-8 cm. dilatatas. Spore 6 μ . long. Haul reflexum, sed applanatum modo lectum. An *Peniophora*?

76. **Stereum Friesii** Lév. in Zoll. Verz. p. 17. — Pileis sessilibus applanatis reflexis, latere connexis, concentricè sulcatis, sordide cinereis, strigoso-spongiosis; hymenio glabro, zonato, violaceo-purpurascente, e basi ad marginem flammæum costato. 7298

Hab. ad truncos in insula Java.

77. **Stereum concolor** Berk. Fl. Tasm. p. 259. — Albidum; pileo dimidiato, postice decurrente, molli, tomentoso, per exsiccationem contracto involuto; hymenio levi concolore. 7299

Hab. in ramis emortuis in Tasmania (ARCHER). — A *S. hirsuto* præcipue substantia magis coriacea dignoscendum.

78. **Stereum sulphuratum** B. et Rav. Cub. Fungi n. 401 et North 7300
Am. Fungi n. 236. — Pileo reflexo, lobato, crispato, sulphurato, hispido, subspongioso; hymenio pallido undulato.

Hab. ad tigilla emortua Cubæ (C. WRIGHT), Venezuela Amer. merid., Carol. inf. Amer. fœder. — Color sulphureus siccitate eva-

nescit; pileus 12-21 mm. vel ultra latus primo orbicularis demum undique plus minus separatus. Bona species.

79. **Stereum subcruentatum** B. et C. N. Pac. exp. n. 106. — Pileo 790
dimidiato, conchiformi, decurrente, albido, postice cruentato, zonato;
hymenio levi ochroleuco.

Hab. ad ligna emortua Japonie.

80. **Stereum Sprucei** B. et Cub. Fung. n. 395. — Pileo subtilabelli- 792
formi, vertice affixo, repetite zonato, multicolori, e spongioso-tomen-
toso glabro, fortiter lineato-rugoso.

Hab. ad ligna emortua in ins. Cuba (C. WRIGHT), Peruvia, Bra-
silia, ad fluvium Amazonam (SPRUCÉ), Xalapa.

81. **Stereum scriblitum** B. et Cooke in Grevillea. — Coriaceum; pileo 793
effuso reflexoque, rugoso-striato, obscure concentricè zonato, fuli-
gineo-nigrescente; hymenio nudo, glabro, pallido subcinereo, de-
mum rimoso.

Hab. ad ramos, New York Amer. feder. (GERARD). — Distin-
ctissima species. Substantia tota sicca fragilis, intus sinuatim dis-
posita.

82. **Stereum rugosiusculum** B. et C. North Am. Fungi n. 232. — 794
Pileo dimidiato, umbrino, plicato, subtiliter rugoso; margine incur-
vo; hymenio fusco.

Hab. in New England (SPRAGUE). — Circiter 18 mm. longum.
Pileus lobatus. Probabiliter recessu contextu molli coriaceo.

83. **Stereum pannosum** Cooke in Grev. VIII, p. 56. — Pileo coriaceo, 795
rigido, effuso-reflexo, cinereo, subzonato, hirsuto; hymenio nudo,
glabro, radiato-rimoso laceratove, cinereo, demum pruinoso.

Hab. ad cortices arborum, Dunedin Waitaki in Nova Zelan-
dia. — Effusum per 8-10 cm. margine lacerato atque fesso, sepa-
rabile.

84. **Stereum nicaraguense** B. et C. N. Pac. exp. n. 105. — Pileo 796
dimidiato, rugoso, inaequali, villosa, zonato, candido; contextu um-
brino, hymenio cinereo, margine tenui umbrino.

Hab. ad truncos Nicaragua Amer. centr.

85. **Stereum moricolum** Berk. North Am. Fungi n. 233. — Pileo re- 797
flexo, postice decurrente, pubescente, albido; hymenio fusco.

Hab. ad cortices Mori in Carol. inf. Amer. feder. — Pluribus
notis *St. rugosiusculo* simile sed prorsus distinctum.

86. **Stereum Micheneri** B. et C. North Am. Fungi n. 234 Rev. h. a. c. 798
IV., 12. — Pileo coniceo, umbrino, spongioso-tomentoso, convexo,
lateraliter connato vel libero; hymenio levi, ochraceo, nudo.

Hab. in New England (SPRAGUE), in Carol. Amer. fœder. (RAVENEL), in Pensilvania (MICHENER). — Vere singularis species.

87. **Stereum coccatum** B. et C. North Am. Fung. n. 238. — Pri- 7309
mum orbiculare, dem postice decurrens, antice reflexum, zonatum, umbrinum, rugosulum, coriaceum; hymenio pallido.

Hab. ad Quercus in Carol. Amer. fœder. (RAVENEL). — Elegans species nonnihil similis *St. bicolori*.

88. **Stereum Kalthbrenneri** Sacc. *Stereum amœnum* Kalthbr. et M. 7310
Ow. in Grevillea X, p. 58, nec Lév. — Pileo coriaceo-membranaceo, conchato umbonato-sessili vel postice effuso, strigoso-hirsuto, albedo, demum fulvescente, zonis crebris exarato; hymenio levi, glabro, lilaceo vel alutaceo, substantia alba.

Hab. in truncis vetustus mont. Boscberg (M. OWAN), ad Bazuja Caffrariæ (REV. BAUR) Africae austr. — A proximo *St. hirsuto* differt substantia tenuiore, pileis ad 5-10 cm. ampliatis, crebrius zonatis et hymenio perumque amœne lilaceo.

89. **Stereum lobatum** Fr. Ep. p. 547. — Umbonato-sessile, coriaceum, 7311
rigidum, pileo amplo, undulato, sordide helvolo, villosa, zonis margineque glabrescentibus, badis; hymenio, levi glabro, subcinna-
nimeo.

Hab. in ins. Ceylon (THWAITES et GARDNER), India, Java, Perak pœnins. Malacensis, Cap. Bonæ Spei, Americæ fœder. Cuba (C. WRIGHT), Guadalupa, ins. Seykelles, Surinam, Brasilia (SPRUCE et TRAILL), Tasmania, Nova Zelandia (TRAVERS), Australia (THOZET), Nova Guinea. — Hymenium in cinereum vergit.

90. **Stereum Schomburgkii** Berk. Austr. Fungi n. 134. — E resupi- 7312
nato reflexum, suborbiculare, demum conchiforme, umbrinum, antice subzonatum; verumum; hymenio levi concolori.

Hab. ad truncos Porta Darwin Australiae (SCHOMBURGK). — Pileus 1-2,5 cm. lat. Color sere *Lenzitis striatæ*.

91. **Stereum effusum** Berk. Challeng. Exp. n. 180. — Pallidum; mar- 7313
gine inflexo lacerato-lobato, lineato, pulverulento; hymenio lineato.

Hab. ad truncos in insula oceanica Aru. — Pileus confluento 7 cm. latus, subinde parce lineatus et tunc magis pulverulentus.

92. **Stereum rimosum** Berk. Hook. Kew Journ. 1851, p. 169, Dec. 7314
n. 346. — Umbonato-sessile, coriaceum; pileo zonato, subtiliter pubescente, radiato, ruguloso; hymenio pallido, hic illic lutescente, rimoso.

Hab. ad Habgalla ins. Ceylon (THWAITES) et Darjeeling Indiae 2500 m. — Pileus 2,5 cm. et amplius longus, 5-7 cm. latus. *St.*

Ostrea et *St. lobato* proxime affine sed hymenio rimoso pallido distinctum.

93. **Stereum vitile** Fr. Fungi Nat. p. 23. — Effuso-reflexum, coriaceo-membranaceum, molli-flaccidum; pileo contracto, leproso, floccoso, impolito sulcis concentricis notato, canescente-fusco, opaco; hymenio glabro, inæquabili, lurido-fuscescente.

Hab. in truncis regionis Natalensis (WALBERG). — Tenuissima generis species *St. spectabili* et *St. umbrino* affinis. Hymenium glabrum sed ad aspectu pruinose fere *Coniophoræ*.

94. **Stereum umbrinum** Fr. in Pl. Preiss. II, pag. 137, nec *Hymen. umbrina* B. et C. — Sessile, immediatum, coriaceum, subflaccidum, fiabelliforme, a basi versus marginem undulato-radiatum, umbrinum; hymenio levi, glabro, fusco-atro.

Hab. ad corticem *Bankisæ Menziesi* in Australia. — Valde insigne e cortice erumpens, nec postice umbonato-adnatum neque effuso-reflexum. Stratum intermedium album; superficies glabra et opaca, sub lente tenuissime pubescenti-pruinosa.

95. **Stereum spectabile** Klotzsch Fungi orb. terr. circumnav. Meyen coll. pag. 238, tab. V, fig. 2. — Subauriforme, umbonato-sessile, papyraceo-coriaceum; pileo nabeliformi, profunde lobato, concentricè zonato, saturate cervino, badio-variegato, evanescenti-hirto, apice minutissime fimbriato, marginibus inflexis; hymenio levi, glabro; e fuscescente giauco.

Hab. in truncis arborum *Manillæ* et *Mauritii*. — Pileus 2,5 cm. longus, basi 4 mm. apice 2,5 cm. latus.

96. **Stereum endocrocinum** Berk. Dec. Fung. n. 451, Hooker Journ. 1854, p. 169. — Pileo crasso, suberoso, postice decurrente, antice reflexo, profunde concentricè sulcato, velutino, hispidio intus aurantiaco; hymenio ochraceo-fusco.

Hab. in ramis emortuis *Yangma Valley East Nepal* Indiae orient. (HOOKER). — Pileus 5 cm. latus, 4 mm. crassus. Curiosa species, mycelii colore *Hydnum aurantiacum* in mentem revocans.

97. **Stereum atratum** (Sw.) Fr. Epicr. p. 547, Swartz Fl. Ind. Occ. III, p. 1933. — Sessile, rigidum, leve, fasciatum, subfuscum; hymenio, glabro, nigro.

Hab. ad truncos in insulis *Caribæis*, *Jamaica*. — Coriaceum, tenue 2,5 cm. lat., versus marginem integrum undulatum patidius, fasciis aliquot angustis nigris; hymenium oculo armato scabriusculum teste Sw., leve, teste Fr., concentricè rimosum.

98. **Stereum styracifium** Schw Carol. n. 1010, Fr. Epicr. p. 549.

— Effuso-reflexum, coriaceum, lactescens, subtomentosum, griseo-lutescens, subtus glabrum pallide lutescens.

Hab. in ramis dejectis Liquidambaris styracifluae Americae borealis. — Specimina a Friesio accepta sicca, faciem omnino *St. hirsuti* v. *rugosi* habent; tamen distincta valetur; nam statim recente, ubi comprimatur, lacte flavo statim tingitur, unde maculae nigrescentes oriuntur. Zona marginalis nigra (in Friesianis speciminibus haud adest).

99. **Stereum princeps** Jungl. Crypt. Jav. p. 38. — Maximum, cras- 7321
sum; pileis dimidiatis, horizontalibus, ferrugineo-fuscis, zonatis, glabris, margine albis, dein ambitu in lobos irregulares divisus; hymenio pallide-alutaceo levi dein cinerescente, basi papilloso.

Hab. ad truncos in silvis Kendang et Patuha Javae, 700-1300 m. alt. — Species pulchra, adalta 50-60 cm. alta, sessilis lateraliter affixa, substantia sicca coriacea. Adsunt individua minora, 5 cm. alta, non rite evoluta, supra nigrescentia, margine albo.

100. **Stereum subcostatum** Karst. in Hedw. 1881, p. 178. — Coria- 7322
ceo-molle; pileo effuso-reflexo, subtomentoso-seraposo deinde glabrato levigatoque, azouo, albo seu albido; hymenio nudo exsucco, vage costato lutescente-albo, basim versus lacte incarnato seu gilvo.

Hab. ad truncos dejectos arborum frondosarum prope Mustiala Fenniae. — *Stereum hirsuto* proxime accedit.

101. **Stereum cinereum** Lév. Champ. exot. p. 211. — Pileo effuso-re- 7323
flexo, obsolete zonato, tomentoso-spongioso, cinereo; margine undulato, obtuso, inflexo; hymenio glabro et lurido nigricante.

Hab. ad truncos in insula Sumatra (Miquel).

102. **Stereum leucophæum** Lév. Champ. exot. p. 212. — Sessile re- 7324
flexum; pileo semiorbiculari, plano, coriaceo, flexili, zonato, subtomentoso; margine sinuato acuto; hymenio glabro, albo, tandem rimoso.

Hab. ad truncos in Hispaniola S. Domingo. — *St. bicolori* subaffine.

103. **Stereum rigidum** Lév. Champ. exot. p. 211. — Pileo coriaceo- 7325
reflexo hirsuto, sulcato tenuissimeque zonato, pallide ochraceo; hymenio glabro, concolori, tandem rimoso.

Hab. ad truncos in insula Java. — *St. ochroleuco* subaffine.

104. **Stereum fulvum** Lév. Champ. Mus. p. 149. — Pileo coriaceo, 7326
membranaceo, applanato, sessili, zonato-sulcato, hirsuto, fulvo; margine tenui pallidiori; hymenio rugoso, concentrice sulcato, nudo, postice fulvo, antice dilutiori.

Hab. ad truncos ad Caput Bonæ Spei Africae (DRÈGE). — Pileus 2-4 cm. latus.

105. **Stereum Ostrea** Nees in Act. Bonn. XIII. p. 13, t. 2, Fr. Epier. 7327
p. 547. — Pileis latere affixis, disco concavis et conchæformibus, coriaceis, cinereo-tomentosis, margine glabris, lutescentibus; hymenio glabro, levi, alutaceo-pallido.

Hab. in insula Java (BLUME), India orient., Rockhampton Australiæ (THOZET), Malacca (SCORTECHINI). — *St. cinereo-badio* peraffine videtur. E maximis hujus generis, *St. versicolori* proximum. Pilei simplices seu bini lateribus connatis et imbricati, puncto laterali adixi, 10 circiter cm. lati, depresso-concavi, conchas ostrearum referentes, superne zonati, tomento brevissimo denso, in sicco cinereo, in humido fusco vestiti. Substantia tenuis, papyracea, sed coriacea, dura, persistens.

106. **Stereum luteo-badium** Fr. Linn. V. p. 526, Epier. p. 547, *Th.* 7328
badia Kunze in Weig. Exs. — Umbonato-sessile, coriaceum; pileo tenui, subflaccido, villosorugoso, glabrescente, concentricè sulcato, badio-ferrugineo; hymenio levi glabro, luteo.

Hab. in truncis Surinam, Chili et N. S. Wales Australiæ — Sec. Kalchbr. Ic. t. XXXIII, f. 2, nascitur quoque in Hungaria. © An revera eadem species? ».

107. **Stereum illudens** Berk. Dec. of Fung. n. 48, in Hook. Journ. 7329
1845. p. 59, *St. decipiens* Berk. in Grevillea. — Coriaceum subrigidum; pileo effuso reflexoque zonato radiato-plicato, hirsuto, spadiceo; hymenio levi, glabro, carneo-rufo.

Hab. ad ramos et ligna combusta Melbourne alibique Australiæ, frequens. — Pilei 2.5 cm. long., confluyendo plura cm. effusi. Inter *S. spadiceum* et *purpureum* medium.

108. **Stereum album** Quéll. Quelq. esp. p. 15, t. XI, f. 16. — Mem- 7336
branaceo-coriaceum, subreniforme vel adnatum et laciniatum, 2-3 cm. lat., tenuiter tomentosum, lacteo-album; hymenio striato vel plicato, pallide flavescente, margine pallidiori: sporis hyalinis, 7-8 μ . longis, allantoideis.

Hab. in ramis siccis Sorbi in Vogesis. — *St. purpureo* subaffine.

109. **Stereum radiatum** Peck 26 Rep. p. 72. — Resupinatum v. le- 7331
viter reflexum, suborbiculare vel effusum, atro-brunneum; hymenio inequali, plicis vel costis e centro radiantibus notato, cinnamomeo.

Hab. ad caudices Abietis canadensis in montibus Catskill in statu New York Amer. fœder.

110. *Stereum repandum* Fr. El. p. 190, Hym. Eur. p. 642, Ic. t. 197, 7332
f. 1. — Lignosum, crassum, cupulari-resupinatum, rotundum; margine angusto, glabro, concentrice sulcato, spadiceo-nigro ubique cinctum; hymenio praesato, concavo, pallide cinnamomeo.
Hab. ad cortices Salicis capreae in Suecia. — Nobile, forma *Nummulariae repandae*.
111. *Stereum areolatum* Fr. El. p. 190, Hym. Eur. p. 642, *Th. disciformis* compacta Pers. Myc. Eur. 1, p. 127, *Athelia Taxi* l. c. p. 84 certissime ad hoc, ut *Th. dryina* ad *S. disciforme*. — Lignosum, effusum; margine superne reflexo, incrassato, bicolore, anoso et hornotico spadiceo, sitaneo hymenioque levi, plano, cinereo pruinosis.
Hab. ad truncos Taxi Helvetiae, rarum, insigne.
112. *Stereum frustulosum* (Pers.) Fr. Epicr. p. 552, Hym. Eur. p. 643, 7334
Berk. et Br. n. 1300, *Thel.* Pers. Syn. p. 577, Fr. Syst. Myc. I, p. 445, *Th. frustulata* et *sinuans* Pers. Myc. Eur. 1, p. 134, 128. Cfr. Moug. exs. n. 680 a. b. — Lignosum, resupinatum, tuberculosum, stipatum et quasi conflueas, inde frustuloso-diffractum apparens, subtus et ambitu obsolete marginato glabrum, spadiceo-nigricans; hymenio convexo, e cinnamomeo exspallente, pruinoso; sporis minutissimis, obovatis, curvatis, hyalinis, 4-5 \approx 3-4; basidiis conicis, obtusis, minutis (Karst.).
Hab. ad ligna durissima Quercus in Europa, Carol. super. Amer. foeder., Pensilvania (MICHNER). — Hymenium perfectum terram spectans, primo pruinatum, fertile sporis cinnamomeis pulverulentum; luci ooversum sterile fit (ambiens est fungus), pallescit, denudatur, inde Secr. n. 42, 43. — Var. *concavum* Roum. F. Gall. n. 703. In quercu in Gallia merid.
113. *Stereum tumulosum* Karst. Symb. VIII, p. 11 (*Xylobolus*). — 7335
Lignosum, resupinatum, tuberculosum, stipatum et quasi conflueas, inde frustuloso-diffractum apparens, obsolete marginatum, glabrum, spadiceo-nigrum; hymenio planiusculo, cinereo-pruinoso; sporis hyalinis, minutissimis.
Hab. ad cortices, praecipue supra spermogonia ad Salicem viminalem in Fennia. — Minus, aliquot mm. latum, nisi conflueas. Ad *St. frustulosum* proxime accedit.
114. *Stereum rugosum* Fr. Epicr. p. 552, Hym. Eur. p. 643, Berk. 7336
Outl. p. 271, Kickx p. 263, Fr. El. p. 177 c. syn. Syst. Myc. I, p. 439, Pers. Myc. Eur. 1, n. 30-34, non Schrad. Spic. p. 188, *Th. sanguinolenta* Sommerf. *Th. Laurocerasi* Berk. Engl. Fl. V.

— Suberosum, rigidum; pileo effuso breviterque reflexo, obtuse marginato, demum glabro, spadiceo; hymenio impolito, pruinoso, trito subcruentato; sporis oblongis, rectis, hyalitis, 8-12 = 4; A. hymenio lutescente. B. cinereo-livido.

Hab. e vulgarissimis ad truncos arborum frondosarum, *Quercus*, *Alni*, *Salicis*, *Coryli* in Europa et Carol. media et super. Amer. fœder., Australia et Fœgia. — Maxime variat, etiam cupulæforme, quale ad cortices *Alni* vidit Fries stratose reviviscens (Secr. n. 61, Fr. El. l. c. forma f.). — Var. **aurantiacum** Karst. Symb. Myc. Fenn. X, pag. 64: pileo tomentoso, pallido; hymenio aurantiaco. Ad truncos *Betulæ* in parœcia Tammela prope rivum Kuusto Fennia.

115. **Stereum cinereo-badium** Klotzsch Fungi orb. terr. circ. Mey. 7337 coll. p. 238, tab. V, fig. 3, Fries Epicr. p. 547, *Theleph. badii* Hooker, *Th. moluccana* Pers. Freyc. p. 175. — Umbonato-sessile, coriaceum; pileo rigido, tomentoso, badio lineolis nigris zonato; hymenio levi, glabro, cinereo.

Hab. ad truncos in America calidiori, insulis Maris pacifici.

116. **Stereum vittiforme** Fr. in Pl. Preiss. II, pag. 137. — Pesticæ 7338 umbonato-adnatum, integrum, coriaceum, rigidum, subcampanulatum, e pannoso detonsum impolitum, lineis concentricis elevatis obsolete concoloribus notatum, lutescens; margine acuto; hymenio levi, glabro, alutaceo.

Hab. ad cortices *Acaciæ* Blank-Wattle Australiæ. — Color et substantia *Sterei hirsuti*.

117. **Stereum radians** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 110. — Umbonato- 7339 sessile, coriaceo-rigidum, utrinque applanatum, glabratum, nitidum, a basi dense fibris innatis radians, zonis badiis variegatum; hymenio levi pallescente.

Hab. in Mexico prope la Conception (LJERMAN). — Medium inter *Stereum sericeum* et *St. complicatum*, valde tenue sed rigidum, 2.5 cm. latum.

118. **Stereum simulans** B. et Br. F. Brisb. II, p. 64, t. XIII, f. 5-15. 7340 — Orbiculare, rigidum, rugosum, tomentosum; margine reflexo; hymenio glabrato, pallido, ochraceo; contextu rhabarbarino.

Hab. ad truncos Brisbane Australiæ (BAILEY). — Inter *St. rugosum* et *St. lobatum* medium, *Stereo lobato* rigidius, a *St. rugoso* contextu diversum.

119. **Stereum scytale** Berk. Hook. Journ. 1854, p. 170, Dec. n. 453, 7341 Curr. Ind. Fungi pag. 127, t. 193, f. 8-10. — Rigido-coriaceum,

ambienti-liberum; pileo lobato-zonato, radiatim ruguloso, subvelutino, spadiceo; contextu concolori; hymenio ochraceo umbrinoque, subinde margine plicatulo.

Hab. ad ligna emortua Sikkim Indiæ, Khasia, Himalaya, Cuba (C. WRIGHT), et Brasilia. — Pileus 7 cm, et amplius latus. *Stereum rugoso* et *St. subpileato* affine.

120. **Stereum aterrimum** Cooke in Grev. XIII, p. 3. — Rigido-coriaceum, 7342
ambienti-liberum, nigrum; pileo semicirculari, sublobato, flexuosoque concentricè sulcato-zonato, glabrescente; contextu nigro-fusco, nigro-purpureo vergente; hymenio glabro, atro-fuligineo, pruinoso, demum nigrescente.

Hab. ad ligna corrupta in terra aprica arida, Goping pr. Perak in penins. Malacensi (H. KUNSTLER). — Affine *St. principii* et *St. scytali*. Pileus 5-8 cm. latus, 1 mm. vel ultra crassus. Pilei saepe plus minus basi in stipitem communem crassum irregularem connati.

121. **Stereum Galeottii** Berk. in Hook. Journ. 1851, p. 15, Dec. 1. 303. 7343
— Umbonato-sessile, parvum, convexum, rigidum; pileo corvino, velutino-tomentoso, creberrime badio-zonato; zonis hic illic glabris nitentibus; hymenio cinereo-alutaceo.

Hab. ad Caripi Brasiliæ (SPRUCE), Vera Cruz in Mexico (GALEOTTI), Xalapa (HARRIES). — Pileus 3,5-4 cm. latus, 2,5 long. *St. lobato* affine sed minus et zonis crebris notabile.

122. **Stereum lugubre** Cooke in Grev. XII, p. 85. — Coriaceum, ri- 7344
gidum; pileo effuso reflexoque, tomentoso, zonato, cinereo-pallescente, zonis obscurioribus; margine subacuto, pallido, hymenio sub papilloso, glabro, nudo, atro.

Hab. ad caudices, Nova Zelandia (W. COLLESSO). — Species distinctissima hymenio nigro obtuse papillato. Pilei circiter 2½ cm. alti, saepe dense imbricati atque lateraliter per plura cm. effusum.

123. **Stereum abietinum** (Pers.) Fr. Epicr. p. 552, Hym. Eur. p. 643. 7345
Thel. Pers. Syn. p. 573, Fr. Syst. Myc. I, p. 442, Weinm. p. 389, *Th. ferruginea* Schrad. l. c. — Suberoso-coriaceum, rigidum; pileo effuso, appianato, (subtus) subtomentoso, ferrugineo-umbrino, ambitu determinato (reflexo marginatove haud viso); hymenio velutino-pruinato, fusco-ferrugineo, expallente.

Hab. ad ligna vetusta abiegna in Europa. — Forma subrotunda peltata sed et longitudinaliter confluens, 5-10 cm. longa. Sporae oblongæ, 8 µ. longæ.

124. **Stereum Pini** Fr. Epicr. l. c., Hym. Eur. p. 643, *Thel.* Fr. Syst. 7346

Myc. I. p. 443, El. p. 187 cum syn. expos. Sommerf. Lapp. p. 282, Weinm. p. 389, Alb. et Schw. n. 280. — Coriaceo-cartilagineum, resupinatum, peltato-adiatum, submarginatum, subtus glabrum, pallidum, demum bullatum; hymenio e carneo-purpurascete fuscescente, pruinoso.

Hab. ad cortices Pini silvestris in Europa, pr. Minussinsk Sibiriae asiaticæ et New England Amer. bor. (SPRAGUE). — Sporæ 6-7 = 2 (Karst.). Peltæ primordiales minutæ, stipatæ, sed jam tum liberæ, nunquam adglutinatæ v. ceracæ, ut in *Th. Pini* DC., quæ *Corticii* species.

125. **Stereum rufum** Fr. Epicr. I. c., El. p. 187, Hym. Eur. p. 644. 7347

Th. rufi-marginata Pers. Myc. Eur. I. p. 124 eoque teste Sowerb. t. 338, f. 2. — Coriaceo-cartilagineum, erumpens, e tuberculiformi subrotundum, marginatum, rufum, fuscescens, subtus glabrum; hymenio griseo-pruinoso, demum bullato-tuberculoso.

Hab. ad cortices Tiliæ in Europa. — Ceraceo-molle etc. ut Corticia nunquam observantur, ad quæ antecedentes species facie accedunt; *C. polygonium* e substantia fere Stereum.

126. **Stereum glaucescens** Fr. Hym. Eur. p. 644. — Resupinatum. 7348

submarginatum, rigidum, glabrum, umbrino-nigrescens; hymenio inequali, primo concolore, adulto glaucescente.

Hab. ad ligna in silvis alpinis Norvegiæ (BLYTT). — Fungus junior orbicularis, dein confluenso irregularis, immarginatus.

127. **Stereum rhicnopilum** Lév. Champ. Mus. p. 118. — Pileo effuso, 7349

reflexo, semiorbiculari, membranaceo, concentricè sulcato, postice nudo, ruguloso, versus marginem levissime hirsuto albo-sordido; hymenio glabro lutescente.

Hab. ad fungos, Chili (Cl. GAY). — *St. hirsuta* affine, sed minus.

128. **Stereum rigidulum** Speng. Fungi Fuæg. n. 82. — Pileis tenuibus 7350

pergameneo-membranaceis, rigidulis, liberis 1,5 em. diam. trans., 0,7-1 em. diam. ant. post. dimidiato-cordatis v. cuneato-obovatis, gregariis sed rarius confluentibus v. connatis, postice dilatatulo-adiatis, non v. vix effusis, superne adpresse villosis-hirsutis, non v. grosse obsoleteque zonatis, deorsum fusco- v. subtestaceo-canescentibus, ambitu pallidioribus, margine acutis repandulis v. vix lobularis; hymenio plano, levi, purpurascete v. livido, azono, marginem versus pallidiorè, in juventute carneo-pruinuloso.

Hab. ad ramos dejectos Fagi betuloidis in silvis prope Port Cook, in Staten island, Fuëgia. — An huc ducendum *Ster. amœnum* Lév.?

129. **Stereum Berkeleyanum** Ces. Myc. Borr. p. 10, nec *Hymenoch.* 7351
Berkeleyana (Mout). — Contextu e rufo umbrino; pileo tenui, sulcato, tomentoso, inæquabili rugosove, colore e rufo brunneo; hymenio (in sicco) subpapilloso nigrescenti-cinereo.

Hab. in ditione Sarawakensi Bornei (O. BECCARI). — *Stereum membranaceum* Fr. affine.

130. **Stereum Boryanum** Fr. Linn. V, p. 529, Epicr. p. 547, — Um- 7352
 bonato-sessile, subpapyraceum; pileo postice umbilicato, velutino, zonato, fuscescente; hymenio levi, glabro, alutaceo-pallido.

Hab. ad truncos in insula Mauritii et in Queenslandia Australiæ. — A *Stereum membranaceum* parum differt.

131. **Stereum perlatum** Berk. Enum. Fungi Cuming. n. 26, in Hook. 7353
 Journ. 1842, pag. 153. — Umbonato-sessile, papyraceo-coriaceum, subtiliter velutinum, umbrinum, zonis glabratis badiis, contextu umbrino sericeo; hymenio cinereo levi, subzonato, glabro.

Hab. ad truncos in insulis Philippinis (CUMING). — Pileus 20 cm. lat., 12 cm. long., dimidiatus v. suborbicularis. *Stereum Boryano* subaffine.

132. **Stereum membranaceum** Fr. Ep. p. 547. — Umbonato-sessile, 7354
 subpapyraceum; pileo dimidiato, explanato, velutino, unicolori, umbrino; hymenio levi, glabro, e violaceo fusco-purpureo.

Hab. ad candices emarcidos in silvis Cubæ (C. WRIGHT), in Guyana Amer. merid. et Xalapa et in insula Mauritii. — Tenuitate insigne, villus in lineas concentricas stipatus.

133. **Stereum percome** B. et Br. F. of Ceyl. n. 592. — E resupinato 7355
 reflexum, papyraceum; pileo zonato, spongioso, hispido; margine tenuissimo; hymenio concentricè sulcato, cervino-rufo.

Hab. ad ligna emortua in regione centrali ins. Ceylon (THWAITES). — Plura cm. lat., primum orbiculare, margine albo delicato, sulcatum dum crassitiem 8 mm. metitur mox confluens atque latum continuum stratum efformans.

134. **Stereum Coffearum** B. et C. Cub. Fungi n. 407. — Pileo levi- 7356
 ter reflexo, zonato, tenui, hispidulo, cinereo; hymenio rugoso, pruinoso, brunneo; contextu umbrino.

Hab. ad Coffeæ truncos in Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT).

IV. RESUPINATA Fr. Pileus omnino appresso- v. adnato-sessilis, resupinatus, modo (in prioribus) suborbicularis, definitus, ambitu liber, modo varie effusus indefinitus totus adnatus, sed subinde corii instar separabilis.

135. **Stereum ochraceo-flavum** Schw. Syn. Amer. bor. n. 649 (*Thel.*) 7357

— Subresupinatim effusum vel elongato-confluens; pileis porrectis suborbiculatis, membranaceo-coriaceis, inflexis, candidis, strigosissimis, subfasciatis; hymenio flavo-expallente, leviusculo, tuberculis tantum evanidis.

Hab. ad ramos in Carolina et New Jersey Amer. bor. et Pedrotallagalla ins. Ceylon (O. BECCARI). — Pilei confluenso 5-7 cm. effusi, sæpe dorso affixi.

136. **Stereum vibrans** B. et C. Cuban Fungi n. 404. — Centro affixum, orbiculare, coriaceum, rigidum; pileo ferrugineo, zonato, velutino nec striato; hymenio umbrino cinnamomeoque vibrante, zonato. 7358

Hab. ad ligna emortua Cubæ (C. WRIGHT). — Pileus 5 cm. latus. — Analogum cum *Hymenochate veluticipi* B. et C.

137. **Stereum melaleucum** Mont. Cent. VII, p. 39. — Peltato-sessile; pileo coriaceo, conchato, unicolori, albo; hymenio concavo, levi, glabro, fuligineo-atro. 7359

Hab. ad truncos in Brasilia (WEDDELL).

138. **Stereum molle** Lév. Champ. Mus. p. 147. — Pileo coriaceo, suborbiculari, sessili, spongioso-velutino, zonato, pallide fulvo; hymenio levi purpurascente. 7360

Hab. ad truncos, New York (MÉNAND) et in Carolina super. (RAV.). — Pileus 2-5 cm. latus.

139. **Stereum Spegazzinianum** (Speg.) Sacc. et Manc. *St. pergamenum* Speg. Fung. Arg. pug. III, n. 23. — Effusum cartilagineo-coriaceum, tenue, flexibilissimum, matrici parte centrali adfixum, in vivo explanatum, in sicco ambitu late reflexo-revolutum; pileo superne albo, centrum versus sordide fuscescente, minute et molliter velutino; hymenio glabro, levissimo, pallide fulvo-melleo, azono. 7361

Hab. ad caules putridos et ramulos in umbrosis humidis prope la Recoleta, in Argentina Amer. merid. — Pilei 2-3 cm. diam.; 0,5-0,7 mm. crassi. *Stereo ochraceo-flavo* (Schw.) Fr. affine, a quo tamen pileo majusculo, extus lacteo-albo, nec albo-cinerescente, molliter velutino nec hispido-tomentoso recedit.

140. **Stereum levigatum** Sp. Fung. Arg. pug. III, n. 24. — Resupinatum, effusum, coriaceo-cartilagineum, perfecte determinatum, crassiusculum, matrici totum adhærens, quandoque hiuc inde ambitu vix liberum; pileis orbicularibus sæpe pluribus confluentibus, applanatis centro plus minusve rugoso-scrupulosis, pluries concentrice fumose zonatis, carneo-fuscescentibus, nubilosis, zona carneo-flavescente latiuscula ornatis. 7362

Hab. ad trabes fabrefactas pontem constituentes en la Boca del

Riachuelo in Argentina Amer. merid. — Pilei 3-10 cm. diam. An status cujusdam Merulii? — Var. **mesopoda** Speg. F. Arg. P. IV, n. 31: pileis orbicularibus, 10-15 mm. diam., udis carnosulo-lentis, flexibilissimis subhygrophanis, explanato-subcupulatis, vix centro umbonatis, siccis cupulato-contractis, umbone centrali valde prominente, umbilicato, intus glaberrimis carneo-subpurpureis, lineis saturatoribus v. pallide fulvescentibus zonatis, margine integerrimo obtusiusculo, extus etiam glabris pallide et sordide fulvescentibus centro in stipitem parvulum, 2-3 mm. 1,5-2 mm. crassiusculum glabrum abrupte attenuatis. In trabe. fabrefacta putrescente in umbrosis uliginosis, Recoleta in Argentina Amer. merid.

141. **Stereum Aratæ** Sp. Fungi Arg. Pug. II, p. 8. — Resupinatum, 7363
crassum, suberoso-coriaceum; orbiculari-cupulare vel plura confluentia difformia, 1-2 cm. diam., 1-2 mm. crass., subtus tomento candido molli vestitum, azonum; carne candida, coriaceo-fibrosa, tenaci; hymenio irregulariter gibboso vel plano, minutissime pruinuloso-velutino, griseo-carneo-fusco, zona fulvo-lutescente vel vivide aurantiaca marginato; sporis minutis, ellipticis vel ovoideis, quandoque inæquilateralibus, simplicibus, 3-5 = 1,5-2,5, hyalinis.

Hab. ad asses fabrefactos vetustos in Argentina Amer. merid. (Dr. P. N. ARATA). — A *St. hirsuto*, cui affine, hymenio pruinuloso et pileo molli tomentoso recedit.

142. **Stereum desolationis** Speg. F. Fung. n. 79, p. 34. — Pileis 7364
effuso-reflexis, conchatis, latiusculis, 3-5 cm. lat., 2 cm. long., tenuibus membranaceo-pergameneis, rigidis, superne primo villosulis, concentricè obsolete zonatis, sordide albo-canescens, per ætatem subglabris ac pallide substestaceis, margine acutis, non v. vix repandulis, hinc inde minute fissis v. subfimbriatis; hymenio lutescenti-purpurascens, azono, glabro v. basim versus subpubescente.

Hab. ad truncos dejectos putres in Brecknok pass. in Fuegia.

143. **Stereum sericeo-nitens** Speg. F. Fueg. n. 86. — Pileis sparsis 7365
v. laxè aggregatis, sæpe confluentibus, coriaceis, rigidulis, effuso-reflexis v. subcupulato-resupinatis, 2-3 cm. diam. margine acutis, superne dense laciniato-lobatis, extus adpresse puberulis v. subvillosis, postice rufescenti-subtabacinis, antice canescens, sericeo-nitentibus non v. vix obsolete zonatis; hymenio plano v. spurie undulato v. tuberculoso lutescenti-carneo, primo parce albo pruinuloso.

Hab. ad truncos dejectos putrescentes Fagorum in silvis prope Ushuvaia, Fuegia.

144. **Stereum contrarium** Berk. Chall. Exp. n. 268. — Rigidum con- 7366
chiforme; pileo nigro, zonato, hispido, hic illic glabrescente; margine
pallido; hymenio candido, reviviscente.
Hab. ad truncos in Japonia.
145. **Stereum vellereum** Berk. Fl. New Zeal. p. 183. — Resupinato- 7367
ambiens margine demum late libero lobato, sursum stupeo-stri-
gosum, versus marginem zonatum; hymenio ochraceo levi.
Hab. in ramis emortuis Wellington Novæ Zelandiæ (TRAVERS),
Waitaki, Winton. Maungaroa, Melbourne Australiæ. — *Stereo*
striato affine.
146. **Stereum albo-badium** Schwein. Car. n. 1045, Fr. Epicr. p. 551, 7368
Rav. I, n. 29. — Subrotundum, confluens, badium, in ambitu subli-
berum albicans; hymenio ruguloso, subvelutino.
Hab. ad cortices et ramos Americæ bor. et Africae austr. —
Effusum determinatum, sæpe late confluens. Juvenile brunneo-pallens
vetustum fere umbrinum. Substantia firma sicca, primo adnata, dein
margine acuto tenui rugulosa.
147. **Stereum porrectum** Fr. Epicr. p. 548. *Thel. grisea* Schw. Car. 7369
n. 1012. — Resupinatum, postice in stipitem porrectum, orbicu-
lare, coriaceum, hirsutum, azonum, griseum, subtus leve glaberri-
mum, subnitens.
Hab. ad ramulos Carolinæ Amer. fœder. — Ceterum difforme
confluens, unicolor.
148. **Stereum sericeum** Schw. Carol. n. 1016, *Th. striata* Fr. Fl. I, 7370
p. 179, *Stereum striatum* Fr. Epicr. p. 548, nec p. 551. — Re-
supinatum, sessile, orbiculare, liberum, papyraceum, sericeo-stria-
tum, nitens, album subtus leve, glaberrimum pallidum.
Hab. ad ramulos emortuos juniores Carolinæ Amer. fœder. —
Species pulcherrima, minuta, eximie distincta. Forma orbiculata,
centro affixa, plana, ambitu undique libero repando. Superficies, ut
in *Inocybis* e fibris longitudinalibus innatis striata simulque sul-
cis concentricis tenuissimis notata.
149. **Stereum complicatum** Fr. Epicr. p. 548. — Resupinatum, liberum, 7371
pendulum, papyraceum, striatum, fulvo-alutaceum, margine crista-
to-lobato inflexo, subtus pallidum.
Hab. ad ramulos tenellos in America boreali (GREVILLE), ad
Quercus Gainesville Floridae Amer. fœder., Cuba (C. WRIGHT), Me-
xico. — Species eximie pulchra, *Craterellum crispum* primo ob-
tutu referens. Subimbricata, concrescens, postice adfixa v. ramos
ambiens, ceterum fere libera, reflexa, eleganter cristato complicata

adulta fere nitens, glaberrima, subazona, ad basim tantum villosula. Substantia coriaceo-membranacea, tenuis, præcipue marginis inflexi lobati.

150. **Stereum mytilinum** Fr. Epier. p. 548. — Umbilicato-sessile; pileo 7372
conchato, coriaceo, tomentoso, zonato, griseo; margine nigrescente, subtus levissimo, carneo-livido.

Hab. in truncis Brasiliæ (LUND), et in Paraguay (BALANSA). — Solitarium, 1-1.5 cm. diam., testam Patellæ referens, numquam effuso-reflexum, sed basi umbilico marginato et postice stipitis rudimento obsolete instructum. Tomentum densum, adpressum, molle. Sulci concentrici profundi, sed non discolorés.

151. **Stereum variolosum** Speg. F. Fueg. n. 88. — Pileis scutato-re- 7373
resupinatis v. effusis, late arctèque matrici adnatis, solitariis v. gregariis et confluentibus, ambitu stricte marginato-reflexis, 2-3 cm. diam., extus parce atque grosse fibroso-villosis, ligneo-pallescensibus v. pallide rufescentibus; hymenio levi, plano v. spurie undulato et tuberculato, azono, pallide lutescente v. carneo-lutescente, non v. vix pruinuloso, punctis minutissimis (sæpe vix lente tantum conspiciuis) rufescentibus laxè adperso donatis.

Hab. ad truncos dejectos putrescentes in Staten island, Fuegia.

152. **Stereum Sarmienti** Speg. F. Fueg. n. 85. — Pileis solitariis v. 7374
laxè gregariis, subscutato-resupinatis, 1-2 cm. diam., ex orbiculari difformibus, subliberis, reflexis, lignosis, duris, crassiusculis, extus glabris sordide testaceo-v. testaceo-canescensibus, margine parce repandulo (subcrispato in sicco) non v. vix pruinuloso, hymenio plano v. undulato in juventute pallide rufescente, carneo-pruinuloso, per ætatem stratose reviviscente, stratis inferis sordide testaceis.

Hab. ad truncos vetustos Fagi antarcticæ sub Monte Sarmiento in fiord Negri Fuegia. — Species pulchella primo intuitu pro forma senescentis *Sterei rugosi* facillime adhibenda.

153. **Stereum amœnum** Lév. Champ. Mus. p. 149. — Gregarium; pileo 7375
coriaceo, membranaceo, resupinato, oblongo-ovato, zonato, hirsuto, albo; ambitu libero tenui; hymenio levi, carneo-purpurascenscente, contextu floccoso concolori.

Hab. ad ramos dejectos in Chili (CL. GAY). — Pileus 2-3 cm. long.

154. **Stereum versiforme** B. et C. North Amer. Fungi n. 242. — 7376
Fuscum, primum orbiculare; margine tenui elevato, hymenio hic illic papillato.

Hab. ad tigilla emortua in Pennsylvania Amer. fœder. (MICHENER) Forestburgh New York (PЕCK), in silvis Melbourne Australiæ.

155. **Stereum triste** B. et C. Cub. Fung. n. 406. — Orbiculare; margine tantum libero; pileo sursum ezonato, tomentososo, fusco; hymenio rugoso, pruinoso, umbrino; contextu fusco. 7377

Hab. ad radices truncorum in silvis Cubæ (C. WRIGHT). — Circiter 2¼ cm. latum. In juventute hymenii margo sterilis.

156. **Stereum seriatum** B. et C. Cub. Fung. n. 410. — Disciforme, tandem elevatum: hymenio albo, senio cinnamomeo, pruinoso, latere elevato spadiceo. 7378

Hab. supra arbores Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Fere affine *St. candido* sed facie omnino diversum.

157. **Stereum corrugatum** Lév. Champ. Mus. 150, 1846, nec *Ster. corrugatum* Fr. seu *Hym. corrugata* Lév. — Pileo coriaceo, membranaceo, undique adnato, ambitu nudo mycelioque fusco-nigricantibus; hymenio rugoso-radiato, fulvo-ferrugineo. 7379

Hab. ad truncos dejectos New York Amer. bor. (MÉNAND).

158. **Stereum notatum** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 597. — Effusum; margine tomentososo, pallido, libero; hymenio hic illic concentrice notato, pallido. 7380

Hab. ad cortices emortuos in regione centr. ins. Ceylon (THWAITES), in Africa australi (M. OWAN). — Plura cm. lat. Initio minutæ Cyphellæ adspexitur, sed mox individua confluunt; margo tenuis, papraceus.

159. **Stereum insulare** B. et Br. Fung. Ceyl. n. 596. — Irregulare, fusco-limitatum, pallide umbrinum; hymenio glabro rivuloso. 7381

Hab. ad cortices glabros in regione australi ins. Ceylon (THWAITES). — Maculas efformat irregulares, secedentes 6-8 mm. latas, elevatas. *Hymenochæte insularis* Berk. N. A. Fungi n. 245, videtur diversa.

160. **Stereum Leveilleanum** B. et C. Hook. Kew. Misc. I, pag. 238, (sub *Corticio*), Rav. Fasc. II, 35. — Effusum resupinatum, carneum, molle, crassiusculum, margine demum libero. 7382

Hab. ad truncos Vitis, Quercus, Caryæ et Cereis Canadensis in Carol. inf Amer. fœder. — Primo maculas sistit parvas peltatas quæ effusione arcte matrici adhærent, colore rubro-carneo, ætate albido. Affine *Penioph. papyrina*: an ergo ex hujus genere?

161. **Stereum Curtisii** Berk. North Am. Fungi n. 229, Rav. Fasc. III, 26. — Effusum, primum orbiculare ferrugineum; margine tenui subhyssoides pallidove, quandoque utrinque libero; hymenio rugoso. 7383

Hab. in Clethria et Ribe aureo in Carol. super. et inf. Amer. fœder, New England (SPRAGUE), Alabama (PETERS), Pensylvania (MICHENER). — Species hæc ad *Hymenochætem* transitum ostendit.

162. **Stereum bizonatum** B. et C. North Am. Fung. n. 237. — Lon- 7384
gitudinaliter effusum utrinque reflexum, pallidum subtiliter tomentosum bizonatum; hymenio e rufo fusco; margine albido.

Hab. in ramulis in Carol. inf. Amer. fœder. — Plura cm. long. integrum vel lobatum.

163. **Stereum alliciens** B. et Cooke Fung. Bras. n. 317. — Resupi- 7385
natum, arcte adnatum, læte ochraceum, glaberrimum, leve; margine angustissimo, pallidiore, tomentoso.

Hab. ad ramulos, San Antonio da boa vista, Rio lavary Brasiliæ (TRAILL). — Maculas sistit plura cm. lat., initio orbiculares.

164. **Stereum albo-cinctum** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 504. — To- 7386
tum lobatum crassiusculum; hymenio levi glabro isabellino, albo-marginato; contextu ferrugineo.

Hab. ad ligna emortua in regione australi ins. Ceylon (THWAITES). — Effusum per 8 cm. vel ultra.

165. **Stereum sparsum** Berk. Austral. Fungi n. 136. — Candidum 7387
v. pallide ochraceum, in pustulas duras quandoque confluentes dispositum.

Hab. in ins. Ceylon et in Australia.

166. **Stereum retirugum** Cooke Proc. Roy Soc. Edin. 1882, p. 456, et 7388
in Grev. — Coriaceo-membranaceum, murinum; pileo effuso e cupulari explanato, confluyente, marginato, ambitu pallide fimbriato sublibero; hymenio subvelutino, reticulato-venoso, murinaceo.

Hab. ad ligna in insula Socotra ad orient. Africae. — Pileus 2,5 cm. et ultra longus.

167. **Stereum medicum** Curr. Ind. Fung. pag. 127, t. 20, f. 9-10. — 7389
Effusum, resupinatum, tenuissimum, margine subhirsuto; hymenio inaequali in prominentias rotundas elevato, fusco-tabacino, subvelutino.

Hab. ad truncos Sikkim Indiae orient. 1800-2000 m. alt. — Pileus, velut e stratis *Nicotianæ* formatus, ab indigenis ut pharmacum adibetur.

168. **Stereum crassum** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 171, nec *Hym. crassa* 7390
Lév. — Resupinatum, effusum, secedens, coriaceum, subtus villosum, nigrescens; ambitu determinato, obtuso, pallidiori; hymenio subglabrato umbrino-fusco.

Hab. in Mexico ad Mirador, copiose. — Speciosum.

169. **Stereum suberosum** Dur. et Lév. Expl. Alg. t. 33, f. 6 (absque 7391
 diagnosi). — Resupinatum, effusum, suberoso-membranaceum, cras-
 siusculum e flavido incarnatoque pallens, rugoso-inæquale, gla-
 brum, margine lutescente glabro.

Hab. ad cortices in Algeria. — An *Corticium*?

170. **Stereum Mancinianum** Sacc. et Cub. *Stereum vitellinum* Lév. 7392
 Prodr. Floræ Novo-Granat. (Fungi) p. 288, nec Dur. et Lév. —
 — Effusum, orbiculare, subtus album; hymenio pulverulento vi-
 tellino.

Hab. ad cortices Villeta Cuno in Novo-granata. — Pileus su-
 perfacialis vix cm. lat. ambitu crasso, submarginatus. Egregio et
 meritissimo prof. V. Mancini dicata species.

171. **Stereum vitellinum** Dur. et Lév. Expl. Alg. t. 33, f. 4 (absque 7393
 diagnosi). — Resupinatum, coriaceum, in fragmenta varia mox dif-
 fractum, flavo-vitellinum, obtuse crassiuscule papillosum, glabrum.

Hab. in corticibus in Algeria.

172. **Stereum crustosum** Dur. et Lév. Expl. Alg. t. 33, f. 5 (absque 7394
 diagnosi). — Resupinatum, membranaceo-coriaceum, mox diffrac-
 ctum, e carneo pallens, glabrum, immarginatum, subleve.

Hab. ad cortices in Algeria.

173. **Stereum Schulzeri** Quél. in Hedw. 1885, p. 148. — Resupina- 7395
 tum; tuberculis tomentosis, erumpentibus, mox in membranas te-
 nues irregulares a ramo solubiles explanatis, marginibus duorum
 individuorum concurrentibus concretescentibus, sic latas expansiones
 formantibus; margine fibroso albido, quod restat, sordide purpu-
 reo-fusco, molle coriaceo, subpruinato, nec piloso; plicis et papil-
 lis spuriiis; hymenio genuino; pileo subtus dilute-fusco, hirsuto;
 sporis cylindraceo-ellipticis, fuscis 6 μ . longis.

Hab. ad ramos emortuos Pruni armeniæ in Slavonia. — Var.
asserculorum Schulz. in Hedw. 1885 l. c.: tota faciei forma ty-
 pica sed in medio umbrino vere papillato, subtus adpresse-villoso;
 hymenium verum deest (α?); sporis magnis 10–12 μ . longis. Ad
 latus inferius asserculorum pineorum jam putrescentium in Slavonia.

174. **Stereum pruinatum** B. et C. Cub. Fung. n. 409. — Effusum, ri- 7396
 mosum, margine tenuissimo; contextu ferrugineo-fusco; hymenio
 subcinereo pruinoso.

Hab. ad truncos in silvis et campis Cubæ Amer. centr. (C.
 WRIGHT), Gainesville Floridæ. — Minime separabile ut *St. ferreum*
 ejusque affinia.

175. **Stereum ruberrimum** B. et Br. Ceyl. Fungi n. 601. — Pulvi- 7397

natum; hymenio pulchre rubro in basi nigra insidente; margine angustissimo albo.

Hab. ad lichenes eorumque apothecia, Habgalla ins. Ceylon (THWAITES), in eiusdem regione centrali (Centurio E. S. BERKELEY).

— Circiter 4 mm. latum, probabiliter perenne.

176. **Stereum paraguariense** Speg. Fungi Guar. Pug. I. p. 75. — Pi- 7398

leis late effusis 5-10 cm. diam., ambitu plus minusve reflexis, laxe imbricatis v. lateraliter seriatim confluentibus, crassiusculis, 2-5 mm. crass., intus laxe floccoso-fibrosis, testaceis, coriaceis, flaccidis, maxime flexilibus, dorso grosse concentrice rugoso sulcatis, tactu mollissimis (basim sterilem *Lycoperdi* cujusdam fibroso-stipitam perfecte æmulantibus) glabris, opacis v. vix subsericeo-nitentibus, pallide testaceis, margine crasso, obtuso, concolore, repandulo: hymenio sordide et obscure purpureo-violaceo, imperspicue velutino, non v. obsolete concentrice undulato, grosse irregularissimeque, præcipue ad peripheriam, longitudinaliter scruposo-rugoso, rugis antice acutis ac crispatis; margine vix pallidiore.

Hab. ad ligna cariota putrescentia in silva Moatobi prope Paraguari Paraguay (BALANSA).

177. **Stereum Micraspis** Speg. Fungi Guar. Pag. I. n. 76. — Pileis 7399

peltatis 1-2 cm. diam., applanatis, solitariis v. gregariis ac confluentibus, coriacellis, 0,5-1 mm. crass., rigidis, matrici sublaxe adnatis, ambitu non v. vix liberis, sordide obscureque ferrugineis v. umbrinis, primo pulvere tenuissimo subdetersili griseo adpersis, dein sæpe nudis centro leniter umbilicatis, concentrice undulatis, margine obtusulo concolore, rotundato, integro, regulari.

Hab. ad cortices truncorum putrescentium in silvis prope Carapeguá Paraguay (BALANSA). An, ipso auctore observante, status conid. *Nummulariæ* cujusdam?

178. **Stereum balsameum** Peck 27 Rep. pag. 99. — Orbiculare vel 7400

confluens, resupinatum, crassiusculum atque firmum, subtus subtiliter fulvo-tomentosum; margine libero, tenui, albido; hymenio brunneo, inequali, quandoque concentrice zonato, contusione atrorubro vel purpureo, demum atro.

Hab. ad cortices Balsamee in montibus Adirondack in statu New York Amer. fœder. — E plurimorum individuorum confluentia maculæ plurium cm. magnitudinem adipiscuntur. Hymenium cæsum rubescit vel sanguineo-maculatur ut in *St. sanguinolento*. Color obscurior quam in hac specie. In speciminibus exsiccatis hymenium plus minus rimosum.

179. **Stereum stratosum** B. et Br. Ann. Nat. Hist. 1883, pag. 374, 7401
n. 2027. — Effusum, nitide ochraceo-album, glabrum, demum lu-
tescens, hic illic rugosum; contextu pallido, stratoso, stratis demum
sese separantibus.

Hab. supra cortices Penzance in Britannia.

180. **Stereum subpileatum** B. et C. North Am. Fungi p. 32, Rav. Fasc. 7402
L. 30, Hook. Kew. Misc. L., p. 238. — Effusum, crassum, subero-
sum, a matrice solubile, supra sulcato-zonatum, fulvum, velutinum;
hymenio ligneo-albido.

Hab. in Carol. inf. Amer. foeder. (RAVENEL), Ohio (LEA). —
Plura cm. lat., durissimum.

181. **Stereum subpurpurascens** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 598. — 7403
Rigidum, coriaceum, sulcato-zonatum, ferrugineum, tomentosum; hy-
menio atro-purpureo; contextu rufo.

Hab. ad ligna emortua in ins. Ceylon (THWAITES). — Circiter
15 cm. latum, 6 cm. longum, Magnum, nonnihil adspectum præbens
St. principis.

182. **Stereum endoleucum** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 595. — Totum 7404
resupinatum, effusum, crassiusculum; margine obtuso elevato; conte-
xtu niveo; hymenio ochroleuco, subtiliter pubescente.

Hab. ad ligna emortua in regione centrali ins. Ceylon (THWAITES). —
Plura cm. long., 3 cm. latum.

183. **Stereum duriusculum** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 599. — Ef- 7405
fusum, immarginatum, intus stratoso-lineatum; hymenio levissimo,
ochraceo, glabro.

Hab. ad ligna emortua Kandy in ins. Ceylon (THWAITES). —
Maculas efformat demum a matrice secedentes, crassiusculas, duras,
accrescendo pluribus lineis notatas.

184. **Stereum candidum** Schwein., Car. n. 1061 nec n. 1069, quæ *The-* 7406
lephora Fr. Epier. p. 552. — Difforme, impressum, crassum, mar-
ginatum, contiguum, subpulverulentum, candidum.

Hab. ad cortices arborum, præcipue Quercuum vivarum, Go-
wanda, Erie county in statu New York (CLINTON) et Quercus ob-
tusilobæ Aiken Carol. inf. (SCHW.). — An *Peniophora*? *Penioph.*
disciformem in mentem revocans, sed valde distinctum, crassius,
brevius, margine obsolete adnato, colore candidissimo nec non
forma, durum, sablignum, margine duro subinvoluta nigricante.

185. **Stereum induratum** Berk. Challeng. Exp. n. 181. — Durissimum 7407
conchiforme, concentrice sulcatum, velutinum; hymenio levi, subti-
liter pulverulento; contextu rhabarbarino.

Hab. ad truncos in insula oceanica Aru. — Pileus 7 cm. latus. Substantia dura crassa mox distinctum.

186. **Stereum ferreum** B. et C. Cub. Fungi n. 408. — Effusum, durum, rigidum, coffeatum, stratosum; margine elevato sublobato; hymenio hic illic colliculoso, glabro; contextu umbrino. 7408

Hab. ad latera inferiora arborum cernuarum Cubæ (C. WRIGHT). — Affine *St. subpileato* B.; margine libero, striato, subglabro; hymenium laud rimosum.

187. **Stereum annosum** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 600. — Cras- sum, durissimum, intus rufum stratoso-zonatum; hymenio pallide umbrino, dein rimoso irregulari; margine subelevato. 7409

Hab. ad ligna emortua in regione centrali et australi ins. Ceylon (THWAITES) et in montibus Neilgherrensibus Indiæ (Centurio E. S. BERKELEY), Malacca (SCORTECHINI). — Reviviscens. Affine *St. frustuloso*. Margo in speciminibus malacensibus sat elevatus nempe 1-2 cm., extus longitudinaliter plurisulcatus, fusco-ater, glabrescens; contextus distincte stratosus, durissimus, cinnamomeus.

188. **Stereum strumosum** Fr. Nov. Symb. Myc. p. III. — Resupinatum, durum, adnatum, ochraceum, primo tuberculiforme immarginatum, dein dilatatum, confluens, indeterminatum; hymenio levi pulverulento. 7410

Hab. ad cortices et lignum arborum in Mexico (LIEBMAN), Cuba (WRIGHT), America boreali. — Cum *Stereo frustuloso* unice comparandum sed illud primitus cinnamomeo-pulverulentum, hoc luteo-pulverulentum. Areolæ singulæ 2-6 mm. lat.

189. **Stereum insinuans** Schw. Syn. Amer. bor. n. 666 (*Thel.*). — Lignosum, stratosum, crassum, pallidum, vix separabile, resupinatum serpens, superficie inæquali, intus subtusque fuscescens; hymenio rugoso, nec tamen tuberculoso, subvelutino. 7411

Hab. in cavitate interiori truncorum longe lateque insinuatum Bethlehem Amer. bor.

190. **Stereum pallescens** Schw. Syn. Amer. bo. n. 665 (*Thel.*). — Omnino resupinatum, crassum, durum, perenne, superficie maxime rugosum, papilloso-grauiosum, rimosum, subsiccum, ex albedo pallescens. 7412

Hab. sub truncis adustis longe lateque effusum, Bethlehem Americæ borealis.

191. **Stereum tuberculosum** Fr. Hym. Eur. p. 644. — Suberosum, late effusum, indeterminatum, arcte adnatum, glabrum, nudum, pal- 7413

lescens, tuberculis difformibus, confertissimis, papillatis ubique obtectum.

Hab. ad cortices Norvegiæ (BLYTT). — Ægre describitur singularis hujus formatio. Tubercula gerunt numerosas papillas regulares.

192. **Stereum odoratum** Fr. Epicr. p. 553, Hym. Eur. p. 644, *Theleph.* 7414
Fr. Syst. Myc. I, p. 445, El. p. 207, Weinm. Ross. p. 395. — Latis-
sime effusum, suberosum, tenue, rigidum, indeterminatum, conti-
guum, arcu adnatum, ex albo alutaceo-pallidum; hymenio e ve-
lutino glabratum.

Hab. in pineto-montanis ad ligna putrida pinea in Europa, etiam
in Amer. boreali. — Primo 2½-5 cm. metiens, dein confluens, in
resupinatis stratum intermedium ligno immediate impositum. Odor
forte peregrinus.

193. **Stereum suaveolens** Fr. Epicr. p. 553, Hym. Eur. p. 644, *The-* 7415
leph. Fr. El. p. 208. — Late effusum, suberoso-molle, contiguum,
leve, albidum; hymenio nudo, glabriusculo.

Hab. ad truncos Populi dilatata in Europa. — Oritur e my-
celio *Xylostromati giganteo* Tod. simili, sed odore fragrante di-
stincto.

194. **Stereum alneum** Fr. Epicr. p. 553, Hym. Eur. p. 644, *Theleph.* 7416
Fr. Syst. Myc. I, p. 446, Sommerf. Lapp. p. 282. — Late effusum,
coriaceum, firmum, utrinque glabrum, inæquale, pallescenti-gilvum;
hymenio glabro, pruinoso; sporis ovoideis vel ellipsoideo-sphæroi-
deis, hyalinis, 5-6 ≈ 3 circiter.

Hab. ad truncos prostratos alneos in Europa. — Simile ad Be-
tulas aliasque arbores, colore nonnihil discrepans. E descr. facile
primariam *Th. incarnatam* Pers. crederemus, hæc enim coriacea;
quæ vulgo ita nominatur, est ceracea.

195. **Stereum Cyclothelis** Pers. Myc. Eur. I, p. 149, Fr. El. p. 223, 7417
Hym. Eur. p. 645. — Late effusum, coriaceum, rigidum, adnatum,
undulato-rugosum, hinc inde bullatum, cinereum; hymenio glabro,
nudo.

Hab. ad truncos Juglandis in Helvetia, Ulmi in Suecia. — Bul-
le, intus cavæ, ad partes fructificationis non pertinent. Subtus vi-
detur obscurius, *Th. undulata* Schrad. Spic. p. 188 ex hac regione.

* Imperfecta, crustaceo-adnata, sterilia; fertilia aliorum transferenda.

196. **Stereum acerinum** Pers. Syn. p. 581, Fr. Syst. Myc. I, p. 453, 7418
Hym. Eur. p. 645. — Crustaceo-adnatum, leve, glabrum, album.

Hab. ad cortices *Aceris campestris* vivi et *Juglandis* in Europa, Africa australi, ad ligna emortua in regione centrali ins. Ceylon (THWAITES), in India, Tasmania, ad virgulta Wellington Australiæ (TRAVERS). — Simillimum primordiis *St. disciformis*, *areolati* etc.; perfectum in truncis prostratis quærendum. — Var. **nivosum** Rav. F. Am. n. 119. In Junipero, Aiken Carol. inf. Amer. bor.

197. **Stereum latissimum** Berk. Fl. New Zeal. p. 183. — Longe lateque effusum, candidum, sub lente minutissime subtomentosum; margine abrupto. 7419

Hab. in cortice arborum in Nova Zelandia (SNICLAIR). — *Stereum aërinum* propinquum.

198. **Stereum Lepra** B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 604. — Candidum, tenue, adnatum, primum orbiculare, demum confluens; hymenio rimuloso. 7420

Hab. ad cortices in ins. Ceylon (THWAITES). — Simile *St. aërinum* sed valde tenuius atque a matrici melius separabile.

199. **Stereum bufonium** Pers. Syn. p. 578, Fr. Hym. Eur. p. 645, *Th. pusilla* et *Th. monothelia* Pers. Myc. Eur. — Orbiculare, confluens, tenue, flocculoso-furforaceum, umbrinum. 7421

Hab. ad cortices ramorum in Europa, rarius. — 1-1,5 cm. latum, papillosum.

200. **Stereum sterile** Fr. Syst. Myc. I, p. 454, Hym. Eur. p. 645. — Effusum, maculare, glabrum, leve, roseum. 7422

Hab. ad cortices *Abietis* in Europa. — Tenerrimum, innatum, tritum autem persistens, 2½-8 cm. latum, non membranaceum.

HYMENOCHÆTE Lév. in Ann. Sc. Nat. 1846, p. 150, Cooke Grev. VIII, p. 145 (Ety. *hymenium* et *chæte* seta), *Thelephora. Stereum, Corticium* Auct. p. p. — Pileus coriaceus, membranaceus v. lignescens, forma varius. Hymenium setulis cuspidatis, rigidulis, coloratis conspersum.

I. STIPITATÆ.

1. **Hymenochæte reniformis** (Fr.) Lév. in Ann. scienc. Natur. 1846, p. 151, *Stereum reniforme* Fr. Epicr. pag. 546, Berk. in Hook. Journ. 1859, p. 273, Fr. Nov. Symb. p. 93. — Coriacea, cinnamomea; pileo dimidiato, reniformi, integerrimo, zonato; stipite e basi torulosa decumbente ascendente; hymenio levi velutino; setulis sursum obtuse attenuatis, 70-100 = 14-20. 7423

Hab. ad terram Rio Negro Brasiliæ (SPRUCE, FRIES) aliisque Americæ tropicæ locis. — Eumorpha, subvelutina, 2,5 cm. diam.

2. **Hymenochæte damæcornis** (Link) Lév. Ann. Scienc. Nat. 1846, 7424 p. 151, *Stereum damæcorne* Link Diss. I, Fr. Ep. I, 546, *Thelephora damæcornis* Fr. in Linnæa V, p. 524, Plum. Fil. t. 168, (saltem affinis). — Coriacea, intus helvolo-filamentosa; pileis pluribus, dilatatis, planis, rugosis, glabris, verticillatim et lateraliter adnatis; stipite centrali, simplici, velutino, fusco-atro; hymenio levi, setuloso, badio.

Hab. ad radices arborum inter folia dejecta in silvis densis Cubæ (C. WRIGHT), in ins. S. Domingo, ad truncos emortuos Brasiliæ, PANURÉ pr. fluvium Amazonum (SPRUCÉ) Guarapi et Venezuela (BALANSA). — Proprie est pileus centralis sed in multos lobos pileiformi-dilatatos incisus. Tota indoles *Hym. rubiginosæ*. Setæ, sec. Cooke l. c., in specimine cubensi, longæ gracilesque 100-120 \approx 10, in spec. ex S. Domingo setæ validiores acutæque 50-60 \approx 12-15.

3. **Hymenochæte formosa** Lév. Champ. Mus. p. 151. — Pileis pluribus coriaceis, planis, dilatatis, nudis, fulvo-ferrugineis, zonis badii variegatis, basi attenuatis stipiteque setuloso sublignoso concolori adnatis; margine tenui fimbriato subtus sterili badio; hymenio pileo concolori, setulis fuscis. 7425

Hab. in Guadalupa (LHERMINIER). — *Hymenochæti damæcorni* proxima videtur.

4. **Hymenochæte speciosa** (Fr.) Lév. in Ann. Scienc. Nat. 1846, p. 151, 7426 *Thelephora speciosa* Fr. Linn. V, p. 525, Epier. p. 536, Plum. Fil. t. 168, f. K. — Subcoriacea, ferruginea, undique velutina; pileo ad stipitem torulosum in lacinias plures, erectas, fimbriatas diviso; hymenio infero subsulcato, setuloso.

Hab. in Amer. calidiori et ad Providence Saratoga county in statu New York Amer. fœder. (PTEK). — Speciosa *Theleph. multipartita* longe major; hymenio velutino setulosoque simul. In speciminibus Noveboracensibus lacinia hæud fimbriatæ. Deest in enum. *Hymenochætum* Cookeana.

II. APODES.

5. **Hymenochæte rubiginosa** (Schr.) Lév. in Ann. Scienc. nat. 1846, 7427 p. 151, Cooke in Grevillea VIII, p. 145, *St. rubiginosum* Fr. Epier. p. 550, Hym. Eur. p. 641, Berk. Outl. p. 271, Kickx p. 262, *Thelephora* Schrad. Spic. p. 185, Syst. Myc. I, p. 436, Fl. Dan. t. 1619, f. 2, Weinm. p. 381, Mong. exs. n. 394, etiam Sowerb. t. 26 («the under side downy») sed in ipsius collectione adest *St. spadiceum* teste Berk. — Coriaceo-rigida; pileo effuso-reflexo, subfasciato,

velutino, rubiginoso, dein glabrescente, spadiceo, strato intermedio fulvo-ferrugineo; hymenio ferrugineo, setulis longis gracilibus, 100 \approx 5, rubiginosis velutino; sporis cylindræis, curvatis, 5-6 μ . long.

Hab. ad ligna indurata Quercus, Fagi, Castanæ etc. in Europa, Patagonia (SPEGAZZINI), India, Sarawak Bornei (O. BECCARI), Rhode Island Amer. fœder. (OLNEY), Carol. inf. (RAVENEL), Sierra Nevada (HARKNESS), Ohio, in *Myrica cerifera* Gainesville Floridæ, Cubæ (C. WRIGHT), Wellington Australiæ (TRAVERS), Illawarra (JOHNSON) et Tasmania. — Valde differunt hæc et sqq. vulgo confusæ.

6. **Hymenochæte tabacina** (Sow.) Lév. in Ann. Sc. Nat. 1846, p. 152, 7428

Cooke in Grevillea VIII, p. 145, *St. tabacinum* Fr. Epicr. p. 550, Hym. Eur. p. 641, *Thel.* Fr. Syst. Myc. I, p. 437, El. n. 173, c. syn. et var. subsanguinea, Desm. exs. n. 415, *Auricul.* Sowerb. t. 25, *Helvella nicotiana* Bolt. t. 174, *Th. variegata* Schrad. l. c. Eadem et *Th. tabacina* **chrysoloma* Pers. Myc. Eur. *Th. ferruginea* Pers. Syn. — Coriacea, tenuis, flaccida; pileo effuso, reflexo, sericeo, demum glabrato, subferrugineo; margine stratoque intermedio filamentoso aureis; hymenio pallidiore, setulis pubescente; sporis minutissimis, elongatis, curvulis, hyalinis, 3-5 \approx 1; setulis acuminato-conicis, magnis, fusco-purpureis protuberantibus.

Hab. ad ramulos, præcipue corylinos etc., ubique in Europa, Carol. media et infer. Amer. fœder., in America arctica (DRUMMOND), New England (SPRAGUE), Malacca (SCORTECHINI) et Patagonia (SPEGAZZINI). — Gregaria, sæpe imbricata, horizontalis, 2½-5 cm. lata. Secretan ex hac ut e reliquis duplicem facit speciem e statu reflexo et effuso.

7. **Hymenochæte Boltonii** (Sacc.) Cooke in Grevillea VIII, p. 14, *St.* 7429

Boltonii Sacc. Mich. I, p. 239, *Corticium cinereum* f. *reflexum* et *resupinatum* Sacc. M. V. n. 404-405, et Fungi Ven. Ser. V, 165. — Pileis effusis reflexisque, sæpius aggregatis, ochraceo-fuscis, tomentosis; margine albicante, undulato; hymenio sordide ochraceo-cinereo, minutissime velutino, denique rimuloso; hymenii setulis cylindræis, basi attenuatis, obtusiusculis 1-2-cellularibus, 50-100 \approx 5-6, ferrugineis; sporis oblongo-ovoideis. 6-8 \approx 3-4, hyalinis.

Hab. in truncis emortuis variis, e. g. Robiniæ, Salicis etc. Selva, Padova Ital. borealis. — Sec. Cooke in Grevillea VIII, p. 147 setæ clavate, 70-80 \approx 10-11, in forma resupinata minores. An huc pertineat *Corticium Boltonii* Fr. Hymen. Europ. p. 617 (Bolt. Fung. t. 166 fig. d?) dijudicare nescimus.

8. **Hymenochæte crocata** (Fr.) Lév. in Ann. Scienc. Nat. 1846 p. 151, 7430

St. crocatum Fr. Epicr. l. c., *Elench.* p. 173, *Hym. Eur.* p. 641, *Th. Cerasi* Pers. *Myc. Eur.* 1, p. 125 ad spec. Chailletii inventoris. — Coriacea, firma, ferrugineo-pallens; pileo effuso; margine tenui, undique anguste reflexo, pubescente, limitato, intus filamentoso croceo; hymenio pallido, setulis raris, ferrugineis punctato.

Hab. ad truncos arborum frondosarum in Europa Australi nec non ad ligna emortua in ins. Ceylon (THWAITES), ad cortices Aiken in Carol. inf. et super. Amer. fœder. — Forma magis reflexa vix dubie reperietur. Junior e tuberculo expansa maculas sistit orbiculares, aliquot millimetrorum, matriçi arcte adnatas, margine prominulo villosò, sensim magis dilatate, 2½ cm. usque. Sporæ ellipsoideæ 8 μ . longæ. Sec. Cooke in *Grevillea* VIII, p. 145 setæ validæ 80 \approx 12.

9. **Hymenochæte rheicolor** (Mont.) Lév. in *Ann. Scienc. Nat.* 1846, 7431 p. 151, Cooke in *Grevillea* VIII, p. 145, *St. rheicolor* Mont. Nilgh., n. 152, Syll. n. 588. — Dimidiato-cæspitosa, sessilis aut effusoreflexa; pileis imbricatis semiorbicularibus, tenuissime papyrinis, planis, supra velutinis, concentricè zonatis, zonis concoloribus, primo rhabarbarinis, tandem fusciscentibus; hymenio (infero) substriatulo demum concolori setuloso, setulis obscurioribus gracilibus, 100 \approx 6.

Hab. ad truncos circa Goodaloor in montibus nilgheriensibus Indiæ (PERROTTET).

10. **Hymenochæte læta** Berk. et C. in Cooke in *Grevillea* VIII, p. 146, 7432 *St. lætum* B. et C. *Journ. Ac. Sc.* II, p. 279, pro parte. *Thelephora læta* in herb. Mont. — Pileo reniformi, subelongato, vertice affixo, lobato, tenui, coriaceo, subrigido, zonato, rubiginoso, velutino; hymenio setuloso, subluteo; sporis 4 \approx 3; setis paucis minutis 20-30 \approx 4 (Cooke in litt.).

Hab. in lignis emortuis in Guyana anglica Americæ australis.

11. **Hymenochæte attenuata** Lév. in *Ann. Scienc. Nat.* 1846, p. 152, 7433 *Stereum attenuatum* Lév. *Champ. exot.* p. 212. — Pileis imbricatis, coriaceis, reflexis, strigoso-hirsutis, spadiceis, basi attenuato-cucullatis, zonis confertis obscurioribus; hymenio tabacino, setuloso.

Hab. ad truncos, in insula Java nec non pr. New Orleans in Amer. fœder. (DRUMMOND), in insula Cuba et India occidentali. — Setæ, sec. Cooke in *Grevillea* VIII p. 146, obclavate 90-100 \approx 10. *Hymenochæti tabacinae* affinis.

12. **Hymenochæte badio-ferruginea** (Mont.) Lév. in *Ann. Scienc. Nat.* 7434 1846 p. 152, *St. badio-ferrugineum* Mont. *Cent.* IV, n. 87, Syll.

crypt. n. 586. — Pileis papyraceis umbonato-sessilibus imbricatis conchiformibus, supra sericeis lineato-radiatis ob zonas concentricas badias et ferrugineas alternantes variegatis, subtus contextuque sordide luteis; hymenio setulis badiis raris obsito.

Hab. ad corticem arborum circa New York, Carolina et Maine Americæ borealis (MENAND). — Setæ, sec. Cooke in Grevillea VIII, p. 146, in speciminibus noveboracensibus graciles 50-60 \approx 6, in specimine ex Maine 80 \approx 7.

13. **Hymenochæte avellana** (Fr.) Lév. in Cooke Grev. VIII, p. 146, *St.* 7437
avellanum Fr. Epier. l. c., Hym. Eur. p. 642, *Theleph.* Fr. Syst. Myc. I, p. 442, El. p. 188, *Th. Juratensis* Pers. Myc. Eur. I, p. 125, Secr. n. 64. — Coriacea, dura; pileo effuso margineque obtuso, libero, anguste reflexo, spadiceo villosis; hymenio levi, e velutino pruinato glabratoque, ferrugineo-pallente (passim cruentato).

Hab. ad truncos Coryli, Fagi etc. in Europa et New England Americæ fœderatæ (SPRAGUE). — Setæ, sec. Cooke in Grevillea VIII, p. 146 numerosæ, subfusiformes, rectæ vel curvæ, longitudine variæ, 90-130 \approx 6-8. Multis rationibus ad *St. rugosum* accedit, sed certe diversissima. Color non lutescens. Hymenium primo velutinum.

14. **Hymenochæte strigosa** B. et Br. Fungi of Ceylon n. 610, Cooke 7436
 in Grevillea VIII, p. 146. — Dimidiata, postice decurrens, tenuis, eximie lobata, zonata, spadicea, strigosa; hymenio coffeato; setis paucis, inconspicuis, 40-45 \approx 7-8.

Hab. ad ligna emortua in regione centr. ins. Ceylon (THWAITES) nec non in Australia et Malacca (SCORTAČHINI). — Pileus 6 cm. latus, kete brunneus.

15. **Hymenochæte aspera** B. et C. Cuban Fungi n. 420, Cooke Grev. 7437
 VIII, p. 146. — Rubiginosa; pileo dimidiato, imbricato, zonato, innuato-fibroso; fibris fasciculatis postice reticulatis; hymenio colliculoso aspero.

Hab. ad caudices emarcidos in silvis Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT) et in Venezuela Amer. merid. — 5 cm. vel ultra lata; pileus rugosissimus; hymenium *Polypori scruposi* simile. Setæ numerosæ acutæ, 60-75 \approx 5.

16. **Hymenochæte Cacao** Berk. Cuban Fungi n. 416, Cooke Hym. in 7438
 Grev. VIII, p. 146, *Stereum Cacao* Berk. Dec. Fung. n. 452, Berk. Hook. Journ. 1854, pag. 169. — Tabacina; pileis imbricatis, conuato flabelliformibus, plicatis, zonatis, velutinis; hymenio concolore, subtiliter setuloso, setis numerosis, 30 \approx 5.

Hab. in lignis emortuis Kasia Indiæ (Hooker) nec non in insula Cuba et Venezuela. — Strata orbicularia 7 cm. et amplius lata, arcte imbricata. Elegans species *H. rubiginosa* affinis, sed minutius setulosa.

17. **Hymenochæte Sailæi** B. et C. Cuban Fungi n. 417, Cooke in Grevillea VIII, p. 146. — Pileo papyraceo, ferrugineo, repetite zonato, pilis decumbentibus sericeo-velutino plicato; margine lobato; hymenio spadiceo antice crocato.

Hab. ad ramulos in silvis Cubæ Amer. centr. (C. Wright) et in Cordoba Amer. merid. — Pileus 5 cm. latus, 4 cm. longus. Habitus *Hymenoch. Cacao*.

18. **Hymenochæte rigida** B. et C. Joura. Linn. Soc. X, pag. 384, Cooke in Grevillea VIII, p. 146. — Effuso-reflexa, rigidata, sursum zonata, velutina, spadicea; hymenio vioso, ferrugineo, inæquali; setis numerosis, 60-6-7.

Hab. ad ligna emortua in ins. Cuba Amer. centr. (C. Wright), in regione cent. ins. Ceylon (Thwaites). — Ad latitudinem plurimum em. effusa, margo angustus, lobatus; lobi rotundi.

19. **Hymenochæte phæa** Berk. in Hook. Fl. N. Zeal. II, 183 (*Stizium*), Cooke Grev. VIII, p. 146. — Pileo dimidiato, sessili, tenui, coriaceo-flexili, zonato, breviter hirsuto, subvelutino, badio; hymenio æque ac pileo sulcato, setuloso, ferrugineo; setis sparsis acutis, 35-50-3-7.

Hab. ad cortices et ligna Waima in Nova Zelandia. — Pileus 4-5 cm. lat., 2,5 et ultra long.; sporæ 4-3.

20. **Hymenochæte imbricata** (Schwein.) Lévl. in Ann. Scienc. Nat. 1846, p. 152, Cooke in Grevillea VIII, p. 146, *St. imbricatubus* Schwein. Syn. Am. bot. n. 637 (*Thele*). — Resupinato-edusa, interdum in pileolos crebros imbricatos porrecta, extus luteo-ferrugineos, strigoso-floccosos, undulatos, membranaceo-coriaceos, non zonatos, suberispos; hymenio fusco-umbrino subrutilante, rugosoplicate, non vere tuberculoso, setis promianulis, subulatis, brevibus, 70-12, creberrimis, umbrino-fuscis prædito.

Hab. ad New York et Bethlehem Americæ borealis (Torrey et Schweinitz). — Ubi omnino resupinata effiguratio marginata est, ambitu strigoso-floccoso.

21. **Hymenochæte tenuissima** Berk. Cuban Fungi n. 408, Cooke in Grevillea VIII, pag. 146, *S. tenuissimum* Berk. Decad. of Fungi n. 181. — Pileo umbonato-sessili, tenuissimo, dilatato, fulvo-rubi-

ginoso, zonato, fasciculato-villoso; hymenio inaequabili, luteo-rubiginoso; setis acutis, 100 \approx 8-10.

Hab. ad ligna emortua in silvis ad radices montis Adam's Peak in ins. Ceylon (GARDNER) nec non ad caudices emarcidos in silvis Cuba (C. WRIGHT), Mexici, Carol. infer. Amer. feder., Indiae, ad cortices, Tambourine Australiæ. — Affinis *H. Sallei, rheicolori, tabacinæ*. Setulae hymenii cuspidatae 60-70 \approx 8-10, cinnamomeæ; pileus 2½ cm. vel ultra longus. Fere affini *Thelephora attenuata* Lév., *Stereum luteo-badio* Kze aliisque formis similibus, sed ab omnibus differt pileo flexibilissimo, tomento rudiori atque colore saturatius rubro.

22. *Hymenochæte spadicea* B. et Br. Ceylon Fungi n. 612, Cooke in 7444
Grevillea VIII, p. 146. — Pileo dimidiato vel suborbiculari, postice affixo, zonato, strigoso, e ferrugineo spadiceo; hymenio lineato rugoso; setis delicatis, 35-40 \approx 5.

Hab. ad ligna emortua in ins. Ceylon (THWAITES). — Pileus 4 cm. latus, 18 mm. longus. Colore *H. Cacao* proxima.

23. *Hymenochæte elegantissima* (Speg.) Sacc. *Stereum elegantissimum* Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 74. — 7445
Pileis gregariis, horizontaliter seriatis, sæpius lateraliter confluentibus, nec non superposito-imbricatis, subconchatis, dimidiato-expansis, parvulis 2 cm. d., 1-1,5 cm. lat., ant. post. cuneatis v. truncato-advatis, non v. vix effusis; margine recto v. incurvulo, acuto, integro v. parce subcrenato-repando, tenuiuscule membranaceis, flaccidis sed tenacellis, superne dense concentrice sulcato-striatis, e gilvo-castaneis, sulcis obscurioribus glabris sed adpressissime sericeo-fibrosis, modice niteutibus; hymenio plano v. concavo, concentrice undulato e fulvo v. subcerneo-umbrino, sulcis subobscurioribus; margine subpallidiore, dense minutissimeque setuloso, setulis e conico teretibus, continuis 50-70 \approx 10-15, ochraceis levibus.

Hab. ad palos nec non truncos decorticatos putrescentes, pr. Guarapi Paraguay (BALANSA). *Hymen. tabacinæ* affinis.

III. RESUPINATÆ.

24. *Hymenochæte fuliginosa* (Pers.) Lév. Ann. Sc. Nat. Feb. 1846, p. 152, 7446
Cooke in Grevillea VIII, p. 147, *Thelephora ulmicolor* B. et Br. sec. Cooke, *St. fuliginosum* Pers. Myc. Eur. 1, p. 145, Fr. Hym. Eur. p. 645, *Th. fusco-purpurea* l. c. p. 143 (eadem junior). — Effusa, coriacea, compacta, obscure fuliginoso-spadicea; hymenio levi, setulis densis, sæpe sparsis, 35 \approx 6, rarius 50 \approx 8.

Hab. ad ligna exsiccata in Europa, Venezuela, Cuba et Ceylon — Tenuior, primo arete adglutinata.

25. **Hymenochæta corrugata** (Fr.) Lév. Ann. Sc. Nat. 1846, p. 152, 7447

C. corrugatum Fr. Epicr. p. 565. Hym. Eur. p. 656. *Thelephora* Fr. Obs. 1. p. 154. Elench. pag. 224. Eadem et *Th. Padi* Pers. Myc. Eur. I. pag. 134, 142, Grev. t. 234. — Subeffusa, arete adnata, mox grumosa, pallide cinnamomea; hymenio setis ferrugineis obsito, sicco rimosissimo.

Hab. ad ligna arborum frondosarum in Europa nec non Feradeniva Ceylon (THWAITES), in ramis Alni serrulatae Aiken Carol. inf. Amer. fœder. (RAVENEL), in Pennsylvania (MICHENER), in Ohio (LEA). — Ceteris major et crassior 5-8 cm. longa; sporæ ellipsoideæ 8 μ . long. Hujus setæ omnino similes *Hymen. rubiginosa*, cui ceterum vix affinis. Vidit Fries subceraceam. *Th. fusco-purpurea* Pers. I. c. colore fusco-purpureo modo recedit.

26. **Hymenochæta spreata** Peck 30 Rep. St. Mus. New York, p. 47, 7148

— Effusa, adnata, sublevigata, crassa, ferruginea, setis longiusculis, gracilibus conspersa, demum in areolas frustulatas disrupta.

Hab. in ligno decorticato in Montibus Helderberg New York Amer. fœder. — Admodum refert nonnullas *H. corrugata* formas sed colore lætiori et contextus substantia crassiori, quæ numerosis rimis fatiscit, matricem ostudentes, atque areolis frustulatis distinguitur. Setæ graciliores atque acutiores quam in *H. corrugata*.

27. **Hymenochæta Mougeotii** (Fr.) Cooke in Grevillea VIII, p. 147, 7449

C. Mougeotii Fr. Epicr. p. 558. Hym. Eur. p. 654. *Theleph.* Fr. Elench. p. 188. Mong. et Nestl. n. 581 (sub *Th. cruenta*). — Effusa, arida, determinata, adnata, obscure sanguineo-rubra; hymenio incrustando inæquali, siccitate rimuloso, pruinato; setis acutis, 60 \approx 8.

Hab. ad corticem Abietum in alpinis Europæ mediæ in rus, Ceylon (THWAITES) et in Nepal India (HOOKER). — Nobilior species, e statione varians, interdum altero latere marginata. Quid sit *Th. cruenta* Pers. Syn. non liquet (Phlebia?). Sub hoc nomine in Myc. Europ. hoc, *C. salicinum* et *sarcoides* junguntur. Quum *C. Mougeotii* in Missuria non nascatur, non potest esse primitiva *Th. cruenta*.

28. **Hymenochæta corticolar** B. et Rav. in Rav. Fasc. III, 30 et North 7450

Amer. Fungi n. 244. — Irregularis, dura, lignea, coffea-color, demum hic illic liberata; setis acutis, 80 \approx 8.

Hab. ad cortices asperos Ulmarum veterarum in Carol. inf.

- Amer. fœder. (RAVENEL), Magnoliæ Gainesville Floridæ. — Strictæ affinis *H. dura* B. et C.
29. **Hymenochæte floridea** B. et Br. Ceylon Fungi n. 619, Cooke in 7451
Grevillea VIII, p. 147. — Resupinata, immarginata, tenuissima, purpureo-rubiginosa; setis acutis, numerosis, 50 ≈ 8.
Hab. ad ligna emortua in regione centrali ins. Ceylo. (THWAITES).
30. **Hymenochæte cervina** B. et C. North Amer. Fung. n. 243, et 7452
Cuban Fungi n. 427. — Irregularis, resupinata, umbrino-cervina, effusa, tenuis; margine tenuissimo concolore, tomentosō cito oblitterato; hymenio cervino, setis gracilibus, acutis, 90 ≈ 7.
Hab. ad cortices asperos arborum, præcipue in rimis Quercus in Carol. inf. Amer. fœder.
31. **Hymenochæte dura** B. et C. Cuban Fungi n. 422. — Resupinata, 7453
orbicularis, crassa, rigida, ferrugineo-rhabarbarina; margine obtuso; hymenio levi (?).
Hab. ad arbores emortuas adhuc stantes in Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT) et in Peradeniya Ceylon (THWAITES). — Affinis *H. corticolori* B. et Rav. Setæ, sec. Cooke in Grevillea VIII p. 147, parvæ, acutæ, 30 ≈ 5.
32. **Hymenochæte depallens** B. et C. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 68, 7454
Ceylon Fungi n. 616. — Resupinata, ambiens, pallide fulvâ, levis; contextu molli fulvo; margine quandoque brevi byssoideo.
Hab. ad ramulos emortuos in regione centrali insule Ceylon (THWAITES) Pedrotallagalla et in ins. Singapore Malesiæ (O. BECCARI). — Crassiuscula. Setæ, sec. Cooke in Grevillea VIII, p. 147, sparsæ 100-120 ≈ 8.
33. **Hymenochæte epichlora** (B. et C.) Cooke in Grevillea VIII, p. 147, 7455
Corticium epichlorum B. et C. North Amer. Fungi n. 258 et in Rav. Fasc. V, 24. — Subiculo tenni, viridi-luteo, marginem angustum formante; hymenio olivaceo, umbrino, demum rimoso; setis sparsis delicatisque, 25-30 ≈ 4.
Hab. in Vaccinio in Alabama Amer. fœder. (PETERS).
34. **Hymenochæte ambiens** B. et C. in herb. Berkeley Cooke in Gre- 7456
villea VIII, p. 147. — Effusa, tenuis, velutina, badio-fusca, subiculo tenuissimo vel subobsoleto; setis obtusis, 40-60 ≈ 15; sporis subglobosis 4 ≈ 3.
Hab. ad truncos New Jersey Americæ borealis. — Diagnosin misit M. C. COOKE. Setæ vero in Grey. l. c. describuntur ab eodem auct. graciles 90 ≈ 6-7.
35. **Hymenochæte Berkeleyana** (Mont.) Cooke in Grevil. VIII, p. 147, 7457

St. Berkeleyanum Mont. Guy. n. 413, Syll. n. 589. — Pileis membranaceo-papyrinis, cespitoso-imbricatis, dimidiatis, lobatis, margineque proliferis, e spadiceo fuliginis, lentis, appresse puberulis; hymenio concolori, setuloso.

Hab. ad cortices in Guyana Amer. merid. (LEPRIEUR). — Setæ, sec. Cooke in Grevillea VIII, p. 147, paucæ fragilesque, 60 \approx 10.

36. **Hymenochæte Pellicula** B. et Br. Fungi of Ceylon n. 618, Cooke 7458
in Grevillea VIII, p. 147. — Resupinata, effusa, tenuissima, a matrice hic illic secernibilis, rubiginoso-grisea; margine vix ullo vel tenerrimo, setis acutis. 33-50 \approx 4.

Hab. ad Bambusas in ins. Ceylon (THWAITES) et in cortice Eugieisonie tristis in pæninsula Malacensi (SCORTECHINI).

37. **Hymenochæte unicolor** B. et C. Cuban Fungi n. 131, Cooke in 7459
Grevillea VIII, p. 148. — Adnata, resupinata, crassiuscula, rigida, cinnamomea, levis, æquabilis, rimosa, margine leviter pulvinateo, intus e basi badia concolor; setis subinde gracilibus. 70 \approx 3.

Hab. ad arbores emortuas ins. Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT). — Ad latitudinem plurimum cm. effusa.

38. **Hymenochæte leonina** B. et C. Cuban Fungi n. 123, Cooke in 7460
Grevillea VIII, p. 148. — Tota resupinata, croceo-ferruginea, margine tomentoso; hymenio inæquabili, inseparabili, nec rimoso; setis acutiusculis. 70 \approx 10.

Hab. ad ligna emortua in ins. Cuba (C. WRIGHT) et ins. Ceylon (THWAITES). — Ad latitudinem plurimum cm. effusa.

39. **Hymenochæte crassa** (Lév.) Berk. in herb., Cooke Grev. VIII, 7461
p. 148, *Thelephora crassa* Lév. in Voy. Bonite, t. 133, f. 1, B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1633. — Pileo resupinato, coriaceo, tomentoso-velutino, pallide rubo, ambitu crasso, demum libero; hymenio inæquali, velutino, concoloro; setis clavatis, basi attenuatis. 130 \approx 15.

Hab. ad truncos Tourane Cocincinae (GAUDICHAUD) et in Britannia. — 4-6 cm. extensa. Cum *Canthio cinnamomeo* comparat Leveillé.

40. **Hymenochæte purpurea** Cooke et Morgan Myc. Fl. Miami Vall., 7462
p. 198 (*Theleph.*). — Coriaceo-spongiosa, tota resupinata, arcte adnata; margine hyssino; hymenio lato purpureo, in brunneolum vergente, velutino; sculis minutis, longiusculis, leniter asperulis, 100-140 μ . longis, pedicellis æquilongis.

Hab. in cortice Caryæ Miami Vall. America borealis. — Inæqualiter effusa, plura cm. lata, contextus blacino-pallidus. Admodum affinis *Hym. crassa* Lév.

41. **Hymenochæte umbrina** B. et C. in herb. Cooke in Grevillea VIII, 7463
p. 148, *Stereum umbrinum* B. et C. North Amer. Fungi n. 240,
nec Fr. — Subimbricata supra breviter reflexa; margine sub-
ciculoque luteis, spongioso-tomentosis; hymenio umbrino; setis cla-
vatis, basi attenuatis, 40 = 10.
Hab. in Carol. inf. Amer. lower. (Ravenel). — Angustissima,
quandoque omnino resupinata.
42. **Hymenochæte olivacea** Cooke in Grevillea 1885, p. 11. — Ef- 7464
fusa, atro-olivacea, rugosa, velutina, margine albedo fibroso ad-
nato circumdata; setis cylindrico-clavatis, scabrosis, deorsum pro-
funde attenuatis, pallidis, contexta dense fibroso, intertexto.
Hab. in ramis emortuis Toorvoomba Australiæ. — *Hym. um-
brinum* Berk. refert, at colore, tenuitate margineque pallide fi-
broso mox dignoscenda.
43. **Hymenochæte fulvella** Berk. herb., Cooke in Grevillea VIII, p. 148. 7465
— Effusa, subcoriacea, late ferruginea, velutina, margine lobato,
denum libero, subtus obscuriori; spotis hyalinis 8 = 4; setis acutis,
30-40 = 10-15, sed sec. Grev. l. c., validis, fasciculatis, 90 = 15.
Hab. ad cortices in Venezuela Americæ australis. — Diagon-
sin misit Cooke.
44. **Hymenochæte insularis** Berk. North Amer. Fungi n. 245. — Tota 7466
resupinata, rubiginosa, primum orbicularis; margine angusto, tomen-
toso, candido; hymenio rimoso, setis subacutis 40-50 = 8 velutino.
Hab. in trunco Castaneæ vescæ in America boreali. — Myce-
lium corticem tenuem intrans, album ut in *Fomite igniario*.
45. **Hymenochæte rhabarbarina** Berk. Flor. N. Zeal. p. 184 (sub *Cori- 7467
ticio*) Cooke in Grevillea VIII, p. 148, *Corium rhabarbarinum*
Berk. Fl. New Zeland. pag. 184, nec B. et Br. — Effusa, resu-
pinata, flavo-ferruginea; margine subniter byssino; hymenio secu-
loso continuo; setis subconicis 28-30 = 8-9.
Hab. in corticibus figisque Otawa in Nova Zelandia (Colenso).
— *C. cinnamomeo* affinis, quod sec. Fr. hymenio levi nudo utitur
(hinc verum *Corium*); sed sec. exempli Fucket. Ruen. 39, n. 2613
est *Hymenochæte*, nam præbet setas fusiformes 120 = 7-8. Cfr.
Cooke Hymenoch. n. 21.
46. **Hymenochæte Stevensoni** B. et Br. Ann. N. H. n. 1817, Cooke 7468
in Grevillea VIII. p. 148. — Pallide cervina, rigida; margine ob-
tuso, elevato, setis rufis, pallidis, 30-40 = 6 hispido.
Hab. ad cortices Taxi in Britannia. — Admodum singularis et
distincta species.

47. *Hymenochæte scabriseta* Cooke in Rav. Fungi Amer., n. 717. — 7469
Resupinata, purpureo-fusca, mollis, subspongiosa; margine tenuiore pallidior, demum leniter libero; hymenio velutino, levi, setis elongatis, clavatis, stipitatis, superne asperatis, 100 μ . long. (stipite incluso).

Hab. ad cortices Myricæ Darien Georgiae Amer. fœder.

48. *Hymenochæte tenuis* Peck 40 Rep. St. Mus. p. 57. — Resupinata, tenuissima, levis, cæspites plus minus confluentes elongatos, obscure ferrugineos, margine determinato concolores, inseparabiles, rimosos efformans; setis acutis, 30-60 μ . longis. 7470

Hab. in ligno ecorticato Thujae occidentalis Cascadeville Americæ borealis.

49. *Hymenochæte bonariensis* Speg. Fungi Arg. pug. III, n. 33. — 7471
Latissime effusa, nunquam reflexa, tenaciter ac subcrustaceo-adnata, tenuis, ob matricis inæqualitatem undulata ac hinc inde scrupulosa, pulchre cinerea, densiuscule ac minute piloso-punctulata; margine subindeterminato, zona tenuissima fibrilloso-subzonitacea tomentosulo-aurantia v. gossypino-cinnamomeo-fulva ornata; setulis hymenii e strato mycelico fibroso-subcartilagineo cinnamomeo exsurgentibus, cylindraceo-zonicis, apice acutiusculo, nudo v. calcaree ruguloso-aspero, 60-80 \approx 12-14, basi non incrassatis, continuis v. rarius pauciseptatis crasse, tunicatis, sanguineo-fuliginis; sporis ellipticis, sæpius inæquilateralibus, utrinque obtuse rotundatis, 6-7 \approx 2, hyalinis.

Hab. ad corticem trunci salicini vetusti dejecti ac putrescentis in nemorosis uliginosis, Palermo in Argentina Amer. iærid.

50. *Hymenochæte fimbriata* Ell. et Everh. in Journ. of Mycol, I, 1885, 7472
p. 149. — Resupinata, suborbicularis, 2-8 cm. diam.; margine umbrino-brunneo, laciniato-fisso vel grosse fimbriato; hymenio argenteo-griseo stratum crassum, molle, membranaceum, partim a matrice distinctum efformante ex setulis erectis, apice obtusis v. subinflatis composito, subvelutino; setulis partim hyalinis, partim umbrinis vel castaneo-brunneis, hyalinis longioribus, prominentibus.

Hab. ad ramos Pini Murrayanæ emortuos Yellowstone Park Montana Americæ borealis (Fr. TWEEBY).

51. *Hymenochæte innata* Cooke et Mass. in Grevillea. — Resupinata, 7473
tenuis, innata, extus cervina, intus lateritia; margine indeterminato; setis parvulis, gracilibus, 15-20 \approx 2; sporis globosis, 4 μ . diam.

Hab. ad ligna Damtree River Australiæ. — Mycelium matricem decolorans, læte brunneum

52. **Hymenochæte stelligera** Speg. F. Naeg. n. 103, p. 42. — Effu- 7174
sa, late incrustans, vegeto configua, margine attenuato-submem-
branacea e carneo vel cinereo-fuscoseens, centro crassiuscula, pru-
nulosa velutina, rufescens vel ferruginea dense minutissimeque se-
tulosa; setulis fuliginis, rigidulis, contrahis. apice plus minusve
radiato-ramulosis, ramis 20-30 = 3 apice acutiusculis.
Hab. ad ligna putrescentia decorticata faginea in Statem island
prope Port Vancouver.
53. **Hymenochæte perpusilla** Pat. Champ. Nouv. Caled. p. 5. — Par- 7175
va, 4-8 mm. lata, orbicularis, patulo-reflexa, coriacea, brunneo-
rubra, superne hispida; hymenio ochraceo-ferrugineo, levi, setu-
loso; margine acuto, levi, integro; setis (cystidiis?) brunneis, brevi-
bus, ad marginem carentibus.
Hab. ad ligna emortua, Noumea Novæ Caledoniae.
- IV. Veluticeps Cooke l. c. Sete hymenii flexuose, sparsæ v. fasciculatæ.
54. **Hymenochæte Archeri** (Berk.) Cooke in Grevillea VIII, p. 149, 7176
Stereum Archeri Berk. Fl. Tasmania, p. 259. — Resupinata, effusa,
immarginata, secernibilis, vinoso-fusca, setulosa, intus umbrina.
Hab. in ligno putri in Tasmania (Archer). — Habitu *H. ru-
biginosa* affinis. Pili densi, subflexuosi, 60 = 5.
55. **Hymenochæte vinosa** (Berk.) Cooke in Grevillea VIII, p. 149. — 7177
Corticium vinosum Berk. herb. — Effusa, tenuis, vinosa, adnata,
margine flexuoso-lobato, ferrugineo, pallidiori; hymenio siccitate
fatiscente, subvelutino; sporis ellipticis 5-6 = 3; setis paucis 50-
80 = 3-10, sed sec. Grev. l. c. acutis, subflexuosis, sparsis, 80 = 6.
Hab. ad cortices in Australia.
56. **Hymenochæte multispinulosa** Peck Bot. Gaz. p. 54. — Resupi- 7178
nata, obscure rufescenti-brunnea, margine pallidiori; hymenio ve-
lutino ob setas numerosas inæquali-tuberculoso, in areas minutis
rupto; setis rectis vel leniter flexuosis, confertis, 50-110 μ . longis.
Hab. ad ligna putrescentia Arizona Americæ borealis (Pringle).
57. **Hymenochæte crocioreas** B. et Br. Ceylon Fungi n. 615, *Velu-* 7179
ticeps crocioreas (B. et Br.) Cooke in Grevillea VIII, p. 149. —
Crassa, resupinata, intus croceo-lateritia, matricem eodem colore
tingens, setarum fasciculis brevissimis conicisque circ. 50. μ . long.
Hab. ad ligna mucida in ins. Ceylon (Thwaites).

V. Species, quoad genus, dubiæ vel spuria.

58. **Hymenochæte veluticeps** B. et C. Cuban Fungi n. 415, *Veluti-* 7180

ceps Berkeleyi Cooke in Grevillea VIII, pag. 149. — Dimidiata, dura, coriacea, sulcato-zonata, velutina, glabrescens; pileo brunneo; hymenio stratoso, pallide cinnamomeo, setis fasciculatis brunneis, flexuosis, fasciculis 150-200 μ . longis.

Hab. ad caudices in silvis, sæpe in superficie infer. in ins. Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT). — Setæ fasciculatæ primo obtutæ illas referunt *Hydri* cujusdam, e. g. *H. flari*.

59. **Hymenochæte hispida** Berk. herb. *Veluticeps hispida* (B.) Cooke 7481
in Grevillea VIII, p. 149. — Fasciculis pilorum flexuosorum mel-
leis, circ. 180 μ . altis.

Hab. loco non indicato. — Potius *Hydnum* sec. Cooke
in litt.

60. **Hymenochæte setosa** B. et C. North Amer. Fungi n. 248, *Ve-* 7482
luticeps setosa (B. et C.) Cooke in Grevillea VIII, pag. 149. —
Læte ferruginea, continua, resupinata, setis eximiis exasperata.

Hab. ad Quercus in Alabama Amer. feder. (PETERS). — Sec.
Cooke l. c. fasciculi pilorum flexuosorum obscure brunnei, circ.
160-180 μ . longi. Sec. ipsum auct. in litt. est *Trichosporium*.

61. **Hymenochæte amphibola** (Fr.) Lév. in Ann. Scienc. Nat. 1846, 7483
p. 152. *Th. amphibola* Fr. Syst. Myc. I, pag. 454, Hym. Eur.
p. 645. — Crustaceo-adnata, levis, setulosa, lurido-cinnamomea.

Hab. ad Polyporos in Europa.

62. **Hymenochæte? leprosa** (Fr.) Lév. in Ann. Scienc. Nat. 1846, 7484
p. 152, Cooke in Grevillea VIII, p. 149. *Stereum leprosum* Fr.
Épier. p. 551. — Lignoso-coriacea, supra inæqualis, leproso-vil-
losa, obscure rubiginosa, subtus setuloso-pruinata, crocato-olivacea.

Hab. in truncis caortnis Brasiliæ (LEND), et America boreali
(BALANSA). — Setæ Cookeo non visæ. Velle singularis. Pileus videtur
effuso-reflexus, tenuis, valde rigidus, fragilissimus, *H. rubiginosa*
hand absimilis, sed tum superficie villosa-leprosa, quam sulcis con-
centricis confertis valde insignis et maxime inæqualis. Color ma-
xime obscurus et opacus, fusco-rubiginosus, paginae vero inferioris
olivaceus, simul in sordide luteum vergens. Hymenii interna stru-
ctura omnino *H. tabacinae* sed stratum filamentosum valde macre
et ægre dignoscendum; nec setule nisi lente forti dignoscuntur.
Papillæ raræ et accidentales. Var. ζ . tota resupinata, effusa, hy-
menio ochraceo-ferrugineo. Facies valde diversa, sed structura
eadem. Ibidem.

63. **Hymenochæte frustulosa** B. et C. Cuban Fungi n. 428. — Tota 7485

resupinata, primo sinuato-reticulata, demum frustulosa, ferrugineo-flava, margine obsolete.

Hab. ad cortices arborum et arbuscularum in ins. Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT). — Observante Cooke in Grevillea VIII, p. 149 setæ nullæ in specim. authent., hinc species forte ab hoc genere removenda.

64. **Hymenochæte siparia** B. et C. Cuban Fungi n. 424. — Resupinata; subiculo rhacodiideo umbrino, filamentis intertextis; hymenio inæquabili subconcolori. 7486

Hab. ad ligna emortua Cuba (C. WRIGHT). — 2½-5 cm. lata. Analoga *Thelephoræ Spongice*. Sec. Cooke in Grevillea VIII, p. 149, qui setas (in specim. authent.) non vidit, ab hoc genere removenda.

65. **Hymenochæte tomentosa** B. et C. Cuban Fungi n. 430. — Resupinata, effusa, immarginata, ferrugineo-rufa, tota e tomento molli oriunda. 7487

Hab. ad ligna in ins. Cuba (C. WRIGHT). — Stratum tenue nitidum sistens. Sec. Cooke in Grevillea VIII, pag. 150 forte (setis haud visis) ab hoc genere excludenda.

66. **Hymenochæte agglutinans** Ellis in Bull. of the Torrey Bot. Club. V, n. 2, Myc. univ. n. 309. — Primitus texturæ laxæ et lutei coloris, dein compactior et, e setis rufescenti-ferruginea, arcte adnata, margine determinata et juventute subtomentosa. 7488

Hab. in America septentr.: Newfield New-Jersey in dumetis paludosis in Andromeda, Vaccinio etc. (J. B. ELLIS), et ad truncos ramosque pineos vigentes in Sandlake et montibus Adirondack (PECK). — Sec. Cooke setæ nullæ, an ergo *Corticium*? Format piascentas oblongas vel orbiculares 1,5 cm. et ultra, plerumque ramulos omnino amplectens et conglutinans, ubicunque ramulus vivus mortuum ramum contingit. Mox, hieme moritura, nigrescit.

67. **Hymenochæte muscicola** B. et C. Cuban Fungi n. 425. — Subiculo gilvo, tenui, subtiliter byssoideo; hymenio concolori, margine angusto demum evanido albo. 7489

Hab. ad ramos emortuos arborum, muscis obvolutos, in ins. Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT). — Affinis *H. cervine*. Præeunte Cooke in Grevillea VIII, p. 149, qui setas non vidit, videtur forte *Thelephora* quædam resupinata.

68. **Hymenochæte ramealis** Berk. Ceylon Fungi n. 611. — Ambiens, coffeicolor, confluens, margine late reflexo, extus zonata strigosa. 7490

Hab. ad ramos arbuscularum vigentium Nuwara Eriya Ceylon (THWAITES). — Sec. Cooke in Grevillea VIII, p. 150 *Hymenochæten*

refert, at setas (in specim. authent.) non vidit ideoque quoad genus adhuc dubia.

69. *Hymenochæta noxia* Berk. in herb. Cooke l. c. — Substantia 7491
omnino fibrosa, sine setis. In insulis oceanicis Samoa.
70. *Hymenochæta Carteri* Berk. in herb. Cooke l. c. — Setæ nullæ, 7492
substantia spongiosa; sporæ ovatæ, flavæ, 7-5. Bombay India.
71. *Hymenochæta conspurcata* B. et C. in herb. Cooke l. c. — Setæ 7493
nullæ. Venezuela Amer. austr.
72. *Hymenochæta Rhacodium* B. et C. in herb. Cooke l. c. — Setæ 7494
nullæ. In America boreali. Potius quæquam *Thelephora effusa*.
73. *Hymenochæta ? circumata* (Ehrenb.) Lev. Ann. Sc. Nat. 1846, p. 153, 7495
Stereum Fr. Epicr. p. 566, *Sarcopodium* Ehrenb. Silv. Ber. p. 23.
Cfr. Syll. Hyph. p. 313.

SKEPPERIA Berk. On some new Fungi p. 130 (Etym. ab EDMUNDO
SKEPPER plantarum cryptogamicarum solerti indagatore). — Stipes
brevis, lateralis, in pileum utrinque arcute convolutum clavulam-
que obtusam (seu mitram) referentem abrupte abiens. Pileus ex-
terne cellulosus, intus filamentosus. — Genus singulare *Stereum* sub-
affine sed distinctissimum.

1. *Skepperia convoluta* Berk. On some New Fungi p. 130, t. XXV, 7496
A. — Char. generis.

Hab. in ramis emortuis Venezuela (FENDLER). — Circ. 2 mm.
alta. Stipes e disculo orbiculari minuto oriens, vix $\frac{3}{4}$ mm. alt.
pallidus; pileus $1\frac{1}{2}$ mm. long., vinoso-brunneus, minutissime gra-
nulosis, arcute convolutus et uno latere (ad margines liberos) ca-
naulatus. Hymenium internum pallens, ex basidiis et cystidiis
constans. Habitus *Mitula*.

CORTICIUM Fr. Ep. p. 556, Hym. Eur. p. 646 (Etym. *coriæ*) *Athe-
lia* Pers. p. p., *Corticium*, *Lyomyces* et *Xerocarpus* Karst. p. p.
— Hymenium amphigenum, leve vel tuberculosum, e mycelio im-
mediate enatum absque strato intermedio; in typicis fertile et
adum tumens, carnosum-molle, siccitate contractum, unde virgo ri-
moso-partitum vel integrum solubile; in nonnullis aridum, cra-
stosum. Basidia typice tetraspora. Fungi resupinati, linguatiles, sæ-
pe steriles.

Ob structuram simplicem, hujus generis species paucas offerunt differentias,
quare multe a Persoono allate e paucis veris egregie determinantur. Fauste
vidit ill. Fries plurimarum specimina typica a Challetio, Mougeotio, Desma-

Ziero missa. Frequenter Sphaeriaceas incrustant, unde spurie papillose v. c. *Corticium palagonium fallax* Pers. Species plucime, maxime exoticæ, non vite definite forte meras formas sistunt v. ad affinia genera *Hymenochæten*, *Peniophoram*, *Caulophoram* sunt referendæ. Sporæ pro unaquaque specie a diversis auctoribus sæpius diversè describuntur, hinc v. pro ætate variant v. sub uno titulo plures species latent.

1. **LOMATIA** Fr. Resupinata, sed ambitu libera, determinata, marginata, vulgo e cupulari expansa.

1. **Corticium evolvens** Fr. Epicr. p. 557, Elench. p. 181-183, Hym. 7497 Eur. p. 646, Berk. et Br. n. 1929, Kickx p. 264, Schnizl. apud Sturm 31, (var. *expallens*). — Resupinatum, marginatum v. effuso-reflexum, molle, subtus tomento albido flocculosum, azoanum; hymenio nudo, glabro, subrugoso, fusco-expallente, siccitate rimoso-partito.

Hab. ad cortices leviores vulgare in Europa, Carol. inf. et media Amer. fœder., Alabama (PETERS), New England (SPRAGUE). — Species statura et forma adeo polymorpha, ut diversas formas primo obtuta vix affines censes. Variat minor cupularis, marginato-reflexa; tota resupinata, late effusa, immarginata. Dignoscitur hymenio molli, subtuberculoso, sicco valde rimoso, fusco v. expallente, receptaculo floccoso. Variæ species in Pers. Myc. Eur. huc pertinent v. c. *Th. fissilis*, *Athelia Salicum*.

2. **Corticium hydnatinum** Berk. Enum. of Fungi Cuming. in Hook. 7498 Jour. 1842, p. 153, n. 27. — Resupinatum; mycelio fasciculato-piloso, vulpino, ambitu fimbriato; hymenio levi ochraceo.

Hab. ad truncos muscis oblecto, Surinam Americæ australis. — Cæspites 7-8 em. diam. orbiculares efformans, *Corticio crinito* Fr. proximum. In mycelio parasitatur (an symbiotice?) alga, cæruleo-virens, filamentosa, crebre annulata, quam cl. Berk. l. c., describit et pingit sub titulo *Calothrix reticulata* (tab. VI, f. 4).

3. **Corticium crinitum** Fr. in Linnæa V, p. 530, Epicr. p. 557. — 7499 Molle, effusum, rotundatum, submarginatum, subtus olivaceum, azoanum, setoso-hispidum; hymenio glabro, pallescente, rimoso.

Hab. in truncis Brasiliæ. — Setæ *Trametis hydnoïdis*.

4. **Corticium Beyrichii** Fr. in Linnæa V, p. 529, Epicr. p. 558. — 7500 Molle, effuso-reflexum, protractum, villosum, concentricè sulcatum, umbrinum; hymenio levi, velutino, pallescente.

Hab. in Brasilia. — Forma *Tramet. serialis*, facies *Irpicis farinacei*. An hujus generis? Admodum a reliquis diversum.

5. **Corticium Boltonii** Fr. Epicr. p. 558, Hym. Eur. p. 647. — Effu- 7501

sum; margine breviter reflexo, villosa, albo, subtus fusco-zonato; hymenio velutino, ferrugineo-fusco, sicco rimoso.

Hab. species nobilis, rara, detecta in regione Badensi ad corticem Cerasi a def. KNERR et in Suecia lecta a M. LINDBLAD. Boltonii t. 166, f. d. hujus habitum præ se fert, sed ad *Stereum rugosum* pertinere suspicatur Berkeley. Cfr. *Hymenoch. Boltonii* (Fr.?) Sacc.

6. **Corticium salicinum** Fr. Epicr. p. 558, Hym. Eur. p. 647, *Peziza* 7502
sarcoides Wahlb. Lapp. n. 1078, *Theleph.* Fr. Fl. Suec. n. 2043, Sommerf. Lapp. p. 232, Fr. El. p. 186 c. syn., Weim. Ross. p. 288. *Th. cruenta* z. Alb. et Schwein. p. 277. — Ceraceum, molle siccum rigidum, persistenter cupulare, centro adfixum, extus albo-villosum; hymenio leviusculo, nudo, persistenter sanguineo-rubro, sicco contiguo; sporis oblongatis, curvulis, hyalinis, 16-18 \approx 4-6.

Hab. ad ramos salicinos in Europa et New York Amer. fœder. (SARTWELL), copiose in zona hyperborea. — Valde elegans, facie omnino *Peziza* et *Evidiv cinnabarinæ*; variat glabratum, 10-12 mm. latum: occurrit in Lapponia forma minor, vix 4 mm. lata. Spore 16-18 \approx 4-8.

7. **Corticium sarcoides** Fr. Epicr. p. 558, Hym. Eur. p. 647 *Theleph.* 7503
Fr. Elench. p. 185, Weim. l. c. *Th. cruenta* β . Alb. et Schwein. l. c. — Subcarnosum, molle, siccum collapsum, flaccidum, e cupulari explanatum, centro adnatum, extus adpresse villosum; hymenio obscure carneo, centro tuberculoso, sicco expallente, rimoso.

Hab. ad ramos dejectos Betulæ, hieme copiose in Europa. — Per epidermidem primo erumpens, exacte orbiculare, cupulam explanatam sistens 2-6 mm. latam, mox vero conflueas, matrici magis adglutinatum. Spore cylindricæ 9-11 \approx 2-3 (Schroet.).

8. **Corticium flocculentum** Fr. Epicr. p. 559, Hym. Eur. p. 647, Fu- 7504
ckel Symb. p. 28, *Peziza amorphæ* β . Alb. et Schwein p. 329 videtur var. stipitata. — Ceraceo-molle, primo pezizoideum, extus albo-byssinum, dein dilatatum, effasum, applanatum; hymenio marginato, colliculoso, sanguineo-rufa, sicco rimoso, pruina cervino.

Hab. ad ligna populina et ramenta. — 4-5 cm. longum, primum nodulos byssinos sistens Pezizulas mox referentes vix 2 mm. latos. Spore 8-9 \approx 2-2,5 (Schroet.).

9. **Corticium versiforme** Fr. Epicr. p. 559, Hym. Eur. p. 647, *The-* 7505
leph. Fr. El. p. 184. — Ceraceum, primo molle, dein induratum, e cupulari tuberculiformæ, marginatum, inæquale, rubrum, leviter albo-pruinatum.

Hab. ad cortices et ligna Aceris Platanoidis in Europa. — Sporae 5 μ diam., 2-8 mm. latum, demum confluens, late effusum, immarginatum, exolotum transversim rimosum, pallens, in quo statu nunquam de forma primaria divinaros.

10. **Corticium amorphum** (Pers.) Fr. Eleuch. I, pag. 183. Hym. Eur. 7506
p. 648. Fuckel Symb. p. 28. De Bary Vergl. Morph. Pilze p. 68, f. 30. *Cyphella amorpho* Quél. Euch. p. 215. *Peziza amorpho* Pers. Syn. 165. Myc. Eur. I, p. 269. *Nodularia balsamicola* Peck 24 Rep. p. 96. *Aleurodiscus* Rab. *Thel. laxa* Pers. M. E. p. 143. — Ceraceo-lentum, subcoriaceum, e cupulari explanatum, confluens, marginatum, extus albo-tomentosum; hymenio levi, contiguo, palloscente; sporis globoso-ellipsoideis, nucleatis, hyalinis, 26 \approx 23 maturis asperulis (De Bary); basidiis elongato-clavatis, obtusis, asciformibus, corpusculis fuscis, magnis, ovatis, replofis, apice valide 4-sterigmicis.

Hab. ad caudices Abietis in Europa medio alpestribus et in truncis Pini Cembrae pr. Mirussinsk Sibiriae asiaticae nec non in Patagonia Amer. austr. et in America boreali. — 4-6 mm. latum. Habitus exacte Corticii hujus sectionis, sed disci structura, ob basidia asciformia, decipiens.

11. **Corticium Oakesii** B. et C. North Am. Fungi n. 248, *Aleurodiscus* 7507
Oakesii Cooke in Grov. Rav. fasc. III, p. 32. — Primum pezizaeforme margine erecto, inflexo, candido, tomentoso, demum confluens; hymenio pallide cervino.

Hab. in New England Amer. fœder. (OAKES), in insula Rhodensi (OLNEY), in Alabama (PETERS), New York (SARTWELL). — Admodum similis species si fossar non eadem occurrit in montibus Nilgherrensibus in India. Soc. Fries non differet a *C. amorpho*, sed, suadente Cooke, recedit pileo pilosiore, disco obscuriore, sporis non subglobosis sed oblongo-ellipsoideis, 25 \approx 14.

12. **Corticium aurantium** Pers. Syn. pag. 576 (*Thel.*), *Aleurodiscus* 7508
Schroet. Pilze Schles. p. 429. — Ceraceo-caruosum, late effusum, siccum crustaceum, obsolete albo-marginatum; hymenio levi vel obtusa parce papilloso, initio roseo, dein roseo-flavo; basidiis 11 μ cr., sterigmata 4 valida gerentibus; sporis ellipsoideis, 14-17 \approx 10-12, basi apiculatis, episporio crasso indistincte punctato, intus roseolis.

Hab. in ramis Rosæ et Rubi in Silesia.

13. **Corticium Peradenia** B. et Pr. Ceylon Fungi p. 629, in Journ. 7509
Linn. Soc. XIV, p. 69. — Suborbiculare vel irregulariter pezizae-

forme, margine elevato, albo, pulverulento, tomentoso; hymenio ochraceo-carneo vel salmonicolori pulveraceo-setaceo.

Hab. ad ligna emortua Peradenia et Pedrotallagalla in ins. Ceylon (THWAITES, O. BECCARI). — Circiter 12 mm. latum. Species elegantissima, habitu *C. Oakesii*.

14. **Corticium tabacinum** Cooke Grevillea 1885 p. 11 (*Aleurodiscus*). 7510

— Eruptivum, cupuliforme, gregarium; pileo subelliptico, 2-3 mm. long., rugoso, crispulo, brunneo, tomentoso; margine crassiusculo diluore, convexate, pilis rectis, subrigidis circ. 100 μ . long.; basidiis clavato-cylindricis, guttulatis; sporis ellipticis, continuis, granulatis, 25-28 \times 10.

Hab. in ligno nudo Moona, New South Wales Australia (CRAWFORD).

15. **Corticium juniperinum** Fr. Epicr. p. 559, Hym. Eur. p. 648, *The-* 7511

leph. Fr. Bleach. p. 183, Weimm. Ross. p. 387. — Subcoriaceum, tenax, centro adnatum; margine tenui, ubique reflexo, pubescente, pallido; hymenio rugoso-tuberculoso, carneo-cinereo.

Hab. ad cortices Juniperi in Rossia, rarissimum. — Ab omnibus precedentibus differt coriacea indole, quo ad Sterea accedit.

16. **Corticium populinum** Fr. Epicr. p. 559, Hym. Eur. p. 648, *The-* 7512

leph. Sommerf. Lapp. p. 183. — Molle, tuberculiforme, mox confluenso effusum, demum involutum, marginatum, subtus tomentosum; hymenio (ob Sphaeriacea) tuberculoso, cinerescenti-ferrugineo.

Hab. supra Valsam leucostomam in terris hyperboreis. — A *C. flocculento* omnino diversum videtur.

17. **Corticium rufo-fulvum** Mont. Cent. I. p. 50, et Fl. Chil. VII, 7513

p. 381. — Molle, e cupulari expansum, margine undique libero inflexum, extus rufo-tomentosum; hymenio leviusculo, fulvo-purpurascenti, albo-pruinoso.

Hab. ad ligna, Raucagua Chile (BERTERO).

18. **Corticium? crispatum** Sp. Fung. Fueg. n. 94. — Pileis primo 7514

erumpentibus, subcampanulatis, parvulis 0.5-1 cm. diam. dein applanato-expansis, saepeque lineatim confluentibus 3-10 cm. long. 1-2 cm. lat. matrici arcte adnatis, coriaceis, subcrassiusculis, rigidulis, ambitu strictiuscule liberis, reflexis, 1-3 mm. dense grosseque lobato-repandis, extus testaceis pruinulosis v. puberulis, lobis contractulo-crispatis, obtusiusculis; hymenio plano v. spurie undulato tubercularove, in juventute albo-pallescente, dein alutaceo, in senectute subfulvescenti-rufescente, carnosissimo-subceraceo, in sicco non v. vix hinc inde rimuloso.

Hab. ad ramos dejectos putrescentes Fagorum in silvis prope Slogget bay, Fuegia.

19. **Corticium majusculum** Speg. Fung. Fueg. n. 99. — Coriaceo-membranaceum, primo suborbiculare, scutato-adnatum, centro umbonatum, densiuscule gregarium, dein confluens, late effusum, matri- 7515
 cipi laxè adnatum, margine repando-lobato, sæpe reflexo, extus villosulo ligneo v. albo-fulvescente donatum; hymenio in vivo tenui, submucedineo, sordide albo, in sicco subevanescente, levi non v. vix hinc inde scrupuloso, sæpe obsolete denseque zonato, rimis majusculis labiis revolutis, sordide fusco.

Hab. vulgatissimum ad ligna faginea putrescentia in silvis in Staten island ac in Fuegia tota.

20. **Corticium? antarcticum** Speg. Fung. Fueg. n. 191. — Pileis primo 7516
 cupulato-erumpentibus, subcampanulatis, dein effuso-dilatatis, plus minusve matri-
 cipi arcè lateque adnatis, ambitu liberis, reflexis (in sicco revolutis) sæpeque confluentibus, irregulariter anguloso-orbicularibus, 2-4 cm. diam., coriacellis, crassiusculis, extus sordide castaneis v. subnigricanti-testaceis, azonis, glabris, non v. vix margine puberulis, acutis, sublobulato-repandulis; hymenio plano, subceraceo, crassiusculo, corneo, in juventute albo pruinuloso, in sicco densiuscule rimuloso-diffracto.

Hab. ad ramos dejectos putrescentes in Picton island, Fuegia.

21. **Corticium subrepandum** B. et Cooke in Grevillea VI, p. 81. — 7517
 Subcoriaceum, primo pezizoidem, orbiculare, demum appianato-confluens; hymenio marginato, subochraceo, sicco rimoso; margine libero.

Hab. ad ligna emarcida Newfield New Jersey Amer. fœder. — Affine *C. ochraceo*.

22. **Corticium auriforme** B. et C. North Amer. Fungi n. 250. — Au- 7518
 riforme; pileo zonato, postice albido, rugoso, glabrescente, antice umbrino, velutino; hymenio rimoso, ex ochraceo rufo.

Hab. in Quercu in Carol. infer. Amer. fœder. — Pileus 4-5 cm. latus.

23. **Corticium subzonatum** Fr. Epicr. p. 557, *Th. ochracea* Schwein. 7519
 Car. n. 1017, nec Fr., Pers. — Effusum reflexum, subcarnosum, molle; pileo velutino, cervino-ochraceo; hymenio subzonato, rugoso, pallidiori.

Hab. ad ligna Americæ borealis, rarius. — Bona hujus sectionis species, sed cupularis haud visa, verum effusa, pileo superne reflexo ibidemque margine integro instructa, inferne prorsus immar-

ginata, ambitu, byssino albo. Substantia subcarnosa dicenda. Hymenium rugosum quidem, sed etiam concentricè subzonatum, in sicco ochraceum, levi tinctura rubelli et, quod huic peculiare, siccitate haud rimosum.

24. **Corticium radicale** Berk. Hook. Journ. 1845, p. 59, Dec. n. 50. 7520

— Pileo crassiusculo, intus albo, reflexo, plano, strigoso, albidofulvo; hymenio glabro, rimuloso, pallide fulvo, demum fusco; margine sterili tomentoso.

Hab. ad basim feuticium viventium in Australia occidentali. — Pileus 2 cm. long., 3 cm. lat.

25. **Corticium pulchellum** Speg. Fung. Arg. pug. III, n. 18. — Resu- 7521

pinatum, tenui-membranaceo-cartilagineum, tenax, late effusum, atque matrici laxè adnatum, margine determinato, subreflexo, lobato-caperato, crassiusculo donatum, subtus lilacino-fuscescens, glaberrimum, subsericeo-nitens; hymenio glabro, levi, amœne albo-roseo vel roseo-lilacino.

Hab. in trunco putri dejecto Duvayæ longifoliæ a San José de Flores in Argentina Amer. merid.

26. **Corticium microscopicum** Speg. F. Fueg. n. 100, p. 41. — Mi- 7522

nutissimum, 1-3 mm. diam., tenui-membranaceum, coriaceum, rigidulum, subceraceum, cupulatum, scutato-adfixum, solitarium vel densiuscule gregarium sæpeque confluens; margine libero acutiusculo integro reflexo, extus fulvescente vel rufescente, glaberrimo, levissimo; hymenio tenuissimo, cinereo, in prima ætate glaucopruuloso.

Hab. ad ramos dejectos putrescentes Fagi betuloidis in silvis prope Jandagaya in Fuegia. — Species *Calloria epiporce* minutæ et habitu simillima, a genere nonnihil desciscens; an melius *Cyphella*?

27. **Corticium porosum** B. et Curt. in Berk. et Br. Ann. N. II, n. 1821. 7523

— Resupinatum, læteum, hic illic porosum; margine libero, reflexo.

Hab. ad truncos Aboyne Britanniar. — Hymenium demum ob poros contractum. Apparenter cum speciminibus e Venezuela congruit.

28. **Corticium irrigatum** B. et C. N. Pac. exp. n. 108. — Pileo tenui 7524

reflexo, leviter zonato, rugoso-tomentoso hymenioque levi crenoricoloribus.

Hab. supra rupes Hong-Kong. — Densas maculas efformans.

29. **Corticium Nyssæ** B. et C. North Amer. Fungi n. 247. — Adba- 7525

tum; pileo utrinque reflexo, ochroleuco, velutino; margine inflexo; hymenio levissimo lætiori.

Hab. ad ramos Nyssæ in Pennsylvania Amer. fœder. (MICHENER). — Ad latitudinem 5-6 cm. effusum, late reflexum.

- II. HIMANTIA Fr. Resupinata, effusa, immarginata, ambitu subtusque byssino-fibrillosa v. strigoso-pilosa. Sæpe sterilia, fibrillosa (mycelia), e quibus numerosa genera spuria fieta, ut in Elencho plene exposuit Fries. In statu perfecto hymenio eximie evoluta, ceraceo-molli sunt prædita.

* Mycelio ambituque albis.

30. **Corticium giganteum** Fr. Epicr. p. 559, Hym. Eur. p. 648, Berk. 7526
Outl. p. 272, Kickx p. 204, Elench. p. 213, Fr. Ic. t. 197, f. 3, *Thelephora* Fr. Obs. 1, p. 152, Eadem et *Th. pergamenea* Pers. Myc. Eur. 1, n. 99, 100, Moug. et Nestl. n. 778, *Th. fimbriata* Sommerf. Lapp. p. 282. — Latissime effusum, udum tumens, ceraceum, hyalino-album, siccum cartilagineum, papyraceum, liberum, lacteum, ambitu strigoso-radiato; hymenio levi, contiguo; sporis ellipsoideis vel sphæroideo-ellipsoideis, hyalinis, 4-5 \approx 3 circiter.

Hab. ad ramos emortuos Fraxini sambucifoliæ, Lake Pleasant New York Amer. fœder. (РѢСЬ), in Pennsylvania (MICHENER), Cuba: ad truncos arborum (C. WRIGHT). — Sporæ, stipite incluso, 60 μ . long., absque stipite 25-30. Placentæ 6-18 mm. latæ; margo elevatus, tomentosus; hymenium rimosum, rufo-umbrinum simile *Corticii ochroleuci*.

2. **Michenera poroniæformis** B. et Br. Journ. Linn. Soc. XIV, p. 73, *Artocreas* t. II. f. 5. — Erumpens; receptaculo hemisphærico, pallide rufo; hymenio albido; sporis globosis, 24-28 μ . diam.

Hab. ad cortices in ins. Ceylon (ТИХАЙТЭС). — Admodum simile imperfecto *Crucibulo*. Cl. G. Masee speciem denuo scrutatus (Cfr. Journ. R. Micr. Soc. Apr. 1888, p. 173, t. IV) invenit typum novæ familiæ inter *Nidulariaceas* et *Hymenogastreas* mediæ *).

HYPOCHNUS Fr. Obs. II, p. 278, Hym. Eur. p. 659 (Etym. *hypo* sub et *chnoos* lanugo). — Fungi resupinati, membranacei, homogenei, floccoso-collabentes, fere mucedinei. Hyphæ subhymeniales et hymeniales filiformes, sæpissime ramosæ et anastomosantes, apice basidia clavata 2-4-6-sterigmica gerentes. Sporæ globosæ v. ovoideæ, hyaliæ v. coloratæ, leves v. spinulosæ.

Ad *Zygodesmum* inter Hyphomycetes maxime accedit, immo plures ejus species *Hypochnum* melius spectant. Conferantur *Zyg. fuscus*, *Z. violaceofuscus*, *Z. muricatus*, *Z. diffusus* (Syll. V, p. 284-287). Ceterum genus epicrisi maxime eget quoque ex eo quod species sæpe quædam ad *Corticium* propius forte pertinent et species nonnullæ *Thelephoræ* et *Corticii* ad *Hypochnum* maxime nutant. Ill. Schröter (Schles. Pilze p. 415) recte genus in tria divul-

*) Data occasione, characteres ab eo transcribo.: **Matuleæ** Masee l. c. Peridium primo clausum, dein apertum. Gleba multilocularis, dissepimentis crassis, non scissilibus peridioque continuis. Cellulæ vel loculi ad parietes hymeniferi, basidiis cylindricis vel subclavatis 1-2-sporis.

Matula Mass. l. c. Peridium sessile, prima ætate globosum, mox cylindricum, regulariter apice dehiscens. Gleba multilocularis, loculis rotundato-irregularibus. Sporæ globosæ.

Matula poroniæformis (B. et Br.) Mass. l. c. *Artocreas poroniæformis* B. et Br. l. c.

sit, nempe: *Hypochnus* sporis hyalinis, *Tomentella* sporis brunneis, sæpius echinulatis et *Hypochnella* sporis violaceis levibus. Ad interim species secundum colorem dispositæ.

1. **Hypochnus granulatus** Bonord. Handb. p. 160, fig. 257. — Dense 7744
contextus, subfarinaceus, albus; hyphis leniter flexuosis; basidiis subteretibus flexuosis, sterigma singulum (semper?), brevissimum apice gerentibus; sporis globulosis. 8-9 μ . diam. intus granulosis, hyalinis (Sacc.) v. 7-12 \approx 6-8 (Karst.).
Hab. ad truncos vetustos Salicis, Diospyri etc. in Germania, Italia, Fennia.
2. **Hypochnus coronatus** Schroet. Pilz. Schles. pag. 418. — Tenuis, 7745
mucedineus, sæpe late effusus, candidus; hyphis levibus, hyalinis; basidiis clavatis; sterigmatibus senis, orbiculatim dispositis, acicularibus, curvis; sporis breve ellipsoideis, vel ovoideis, 3-4 μ . diam. hyalinis, levibus.
Hab. in ligno pineo in Silesia.
3. **Hypochnus fusisporus** Schroet. Pilz. Schles. p. 416. — Tenuissi- 7746
mus, mucedineus, floccoso-contextus, candidus, plus minus effusus hyphis levibus, hyalinis, parce noduloso-septatis, ramis fertilibus abunde ramulosis, setis terminalibus nullis; basidiis 11-12 μ . cr., sterigmatibus quaternis, validis, aciculatis; sporis 11-15 \approx 7-10, utrinque apiculatis (quasi citriformibus), hyalinis, levibus.
Hab. in lignis et corticibus in Silesia.
4. **Hypochnus centrifugus** (Lév.) Tul. Carp. I, pag. 113, De Bary 7747
Morph. Pilz. pag. 324, fig. 137, *Rhizoctonia centrifuga* Lév. in Ann. Sc. Nat. 1843, p. 225. ? *Corticium arachnoideum* Berk. in Ann. Nat. Hist. 1844, p. 345, t. IX, f. 3, Outl. p. 273, n. 3, nec *Corticium centrifugum* (Wein.) Fr. — Albus, araneosus, filamentis ramosis tenuissimis orbiculatim expansis; tuberculis mycelicis (sclerotiis) sparsis, villosis, subglobosis, sclerotioideis, 1-3 mm. long.
Hab. ad truncos arborum et ad muscos et lichenes in Gallia. — Teste Tul. l. c. basidia obovato-elongata 10-20 μ . longa, obtusa, in apice hypharum cæspitose conferta, 2-4-sterigmica; sporæ ovoideæ, leves, hyalinæ 5-7 \approx 3.5. Sclerotia initio sistunt capitula velutina, alba, quæ sensim glabrescunt et fuscescunt.
5. **Hypochnus mucidus** Schroet. Pilz. Schles. p. 416. — Tenuissimus, 7748
mucedineus, candidus, siccus flavidulus rimosusque subcorrugatus, basidiis clavatis, 5-6 μ . crassis, 4-sterigmicis; setis nullis; sporis ellipticis 6-6,5 \approx 3.5, hyalinis, levibus.
Hab. inter frondes putres Pteridis in Silesia.

6. **Hypochnus hisporus** Schroet. Pilz. Schles. p. 415. — Tenuissimus, arachnoideus, vel mucedineus, candidus; hyphis laxissimis, primariis 4-5 μ . diam., hinc inde noduloso-septatis, hyalinis, levibus; ramulis fertilibus repetito cruciato-ramosis, apicibus in basidia clavata 5 μ . crassa desinentibus, sterigmatibus binis, subforcipatis; sporis ellipticis vel ovoideis 5 \approx 3-3,5.

7749

Hab. in foliis et ramulis dejectis, Breslau Silesia.

7. **Hypochnus muscorum** Schroet. Pilz. Schles. pag. 418. — Mucedineus, albidus, late serpens; hyphis primariis 3-4 μ . crassis, crebre noduloso-septatis, hyalinis vel flavidis; ramulis fertilibus fasciculatis, apice in setulas longas abeuntibus; basidiis clavatis, 4-5 μ . crassis, sterigmatibus quaternis, brevibus, rectis; sporis globosis vel breve ellipticis, 2-3 μ . diam., hyalinis, levibus.

7750

Hab. inter muscos in silvis in Silesia. — Setæ rugosæ, obtusæ uni-bi-septatæ.

8. **Hypochnus epiphyllus** (Pers.) Wallr. Fr. Crypt. Germ. n. 1982, *Athelia epiphylla* Pers. — Tenuissimus, glaber, irregulariter effusus, cinerescens.

7751

Hab. ad folia quercina sicca in Germania et Gallia et in foliis Eucalypti. — Var. **candidus** Sacc. Mich. I. p. 6: tenuiter membranaceus, hyssinus, niveus; hyphis ramoso-anastomosantibus, remote septatis, hyalinis, apice in basidia clavata desinentibus; basidiis sporas singulas vel binas, ovoideas, 8 \approx 5, sterigmatibus brevissimis fultas, hyalinas gerentibus. In foliis Plantaginis et Muscorum nondum emortuis, quæ obducit, Conegliano Ital. borealis (C. SPEGAZZINI). *Sporotrichum Pellicula* Lk., *Athelia Pellicula* Chev. et *Corticium arachnoideum* Berk. huic affinia videntur.

9. **Hypochnus effusus** Bonord. Handb. p. 160. — Tenuis, late effusus, albo-griseus, subtiliter granulosus; hyphis subhymenialibus ramoso-anastomosantibus; basidiis longis; sporis rotundis, uninucleatis.

7752

Hab. ad cortices truncosque in Germania et Belgio.

10. **Hypochnus tenuis** Bonord. Handb. p. f. 159, 250. — Tenuissimus, mollis, cinereo-albus; basidiis clavatis, apice 3-4-sporis; sterigmatibus exilibus; sporis ovato-oblongis, uno latere subplanis, uninucleatis, brunneolis.

7753

Hab. ad cortices in Germania.

11. **Hypochnus mucidulus** Karst. Symb. Myc. Fenn. IX, p. 54. — Effusus, subinnatus, hyssaceo-tomentosus, mollis, totus solutus, absque hyaenio et papillis incanus (in statu sicco); sporis sphaeroi-

7754

dois, verrucosis vel aculeatis, dilutissimæ flavidis, 8-10 μ . diam.

Hab. in ligno mucido truncorum Pini et Abietis circa Mustiala Fennicæ.

12. **Hypochnus dendrificus** Wallr. Fl. Crypt. Germ. n. 1983. — *Hyp-* 7755
 phis tenerrimis radiantibus albo-pallescensibus, supra sporis con-
 coloribus parvis conglobatis adpersis, hypnasma tenuissimum cen-
 tro angusto-reticulatum, ambitu dendritico-expansum constituentibus,
 dein confluentibus.

Hab. ad corticem Pruni acidæ in Thuringia. — Corticem longe lateque ambit, Ozonii candidi instar semet explicat, sporis coactis vero superfluis.

13. **Hypochnus mollis** Fr. Hym. Eur. p. 660, *Thelephora* Fr. Syst. 7756
 Myc. I, p. 443. — Subrotundus, floccoso-carnosus, laxè contextus,
 mollis, glaber, pallidus, rubello-maculatus, subtile villosus, ambitu
 nudus; papillis majusculis, inæqualibus.

Hab. ad ligna et cortices Pini in Europa. — Hymenio demum rimoso genuinum videtur *Corticium*, sed laxè fibrillosum absque disco ceraceo. Sporæ 9 \approx 6-7 (Karst.). — Var. **Pellicula** Fr. El. p. 216: tenuior, albus v. alutaceus, subadnatus. Ad ligna pinea in Suecia.

14. **Hypochnus serus** (Pers.) Fr. Hym. Eur. p. 659, Pat. Tab. anal. 151 7757
Theleph. sera Pers. Syn. p. 580, Alb. et Schwein. p. 283, *Th.*
bombycina Sommerf. Lapp. p. 284, Fr. Elench. p. 211 cum syn. —
 Late effusus, incrustans, tenuis, albus v. cæσιο-lacteus, recens car-
 nosus, glaber, pruinosis dein siccatusque flocculoso-fatiscens, pa-
 pillis rotundis, congestis, æqualibus; sporis globosis vel ovato-el-
 lipsoides, 9-11 \approx 7-8, levibus, hyalinis v. chlorino-hyalinis (Karst.).

Hab. ad truncos, præcipue Alni et Salicis, in silvis udis brumali tempore, sæpe copiose in Europa, ad cortices etc. Waitaki in Nova Zelandia. — Species valde singularis, cujus pleniorè expositionem videas in Fr. Elench. l. c. Sec. Pat. l. c. basidia clavata, 4-spora; sporæ obovatae 5 \approx 3.

15. **Hypochnus Sambuci** (Pers.) Fr. Epier. p. 565, Hym. Eur. p. 660, 7758
 Pat. tab. 22, Berk. Outl. p. 276, *Theleph.* Pers. Syn. p. 581, Grev.
 t. 242, Letell. t. 607, f. 2. — Effusus, subinnatus, incrustans, ambi-
 ens, inderminatus, albus, vegetus contiguus, siccus flocculoso-col-
 labens; basidiis clavatis, 4 μ . cr., 4-sterigmicis; sporis minutissi-
 mis, ovatis, hyalinis, 4-5 \approx 3,5-4,5 (Schröt.).

Hab. in ramis exsiccatis Sambuci nigræ et racemosæ in Europa, Carol. media Amer. feder., Sierra Nevada (HARKNESS), Rubi in

Pensylvania (MICHENER), New England (SPRAGUE), Sambuci canadensis Mechanicsville New York (PECK). — Basidia, teste Bonorden, digitato-ramosa; sporæ globosæ hyalinae. — Var. **cretaceus** Fr. In Fago etc. in Suecia et Tasmania. Forma typica e loco natali facile dignoscitur.

16. **Hypochnus isabellinus** Fr. Obs. II, p. 281, Hym. Eur. p. 660, Pat. 7759
Tab. an. 23. — Effusus, late incrusters, byssaceo-tomentosus, isabellinus absque pellicula, ambitu concolore; papillis rotundis, sparsis, in mycelio sessilibus.

Hab. ad corticem Fagorum prostratarum in Europa. — Valde abnormis species; in mycelio nudo byssaceo-fibrilloso sparsæ sunt papillæ *Corticiorum*. Basidia clavata, 4-spora; sporæ ellipsoideæ $10 \approx 8$ (Pat.).

17. **Hypochnus cinereus** Bonord. Handb. p. 159, f. 249. — Tenuis, 7760
ceraceo-mollis, agre secedens, albo-griseus; hyphis dichotome ramosis, continuis; basidiis acrogeis, subglobosis, brunneolis, sporas stipitellatas, 1-3 cylindræas, curvulas, uniuucleatas gerentibus.

Hab. in ligno et ramulis pinets in Germania. — « Verisimiliter ad *Thelephoram (Sebaciniam)* spectat ».

18. **Hypochnus subtilis** Schroet. Pitz. Schles. p. 418. — Tenuissimus, 7761
griseus, albo-marginatus; hyphis densiuscule contextis; hymenio setis longis hyalinis velutino; sporis oblongo-ellipsoideis, 9-11 \approx 4,5-5, hyalinis levibus.

Hab. in ligno putri in horto botanico Breslau Silesiæ. — Setæ 100 \approx 12-14, acutæ.

19. **Hypochnus sordidus** Schroet. Pilz. Schles. pag. 418. — Tenuis, 7762
carnosulus, plus minus effusus, sordide griseo-flavus, undulato-lacunosus; hyphis 6 μ . crassis, hyalinis fere enodosis; basidiis laxè fasciculatis, 6 μ . crassis; sterigmatibus quaternis; setis sparsis levibus, obtusis, interpositis, excedentibus; sporis subglobosis 4-4,5 μ . diam., obsolete punctatis.

Hab. in ramis dejectis Breslau Silesiæ.

20. **Hypochnus Cucumeris** Frank in Helwigia 1883, p. 127. — Mem- 7763
branaceo-fibrillosus, griseus vel brunneo-griseus; basidiis elongatis, apice sterigmata 4 gerentibus; sporis ovoideis, hyalinis.

Hab. in parte inferiore caulium usque ad plura centimetra altitudin. Cucumeris, quem enecat in Germania. — Folia plantæ infectæ flavescent, dein pereunt.

21. **Hypochnus mustialensis** Karsten Not. Soc. Fenn. XI, 1871, p. 222, 7764
Fr. Hym. Eur. p. 705. — Late effusus, byssinus, albidus; hymenio

tenuissimo, submembranaceo, sporis et floccis laxè intertextis composito, primo flavescente, dein subcerulescente, zona flavescente cincto; papillis vel granulis rotundatis inæqualibus congestis.

Hab. ad ligna domestica mucida in Mustiala Fennicæ. — Hymenium demum ad virescentem vel subolivascens vergens; sporæ spheroidæ vel spheroidæ-ellipsoideæ, dilutissime flavidæ v. fusciculæ, 4 μ . diam.

22. **Hypochmus flavescens** Bon. Handbch. p. 160, Fuck. Symb. myc. 7765
 App. II, pag. 291. — Effusus tenuis, granulatus, albido-griseus, dein flavescens; basidiis subclavatis, septatis, apice 4 sporas longe stipitatas, obovatas, antice acuminatas, uninucleatas 10 \approx 4 gerentibus.

Hab. in ligno salicino putri prope Æstrich Rhenogoviæ et in Guestphalia.

23. **Hypochmus aureus** Fr. Obs. II, p. 281, Hym. Eur. p. 661, Syst. 7766
 Myc. 3, p. 289, *Thelephora* Pers. Myc. Eur. I, p. 112. — Effusus membranaceus, supra tomentosus, aureo-fulvus, absque hymenio distincto, globulis e floccis brevibus sporiferis contextis conspersus; sporis oblongato-ovoideis, utrinque obtusis, medio leniter constrictis, 12 \approx 6, hyalinis (Fuck).

Hab. ad cortices Betulæ et Pini silvestris in Europa. — Hic ad exoticas Hypochmi species externa facie accedit, sed proximis sine dubio magis affinis.

24. **Hypochmus holoxanthus** Mont. Cuba, p. 367, Syll. crypt. n. 595 7767
Hypochmus vitellinus Fries Epicr., I, p. 570. — Brevis, unicolor, vitellinus, ambitu limitato subproninente, conidiis luteis, sporarum glomerulis croceo-rubris.

Hab. ad cortices in insula Cuba (RAMON DE LA SAGRA). — Minimum vix 4 mm. latus.

25. **Hypochmus setosus** Schroet. Pilz. Schles. p. 418. — Tenuissimus, 7768
 pallide ochraceus, arachnoideo-membranaceus, tenuiter setulosus; hyphis 2-3 μ . cr., hyalinis; sporis ellipsoideis 1-5 \approx 2,5 levibus, hyalinis, uniguttulatis.

Hab. in frondibus putridis Athyrii alpestris in Silesia. — Setæ 55 \approx 3-4, obtusiusculæ.

26. **Hypochmus Schröteri** Sacc. *H. isabellinus* Schroet. Pilz. 7769
 p. 417, vix Auctorum. — Arachnoideus, late ochraceus, effusus, vivus verrucis floccosis conspersus, absque setis, siccus rimosus; hyphis primariis 9 μ . crassis, non septato-nodulosis, flavo-brunneis; fertilibus 3-4 μ . cr., hyalinis, fasciculato-ramosis; basidiis

clavatis, 5 μ . cr., 4-sterigmicis: sporis ellipticis, inæquilateralibus, basi apiculatis, 4.5-5 \approx 3-3.5, hyalinis, levibus.

Hab. in ramis et truncis frondosis et acerosis in Silesia.

27. **Hypochnus cinnamomeus** Bon. Handb. p. 160, Schröt. Pilze Schles. 7770
pag. 418, vix Pers. — Arachnoideo- vel contexto-membranaceus late effusus, amene cinnamomeus, margine hyphis radiantibus, laxè intertextis, brunneis, 4-5 μ . latis, non noduloso-septatis: hyphis fertilibus fasciculatis, ramosis, apice in cellulas seu setas aciculares crasse funicatas, brunneas basidio longiores productis: sporis ellipticis, levibus, hyalinis.

Hab. in ramis dejectis, quos obducis, in Silesia.

28. **Hypochnus olivaceus** Sacc. Mich. II, p. 585, vix Fr. (*Conioph.*), 7771
— Late effusus, tenuis, olivascens, levis, vix puberulus: hyphis granulosis, hinc inde clavatis, sursum hyalinis: sporis ovatis, basi subapiculatis, 9-10 \approx 6, levibus, olivaceis.

Hab. ad ligna pinea fabrefacta in Gallia.

29. **Hypochnus violeus** QuéL. Ass. Franc. 1882, p. 16, Enchir. p. 213. 7772
— Byssoidens, tenuis, orbicularis, 1 cm. lat.: hymenio velutino-floccoso (sub lente), amene lilacino-roseo, margine tenui, pallidiorè: sporis ovoideis, 6-7 μ . longis, hyalinis, subtiliter granulosis.

Hab. in cortice ramorum emortuorum Piri, Mali in Gallia.

30. **Hypochnus chalybæus** (Pers.) Fr. Hym. Eur. p. 660, *Thelephora* 7773
Pers. Syn. p. 578, Alb. et Schwein. p. 281, *Tomentella* Pers. Obs. 2, p. 19. — Effusus, tomentosus, e chalybæo demum olivaceo-cinereus: papillis congestis: hyphis primariis, brunneis, levibus, 6-7 μ . cr., noduloso-septatis: fertilibus 2-3 μ . cr. fascicularo-ramosis, obtusis: basidiis clavatis 4 μ . cr., 4-sterigmicis: sporis globosis 2-3 μ . diam., hyalinis, levibus (Schröt.).

Hab. ad truncos arborum rarius in Europa. — 5-10 cm. latum, cæruleo-virens, dein griseo-virens, demum fuliginema.

31. **Hypochnus violaceus** Auersv. in Schroet. Pilz. Schles. pag. 420, 7774
Hypochnella violacea Schroet. l. c. — Tenuis, arachnoideus vel submembranaceus, pallide violaceus, sero, sporis conspersus, obscurior: hyphis primariis, 6.5-9 μ . crassis, enodosis, pallide violaceis, ramulis hyalinis, hemisphærico-verruculosis: basidiis fasciculatis, 7-8 μ . crassis, sterigmatibus rectis, quaternis: setis cylindraceis, rugosis, apice rotundatis, excedentibus: sporis elliptico-ovoides, 5, 5-7 \approx 2.5-4, basi latioribus et apiculatis, læte violaceis, levibus.

Hab. ad truncos in silvis Silesiæ.

32. **Hypochnus asterophorus** Bonord. Handb. p. 160, f. 252. — Dense 7775

contextus, fibrosus, albido-cæruleus, hyphis subhymenialibus ramosis, sursum septatis; basidiis breve-clavatis, 3-sporis; sporis initio globulosis, dein trigonis («?»).

Hab. in foliis Pinorum dejectis in Germania.

33. **Hypochnus reticulatus** Wallr. Fl. Crypt. Germ. n. 1986. — Hy- 7776
phis arachnoideis, rigidulis, dilute cinnamonomais, ramosis, foras sporis
conglobatis, punctiformibus, concoloribus, adspersis iisque crispo-to-
rulosis, inter se multipliciter reticulato-intertextis, dein hyphasma
fibrosum membranaceum ferrugineum, primum rotundatum dein
effusum demum sordide cinereum constituentibus.

Hab. ad ligna putredine exesa sepimentorum udorum in Thu-
ringia. — Oculo armato fabrica hyphasmatis arguta et subtilis
facile patet, et sporis hyphis per intervalla incumbentibus illasque
crispantibus optime dignoscitur. Wallr. l. c.

34. **Hypochnus strigosus** Wallr. Fl. Crypt. germ. n. 1990, Bonord. 7777
Handb. p. 160, f. 258, *Athelia strigosa* Pers. Myc. I, 83? Dub. gall.
II, 932? — Hyphasmate obscure-lutescente, opaco, crassiusculo, ir-
regulari dense strigoso-villoso, præter ambitum dilutiorem byssinum
strato sporophoro pallido obducto.

Hab. ad ligna salicina putria in Germania, β . inter muscos
pinetorumque quisquillas, quas jugiter penetrat ac obducit. Ex
Bonord. l. c. hyphæ subhymeniales filiformes, ramosæ, continuæ,
sursum clavatæ, sporigeræ; sporæ allantoideæ, solitariae, brevis-
sime stipitatæ, hyalinae. — β . **filamentosus** Wallr. l. c. hyphasmate
filamentoso vel subfuniculari, sordide lutescente, extus pulveru-
lento. *Thelephora byssoides* DC. gall. VI, 33, Fr. syst. I, 452? Pers.
syn. 577.

35. **Hypochnus lacunosus** Berk. et Br. n. 1391, Fr. Hym. Eur. p. 661. 7778
— Late effusus, mollis mycelio lanoso-fusco, lacunoso; hymenio
pulverulento.

Hab. in Anglia. — Aliquot em. latus, ob lacunas Spongiam
referens. An potius sit *Coniophora*, e descriptione haud liquet.

36. **Hypochnus ferrugineus** (Pers.) Fr. Obs. II, p. 180, Hym. Eur. 7779
p. 661, *Tomentella* Pers. Obs. 2, p. 18, *Thelephora* Pers. Syn.
p. 578, Weinm. p. 392, Alb. et Schwein. p. 280, Elench. I, p. 198,
Th. Persoonii Dec. Fl. fr. 2, p. 107. — Effusus, adnatus, ubique
tomentosus, ferrugineus; hymenio papilloso, pulveraceo.

Hab. ad ligna et cortices arborum frondosarum in Europa. —
Conferatur cum *Caldesiella ferruginosa* et *Poria floccosa*. Basi-
dia clavata 7-9 μ . cr. sterigmata quaterna valida, curva gerentia.

Sporæ 8-10 μ . d. globosæ, flavo-brunneæ, longe aculeolatæ. Teste Schröt. huc spectat *Zygod. fuscus* Corda.

37. **Hypochnus argillaceus** Karst. Symb. VIII. p. 13. — Late effu- 7780
sus, tomentosomembranaceus, mollis, adhærens, contiguus, levigatus, subtus glaber, ambitu subnudus, sub lente pulverulentus, argillaceus, siccus expallens isabellino-argillaceus; sporis sphaeroidis, aculeatis, dilutissime fusco-flavis, 7-10 μ . diam.

Hab. supra ligna corticesque Populi tremulæ in agro mustialensi Fenniae. — Filamenta vermiculari-flexuosa, hinc inde inflata, apice obtusa, flavescencia vel hyalina, 10-13 μ . crassa.

38. **Hypochnus Bagliettoanus** Fr. Hym. Eur. p. 705, *Hypochnus quer-* 7781
cinus Bagl. Erb. Critt. Ital. XII. — Membranaceus, tenuis unicolor, fulvus, fibris ramosis fuscescentibus contextus.

Hab. ad ligna quercina Italiae. — Centro tantum adnatum, ceterum adpressum.

39. **Hypochnus? Michelianus** Cald. Un. itin. Crypt. 1866, n. 61, Fr. 7782
Hym. Eur. p. 660, *Byssus subpurpurea*, *Lichenis facie* etc. Michel. t. 90, f. 2 habitum optime sistit. — E tuberculis stipatis, confluentibus compositus, lacunis minutis pertusus, glaber, sed im-
politus, fuscescenti-argillaceus.

Hab. in Italia ad Lauros et Quercus copiose. — Fungus prorsus singularis, genere dubius.

40. **Hypochnus ruberrimus** Ces. Myc. Born. p. 10. — Pulvinulis sat 7783
crassis, depressis, orbicularibus, sæpius confluentibus, ex toto læte coccineis, margine obtuso concolori, nullo mycelii discoloris vel saltem byssoideo-radiantis vestigio.

Hab. ad Sarawak in insula Borneo.

41. **Hypochnus Beccarianus** Pass. F. Abyss. pag. 182. — Expansus 7784
arcte adnatus, fusco-purpureo-velutinus vel cinereo-lividus, albidomarginatus, fibris rigidiusculis simplicibus non septatis, contextus; sporis non visis.

Hab. ad cortices vetustos Acacie spirocarpæ pr. Keren Abyssiniae. — Ab *H. Micheliano* Cald., cui quodammodo similis, differt colore purpureo-fusco intensiore et fibris aliquantulum tenuioribus, sæpe rectis, nec ramosis nec septatis. Fungi contextus etiam durior et magis velutinus.

42. **Hypochnus puniceus** (A. et S.) Fr. Hym. Eur. p. 661, *Thelephora* 7785
Alb. et Schw. p. 278, Fr. Elench. p. 199. — Subrotundus, determinatus, membranaceus, tomentosus, subpulverulento-granulosus.

sorande pumiceus, demum brunnescens; papillis minutis, confertis, granuliformibus.

Hab. ad cortices Fagi et Abietis in Europa et in ramulis emortuis Rhododendri dahurici in silvis subalpinis montis «Boras» Sibiriae asiaticæ. — Spore 10 μ . diam. aculeolatae, brunneae (Quél.). Etiam subtus tomentosus, terrei coloris.

43. **Hypocnæus anthochrous** (Pers.) Fr. Hym. Eur. p. 661, *Thelephora* 7786 Pers. Syn. p. 576, Fr. El. 1, p. 207, Alb. et Schw. p. 278, Berk. Outl. p. 270. — Effusus, superne levis, lateritio-roseus, expallens, totus soratus, hoccoso-velutinus, ambitu byssino, pallidiore.

Hab. ad ligna et cortices Betulae in Europa, Alabama Amer. foeder. (PETERS), in Casuarina equisetifolia Rockhampton in Queensland Australiae (THOZER). — Pulchellus, absque membrana hymenina. Persoon in Myc. Eur. 2, pag. 120 suspicatur immerito hoc esse mycenium *Hydri cinnabarinii*. Spore ovoideae, 8 \approx 6 in basidiis comitis emergentibus (sec. Fuckel), 4-5 μ . long. (sec. Quélet). — Var. **versicolor** Berk. Outl. p. 270, Ann. N. H. n. 809. Lilacino brunneoque variegatus. Ad ramos Syringæ in Britannia et Carol. media Amer. foeder.

44. **Hypocnæus fuscus** Karst. Symb. VIII, p. 13. — Effusus, ambiens, 7787 tomentosus-membranaceus, adnatus, levigatus, contiguus, subfuscus, ambitu similari, sub lente pulverulentus; sporis sphaeroideis, aculeatis, flavidis diam. circiter 9 μ .

Hab. ad terram ramulos gramineaque incrustans, prope Mustiala Fenniae. — Filamenta flavescens vermiculari flexuosa, hinc inde mñato-articulata, divaricato-ramosa, apice obtusa 4-6 μ . cr. — Var. **radiosus** Karst. Symb. Myc. Fenn. XI, p. 71: subtus pallide fibrillosus, ambitu fibrillis pallidis fimbriatus. Supra lignum, Helsingfors Fenniae (NYLANDER).

45. **Hypocnæus fuscellus** Schroet. Pilz. Schles. p. 149 (*Tomentella* 7788 *fusca*), vix Pers. et Fr. Cfr. *Corticium*. — Tenuis, membranaceo-contextus, late effusus, primo violaceo-vel coffeino-brunneus, dein obscurior, fere umbrinus; hyphis primariis 5-7 μ . crass. brunneis; hyphis fertilibus fasciculatis ramosis, pellucidis; basidiis clavatis, 5-6 μ . crassis; sporis globoso-oblongis, plerumque subangulosis, 7-9 \approx 5-6,5 brunneolis, aculeolatis.

Hab. ad truncos arborum, ligna, muscos quæ obducit, in Silesia. — An idem ac præcedens?

46. **Hypocnæus brunneus** Schroet. Pilz. Schles. p. 419 (*Tomentella*). 7789 Tenui-membranaceus, late effusus, vivus flavo-brunneus, medio loc-

coso- verrucosus, margine radiatim flavo-floccosus; hyphis mediis, hyalinis inaequalibus, fere enodosis; basidiis cylindraceo-clavatis. 6-7 μ . crassis, sterigmatibus quaternis, acicularibus, curvis; sporis elliptico-ovatis sursum leniter attenuatis, 9-12 \times 6-7, late flavo-brunneis, levibus.

Hab. in corticibus Pinorum in Silesia.

47. **Hypochnus subfuscus** Karst. Hattsv. II, pag. 163. — Incrustans, 7790
 pannosus, immarginatus, effusus, confluentis, applanatus aequalis, adnatus. brunneo-ater, in umbrinum vergens; hymenio non discreto; sporis sphaeroideis, brunneis, 8-9 μ . diam.

Hab. in ligno, ramis, herbis vivis etc., Mustiala Fenniae. — * **H. tristis** Karst. Symb. Myc. Fenn. XI, p. 71: villo vel tomento laxo crasso, fusco contextus, ambitu similari, demum hymenio spurio crassiusculo, contiguo, levi, fusco-ferrugineo-pulveraceo nigrescente, in olivaceum subinde viridem vergente praeditus; sporis sphaeroideis, crasse aculeatis, 8-12 μ . diam. Varia corpora incrustat in regione Mustialensi Fenniae. Hyphae 5 μ . crassae.

48. **Hypochnus albo-cinctus** Mont. in Fr. Epicr. p. 579 et in Ann. 7791
 Scienc. Nat. VIII, p. 361. — Orbicularis; ambitu byssino-niveo, pellicula hymenina viridi e conidiis aspersis sordide albicante, sporarum globulis floccosis, luteo-viridibus.

Hab. ad cortices et muscos in ms. Cuba, Venezuela, Brasilia, Florida, Luisiana, Nova Zelandia. — Sec. Montagne Syll. p. 179, esset crusta sterilis *Chiodectonis nivei* Fee e lichenibus.

49. **Hypochnus nigro-cinctus** Ehrenb. Hor. Berol. p. 85, t. 17, f. 4. 7792
 Fr. Epicr. p. 569, *Thelephora albicans* Hook. — Effusus; ambitu byssino-nigricante; pellicula hymenina conidiis adpersis albicante; sporarum globulis floccosis viridi-albis.

Hab. ad cortices ad fluvium Amazon Caripi Brasiliae etc. in America caudiori. — Sec. Montagne Syll. p. 179 esset crusta sterilis *Chiodectonis nigro-cincti* Mont. e lichenibus.

50. **Hypochnus roseo-cinctus** Fr. in Linnaea V, p. 530, t. 11, f. 5, 7793
 Epicr. p. 569. — Orbicularis; ambitu integro, subsoluto, eleganter roseo, pellicula hymenina e conidiis pruinoso cinerescente.

Hab. ad cortices Brasiliae. — Fertilis nondum visus sed *Hypochno rubro-cincto* etc. in statu sterili ita respondet ut de genere nullum dubium. Fr. l. c.

51. **Hypochnus rubro-cinctus** Ehrenb. Hor. Berol. p. 85, t. 17, f. 3, 7794
 Fr. Epicr. p. 569, Fée Crypt. Exot. t. 5, f. 1, *Thelephora sanguinea* Swartz., *Thelephora coccinea* Schwein. Carol. p. 1022

Spiloma roseum Raddi. — Effusus; ambitu, hyssino, sanguineo-coccineo; pellicula hymenina albo-pruinosa; sporarum globulis floccosis, roseis expallidisve.

Hab. in corticibus Magnoliæ etc. in Brasilia, Surinam, Venezuela, America boreali, ins. Cuba, Australia.

EXOBASIDIUM Woron. in Verhandl. Nat. Ges. Freib. IV, fasc. IV (1867). [Etym. *exo* extus et *basidium*]. — Fungus effusus, incrustans, ceraceus, tenuis, typice biogenus et vegetabilium partes, quibus innascitur, deformans. Basidia stipata, tereti-clavulata, apice 4-spora. Spora: ovato-oblongæ, sæpe inæquilaterales, continuæ, hyalinæ. — Est quasi *Corticium* biogenum, deformans. Nonnullæ species parum distinctæ et verisimiliter meræ formæ. Cl. Schröter prope *Exobasidium* locat genus *Microstroma* hucusque Hyphomycetibus relatam. Cfr. Syll. IV, p. 9.

1. **Exobasidium Vaccinii** (Fuck.) Woron. in Nat. Ges. z. Freib. B. IV. 7795
Heft. IV, Sorauer Pflanzenkr. 2 ed. II, p. 257, f. 11-13, *Fusidium Vaccinii* Fuck. Fung. rhen. 221. — Innatum, effusum, forma varium, vulgo orbiculare vel oblongatum, sæpe confluens, carnosum; hymenio in pagina folii inferiore vel in caulibus protrudente, incarnato, albo-pulverulento; sporis fusoido-elongatis, hyalinis, rectis, 5-8 = 1-2.

Hab. in foliis, rarius petiolis caulibusque, vivis Vaccinii Myrtilli et Vit. idææ in Fennia certe tota obvium, in Italia bor., Austria et in silvis prope fluvium Inja Sibiricæ asiaticæ. In pagina folii quoque superiori in conspectum veniens ibique maculas rubras vel purpureas formans. Forma macrior lecta est circa Mustiala in Vaccinio uliginoso, Andromeda polifolia et Aretostaphylo Uva-ursi.

2. **Exobasidium Ledi** Karst. in Grevillea 1878, n. 42, p. 65. — Re- 7796
ceptaculo effuso, parenchymati foliorum innato, in pagina superiori maculam flavescenti-pallidam efficiente, in inferiori hymenium flavescens, albo-pulverulentum explicante, orbiculare, ellipsoideum v. oblongatum, sparsum, raro confluens, latit. 1-4 mm.: sporis fusoido-elongatis, rectis, 4-6 = 1 circiter.

Hab. in foliis Ledi palustris pr. Mustiala in Fennia m. julio. 7797

3. **Exobasidium Rhododendri** Cramer in Rabh. Fung. Eur. n. 1910. Gard. Chron. 1879, p. 119, 182, Hartig Baumkr. p. 76, fig. 31. — Nodulos gallæformes sistens nitide rubescentes; sporis cylindricis 8 μ . long.

Hab. ad ramulos tenellos et folia Rhododendri ferruginei aliarumque specierum in Germania, Gallia. — Doct. Quélet eandem speciem, ut videtur, eodemque nomine ita describit (Enchir. p. 214): effusum, bullatum, tenerum; hymenio villosa, lacteo, stramineo, canescente. In Gallia (?).

4. **Exobasidium Andromedæ** Peck 26 Rep. p. 73. — Receptaculo vulgo explanato vel subcupulæformi, plus minus lobato, cavo, cavitate filamentis gossypinis mollibus laxis repleta, glabro, pallide viridi vel viridi-rubro, variegato, ætate pallido pruinosaque; sporis angustis, oblongis, simplicibus quandoque uno latere curvulis, 17-23 μ . long. 7798

Hab. ad ramos dejectos Andromedæ ligustrinæ in superficie v. ad apicem gemmas deformans, Center New York Amer. fœder. — Sporis multo majoribus a præcedentibus diversum — *Exob. Andromedæ* Karst. Hattsv. II, p. 153 in Andromeda polifolia et Arctostaphylo lectum in Fennia, ab hoc videtur diversum sed vix ab *Ex. Vaccinii*. Observante Wintero etiam *Exob. Ledi* et *Erob. Rhododendri* ab hoc postremo vix specificè distinguenda.

5. **Exobasidium Azaleæ** Peck 26 Rep. p. 72. — Receptaculo subglobo-7799
boso, sæpe lobato vel irregulari, succulento, carnoso, solido, glabro, pallide viridi vel glauco, demum pruinosa; sporis oblongis, strictis vel curvatis, obscure uniseptatis, albis 15-20.

Hab. ad apices ramorum vigentium Azaleæ nudifloræ, gemmas deformans, North Greenbush atque New Scotland Amer. fœder. — Receptaculum vulgo 2½-5 cm. diam.

6. **Exobasidium discoideum** Ellis in Thûm. Myc. univ. n. 210. — Car-7800
nosum et compactum, sed intus textura laxiore, primitus turbatum et supra concavum, dein margine expanso; disco 2,5 cm. diam. et ultra, convexo, subter dilute viridi et levi; hymenio albo-pruinosa, 20 μ . circ. long., sed in herbario servato dilute lilacino; sporis obscure uniseptatis et apice abrupte curvatis.

Hab. subter folia viva Azaleæ viscosæ, Newfield, New Jersey Amer. septent.

7. **Exobasidium Cassandræ** Peck 29 Rep. Stat. Mus. New York, 7801
p. 46. — Gallæ ad instar suborbiculare, e folii parte incrassata efformatum, vulgo superficie superiore concavum, inferiore convexum, 4-9 mm. diam. rubrum vel luteum, demum superficie inferiore albo-pruinosa; sporis oblongis, hyalinis, magnitudinè variabilibus, 5-13 μ . long.

Hab. ad folia dejecta Cassandræ calyculata Buffalo New York

(CLINTON) et Sandlake Amer. fœder. — Forsan pro forma *E. Vaccinii* tantum habendum.

8. **Exobasidium antarcticum** Speg. Fung. Patag. p. 21. — Foliis-ran- 7802
 mulicolum; foliis vel ramulis infectis hypertrophicis, longioribus,
 crassioribus atque sæpius bullosis, e violaceo roseis vel rubris, sæ-
 pe areola plus minusve evoluta flavescente donatis, inferne pro-
 liferis, albo-farinulosis; sporis minutis cylindraceis, utrinque plus
 minusve rotundatis, 1,2-4 \approx 1, hyalinis.

Hab. ad folia viva Lebetanthi americani in silvis e Cabo Negro
 usque ad Voces bay Patagoniæ.

9. **Exobasidium Lauri** Geyl. in Bot. Zeit. 1874, p. 322, tab. VII. — 7803
 Effusum, lutescens, demum brunneolum, leve, ad excrescentias li-
 gneas clavariæ- vel corniformes Laurorum, 5-10 cm. long. super-
 ficialiter innascens; basidiis tereti-clavatis inter cystidia stipata fi-
 liformia exsertis, apice rotundatis, sterigmata 4 gerentibus: sporis
 oblongis, curvulis, basi acutatis, hyalinis, 15-16 μ . long.

Hab. ad excrescentias corniculatas vel versiformes, longitud.
 sulcatas, quæ ad truncos vivos Lauri nobilis et canariensis sæpe
 occurrunt in insulis Canarus, Lusitania, Italia etc. — Sec. Geyler
 l. c. fungulus est caussa excrescentiarum; sed doct. Baldini (Ann.
 R. Ist. bot. Roma II, pag. 69, tab. IV-V) demonstravit excrescen-
 tias juniores myceliis omnino carere, hinc *Exobasidium* ut epi-
 phyticum censendum esse.

HELICOBASIDIUM Pat. Bull. Soc. bot. Fr. 1885, p. 171 (Ætym. *helix*
 et *basidium*), *Hypochnus* ex p. Tul. Ann. Sc. nat. 1865, p. 295
 et 1872, t. 10, f. 1-2, *Stypinella* Shroet. Pilz. Schles. p. 333 (1887)
 — Fungi resupinati, incrustantes, ceraceo-molles. Basidia initio re-
 cta, dein sursum eximie incurvata et ex arcu sursum sterigmata
 2-4 gerentia, septulata. Sporæ ovoideæ, curvulæ, hyalinæ. — Præcun-
 te Schroetero, genus potius Tremellineis adscribendum.

1. **Helicobasidium purpureum** (Tul.) Pat. l. c. et Tab. Anal. 461, *Hy-* 7804
pochnus purpureus Tul. l. c. *Protonema Brebissonii* Desm. Exs.
 n. 651 et *Thelephora velutina* (Pers.) DC. teste Tulasne. — Ef-
 fusum, tenue, primo roseo-violaceum, dein violaceo-purpureum,
 albo-pruinosum; basidiis generis circuatatis, ex arcu bisporis; sporis
 ellipsoideo-reniformibus, nubilosis, hyalinis, 10-12 \approx 6-8.

Hab. ad truncos arborum et fruticum inque herbis vivis et
 emortuis in Gallia et Germania. — Observante cl. Schroeter, *Hy-*
pochnus anthochrous forte non differt. — Var. **Bartæ** Pat. Tab. anal.

561: a typo differt contextu densiore, sterigmatibus brevibus; sporis ovoideis basi incurvo-apiculatis; basidiis initio rectis apiceque conidium (?) singulum gerentibus. In herbis, Nizza (BARLA).

2. **Helicobasidium cirratum** Pat. et Gail. in Bull. Soc. Myc. Fr. 1888 7805 et in litt. — Orbiculare, 1-2 mm. diam., sessile, tenue, subcoriaceum, planum vel plus minus concavum, margine sinuato-lobatum, cirratum, madore flavo-brunneum, siccitate albidum, pruinatum, extus villosum; cirris ex apice loborum prodeantibus, 2-3-furcatis, hyalinis, erectis vel reflexis; hymenio concavo; basidiis hamatis, 1-2-septatis, monosporis, sterigmatibus bacillaribus, sporam superantibus; sporis ovoideis vel subglobosis, 4-5 μ . long., 1-guttulatis, hyalinis.

Hab. in foliis coriaceis putridis dejectis Aures, in Alto Onococ Amer. austral. (GAILLARD). — Cirri ex hyphis conglutinatis compositi, rugulosi, fragiles, in sicco reflectuntur et discum elevat.

CYPHELLA Fr. Syst. Myc. II, 2 p. 201 (Elym. *cyphella* cavam auriculare), *Cyphella* et *Calyptrilla* Quél., *Cypnella*, *Phaeocarpus* Pat. — Fungi submembranacei, cupulares, raro plani, pestice adnati, vulgo stipitato-porrecti, penduli. Hymenium typice concavum vel discoideum, in speciebus pendulis definite inferum, leve vel demum rugulosum. Basidia tetraspora. sporis subovatis, globosis, hyalinis, raro coloratis.

Genus prius cum *Pezizis* confusum, quarum habitum refert, at fructificatione basidiospora et ascorum defectu distinctissimum. Solenii sine dubio proximum et ob characteres artificiales ab his remotum.

* Lignicolæ.

1. **Cyphella digitalis** Fr. Syst. Myc. 2, p. 201, Hym. Eur. p. 662, 7803 Pat. Tab. 29, Secret. 3, p. 632. Quél. p. 292, *Peziza* Alb. et Schwein. p. 315, t. 5, f. 1, Moug. et Nestl. exs. n. 585. — Papyracea, digitaliformis, e vertice obliquo porrecto pendula, spadicea, supra fibrillis longitudinalibus rugosa; hymenio leviusculo, cæsio-albo; sporis globosis, episorio lutescente, 12 μ . diam.

Hab. in truncis et ramis Abietum in Europa media. — Circiter 12 cm. alta, 7-9 cm. crassa.

2. **Cyphella ampla** Lèveill. in Ann. scienc. nat. 1848, p. 126, Fr. 7807 Hym. Eur. p. 662. Pat. Tab. 251. — Membranacea, cupularis, sessilis, albo-tomentosa, margine tenui integro; hymenio venoso, cervino.

Hab. ad ramos deciduos prope Parisios in Gallia, in ramulis Populi fastigiatae (BRUNAUD) et in Belgio. — 1 cm. circiter longa, 7-8 mm. lata. Maxima species generis, cum *Murulio corio* analoga.

3. **Cyphella vitellina** (Lév.) Patouill. Soc. Myc. III, p. 121, *Exidia* 7808
vitellina Lév. Ann. Sc. nat. 1844, p. 219. — Cupula sessili excavata, obtuse marginata, extus nuda vel villosula, venosa, 1-7 cm. diam.; hymenio levi vel centro leniter plicato, vitellino; basidiis elongato-clavatis, undulatis, 100-120 \approx 15-20, intus flavescentibus; apice 4-sterigmaticis; cystidiis angustioribus, apice multispinulosis intermixtis; sporis ovoideis, tenuiter asperulis, hyalino-farctis, 23-27 \approx 15-20.

Hab. in truncis emortuis Patagoniæ, Fuegiæ, Chili. — *C. amplor* subaffinis.

4. **Cyphella Taxi** Lèveill. Ann. scienc. nat. 1837, t. 8, f. 10, *Ibid.* 1841, 7809
t. 14, f. 6, Fr. Hym. Eur. p. 662. — Membranacea, concava, vasculiformis v. campanulata, pilis subtilibus vestita, albida; hymenio levi.

Hab. in trunco carioso Taxi baccatae in horto Musei parisiensis.

5. **Cyphella infundibuliformis** (A. et S.) Fr. Hym. Eur. p. 665, *Helotium* 7810
Alb. et Schw. p. 350. — Nivea: pileo membranaceo, integro, infundibuliformi, gibbo, pubescente, stipite centrali; hymenio levi, infero.

Hab. in strobilis Pini silvestris (ALB. et SCHW.) similem vidit in ramulo Pini FRIES. — Stipes gracilis, 6 mm. longus: pileus 1 mm. latus. Species anomala, genere facile movenda.

6. **Cyphella abieticola** Fr. Hym. Eur. p. 706, Karst. Not. Soc. Fenn. 7811
XI, p. 221. — Sessilis, campanulata, pendula, villosa, nivea, disco levi glabro; sporis ellipsoideis vel oblongatis, 6-8 \approx 2,5-3.

Hab. ad ramulos Abietis in Fennia. — Pili granulis elongatis vel oblongatis, sat crebris adpersi, acuminati, breves, 4-4,5 μ . crassit.

7. **Cyphella Rubi** Fuck. p. 26, Fr. Hym. Eur. p. 662. — Papyraceo- 7812
carnosa, sessilis, subcupulæformis, demum explanata, extus villosa, nivea, margine demum sublacero, disco sordide pallido; sporis obovatis, clavatis.

Hab. ad ramos Rubi idæi locis humidis in Europa. — 2-7 cm. lata, 1-3 mm. lata.

8. **Cyphella griseo-pallida** Weinm. Ross. p. 522, Fr. Epicr. p. 567, 7813
Hym. Eur. p. 662, Pat. Tab. An. Fungi n. 255. *B.* Berk. et Br.

n. 289, Outl. p. 277, Fuck. p. 291. — Submembranacea, e globoso campanulata, sessilis, griseo-pallida, extus floccosa; hymenio levi, glabro; sporis ovato-acuminatis.

Hab. in truncis rimosis Lonicerae tataricae, etiam ad ligna Pini in Europa (WEINMANN), in ramis corticatis Populi (LETENDRE) et ad cortices et ramos dejectos Sandlake New York Amer. fœder. (PECK). — Sporæ 10–12 \approx 4–6 (Wint.), aut 7–8 μ . long. (Quél.). — β . in Carice paniculata emortua (BERKELEY). Num eadem? — Var. **alba** Pat. Tab. Am. Fung. n. 583: a typo differt colore constanter albo, sporis ovoideo-subglobosis, 5–6 \approx 4–5, basidiis clavatis. In cortice Tiliæ, Bois de Vincennes Gallie.

9. **Cyphella ochroleuca** Berk. et Br. n. 719, Outl. p. 277, Fr. Hym. 7814 Eur. p. 662. — Membranacea, cupularis, villosa, ochroleuca, margine demum fisso; hymenio levi, pallide ochraceo.

Hab. in ramis Rubi in Britannia. — 2 mm. et ultra lata. Conferenda cum priore.

10. **Cyphella fulva** Berk. et Br. n. 936, Cooke p. 328, Fr. Hym. 7815 Eur. p. 662. — Membranacea, cupularis, deflexa, tomentosa, brunneo-fulva; sporis ovatis 17 μ . long.

Hab. ad cortices siccos in Europa. — Omittitur in Berk. Outl., sed ut deflexa videtur hujus generis insignis species.

11. **Cyphella erucæformis** (Batsch) Fr. Syst. Myc. 2. pag. 203, Hym. 7816 Eur. p. 662, Weinm. Ross. p. 523, Quél. III, p. 293, t. I, f. 12, *Peziza* Batsch Elen. I, p. 125, Mich. t. 86, f. 16. — Subsuberosa, e globoso oblique turbinata, arcuato-deflexa, pendula, extus hirsuta nivea, margine constricto, truncato; hymenio levi, albo.

Hab. ad ramos in Etruria: detexit MICHELIUS, ad ramos Alni post Michelium Petropoli detexit WEINMANN nuperiusque in Gallia QUÉLER et in Germania (WINTER). — Fungus insignis, sed a generis typo recedens, 2 mm. longus et latus.

12. **Cyphella albo-violascens** (Alb. et Schw.) Karst. Fung. Fenn. ex- 7817 sicc. n. 715, *Peziza albo-violascens* Alb. et Schw. Consp. Fung. n. 322, t. 8, f. 4, Fr. Syst. myc. II, p. 96, *Cyphella Curreyi* B. et Br. British Fung. n. 935. — Subsuberosa, sessilis vel subsessilis, e subsphæroide subhemisphærica, albo-villosa; hymenio levi pallescente v. violaceo-pallente; sporis ovoideo-sphæroideis v. subsphæroideis, inequilateralibus, 11–16 \approx 9–12.

Hab. ad corticem et lignum Fraxini Orni et excelsioris, Caragane arborecentis, Syringæ vulgaris, Sorbi aucupariæ, Rubi odorati, Corni etc. in Fennia et Gallia et ad ramulos emortuos Rubi

discoloris et *Wistariae sinensis* Boenos-Aires Amer. merid. (SPEGAZINI), Victoria Australiæ, Somerset East Africae. — Gregaria, dura, junior subsphaeroidea, dein applanato-hemisphaerica, sicca clausa, intus margineque demum nigrescens, 1-5 mm. latit. passim prolifera.

13. **Cyphella nivea** Crouan Finist. p. 61. — Sessilis, subhemisphaerica, albo-nivea, $\frac{1}{2}$ mm. diam., margine pilis hyalinis fasciculatis coronata; basidiis subcylindricis; sterigmatibus quaternis brevissimis; sporis globosis, hyalinis.

Hab. in ramis emortuis Rosæ, gregatim, Finistère Galliae.

14. **Cyphella ciliata** Sauter in Floca 1845, p. 134, Fr. Hym. Eur. p. 263. — Membranacea, sessilis, urceolata, nivea, longe ciliata; hymenio levi.

Hab. in storea salicina in Styria. — Affinis dicitur *C. Goldbachii*.

15. **Cyphella fraxinicola** B. et Br. Ann. N. H., n. 1446. — Minuta, orbicularis, extus nivea, breviter villosa; disco luteo e sporis brunnescente, prolifero.

Hab. in Fraxino, Batheaston Britanniae.

16. **Cyphella Libertiana** Cooke in Grevillea 1880, p. 81, *Peziza* sp. nov. Lib. in Herb. — Gregaria, punctiformis, sessilis, alba, villosa, demum applanata, margine elevato; tomento tenui.

Hab. in ramis Corni masculae, Malmedy in Arduennis. — Praecipue exiguitate a *C. villosa* (P.) differre videtur.

17. **Cyphella albissima** Pat. et Doass. in Pat. Tab. An. Fung. p. 464. — Cupulis primo turbinatis, dein campanulatis demumque fissis, tenui-membranaceis, subsessilibus, omnino albis, extus villosis, hymenio albo, levi; sporis minutis, levibus, hyalinis, 8-9 \approx 3-4.

Hab. in cortice arborum in Gallia.

18. **Cyphella perexigua** Sacc. Mich. II, p. 136, Pat. Tab. p. 34. — Cupulis campanulatis, brevissime oblique stipitatis, pusillis $\frac{1}{2}$ - $\frac{3}{4}$ mm. long., tenui-membranaceis, intus extusque albido-cinereis, extus minute puberulis; sporis (teste Pat.) ovoideis, hyalinis, 2,5-3 \approx 2; basidiis tetrasporis.

Hab. in ramis subdecorticatis in Carol. infer. Amer. foeder. (RAVENEL) et Poligny Galliae (PATOILLARD). — Affinis videtur *C. eruceiformi* et *cupuliformi* sed est triplo minor. Ex cl. Cooke, ejusdem *C. virgultorum* valde affinis est, sed descriptionem nullibi videre licuit.

19. **Cyphella zelandica** C. et Phil. in Grev. VIII, p. 67. — Sparsa,

sessilis, pallida, villosa, 1-3 mm. diam. : cupulis excavatis, margine incurvo; sporis ellipticis, infra apiculatis, 20-24 \times 15.

Hab. ad cortices ramulosque Winton, Novae Zelandiae.

20. **Cyphella reticulata** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 667. — Pallida, 7825
brevis, erecta vel decumbens, massam reticulatam polyporoideam
simulans.

Hab. ad ligna emortua in ins. Ceylon (THWAITES).

21. **Cyphella fasciculata** B. et C. North Amer. Fung. n. 293. — 7826
Erumpens, fasciculata, congesta, pallida, irregularis, subtiliter to-
mentosa.

Hab. ad Salices in New York Amer. Æder. (SARTWELL). —
Vegetandi modus similis *C. fulva*.

22. **Cyphella Gayana** Lév. Champ. Mus. p. 153. Mont. Chil. VII, 7827
p. 383, t. VIII, f. 3. — Erumpens; receptaculo membranaceo, sub-
infundibuliformi, sessili, albo, tomentoso; hymenio levi, concolori,
denum lutescente.

Hab. ad ramos deciduos in Chili (CLAUD. GAY).

23. **Cyphella farinacea** Kalch. et Cooke in Grevillea IX, p. 18. — 7828
Subgregaria, aquose-grisea; cupulis 1-2 mm. diam., expansis, de-
num explanatis, extus albo-farinaceis, margine subrecurvo; con-
textu tenui, diaphano.

Hab. ad ligna nuda fabrefacta vinearum Somerset East in Afri-
ca australi. — In exempl. bene evolutis cupulae intus cinereo-
olivascens.

24. **Cyphella Bloxami** B. et Philipps in B. et Br. Ann. N. H. n. 1894. 7829
— Alba floccosa, membranacea; disco flavido, margine crenulato-
lobato; floccis glabris; basidiis turbinatis; sporis 7-10 μ . longis.

Hab. in trunco Ulicis, Twycross Britanniae (REV. A. BLOXAM).

25. **Cyphella convoluta** Cooke F. Texas p. 141. — Pileo cupulifor- 7830
mi, 1-2 mm., denum applanato; margine membranaceo, involuto,
extus albo, intus carneo-rubro; sporis oblongis, 7 μ . longis.

Hab. in truncis Houston Texas Amer. bor.

26. **Cyphella Cyclas** Cooke et Phil. in Grevillea IX, p. 94. — 7831
Conchiformis, dimidiata, pendula, albida, tomentosa, 1 cm. lata, pilis
flexuosis asperulis glabrisque; hymenio levi, carneo; sporis allan-
toideis 7 \times 2.

Hab. in ligno emortuo, Ely Britanniae (W. MARSHALL). — Con-
chium minutam bivalvem refert.

27. **Cyphella variolosa** Kalch. in Grevillea X, p. 104. — Minima, 7832
punctiformis, dense gregaria, albo-pulverulenta.

Hab. in ligno humi jacente, ad ped. mont. Boschberg, Somerset East Africae australis. — Cupulae subglobosae, seminum Papaveris magnitudine, demum rufidulae.

28. **Cyphella Crouani** Pat. Tab. anal. p. 204 (*Cymbella*), *Phvocarpus Crouani* Pat. Mat. I, pag. 154, *Cyphella abieticola* Crouan Fin. p. 61, nec Fr. — Cupulis sessilibus, extus albis et tomentosus, 2-5 mm. diam., margine integro, undulato; hymenio brunneo-fulvo, levi; basidiis elongatis, 4-sterigmaticis; sporis sphaeroideis, 7-9 = 6, tenuiter echinulatis, ochraceo-fuliginosis. 7833

Hab. in cortice arborum inter Muscos, Bois de Vincennes, Eaux Bonnes Galliae.

29. **Cyphella Ravenelii** Sacc. *Cyphella fulva* B. et Rav. North Am. Fungi n. 287, nec B. et Br. Rav. fasc. IV, p. 16. — Gregaria, pezizaeformis, margine incurvato, extus villosa, fulva. 7834

Hab. ad truncos Alni serrulatae Maine (BLAKE) et Carol. inf. Amer. bor. (RAVENEL), New York (SCHWEIN. sub nom. *Cantharelli fasciculati*). — Caespitulos minutos erumpentes pezizaeformes sistit.

30. **Cyphella ferruginea** Crouan Finist. p. 61. — Sessilis, hemisphaerica, 2-4 mm. diam., pallide flavo-ochracea vel ferruginea, profunde concava, pilis simplicibus tortuosis vestita margineque pilis radiantibus. hyalinis coronata; basidiis clavatis, granulosis; sterigmatibus quaternis, longis; sporis globosis, 1-guttatis. 7835

Hab. in cortice vetusto Quercuum, Salicum, Ulicis, Finistère Galliae.

31. **Cyphella tabacina** Cooke et Phil. in Grevillea X, p. 123. — Fusca, gregaria, in stromate obscuriore, byssoideo nidulans; cupulis piriformibus, breviter stipitatis, leniter tomentosus 1 mm. d., margine arcte connivente; basidiis clavatis; sporis ovalibus, fuscis, 6 = 4. 7836

Hab. in corticibus, Inanda Natal Africae (WOOD).

32. **Cyphella densa** Berk. Fl. New Zeal. p. 184. — Parva, caespitosa, e vertice obliquo porrecto pendula, cervina, supra pubescenti-pruinosa, hymenio concolore levi; sporis ellipticis, 8 μ . longis. 7837

Hab. in cortice vivo Corynocarpi levigate, Cape Kidnapper Novae Zelandiae (COLENSO). — *Cyphella pendula* affinis, sed multo major.

33. **Cyphella spermoides** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 660, Journ. Linn. Bot. 1873, p. 74. — Gregaria minuta pallida, extus tomentosa, hymenio cervino; sporis ovatis. 7838

Hab. ad ligna emortua Dolosbagey Ceylon ad alt. 1000 m. (THWAITES). — Hue illuc sparsa veluti ova plurimorum insectorum.

34. **Cyphella Ravenelii** B. et Rav. Fung. Amer. n. 130. — Sparsa, 7839
globosa, ore parvo aperta, extus tomentosa, pallide cervina.
Hab. supra cortices Caryæ ad Aiken in Carol. inf. Amer. fœder. (RAVENEL).
35. **Cyphella pruinosa** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 661. — Minuta, 7840
cupuleformis, extus pruinosa; hymenio cervino; sporis 5 μ . long.
Hab. ad ligna emortua in ins. Ceylon (THWAITES). — Hymenium
siccum brunneum; pili granulati.
36. **Cyphella pulchra** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 665. — Cupulifor- 7841
mis, cremoricolor, e strato candido byssoideo oriunda, margine la-
cerato; hymenio pallide flavo.
Hab. ad cortices in ins. Ceylon (THWAITES).
37. **Cyphella versicolor** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 659. — Sessilis, 7842
irregularis, margine inflexo extus tomentosus; hymenio fulvo e stra-
to fulvo tomentoso oriundo; sporis pallide brunneis, 10 μ . long.
Hab. ad ligna emortua in ins. Ceylon (THWAITES). — Facies
Tapesia.
38. **Cyphella furcata** B. et C. North Amer. Fung. n. 288. — Stipite 7843
cylindrico, hic illic furcato cupulisque cyathiformibus, ferrugineis,
tomentosis.
Hab. ad Alnos in Alabama Amer. fœder. (BEAUMONT).
39. **Cyphella leonina** Speg. Fungi Arg. pug. III. n. 38. — Densa et 7844
late gregaria, sessilis v. subsessilis, uña cupulato-explanata, orbic-
ularis v. e muta pressione undulato-angulata, siccæ subglobosæ
contractæ 0.7–1.5 mm. diam., extus dense et strigose tomentosæ-
pubescens, fulvo-tabacina, pilis mollibus longiusculis, 150–300 μ 2–
3.5, subcontinuis, præcipue apicem versus minute papilloso-aspernatis,
rufescenti-fulvis; hymenio levissimo, glaberrimo, pulchre roseo v.
subaurantio-albescente; sporis ellipticis, crassiuscule tunicatis, granu-
luloso-factis, 10–12 μ 5, hyalinis.
Hab. ad ramos dejectos putrescentes Celtidis Tala, in silvis
australioribus «Montes largos» dictis, in Argentina Amer. merid.
40. **Cyphella disseminata** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 661. — Cupulis 7845
sessilibus, obovatis, ore parvo apertis, extus flaccis melleis granu-
latis vestitis.
Hab. in cortice putri Paradanga Ceylon (THWAITES). — Pri-
mo *Nectria* adspæctum offert.
41. **Cyphella subgelatinosa** B. et Rav. North Am. Fungi n. 290. — 7846
Sessilis, applanata, fusca; margine leviter inflexo.

- Hab.* ad ramos Alni serrulatæ in Carol. infer. Amer. fœder. — Facies minutæ brunneæ subgelatinosæ *Pezizæ*.
42. **Cyphella pendula** (Schwæg.) Fr. Epicr. pag. 567, *Pez. digitalis* 7847
Schwein. Syn. Car. n. 1183, *P. pendula* Schwaegr. in litt. — Sub-suberosa, minor, cupula pendula, digitaliformi, rugosa, cinereo-fusca, margine obtuso discoque pruinosis.
Hab. in cortice Juglandium, ex quo erumpit, in Carolina Amer. fœder. — A *Cyphella digitali* longe distat et multo minor, 2-3 mm., substantia firmiore etc., sed forma eadem. Extus sub lente eximie rugosa, pubescenti-pruinosa. Margo obtusissimus, integerimus, discum profunde excavatum levem pallentem cingens. Similis *Ditiolæ radicatæ* locis verticalibus crescenti; sed illa semper adscendit, hæc deflexa pendula.
43. **Cyphella Cupressi** (Schw.) Fr. Epicr. p. 567, *Merulius Cupressi* 7818
Schwein. Car. n. 835. — Membranaceo-scariosa, cupula vertice porrecto stipitata, fusca, margine inciso-repando, disco subrugoso.
Hab. in ramis Cupressi Carolinæ Amer. fœder. — Eximium generis decus. Vere scariosa, contextu vesiculari. *C. digitali* forma subsimilis sed diversissima; minuta 6-9 mm. alta limboque aperto æque lata, imbricata, una cum stipite brevi dorsuali subcentrali continuo deorsum angustato subcampanulata, pruina alba densa tecta, qua detersa nitens; cupula subrotunda, margine tantum inciso-lobata, disco plicis pectinatis confertissimis anastomosi junctis.
44. **Cyphella straminea** Schroet. Pilz. Schles. p. 435. — Membrana- 7849
cea, gregaria, sicca turbinata, brevissime stipitata, uda hemisphærica, 0,5-0,7 mm. lata, extus pilis brevibus, stramineis, vestita; hymenio albido vel pallide flavo; basidiis clavatis, 4 μ . latis; sterigmatibus quaternis; sporis ellipticis 9-10 \approx 4-5, hyalinis, levibus.
Hab. in fragmentis lignis Tiliæ in Silesia. — Pili 3 μ . diam., leves, acuti.
45. **Cyphella cupulæformis** B. et Rav. North Amer. Fung. n. 291. 7850
— Sparsa, cupulæformis, minuta, grisea, extus subtiliter tomentosa; hymenio fusco.
Hab. in truncis Juniperi virginianæ in Carol. infer. Amer. fœder. — Primum similis *Pezizæ Godronianæ*.
46. **Cyphella cinereo-fusca** (Schw.) Sacc. Mich. II, p. 303, *Peziza* 7851
cinereo-fusca Schw. Car. p. 93, Fries Syst. Myc. II, p. 97. — Sessilis, applanata, firma, farinaceo-hirta, cinereo-virens, disco fusco-badio.
Hab. in ramis denudatis Cercidis Amer. bor. et Vitis viniferæ

Toulouse Galliæ (ROUMEGUÈRE). — *Cyph. Monachu* Speg. in Sacc. Mich. II, p. 303 (in sarmentis Vitis Toulouse Galliæ et Conegliano Ital. bor.) immatura visa sed verisimiliter a *C. cinereo-fusca* non satis distincta.

47. **Cyphella stupea** B. et Br. Ann. Nat. Hist. n. 1698. — Erumpens, sessilis, pezizæformis, extus stupea, e brunneo-albida; hymenio fulvo. 7852

Hab. ad ramulos Genistarum tenellam cuticulam perforans in Scotia.

48. **Cyphella brunnea** Phill. in Grev. XIII, p. 49. — Sparsa vel stipitata, sessilis, cupulata, sordide brunnea, ad marginem griseo-pruinulosa; margine incurvo, lacerato, ostiolo obliquo; hymenio levi brunneo-decolorato; carne pallida, subgelatinosa; basidiis clavatis, 2-4 sterigmicis; sporis globosis, 5-6 μ . diam., hyalinis. 7853

Hab. in cortice et in ligno Sambuci, Shrewsbury Britanniæ. — Cupulæ 5 mm. latæ, 8 mm. altæ.

** Caulicolæ et epiphyllæ. Cfr. *C. griseopallidam*.

49. **Cyphella lacera** Fr. Syst. Myc. II, p. 202, Hym. Eur. p. 664, Weinm. p. 521, Berk. Outl. p. 277, *Peziza membranacea* Alb. et Schwein. p. 316, t. 1, f. 5, *Merulius luteus* Secr. 2, p. 477. — Membranacea, cupularis, vertice porrecto stipitata, pendula, dein multifido-lacera, superne fibrillis densis nigris striatula; hymenio ruguloso, albido. 7854

Hab. ad stipulas et virgulta ad terram in Europa. — 2-3 mm. lata, 4-6 mm. alta. Colore albido et luteo variat.

50. **Cyphella læta** Fr. Epicr. p. 568, Hym. Eur. p. 664, Pat. Tab. 362, Oudem. Bat. p. 34. — Membranacea, oblique cupularis, vertice porrecto stipitata, integra, glabra, utrinque sulphurea; hymenio demum foveolato; basidiis 4-sporis; sporis ovoideis, hyalinis 6-8 \approx 3-4 (Pat.). 7855

Hab. ad caules emortuos herbarum majorum in horto botanico Lundensi (FRIES), in Batavia (VAN DER TRAPPEN), Eaux-Bonnes Galliæ (DOASSANS). — Pulcherrima, 6-8 mm. lata, sporas uberrimo spargens.

51. **Cyphella Capula** (Holm.) Fr. Ep. p. 568, Hym. Eur. p. 664, Gill. C. F. c. ic., Pat. Tab. 35, Berk. Outl. p. 278, *Peziza* Holmsk. II, t. 22, Nov. Act. Hafn. I. p. 286, f. 7. — Membranacea, oblique campanulata, in stipitem obliquum porrecta, glabra, albida, margine sinuato difformi; hymenio levi; sporis ovato-obpiriformibus, 8 \approx 4, 7856

pluriguttulatis, hyalinis, basidiis clavulatis, 25 = 6, apice 3-4-spiculososis fultis.

Hab. ad caules emortuos herbarum et in radice natante Phragmitis lecta in Europa, Tasmania et in Amer. foder. — Cupulæ cernuæ, glabræ, sordide albæ. — Var. *flavescens* Pat. Tab. n. 56. Tota flavido-brunnea. In caulibus Artemisiæ, Poligny Galliæ. *Peziza cernua* Schum. Fl. Dan. t. 1970, f. 3 videtur varietas.

52. **Cyphella Tuba** Weinm. Ross. p. 520, Fr. Epier. p. 568, Hym. 7857
Eur. p. 664. — Submembranacea, tubæformis, obliqua, postice in stipitem porrecta, strigoso-villosa, albida, margine inciso; hymenio pallido, ruguloso, farinulento.

Hab. ad caules exsiccatos herbarum v. c. Anethi in Europa. — Gracilis, sicca torta.

53. **Cyphella solenioides** Karst. Myc. Fenn. III, pag. 325, Fr. Hym. 7858
Eur. pag. 706. — Sessilis, cylindrica v. digitaliformis, subobliqua, villosa, nivea; sporis subellipsoideis, vel subsphæroideis, circiter 5 = 3.

Hab. ad ferulas Umbellatarum in Fennia. — Vix 1 mm. alta et lata. Pili subæquales, granulato-adspersi, leviusculi, longit. circiter 100 μ . crassit. 2,5-3,5 μ .

54. **Cyphella gibbosa** Lèveill. in Ann. sc. nat. 1848, 2, p. 126, Fr. 7859
Hym. Eur. p. 664. — Cupula membranacea, infundibuliformi, basi gibbosa, alba, extus intusque levi; stipite tenui, longiasculo, concolore.

Hab. ad caules Solani tuberosi, Nievre Galliæ. — Erecta dicitur ob stipitem rectum, sed fingit Fries in latere inferiore lectam et hinc stipitem haud deflexum. Cupula 3-5 mm. alt., stipes 1-3 mm. long.; basidia 4-spora; sporæ ovoideæ, hyalinæ.

55. **Cyphella pallida** Rabenh. exs. n. 1415, Berk. et Br. n. 1372, Fr. 7860
Hym. Eur. p. 664. — Cupulis sessilibus, primo orbicularibus, demum irregulariter lobatis, planis, tomentosus v. hispidulis; hymenio demum rugoso, pallide ochraceo; sporis ellipsoideis, 6-9 μ . long.

Hab. in caulibus exsiccatis Clematidis Vitalbæ in Europa. — Cupula $\frac{1}{2}$ -1 mm. lata, interdum prolifera.

56. **Cyphella Malbranchei** Pat. Tab. Anal. fung. n. 466, Malbr. et 7861
Let. Champ. Norm. p. 48, tab. f. 1. — Cupulis aggregatis, mycelio tenui, albo connexis, 1-3 mm. diam., initio regularibus, calyculatis, mycelio subimmersis, dein obliquatis, extus albo-tomentosis, pilis clavatis, margine ciliato, integro; hymenio primo levi, dein radiatim 5-6-plicato, flavido; sporis oblongis, deorsum atte-

nuatis, 2-5-guttulatis, hyalinis, 12-15 = 3-6; basidiis clavatis, apice 1-sterigmicis.

Hab. in caulibus emortuis Tenorii, Normandia (MALBRANCHE).

57. **Cyphella Pimii** Phill. Grev. XIII, p. 49. — Fasciculata, cyathi- 7802
formis, erecta vel pendula, membranacea, pubescens, alba vel pallide lutescens; stipite gracili, curvato, sursum latiori, margine subinde inciso; basidiis cylindræo-clavatis; sporis subpiriformibus, 7-10 = 4, hyalinis.

Hab. in caulibus herbaceis putrescentibus in aqua, Dublin Britannicæ. — Cupule circiter 4 mm. altæ et 2 mm. lat.

58. **Cyphella australis** Speg. Fung. Arg. pag. III, n. 36. — Parvula 7803
1,5-2,5 mm. alt., sparsa v. hinc inde 2-5 gregaricæ; stipite gracili 500-1000 = 200-250, extus minutissime ac laxè puberulo, griseo-glaucò, plus minusve abruptè in pileum expanso; pileo stipiti subæquilongò, campanulato, recto v. subnutante, tenui, membranaceo-tenacello, margine primo intus involuto, dein recto, integro, undulato, extus (sub lente tantum) minutissime pruinuloso, cinereo v. cinereo-glaucò, hymenio levissimo, pallidiore; sporis non visis.

Hab. ad caules dejectos putrescentes Conii maculati, prope el Banado de S. José de Flores, in Argentina Amer. merid. — Species habitu atque statura *C. Capulæ* Holmsk. similis, colore, pruinulositate etc. valde recedens.

59. **Cyphella Pelargonii** Kschbr. in Flora 1875, p. 378. — Cæspitosa, 7804
parvula, membranaceo-papyracea, obconica, vertice attenuato, adfixa, pendula, margine truncata, levis, pruinosa, candida $\frac{1}{2}$ mm. longa; hymenio levi, ochraceo.

Hab. in cortice emortuo Pelargonii zonalis in monte «Boschberg» prope Somerset-East, Prömont. Bonæ Spei. Africæ (P. MAC OWAN).

60. **Cyphella dumetorum** Bomm. et Rouss. Fl. Myc. Brux. p. 88. — 7805
Gregaria, subcupuliformis, membranacea, lateraliter adnexa, sessilis, alba, extus tomentosa, margine sæpe lobato, 3 mm. diam.; hymenio pruinoso, venoso; sporis granulosis, sursum obtusis, basi subacutis, 12-15 = 3-5.

Hab. in sarmentis Rubi et caulibus siccis Urticæ dioicæ in Belgio.

61. **Cyphella Gilletii** Patouill. in Rev. Myc. IV, p. 211 et Tab. An. 7806
Fung. n. 30, Gill. C. F. c. ic. — Cupulis breviter stipitatis, membranaceo-mollibus, calyculatis, margine undulato-fissis, extus tomentosis, atro-violaceis, longitudinaliter granuloso-striatis; hyme-

nio levi, pallide griseo-violaceo; basidiis clavatis, tetrasporis; sporis obovatis, minutis, 4 μ . longis.

Hab. in caule emortuo Sambuci Ebuli, Poligny Galliæ. — Cupulæ 2-3 mm. altæ, 1 mm. lat.

62. ***Cyphella Cirsii*** Crouan Finist. p. 61. — Cupuliformis, profunde 7867
 concava, suburceolata, sessilis, 2-3 mm. diam., griseo-nigricans, margine pilis albis erectis coronata, extus pilis obtusis, granulosis, albidis, fasciculatis vestita; basidiis cylindricis, granulosis; sterigmatibus brevibus; sporis sphaericis 1-guttatis.

Hab. in caulibus emortuis Cirsii palustris Finistère Galliæ.

63. ***Cyphella villosa*** (Pers.) Karst. Mycol Fenn. III, p. 325, Pat. 7868
 Tab. 257, *Peziza villosa* Pers. Syn. Fung. p. 655, Fr. Syst. myc. II, p. 104, pr. p. — Sessilis, sicca sphaeroidea, alba, niveo-villosa, persistens; hymenio levi.

Hab. ad caules Artemisiæ vulgaris prope Mustiala in Fennia, in caulibus variis in Gallia et Italia, in radicibus deterratis Smilacis Mauritanicæ, Bahia prope Coimbra Lusitaniæ (MOLLER), ad caules Atriplicis, in ramis decorticatis Corni masculæ pr. Malmedy Ardenn. ad ramulos emortuos in ins. Ceylon (THWAITES), in trunco putrescente et decorticato Salicis Humboldtianæ, in nemoribus uliginosis Boca del Riachuelo in Argentina Amer. merid. (SPEGAZZINI). — Basidia fusoidæ; sporæ ovato-oblongæ, gibbæ, hyalinae, 7 \approx 4 (Pat.). Sec. Schröt. basidia 40-50 \approx 5-6, tetrasterigmica; sporæ gibbæ 11-12 \approx 8-9. Habitus *Lachnelle niveæ* etc.

64. ***Cyphella dochmiospora*** Berk. et Br. n. 1373, Fr. Hym. Eur. 7869
 p. 665. — Minuta, pezizæformis, nivea; sporis obliquis, ovatis, acutiusculis, 9-15 μ . long.

Hab. ad caules, ramulos Batheaston Britannicæ. — An diversa a præcedente?

65. ***Cyphella niveola*** Sacc. *Cyphella nivea* Fuck. Symb. p. 26, nec 7870
 Crouan, Fr. Hym. Eur. p. 665. — Minuta, cupularis, in stipitem porrecta, nivea, ubique ciliata, ciliis patentibus; disco obliquo, albo; sporis minutissimis, globoso-ovatis.

Hab. in foliis putrescentibus Salicis capræ in Germania. — Minima, 1-2 mm. modo lata.

66. ***Cyphella punctiformis*** (Fr.) Karst. Fung. Fenn. exsicc. 714, *Peziza punctiformis* Fr. Syst. myc. II, p. 105, Karst. Pez. et Asc. 7871
 p. 23, Nyl. Obs. Pez. p. 33. — Sessilis, subsphaeroidea, exigua, alba, niveo-villosa, subfugax; hymenio levi; sporis ellipsoideis v. oblongatis, 5-8 \approx 2-4.

Hab. supra folia putrescentia Betulæ, Alni, Salicis Capreæ etc. atque caules Rubi, Epilobii etc. in Fennia saltem meridionali passim obvia, in caulibus Menthæ et Eupatorii, Brionne Galliæ inque foliis dejectis Somerset East Africae austr. — Var. **stipitulata** Sacc. Mich. II, p. 303: cupulis albis obconico-stipitellatis, pilis radiantibus, candidis 200 \approx 5-6, rugulosis cinctis; basidiis tereti-clavulatis, 15 \approx 3-4. In foliis Cratægi Oxyacanthæ putridis Francheville, Rhône Galliæ. Basidia oblongato-piriformia, circiter 12 \approx 5-6 Pili vermiculari-acuminati, granulato-adsersi.

67. **Cyphella faginea** Libert. Cr. Arden. n. 331, Desmaz. in Ann. sc. nat. 1842, pag. 100. — Membranacea, tenerrima, sessilis, nivea, primo globosa, dein evoluta campanulata, cernua, pilis confertis septatis obsessa. 7872

Hab. ad folia dejecta in fagetis in Europa. — 0,5-1 mm. lata.

*** In Monocotyledoneis.

68. **Cyphella culmicola** Fr. Hym. Eur. p. 665, Fuck. Symb. p. 25. — Membranacea, sessilis, primo concava, dein explanata, irregulariter repanda, extus levis, sordide subcinerea, intus sordida; sporis ovatis. 7873

Hab. in culmis et foliis putrescentibus Tritici repentis in Germania. — Usque ad 6 mm. lata.

69. **Cyphella Goldbachii** Weinm. Ross. p. 522, Berk. Outl. p. 278, Fr. Hym. Eur. p. 665. Pat. Tab. 33, *Chaetocypha variabilis* Corda apud Sturm t. 63. — Membranacea, cupularis, sessilis, urceolato-concava, lobata, extus villosa, alba; hymenio levi, pallido. 7874

Hab. ad culmos graminum, Secalis, Airæ cæspitosæ etc. in Europa. — Minuta, irregularis et lobata, quo a Soleniis differt. Basidia 2-4-spora; sporæ ovoideæ, hyalinae, 4 \approx 2 (Pat.). sphaericae vero 8 μ . diam. ex Quélet.

70. **Cyphella sulphurea** Fr. Hym. Eur. p. 665, Pat. Tab. 256, *Peziza sulphurea* Batsch Cont. I, f. 146, *P. Campanula* Nees Syst. p. 71, f. 295. — Membranacea, late campanulata, in stipitem brevem subflexuosum porrecta, levis, glabra, flava; hymenio levi. 7875

Hab. in culmis exsiccatis in Europa et ad caules herbarum emortuos in uliginosis, Griffins New York Amer. foeder. (Pæck). — Basidia sphaeroidea, 4-sterigmica; sporæ ovoideæ, hyalinae, 5-3 (Pat.). Gregaria, tenella, subliformis, margine subrepando.

71. **Cyphella cuticulosa** (Dicks.) Berk. Outl. p. 278, Fr. Hym. Eur. p. 665. *Peziza* Dicks. Crypt. 3. : 9 f. 11 — Membranacea, ex 7876

oblongo cupularis, postice stipitata, levis, glabra, albida, diaphana.

Hab. ad culmos graminum siccos in Britannia. — Post Dicksonium non reperta.

72. *Cyphella albo-marginata* Pat. Tab. Ann. Fung. Fasc. IV, p. 161. 7877
fig. 361. — Cupulis pendulis, campanulatis, in stipitem plus minus elongatum et excentricum attenuatis, 4-5 mm. diam., griseo-cinereis, margine albis; pilis simplicibus, tenuibus, ubique velutino-tomentosis, pilis marginalibus crassioribus sursum saepe ramosis; hymenio cinereo, levi; basidiis 4-sterigmicis; sporis ovoideis hyalinis, 6-7 \approx 3.

Hab. in toitis emortuis graminum, Bois de Vincennes Galliae.

73. *Cyphella lactea* Bres. Fungi Trident. p. 61, Tab. LXVII, f. 2. 7878
— Pendula, campanulata, gibbosa, interdum uno latere magis pro-
ducta; membranacea, sessilis, nivea, extus tomentoso-pilosa, 1 mm.
circiter lata longaque, margine integro ciliato; sporis ovato-clavatis
12-15 \approx 3-3½ basidiis clavatis 30-35 \approx 6-7.

Hab. ad culmos et folia exsiccata graminum in agro Tridentino. — A similibus concoloribus praesertim sporis distinguenda.

74. *Cyphella? stictioidea* Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 80. — Cupulis 7879
erumpenti-superficialibus, laxe gregaris, inordinatis, adis hemisphaericis 1-1,3 mm. diam., siccis irregulariter contractulis, tenacellis, rigidulis, extus albis, parcissime pruinulosis, intus albo-ceraceis, glabris, margine acuto, repandulo, integro; basidiis (an
asci immaturis?) elongato-clavatis, 30-34 \approx 5-8, crasse guttulatis,
hyalinis; sporis non visis.

Hab. ad vaginas cumorum emortuorum Bambusaceae spinosae
cujusdam in silva subvirginea Caa-guazu. — Species dubia ob
sporas imperfectas et habitum pezizoideum; an *Stictis* v. *Stegia*
immatura?

75. *Cyphella Junci* Crouan Finist. p. 61. — Sessilis, alba, profunde 7880
concava, 2-3 mm. diam.; basidiis subcylindricis, 4-sterigmicis; sterigmatibus filiformibus, longis; sporis ovoideis.

Hab. in calamis Junci effusi, Finistere Galliae.

76. *Cyphella Palmarum* B. et C. Cub. Fung. n. 453. — Alba; pileo 7881
cyathiformi, extus subtiliter pruinoso; stipite brevi, tomentoso, crassiusculo.

Hab. in petiolis Palmarum Cubae Amer. centr. (C. Wright). —
Vix 2 mm. alta; stipes pro ratione pilei crassiusculus, saepe obliquus.

77. *Cyphella epineuca* B. et C. N. Pac. exp. n. 111. — Galeaeformis 7882

vei conchiformis, tomentosa e strato corticioideo orunda; hymenio levi.

Hab. ad paucitas emortuas *Areca* in ins. Bonin Maris Pacifici.

78. *Cyphella epileucina* Sacc. *C. epileuca* B. et Br. Fung. of Ceyl. 7883
n. 663, nec B. et C. — Alutacea, pruinosa; pileo galeato e mycelio tenui albo oriundo; hymenio levi; sporis binucleatis.

Hab. ad ramos (?) in insula Ceylon.

79. *Cyphella musicola* B. et C. Cub. Fung. n. 452. -- Pileo cruci- 7884
buliformi, pallide purpureo, brevissime stipitato sessilive, extus tomentoso; hymenio luteo.

Hab. in vaginis foliorum *Musarum* Cubæ (C. WRIGHT). -- Circiter 2 mm. lata.

80. *Cyphella Bananæ* Cooke in *Grevillea* VI, p. 132. — Fuliginea, 7885
digitaliformis, postice porrecto-pendula, glabra; margine integro; disco niveo, rugoso; sporis linearibus, obtusis, curvulis, 10-12 \approx 2,5.

Hab. ad folia emortua *Musæ* Gainesville Floridæ Amer. fœder.

81. *Cyphella Oudemansii* Sacc. *C. Musæ* Oudem. Aanw. Mycol. Nederl. IX-X, p. 22, vix Jungh. — Cupulis membranaceis, pedicel- 7886
latis, pendulis, oblique digitaliformibus, dilute glaucescentibus, 1-2 mm. latis, extus pulveraceis, pedicello pubescente, 1 mm. longo, basi floccoso; basidiis breve cylindricis apice subincrassatis, sterigmatibus subtilissimis (?) singulis sporam ovalem ferentibus.

Hab. in trunco putrescente *Musæ* Eusetes in horto bot. Amsterdam Neerlandiæ. — A *C. Musæ* pedicello distincto, pubescente, cupula glaucescente etc. videtur diversa.

82. *Cyphella Musæ* Jungh. Crypt. Jav. p. 28. — Membranacea, lu- 7887
tescens; cupula digitaliformi, pendula, lateraliter stipite brevissimo affixa, levi, orificio obliquo dein lacerato-fisso.

Hab. ad truncos *Musæ* paradisiacæ in silvis montis Merapi Javæ 1300-1600 m. altitudinis. — Pallido-lutescens, 2-3 mm. longa, campanulata, margine primo integro dein in lacinias plures irregulariter fisso.

83. *Cyphella scariosa* Cesati Myc. Born. p. 10. — Cupulis minutis- 7888
simis, helvolis, subiculo tenuissimo, concolori, fugaci stipitum insidentibus, membranaceis, scariosis.

Hab. ad corticem *Monocotyledoneæ*, *Hysterio* indeterminato associata, in ditione sarawakensi Bornei Malesiæ (O. BECCARI).

**** In *Acotyledoneis*: (ultima sp. terricola).

84. *Cyphella muscigena* (Pers.) Fr. *Epier.* p. 567, *Hym.* Eur. p. 663, 7889

Pat. Tab. 465, Berk. Outl. p. 277, *Theleph.* Pers. Syn. p. 572, *Th. vulgaris* Myc. Eur. t. 7, f. 6, *Cantharellus levis* Syst. Myc. 1, p. 324, Weinm. Ross. p. 521. — Membranaceo-mollis, applanata, subdimidiata, candida, extus sub lente sericea; hymenio ruguloso.

Hab. ad muscos majores ut Polytricha; etiam in terram descendens in Europa, Lake Pleasant New York Amer. fœder. (Рѣск), Melbourne Australiæ et in Tasmania. — Forma variabilis, etiam stipitata, spathulata etc. 7-11 mm. lata. Basidia in apice hypharum filiformium tereti-clavulata; sporæ ovoideæ, hyalinæ, quaternæ, 8-10 = 5.

85. **Cyphella galeata** (Schum.) Fr. Epicr. p. 567, Hym. Eur. p. 663, 7890
Berk. Outl. p. 277, Quéll. p. 293, *Merul.* Schum. Fl. Dan. t. 2027, f. 1, *M. muscorum* Sommerf. Lapp. p. 268. — Membranaceo-mollis, subsessilis, ex obverse cupulari dimidiata, galëiformis, levis, albidâ; margine integerrimo; hymenio demum rufescente, ruguloso; sporis minutis, ovatis obovatisve, 10 = 8.

Hab. ad muscos passim in Europa. — 1½ cm. usque lata, inter vicinas media, junior integra, cupularis, uda grisea, sicca nivea, dein rufescens, quæ *Thel. vulgaris* β. Pers.

86. **Cyphella muscicola** Fr. S. M. 2, p. 202, Hym. Eur. p. 663, Pat. 7891
Tab. 31, Weinm. p. 521, Berk. Outl. p. 277, *B. cupula* irregulari, extus cinerea, *Peziza inæquilatera* Schum. Fl. Dan. t. 2083, f. 2. — Membranacea, subsessilis, persistenter cupularis, cernua, albidopallens, extus fibrilloso-striatula, margine puberulo, repando, lacero; hymenio levi; sporis ellipsoideis, 2- v. pluriguttulatis, hyalinis (immaturis?), 5-6 = 2-3 (Sacc.), aut globulosis 6-7 = 5-6, brunneolis; basidiis 4-sterigmicis, 7-9 μ . cr. (Schröt.).

Hab. ad muscos vivos supra arborum truncos, brumali tempore, in Europa. — Gregaria, admodum tenuis, 4 mm. lata. *Th. lutescens* Pers. Myc. Eur. 1, pag. 116 varietas insignior hymenio lutescente.

87. **Cyphella Neckeræ** Fr. Epicr. p. 568, Hym. Eur. p. 663, Bonord. 7892
f. 212. — Membranacea, ex urceolato campanulata, in stipitem distinctum, æqualem porrecta, pendula, candida, margine integerrimo; hymenio levi.

Hab. in *Neckera curtispindula*, hieme miti, in Europa. — A *C. muscicola* vere distincta.

88. **Cyphella elegans** Saut. Hedw. 1876, p. 152. — Erecta, membra- 7893
nacea, candida, subsessilis, urceolata, extus farinaceo-puberula; margine inflexo, integerrimo; hymenio levi.

- Hab.* in Pterigynandro filiformi prope Salzburg. — *C. muscicola* differt statura erecta, forma urceolata, margine integerrimo.
89. **Cyphella catilla** Smith Journ. Bot. 1873, p. 337, Stev. Hym. Brit. 7894
p. 284, fig. 89. — Submembranacea expansa, margine crispo undulatoque; hymenio venuloso; 18 mm. lata, grisea, sæpe imbricata.
Hab. in muscis foliisque emortuis King's Lynn Britannia. —
Affinis *C. galeatæ*.
90. **Cyphella chromospora** Pat. Tab. An. n. 32. — Cupulis urceolatis, sessilibus, albis, $\frac{1}{4}$ - $\frac{1}{2}$ mm. diam., extus velutis; hymenio levi, albo vel flavido; basidiis 4-sterigmicis, brevissimis; sporis sphaericis, hyalinis, sæpe 1-nucleatis, pallide flavo-ochraceis, 4 μ . diam. 7895
Hab. inter muscos in Gallia. — A *C. muscicola* statura multo minore, sterigmatibus brevibus differt.
91. **Cyphella filicina** Karsten l. c. p. 220, Fr. Hym. Eur. p. 706. — 7896
Sessilis, obliqua, cupularis, villosa, nivea, disco levi; sporis subellipsoideis; sporis ellipsoideis vel subsphaeroideis vel ovoideis, 4-7 = 2-3.
Hab. in filicibus in Fennia. — Circiter 1 mm. lata. Pili subæquales, granulato-adspersi, breviusculi, apice obtusi, 100 = 4.
92. **Cyphella pteridophila** Cooke in Grevillea XIV, p. 129 (*C. filicicola*, sed non B. et C.). — 7897
Albida; cupulis subdiscoideis, concavis 1 mm. lat. levibus, glabris, subtus marginali affixis, latere altero incurvis, margine integro vel bicuspidato; sporis ellipticis, hyalinis, 12 = 4.
Hab. in frondibus Hymenophylli, New Zealand (DR. RALPH), Napier, New Zealand (COLENSO), Adianthi, Walhalla, Gipps Land (TISDALE).
93. **Cyphella filicicola** B. et C. North Amer. Fung. n. 289. — 7898
Stipite brevissimo; cupulis irregularibus, minutis, extus subtiliter tomentosus, umbrinis.
Hab. ad Filices emortuas in Carol. sup. Amer. fœder.
94. **Cyphella Friesii** Crouan Fl. Finist. pag. 62, t. Suppl. f. 11. — 7899
Cupuliformis, subcylindrica, subpendula alba, pilosa; pilis clavatis fasciculatisque; sporis oblongis, granulosis; basidiis clavatis, 4-sporis, sterigmatibus longiusculis.
Hab. in caulis emortuis Pteridis aquilinæ, Finistere Gallia. — Sec. Quel. cupula 1-2 mm. late, sec. Crouan 3-5 mm.
95. **Cyphella paraguayensis** Speg. Fuogi Guar. Pug. I, n. 81. — 7900
Cupulis pusillis, elongato-subellipticis, 0,5-1 mm. long., 0,3-0,5 mm. lat., innato-superficilibus, luce gregariis, inordinatis in sicco parce

contractulis, extus sordide albo-fuscis, tunica tenuissima subcrastacea vestitis, margine integro, laxè minutissimeque (oculo nudo imperspicue) ciliolato, intus pallidis, subceraceis, glabris; pilis marginalibus pusillis, obclavatis, 45-50 \approx 6-7, basi brevissime cuneatis ac truncato-imatis, apice lentè attenuatis, subteretibus abruptè in disculum parvulum, 10-12-laciniato-ossam expansis; basidiis oblongo-clavatis, 20-25 \approx 5, levibus, granulosis, hyalinis; sterigmatibus et sporis . . . non visis.

Hab. ad hypophyllum foliorum dejectorum putrescentium Blechni occidentalis in Pastorèo de Uaà-guazù Amer. austr. — Species pulchella, pilis anomalis mox distinguenda; sporè immaturè, ergo dubia, an pezizacea (*Pezizcula* Tul.) immatura?

96. **Cyphella candida** Jungh. Crypt. Jav. pag. 28. — Membranacea, 7901
candida, levis, cupula subceracea, late campanulata, oblique stipitata, limbo subintegro dein hinc ad basim usque fissò.

Hab. in cortice trunci nlicum arborescentium, in monte Merapi Javo altit. 1300-1600 m. — Cupulæ 4 mm. longæ, oblique, distinctè stipitatae, horizontaliter porrectæ, subcernuæ, ore lato, dein uno alterove latere ad basim usque fissò.

97. **Cyphella Peckii** Sacc. *Cyphella candida* Peck 27 Rep. pag. 99, 7902
vix Jungh. — Cupulis sparsis vel gregariis, minutis, obconicis, fere vel omnino sessilibus, extus tomentosis, mollibus, candidis, quandoque deflexis.

Hab. ad caules emortuos Osmundæ cinnamomeæ Forestburgh New York Amer. fœder.

98. **Cyphella vernalis** Weinm. p. 522, Fr. Epicr. p. 568, Hym. Eur. 7903
p. 663. — Membranacea, cupularis, in stipitem villosam porrecta, extus villosa, cum hymenio levi sulphurea.

Hab. in ollis tepidariorum horti supra Vaucherias, gregaria in Suecia. — Elegans, primo integra campanulata, dein lacerata, extus cum stipite contiguo villosiuscula.

99. **Cyphella perpusilla** Berk. Challeng. Exp. n. 66. — Congesta, 7904
pallidissime mellea, cylindrico-subglobosa, ore minuto aperta; sporis minutis.

Hab. in hymenio Sterei Kunzei, in insulis Atlanticis. — Inter genera *Cyphella* et *Solenia* intermedia.

100. **Cyphella epispnæria** Quel. in Hedw. 1885, II. IV et Suppl. 1875, 7905
p. 537. — Sessilis, campanulata, 1-2 mm., parum aperta, membranacea dem papyracea, villosa, alba, margine fimbriato et ciliato; hymenio albo dein lutescente; sporis ovoideis.

Hab. gregatim super Diatrypes, Valsas etc. in Vogesis.

101. **Cyphella parasitica** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 664. — Minuta 7906
cupuliformis nivea, extus villosa, margine inflexo; sporis ovatis
obliquis, 6-8 μ . long.

Hab. supra plures Sphaerias parasitans in ins. Ceylon (THWAITES). — Affinis *C. villosa*.

102. **Cyphella ? rugulosa** Lév. in Zoli. Verz. p. 17 (*Phlebophora*). 7907
— Pileo membranaceo, obtuso, campanulato, coriaceo-tremelloso e
vertice depresso ad marginem incrassatum undulatum rugoso-sul-
catum, cinnamomeo; hymenii rugis vix protuberantibus pallidiusculis;
stipite stricto, coriaceo, nudo, fistuloso, pileo concolori.

Hab. ad terram in M. Prabakti in Archipelago Indico (ZOLLINGER).

FRIESULA Speg. Fung. Arg. Pug. II. p. 9 (Ety. ab ill. scientie
Magistro E. M. FRIES). — Stipes lateralis. Pileus orbicularis vel
reniformis, superne levis vel villosus, inferne glaber, hymenifer.
Hymenium cystidiis et basidiis compositum. Basidia clavata, 3-4
sterigmatibus apice coronata. Sporæ ellipticæ v. fusiformes, hyalinae
simplices. Substantia carnosio-ceracea.

1. **Friesula platensis** Sp. Fung. Arg. Pug. II, p. 9. — Solitaria, par- 7908
vula, carnosio-ceracea, candida, opaca (sicca contracta, fulvescens,
pellucida); stipite tereti, minimo, albo, levi, abrupte in pileum dila-
tato; pileo laterali orbiculari v. cordato-subreniformi, 1-2 mm. d.,
plano, albo, carnosio, superne pruinuloso, subtus hymenio glabro
e cystidiis et basidiis composito ornato; basidiis clavatis utrinque
obtusè rotundatis, 20-26 \approx 6-7, apice tribus sterigmatibus cylindra-
ceis ornatis; sporis in sterigmatibus acrogenis, fusiformibus, utrin-
que rotundatis, quandoque inæquilateralibus, 20 \approx 7-8, hyalinis, gra-
nuloso-farctis vel 1-2-guttulatis.

Hab. in culnis dejectis putrescentibus Scirpi cujusdam speciei
secus Rio de la Plata, cerca de la Chacarita in Argentina Amer.
fœder. — Species pulchella, colore, substantia, forma *Helotia Her-
barum* similis, sed etiam oculo nudo distinguenda ob pileum late-
raliter in pedicellum productum ac matrici verticalem.

II. HYMENOLICHENES Matt. in N. G. B. I. 1881, p. 265.

Pileus gonidiis viridibus præditus. — Ad Lichenes accidentes.

CORA Fr. Epicr. p. 556, S. V. S. p. 333, Matt. in N. Giorn. B.

I. 1881. p. 245 (Eym. *core* v. *cora* pupilla oculi, puella, ob fun-
gi elegantiam), *Thelephora*, *Gyrotophium* et *Ulva* Auct. p. p. —
Fungi coriaceo-membranacei vel fibrilloso-intertexti, hymenio in-
fero subceraceo rimuloso, basidiis clavulatis monosporis instructi,
prope paginam superiorem stratu gonidiorum virilium sarciniformium
(*Chroococci*) ornati. Stratum subhymenicum e papillis cre-
bris contextum. — Fungi tropici elegantes, plerumque zonati, habitu
ad *Sterea*, hymenio ad *Corticicia* accedentes. Quoad structuram
cfr. eximiam expositionem cl. Mattirollo l. c. et Johow in Pringsh.
Jahrb. XV.

1. **Cora Pavonia** Web. et Mohr. Beitr. I, p. 236 (*Theleph.*), Fr. Epicr. 7909
p. 556, Mattir. l. c. pag. 253, t. VII, *Ulva montana* Swartz Fl.
Ind. occid. III, p. 1920. — Subsessilis; pileo coriaceo-membrana-
ceo, reniformi, glabro, zonato, virescenti; hymenio pallido, demum
furfuraceo fatiscente; basidiis apice 1-sporis; sterigmate filiformi
longiusculo; sporis globosis, asperulis, brunneis, 3-4 μ . diam.

Hab. ad muscos in Juan Fernandez, Costarica, Mexico in Ame-
rica tropica et boreali. — Supra flocculis fasciculatis nigro-pun-
ctata; *Cænogonio* inter Lichenes accedit. — Var. **umbilicalis** Fr.
Nov. Symb. p. 113: pileo integro, repando-lobato, viridi-expallente,
stipite centrali elongato; hymenio (soluto) flocculoso-furfuraceo.
Cum typo. — Sec. Johow (Bot. Zeit. 1884, p. 34) hymenium hujus
speciei juniore ætate non totam pilei paginam occupat, sed est
hinc inde areolatim sparsum; prætereaque basidia sunt 4-spora,
nec 1-spora.

2. **Cora glabrata** Spreng. in Vet. Ac. Handl. 1820, p. 51 (*Theleph.*) 7910
Fr. Epicr. p. 556, Mattir. l. c., p. 257, tab. 1-5. — Suborbicula-
ris, plana, sessilis, pallida, cinereo-zonata, utrinque levis; hymenio
cinereo areolis irregulariter positis.

Hab. ad muscos in Guadalupa (PERRIN, LHERMINIER), Chili (GAY).
— 5 fere cm. lata, undique glabra, membranacea, zonis cinereis
notata. A *C. Pavonia* non multum differt, etiam fructificatio ex
Mattirollo conformis.

3. **Cora gyrotophia** Fr. Epicr. p. 556, *Gyrotophium elegans* Kunze 7911
in Krombh. t. 5, f. 16. — Imbricato-sessilis; pileis reniformibus,
conchatis, subglabris, griseo-zonatis; hymenio carneo, areolis con-
centrice dispositis.

Hab. ad caudices palmarum in insula Mauritiæ.

4. **Cora æruginosa** (Nees) Sacc. *Dichonema æruginosum* Nees Fun- 7912
gi Javanici p. 12, t. II, f. 1-3 in Nov. Act. Nat. Cur. XIII, *Cora*

Neesiana Lév. Champ. Mus. p. 154. — Membranacea, imbricatocæspitosa, suborbicularis, tota villosa, utrinque æruginoso-cæsia, margine fimbriato, pallidiore; areolis marginalibus irregulariter positis, pallide flavis.

Hab. ad truncos in insula Java (BLUME), ad Rockingham Bay et Daintree River Australiæ (DALLACHY) inque Guiana batava et anglica — Color in sicco magis in cinereum vergit. Hyphæ aliæ tenuiores ramosæ pellucidæ articulatæ, aliæ intermixtæ, nec vero cum iis connatæ, triplo crassiores, parum curvatæ, simplices, et, *Confervarum* more, granulis repletæ.

5. **Cora? Bovei** Speg. Fung. Fueg. n. 89. — Pileis densiuscule 7913
gariis v. subimbricatis, dimidiato-sessilibus, spathulatis vel irregulariter reniformibus, subconchatis, undulato-crispatis sæpeque subinvolutis, magnitudine ludentibus, 1-5 cm. diam. trans., 1-2,5 cm. diam. ant. post., margine integris v. repando-lobulatis, obtusis, tenuibus, cartilagineo-membranaceis, coriaccellis, superne sordide griseo-virescentibus inferne cinereis, utrinque dense obsoleteque concentrice fusco-zonatis, primo glabris dein pruinulosis; sporis . . . non visis.

Hab. vulgatissima, ramos ac muscos incrustans, in dumetis pratiquisque montanis in Staten Island Fuegiæ. — Species pulchella, hymenio continuo (in areolas non diffracto) ac sterili semper inventa; contextu dense fibroso, chlorino donata, per exsiccationem rigido-fragilis ac minute denseque (sub lente) nigro-punctulata. An diversa a *C. gyrolophia*?

6. **Cora textilis** (Spreng.) Fr. Fung. Nat. p. 24 (nomen), *Theleph.* 7914
Spreng. in herb. — Nullibi descriptionem inveni hujus speciei, cujus forte ill. Fries specimina habuit a Sprengelio. — Genus *Cilicia*, pro quo in «Plant. homon.», p. 301, ill. Fries typum speciei præsentis sumpsit, ita l. c. describitur: Excipulum oblitteratum, hymenio nudo maculari hinc inde adspersum, thallo effuso v. horizontali-reflexo, fibris intertextis in telam determinatam utrinque similem cano-virescentem.

Hab. ad ramos exoticos (loco ignoto).

RHIPIDONEMA Matt. in Nuov. Giorn. Bot. Ital. 1881, p. 259, t. VIII, (Etym. *rhipis* flabellum), *Cora* Kremp. in Nuov. Giorn. Bot. Ital. 1875, *Rhipidonema*, *Dictyonema* et *Laudatea* Johow in Pringsh. Jahrb. XV. — Fungi coriaceo-membranacei v. fibrilloso-intertexti, hymenio infero subgelatinoso areolato, sulcato v. colliculoso, basidiis

polymorphus brevibus, polysporis (?) instructi, intra totam laminam sed præcipue prope pag. super. gonidiis cateniformibus viridibus (*Scytonematis*) ornati.

I. EU-RHIPIDONEMA. Stratu subhymeniali ex hyphis obtuse ramosis laxè contexto; hymenio sulcato.

1. **Rhipidonema ligulatum** (Kremp.) Matier. in Nuov. Giorn. bot. ital. 7915
1881, pag. 259, t. VIII, f. 6-14, *Cora ligulata* Kremp. in Nuov. Giorn. botan. ital. 1875, p. 15, t. 2. — Membranaceo-coriaceum, primo suborbiculare v. reniforme, sinu adfixum, tandem elongatum, linguiformiter plus minus extensum, apice obtuso v. attenuato, infra (hymenio) pallide testaceum, opacum, plerumque substriato-zonatum, supra integumento algoideo, continuo, tenuissimo, arachnoideo, æruginoso, arte adpresso vestitum; hyphis repetito ramosis intertextis, hymenium versus inæqualiter incrassatis et basidia brevia, ex ovato angulosa gerentibus; sporis globosis, minutis, 3-4 μ . diam. tenuissime asperulis, sterigmati brevissimo diu hærentibus.

Hab. ad ramos arboris ejusdam in Borneo et Singapoore (O. BECCARI) nec non in Malaca (SCHRUBERT). — 10-15 cm. long., 3-7 cm. crass. Hymenium distincte gelatinosum; hyphæ sæpius noduloso-septatæ (*Schnallenzellen*) ut in *Zygodesmis* et *Hypochnis*.

II. DICTYONEMA Ag., Johow. Stratu subhymeniali ex hyphis acute ramosis dense contexto; hymenio sulcato.

2. **Rhipidonema sericeum** Sw. Ind. occ. III, p. 1928 (*Theleph.*), *Dictyonema sericeum* Mont. Bel. Voy. p. 155, t. 14, f. 1, *Cora sericea* Fr. Fung. Natal. p. 25, *Dictyonema sericeum* Johow. l. c. — Imbricatum; pileo sessili, rotundato utrinque sericeo, sublobato, plano, cinereo-viridi, contextu hyssino-sericeo.

Hab. in truncis vetustis inter muscos Ratnapoora et in Jamaica, Tahiti, Brasilia, Costarica et Mexico. — Hyphæ ramosissimæ, implicate, imbricate seu per strata confertæ, hinc pilei quasi fasciati.

3. **Rhipidonema membranaceum** Ag. Syst. p. 85 (*Dictyonema*), Kütz. 7917
Sp. Alg. p. 321, Berk. in Hook. Journ. 1851, p. 16, Johow l. c. — Membranaceum, in superficie sordide æruginum, subtus sordide fuscescens; hyphis 7-10 μ . diam., æruginosis, articulis diametro subæqualibus homogeneis; vaginis rugosis, hirtis, corrosis.

Hab. ad truncos arborum in insulis Marianis (KUNTH) nec non ad Caripi Brasiliæ (SPRUCE).

III. LAUDEATEA Johow. Stratu subhymeniali ex hyphis obtuse ramosis laxè contexto; hymenio colliculoso-sulcato.

4. **Rhipidonema guadalupense** (Rabenh.) Sacc., ? *Dictyonema membranaceum* Ag. var. *guadalupense* Rabenh. Alg. in Hedwigia 1874, p. 7 (nomen), *Laudatea cæspitosa* Johow Gruppe Hymenolich. in Prigsheim's Jahrb. XV. — Cæspitose evolutum; cæspitum basi ex gonidiorum glomerulis formata et e mycelio radiculoso oriunda; gonidiis scytonemoideis; hymenio in partibus matricis occultioribus evoluto.

Hab. inter Hepaticas in insula Guadalupe (LHERMINER).

IV. Species gonidiis ignotis.

5. **Rhipidonema spongiosum** B. et C. Cub. Fung. n. 435 (*Dictyonema*). — Imbricatum, dimidiatum; pileo pallide fulvo, poroso-spongioso, non zonato; hymenio concolori subzonato.

Hab. ad truncos Cubæ Amer. austr. (C. WRIGHT). — Pileus 8 cm. latus; hymenium bene evolutum rimosum, valde notabile. Species *D. sericeo* nobilior.

6. **Rhipidonema irpicinum** Mont. Cent. VI, n. 8 (*Dictyonema*). Syll. Crypt. n. 594. — Pileis flabelliformibus coriaceo-membranaceis planis in orbem amplum confluentibus, supra ope filamentorum utriusque ordinis simul contextorum cristato-irpicinis, ad ambitum haud fimbriatis subtusque ochraceo-pallidis levigatis.

Hab. ad truncos effusum, Taiti ins. maris Pacifici (J. LÉPINE).

7. **Rhipidonema erectum** Berk. Lond. Journ. I (1842), p. 157. t. 7, f. 11 (*Dichonema*). — Olivaceum, erectum, flabelliforme; stipite distincto, margine fimbriato, olivaceo-fusco.

Hab. in arenosis Surinam (HOSTMANN). — 3 cm. altum, 2 cm. latum, membranaceum; hyphæ ramosæ, ramuli coarctato-septati.

8. **Rhipidonema excentricum** Kunth et Agardh Syn. plant. æquinoct. I, p. 1, *Agardh* Syst. Alg. p. 85 (*Dictyonema*). — Receptaculis excentricis, maculis seu areolis hymenii vacuis (nec membranâ repletis).

Hab. in convalli Caripensi juxta speluncam del Guacharo in Brasilia Americæ australis.

Fam. 5. **Clavariæ** CORDA le. long. V, p. 11 (1842).

Hymenium ab hymenophoro haud discretum, amphigenum. Fungi subcarnosi v. coriacei, verticales, simplices vel ramosi. — A *Thelephoris* erectis præcipue fructificatione amphigena dignoscuntur.

Clavis analytica generum.

- Sparassis*. Fungi carnosissimi, ramis foliaceo-complanatis, utrinque fertilibus.
- Acartis*. Fungi fibroso-carnosi in ramos clavatos fibroso-scissiles divisi, sporis farinosi.
- Clavaria*. Fungi carnosissimi, ramosi vel simplices, ramis typice teretibus, non scissilibus.
- Calocera*. Fungi cartilagineo-gelatinosi, siccæ corneæ, simplices vel ramosi, hymenio tremellineo.
- Lachnocladium*. Fungi coriacei, ramosi, tomentosi.
- Pterula*. Fungi coriacei v. cartilaginei, aridi, teretibus vel compressi, simplices v. ramosi.
- Typhula*. Fungi subceracei, simplices, clavulati, aliformi-stipitati, saepe e sclerotio orti.
- Pistillaria*. Fungi e ceracea corneæ, rigentes, lineares vel subclavati v. subcapitati, rarissima sclerotogeni, stipite brevi v. obsolete.
- Physalocera*. Fungi ceraceo-rigidum, capitati, capitulo subgloboso vesiciformi (cavo?), stipite tenui, discreto.

SPARASSIS Fr. Syst. Myc. I. p. 464 (Etyim. *sparassa* lacero). —

Fungi carnosissimi, ramosi, ramis foliaceo-complanatis, e lamina duplicatis compositis, utrinque fertilibus. Basidia tetraspora. Spore continuæ, hyaline. — Fungi speciosissimi, a Quélet et Patouillard inter *Thelephoras* locati.

1. **Sparassis crispa** (Wulf.) Fr. Syst. Myc. I, pag. 465, Hym. Eur. 7923
p. 666, Gull. C. F. cum icon., Sverig. atl. Svamp. t. 17, Weim.
p. 494, Klotzsch Bor. t. 163, Berk. et Br. n. 1133, Hogg et Johnst.
t. 24, Baill. t. 27, Wahlb. Suec. 2, p. 970. *Clav. crispa* Wulf. in
Jacqu. Misc. i. 14, f. 1, Alb. et Schwein. p. 285. *Spar. brevipis*
Krombh. t. 22, f. 2, 3. *Elvelia ramosa* Schaefl. t. 163. — Ra-
mosissima, albida; ramis intricatis, apice recurvis, azonis, serra-
tis; sporis obovatis angulatisque, uni-biguttulatis, dilute ochraceis,
4-6 = 3-4.

Hab. in pinetis Europæ borealis et Carol. inf. Amer. bor. — Speciosissima, maxima, 5-35 cm. diam., 12 cm. usque alta, sæpius

omnino sessilis, rarius breviter stipitata. Krombh. t. 22, f. 1 ab hoc fungo omnino diversa videtur. Deliciosissima.

2. **Sparassis laminosa** Fr. Anteckn. utl. sv., Fr. Epier. p. 570, Hym. 7924
Eur. pag. 666, Roz. et Rich. Atl. t. 65, f. 18-20, *Sp. brevipes*
Krombh. t. 22, f. 1 (exclusis f. 2, 3). *Merisma crispum* Ehrenb.
Ber. p. 18. — Basi ramosa, straminea; ramis erectis, stipatis, con-
crescentibus, apice rectis, azonis, integris; basidiis tetrasporis; spo-
ris ovoideis, albidis.

Hab. inter ramenta Quercus in Europa. — *Sp. crispâ* rarior,
sed æque speciosa, deliciosa. Carnoso-firma; rami applanato-lami-
nosi, ob hymenium pruinosi.

3. **Sparassis spathulata** (Schw.) Fr. Epier. p. 570, *Merisma? spa-* 7925
thulatum Schwein. Car. n. 1070. — Cæspitosa, tenax, pallide ru-
fescens; ramis erectis spathulatis, apice rotundatis zonatis.

Hab. locis graminosis in Georgia et Carolina prope fluvium
Santee Amer. fœder. Vix edulis. — Cæspitosa, vix ramosa, 15 cm.
alta, zonis concentricis horizontalibus. Ad genus *Sparassis* referen-
dam Auctor ipse monuit.

4. **Sparassis tremelloides** Berk. North Am. Fungi n. 297. — Stipite 7926
obsoleto; ramis erectis, tortis, sinuatis, intertextis.

Hab. in Carolina infer. Amer. fœder. — Adspectu tremelloideo.

5. **Sparassis foliacea** St. Amans Fl. Ag. p. 511, t. 11, Dufour in 7927
Ann. scienc. nat. 1840, p. 232. (Non vidi).

Hab. in arenosis Galliæ meridionalis lecta. — Teste Fries, e de-
scriptione manca, dubia species.

ACURTIS Fr. Summa Veg. Scand. p. 337, Forq. Champ. p. 136 (Etym.
a M. A. CURTIS mycol. Americano), *Clavaria* Schw. — Fungi fibro-
so-carnosi, in ramos turgidos clavatos longitudinaliter fibroso-scis-
siles divisi, sporis persistenter farinosi. Inter *Sparassin* et *Clavariam*
medium genus, cujus unica species, post Schweinitzium,
non videtur inventa.

1. **Acurtis gigantea** (Schw.) Fr. l. c. *C. gigantea* Schwein. Car. 7928
n. 1112, Syn. Amer. bor. p. 182, Fr. Elench. I. p. 231. — Cæ-
spitosa, fibroso-carnosa; clavis maximis difformibus, compressis, con-
tortis, albo-testaceis.

Hab. ad radices arborum et in terra in Carolina et Pennsylva-
nia Amer. fœder., ubi interdum plagas 30-90 cm. latas occupat.
-- Cæspites magnitudine capitis humani, 15 cm. usque lati, basi
radiculosa. Clavæ regulares aut sæpius irregulares, $2\frac{1}{2}$ -8 cm. altae.

2½ cm. usque crassæ, deorsum attenuatæ magis liberæ, quam in *Clav. anomala*, a qua præcipue substantia fibroso-scissili dignoscitur. Passim sporis albis tecta. Exsiccata ab insectis magis corroditur, quam aliæ species.

CLAVARIA Vaill. Paris. p. 39 ex p., Fr. Syst. Myc. I, p. 465 (Etym. *clava*). — Fungi carnosi, ramosi v. simplices, subteretes, absque stipite discreto. Hymenium contiguum, siccum, homogeneous amphigenum. Basidia 2-spora (*Clavulina* Schröt.) v. 4-spora. Sporæ hyalinæ (*Clavaria* Karst.) v. ochraceæ (*Clavariella* Karst.). Ut plurimum terrestres.

I. RAMARIA Holmsk. Ramosæ, ramis sursum attenuatis.

A. *Leucosporæ*: sporis albis pallidisve.

*Colore læto, luteo, rubro v. violaceo. Terrestres.

1. **Clavaria flava** Schæff. t. 175, Pers. Syn. p. 586, Fr. Syst. Myc. 7929 I, p. 467, Hym. Eur. p. 666, Sverig. ätl. Svamp. t. 26, Roze et Rich. Atl. t. 67, f. 4-7, Weinm. p. 501, Berl. t. 40, f. 5, *Cl. lutea* Vent. t. 41, f. 4. — Fragilis; trunco crasso, carnoso, albo, ramossissimo, ramis teretibus, levibus, fastigiatis, obtusis, flavis; sporis pallidis vel albido-lutescentibus (hyalinis sub lente), ellipsoideis, 8-10 ≈ 4.

Hab. in silvis tam frondosis quam acerosis, sed rarior in Europa, Australia et Tasmania. — 8-11 cm. alta; cæspites densi 8-16 cm. diam.; ramuli circiter 2½ cm. crassi et alti. Magna. Vulgo confunditur cum *Cl. aurea* multo vulgatiore, ad quam *Cl. flava* plurimorum auctorum pertinere videtur. Deliciosa.

2. **Clavaria patagonica** Speg. F. Patagon. p. 19, n. 53. — Solitaria. 7936 circumscriptione subglobosa, 5 cm. alt., 5 cm. crassa, tenaciuscula: trunco crasso 15-20 mm. alt., 5-6 mm. crass. albo, irregulari, ramis dense fasciculatis, sæpius basi confluentibus, rectis v. flexuosis, crassiusculis, longitudinaliter striatis ac canaliculatis, ex aurantio ochraceis, apice densiuscule ramuloso-botryosis, ramulis brevissime ramulosis, apice truncato-lobulatis, obscurioribus; sporis hyalinis.

Hab. ad terram inter radices Senecionis speciei in collinis aridis pr. Gregory bay Patagoniæ. — Species *Clavariæ flavæ* Schæff. affinis, sed mox distinguenda.

3. **Clavaria botrytes** Pers. Syn. p. 587, Fr. Syst. Myc. I, p. 466, 7951

cum ampla synon., Hym. Eur. p. 667, Sverig. ätl. Svamp. t. 35, Roz. et Rich. Atl. t. 67, f. 1-3, Gill. C. F. cum icone, Fl. Dan. t. 1303, Barla t. 40, f. 1-3, Krombh. t. 53, f. 1-3, Harzer t. 67, Corda Ic. V. f. 75, Berk. Outl. p. 278, Kickx p. 126, Quél. t. 21, f. 4, *Cl. acroporphyrea* Schaeff. t. 176, *C. plebeja* Wulf. in Jacqu. Coll. II, t. 13, Holmsk. II, p. 117 c. icon. — Fragilis; trunco crassissimo, inæquali, ramosissimo, ramis turgidis, inæqualibus, subrugosis, apicibus rubris; sporis ellipsoideis, hyalinis, 12-15 \approx 6 (Karsten), 8 \approx 4-5 (Fuckel), 10-12 \approx 4-6 (Britzelm.).

Hab. in silvis frondosis, præcipue fagetis, in Europa, Carol. inf. Amer. fœder. New England (SPRAGUE), Paramatta aliisque locis Australiæ (W. WOOLLS), Nova Anglia (C. STUART). — 8 cm. alta, 16 cm. diam. usque; ramuli 5 cm. usque crassi. Antiquitus celebrata, deliciosa. Variat alba Krombh. l. c. f. 4, lutea, incarnata.

4. **Clavaria platyceras** Vivian. Fung. Ital. t. 54. — Crassa, carnosa, 7932
fere tota e trunco constans, fusco-carnea, intus alba; ramulis brevibus, fasciculatis, compressis, apice purpureis.

Hab. ad terram in Italia. — 9-10 cm. longa et crassa. — Videtur species distincta, sed *C. botryti* affinis. Diagnosin erui ex icone, quum desit in textu.

5. **Clavaria amethystina** Bull. t. 496, f. 2, (habitu alieno), Pers. Syn. 7933
p. 286, Fr. Obs. 2, p. 286, Hym. Eur. p. 667, Berkl. Outl. p. 279, *Ramaria* Holmsk. Ot. I, p. 110 cum icone optima, mutuata in Nees Syst. f. 151. — Fragilis, ramosissima, violacea, basi æqualis; ramis teretibus, levibus, obtusis; sporis ovatis, dilute ochraceis, 10-12 \approx 7-8.

Hab. locis mucosis vel graminosis ad terram in Europa, Carol. inf. Amer. fœder., Oneida New York (PÊCK), Waitaki in Nova Zelandia. — 5-8 cm. et ultra alta. Elegans. Varietatem tenuem, subsimplicem sistit Berk. Outl. t. 18, f. 4.

6. **Clavaria Schäfferi** Sacc. *C. lilacina* Fr. Hym. Eur. p. 667, (1874) 7934
nec Lév. (1844), *Cl. purpurea* Schaeff. t. 172, non Fl. Dan. — Cæspitosa, lilacina, purpurascens, sicca rigida, fuscescens, clavulis parce ramosis, linearibus, levibus, sæpe tortis, apice dentatis; sporæ 8-10 \approx 6-8.

Hab. in Bavaria ubi olim lecta, nunc demum iterum reperta in ditione bergensi Norvegiæ (CHR. SOMMERFELT JR.). — A *Cl. amethystina* differt clavulis rigidis, tenuioribus absque trunco communi atque colore.

7. **Clavaria Bizzozzeriana** Sacc., *Clavaria tenuissima* Sacc. Mich. I, 7935

p. 436 (1878), nec Lév. — Minima, vix 1. cm. alta tota, amone violacea, carnosula; trunculis filiformibus brevibus, repetito dichotome ramosis, ramulis patule ascendentibus, filiformibus apice acutiusculis; basidiis copiosissimis, cylindraceo-clavatis, 15 = 4-6, sporis diu basidii inclusis dein in sterigmatibus brevissimis acrogenis perfecte globosis, minute 1-guttulatis, 2 μ . d., hyalinis.

Hab. in uliginosis prope hortum botanicum Patavinum, in Italia boreali (Bizzozero). — Cum *Clav. Schaefferi* (Schaeff. t. 172) unice comparanda; ab illa tamen magnitudine quinquies et ultra minore, ramis exacte dichotomis et multo tenuioribus statim distinguitur.

8. **Clavaria compressa** Schroet. Pilz. Schles. p. 417. — Carnoso-te- 7936
max, flava, serius apice brunneola, sicca expallescens, 1,5-2,5 cm. alta, trunco 1 cm. alto, erecto, sursum dilatato in ramos sparsos longe decurrentes (bis-quater-dichotomo-) abeunte; ramis compressis, apicibus plus minus applanatis, rotundatis vel obtusis.

Hab. in caldariis palmarum horti botanici Breslau Silesiæ.

9. **Clavaria fastigiata** Linn. Succ. n. 1269 (e loco et syn.), Bull. 79-7
t. 358, f. D, E., Fr. Epier. p. 571, Hym. Eur. p. 667, Berk. l. c., Kickx p. 126, Holmsk. I, p. 90 e. ic., Fl. Dan. t. 836, f. 2, *Cl. pratensis* Pers. Comm. t. 4, f. 5, Raji Syn. t. 8, f. 4. — Tenacella, cæspitosa, ramosissima, æqualis; ramis brevibus, divaricatis, ramulis fastigiatis; sporis subspheroideis, irregularibus, 4-6 μ . diam.

Hab. in pratis frequens in Europa et Carol. med. Amer. feder. nec non S. Wales Australiæ. — 3-4 cm. alta. Variat apicibus flavis et fuscis: *Cl. vitellina* Pers. Myc. Eur. Ob syn. confertas Fr. Syst. Myc. I, p. 471.

10. **Clavaria muscoides** Linn. Succ. n. 1270, Fl. Dan. t. 775, f. 2, 7938
Bull. t. 496, f. O, Z (rudis), Berk. Outl. p. 279, Holmsk. I, p. 89 e. ic., Fr. Epier. p. 571, Hym. Eur. p. 667, Gill. C. F. cum ic., Britz. n. 11. Pat. Tab. 564, *Cl. corniculata* Schaeff. t. 173, Krombh. t. 53, f. 22, 23, Vaill. Par. t. 8, f. 4. — Tenacella, gracilescens, lutea, bis terve furcata; stipite tenui; ramulis lunatis, acutis.

Hab. in pratis Europæ, Carol. mediæ Amer. feder. et Paramatta Australia. — 2 cm. alta. Sporæ 6 μ . diam. Icones Boltonii prioris t. 112, f. 2 et hujus t. 114 parvæ, vix citandæ.

11. **Clavaria crassa** Britzl. Hym. Sülb. Clav. p. 286, n. 39. — Vio- 7939
lacea; ramis obtusis, pluribus, obtusis clavato-compressis e stipite tenui exsurgentibus; sporis 8-10 = 8.

Hab. in silvis pr. Oberstausen Bavariæ. — *Clavariam Krombholzii* in memoriam revocat.

12. **Clavaria curta** Fr. Monogr. II, p. 281, Hym. Eur. pag. 668, t. 7910 f. 199, f. 2. — Pumila, ramosissima, condensata, lateo-virens; stipite nullo; ramis brevibus, stipatis, obtusis.

Hab. in collibus aridis, gramine tenui vestitis, in Suecia et Britannia. — A precedentibus differt statura et colore.

** Colore albo griseove. Terrestres.

13. **Clavaria coralloides** Linn. Suec. n. 1268, Fr. Syst. Myc. I, p. 467, 7941 Hym. Eur. p. 668, Sverig. atl. Svamp. t. 92, f. 4, 5, Holmsk. I, p. 113 cum icone nitida, Sowerb. t. 278, Krombh. t. 53, f. 4 (passio), Berk. Outl. p. 279, Wahlb. Suec. n. 1053, *Cl. alba* Pers. Myc. Eur. I, p. 191. — Subfragilis, alba, intus cava, trunco crassiusculo, repetito et irregulariter ramosissimo, ramis inaequalibus, sursum dilatatis, ramulis stipatis, acutis.

Hab. in locis humidis silvarum in Europa et Victoria Australiæ. — Vulgo caespitosa, concresecens, inaequaliter fastigiata, 11 cm. usque alta. Variat ramulis haud evolutis, obtusis. A *Cl. cristata* forte non sat distincta. — Var. **Lappa** Karst. Hattsv. II, p. 168: albida, densissime caespitosa, ramulis setaceo-spinulosis, 1,5 cm. alta et lata. In Fennia.

14. **Clavaria cinerea** Bull. t. 351, (forma inconsueta), Fr. Syst. Myc. 7942 I, p. 468, Hym. Eur. p. 668, Pat. Tab. 154, Grev. Scot. t. 61, 321, Berk. I, c., Letell. t. 708, f. 1, *Cl. grisea* Krombh. t. 53, f. 9, 10. — Fragilis, fereata, cinerescens, trunco subcrasso, brevi, ramosissimo, ramis ramulisque incrassatis, difformibus, subrugosis, obtusiusculis; sporis irregulariter ellipsoideo-spheroideis, 8-10 \approx 5-6.

Hab. in silvis in Europa et ad terram pr. Rio Negro Brasiliæ (SPRUCE). — Truncus variat crassior et tenuior. A *Cl. grisea* differt sporis.

15. **Clavaria umbrinella** Sacc. *C. umbrina* Berk. Outl. p. 279, t. 18, 7943 f. 4, (1860) nec Lév., Fr. Hym. Eur. p. 668. — Caespitosa, pumila, parce ramosa, pallide umbrina, basi tenuis, ramis ramulisque cylindricis, furcatis, fastigiatis, obtusis.

Hab. in locis graminosis Angliæ. — Ex icone color rufescens.

16. **Clavaria cristata** Pers. Syn. p. 591, Fr. Syst. Myc. I, p. 473, 7944 Hym. Eur. p. 668, Pat. Tab. 37 et 261, (f. minor), Sverig. atl. Svamp. t. 92, f. 1-3, Fl. Dan. t. 1301, f. 2, Grev. t. 190, Krombh. t. 53, f. 12 (*Cl. palmata*) et t. 13 (*Cl. fabriata*) Pers. Syn. p. 592,

Ramaria Holmsk. l. p. 92 cum icone optima, *Cl. albida* Schaeff. t. 170, *Cl. fallax* Pers. Comm. p. 48, Myc. Eur. n. 16, 19, 20, Comm. t. 2, f. 4. — Tenax, levis, farcta, alba, ramis superne dilatatis, acute incisis, cristatis; sporis angulato-vel subellipsoideo-sphæroideis, hyalinis, 5-7 \approx 3-4 (Karsten) v. 8-10 \approx 6-8 (Britz.).

Hab. frequens in silvis in Europa, Carol. media et infer. Amer. fœder., New England (SPRAGUE), in ins. Rhodensi (OLNEY, BENNETT), Sandlake New York (PECK), Tasmania et Africa australiori. — Maxime variabilis, subcaespitosa 3-7 cm. alta. *Cl. trichopus* Pers. varietas stipite villosa. An *Cl. setacea* Desm. exs. n. 218 et *Cl. pruinella* Cesati differant, e speciminibus siccis non liquet.

17. **Clavaria arctata** Britz. Hym. Südb. Clav. p. 286, n. 6. — *Cl. cristatæ* proxima sed ramis confertioribus, sporis majoribus, 10-12 \approx 6-8 diversa. 7915

Hab. in silvis pr. Langweid Baviaræ. — «An *C. cristatæ* mera varietas?»

18. **Clavaria gregalis** Britz. Hym. Südb. Clav. p. 286. n. 5. — Sine *trunco distincto*, alba; ramis pluries furcatis, in dentes longos acutos abeuntibus; sporis 12 \approx 8-9. 7946

Hab. in silvis pr. Oberstauen Baranai. — *Clavariæ cristatæ* proxima.

19. **Clavaria rugosa** Bull. t. 448, f. 2, Fr. Syst. Myc. I, p. 473 cum syn. et varr., Hym. Eur. p. 660, Gill. C. F. cum icone, Pat. Tab. 38, Pers. Comm. p. 57, Fl. Dan. t. 1301, Grev. t. 328, *Cl. laciniata* Schaeff. t. 291, *Cl. elegans* Bolt. t. 115, Sowerb. t. 278 fig. inf., Kickx p. 125, Vaill. Par. t. 8, f. 2. — Tenax, simplex v. parce ramosa, sursum incrassata, rugosa, alba, ramis difformibus, obtusis; sporis angulato-sphæroideis, 8-10 μ . diam. 7947

Hab. in locis humidis silvarum frequens, in Europa, Carol. media et infer. Amer. fœder., Northampton et Sageville New York (PECK), Cypres Gully pr. Cape Everard et Queensland Australiæ. — 8-11 cm. alta; receptaculum circiter 3 cm. altum. Inter hujus varietates, de quibus conferas Fr. Syst. Myc., insignis fuliginea. Species facile distincta. Forma in Quël. t. 20, f. 5 est gracilis, levis, a basi ramis brevibus, irregularibus instructa.

20. **Clavaria macrospora** Britz. Hym. Südb. Clav. p. 287, n. 9. — Sparsim ramosa, albida; sporis 12-14 \approx 8-10. 7948

Hab. in silvis pr. Westheim Baviaræ. — *Cl. rugosæ* valde affinis.

21. **Clavaria Krombholzii** Fr. Epicr. p. 572. Hym. Eur. p. 669, Gill.

Ch. F. c. ic., *Cl. Kunzei* Krombh. t. 53, f. 15, 16 et *Cl. grossa* l. c. f. 18-20, Bull. t. 496, f. 3, Secr. n. 14. *B. major*, *Cl. grossa* Pers. pr. p. — Fragilis, cæspitosa, levis, candida, parce ramosa; ramis subcompressis, obtusis.

Hab. ad terram in silvis Europæ. — Circiter $2\frac{1}{2}$ cm. alta. *C. rugosæ* similis, sed fragilis et levis, statura varians; sporæ 9-11 = 8.

22. **Clavaria unistirpis** Britz. Hym. Südb. Clav. p. 287, fig. 10. — 7950
Pileo albido, in superiori parte terminali valde ramoso; sporis 10-12 = 6-8.

Hab. in silvis Baviaræ. — *Ramariam ornithopoides* Holmsk. refert.

23. **Clavaria Kunzei** Fr. Syst. Myc. 1, p. 474, Hym. Eur. pag. 669, 7951
Berk. Outl. p. 280, *Cl. chionea* Pers. Myc. Eur. 1, p. 167, Bull. t. 358, f. 1 accedit, sed irregularis. — Subfragilis, a basi tenui cæspitosa ramosissima, candida; ramis elongatis, stipatis, repetitofurcatis, fastigiatis, levibus, æqualibus, axillis compressis.

Hab. in silvis frondosis in Europa et Australia. — Pulchella, serotina, 2-6 cm. alta, $2\frac{1}{2}$ cm. lata; sporæ globulosæ, 9-12 = 8, hyalinæ.

24. **Clavaria setosa** Balb. et Nocca Fl. Tic. II, 345, t. XXII, f. 2, 7952
A. B., Sacc. Mich. I, p. 548. — Stipite basi nudo tuberculato; clavulis patentibus, demum dichotomis, subulatis; sporis globulosis, basi brevissime apiculatis, $3\frac{1}{2}$ -4 μ . diam., hyalinis.

Hab. in pratis montanis ad muscos in provincia papiensi Ital. borealis. — *Cl. Kunzei* Fr. Hymen. 669 huic affinis. Color fungi e speciminibus siccis exacte non eruitur nec in Fl. Tic. indicatur.

25. **Clavaria subtilis** Pers. Comm. t. 4, f. 2, Fr. Syst. Myc. 1, p. 479, 7953
Hym. Eur. p. 669, Alb. et Schw. p. 287, *B. macropus* stipite tenui, elongato, simplici, Pers. l. c. t. 1, f. 2. — Sparsa, gracilis, subtenax, albo-pallescens, basi glabra, crassitie ubique æquali, ramis paucis, furcatis, subfastigiatis.

Hab. in silvis ad terram in Europa et Carol. infer. Amer. fœder. — 3-4 cm. alta, 2 mm. crassa; sporæ 4-6 = 3. Analogas formas macropodas etiam offerunt præcedentes.

26. **Clavaria Puiggarii** Speg. Fung. Arg. pag. III, n. 39. — Parvula, 7954
25 mm. alt., gracilis, alba v. pallescens; stipite pro ratione longiuseculo 15 mm. longo, 0,3-1 mm. cr., deorsum gracili ac fuscescente, e basi incrassato-tuberculiformi, 1,5-2 mm. diam., surgente, sursum gradatim ampliato, applanato ac varie canaliculato-lacu-

loso, abrupte in 5-6 ramos partito; ramis glaberrimis, simplicibus v. vix vertice parvissime ramulosis, apicibus acutiusculis varie canalliculato-costatis. 5-10 = 0,3-0,5 mm.; sporis globosis, basi apiculato-papillulatis, 5-7 μ . diam. hyalinis.

Hab. ad terram in umbrosis prope Apiahy, Brasilia meridionali (Cl. Dr. J. PUGGARI). — Species *Cl. muscoidi* L. peraffinis, sed satis distincta.

27. **Clavaria plebeja** Fr. in Pl. Preiss. II, p. 137. — Tenax, alba, 7955
sul. lutescens, trunco crassiusculo; ramis ramulisque ramosissimis, solidis, stipatis, gradatis, apice cristato-multifidis; sporis albis.

Hab. in arenosis Australiæ (Preiss). — Maxime affinis *Cl. coralloidi* et *Cl. cristatæ*, ramulis numerosissimis stipatis, magis regularibus, recte distincta.

28. **Clavaria Jacquemontii** Lev. Champ. exot. pag. 214. — Alba, cæ- 7956
spitosa; trunco brevissimo, ramoso; ramis confertis, dichotomis, fastigiatis, compressis.

Hab. ad terram in reg. Cæcæmir. — Totus fungus 6-8 cm. altus; affinis *Cl. coralloidi*.

*** Colore albedo v. subalbo. Epixyle.

29. **Clavaria pyxidata** Pers. Comm. t. 1, f. 1. Fr. Syst. Myc. I, p. 470 7957
e. syn., Hym. Eur. p. 669. Fl. Dan. t. 1304, f. 1. — E pallido alutacea, subrufescens; trunco tenui, glabro, ramoso, ramis ramulisque omnibus apice excavato-cupulatis, cupulis margine profifero-radiatis.

Hab. ad ligna putrida in Europa, pr. flavium Santee, in Ohio Amer. Feder., ad ramulos emortuos in Ins. Cuba (C. Wright) et N. S. Wales Australiæ. — Speciosa in Populo tremula. Distinctissima generis, leucospora. Cespites usque ad 10-13 cm. altos sistens; ramulis obovatis levibus, scyphis herim iterumque verticillato-proliferis, terminalibus dentatis; spore subgloboso 1-4,5 = 3, hyalinae (Schrot.).

30. **Clavaria virgata** Fr. Syst. Myc. I, p. 172. Hym. Eur. p. 670, Secr. 7958
n. 31. Kars. M. F. III, p. 330. — Ex albido fulginea, ramosissima, glabra; ramis elongatis, sulcatis; ramulis attenuatis, æqualibus, acutis.

Hab. ad ligna putrida Pini in Europa. — Major, 8 cm. alta.

31. **Clavaria afflata** Lager in Flora 1836, Fr. Hym. Eur. p. 670. 7959
— Cespitosa, ramosa, levis, glabra, sublaphana, albida, dein griseo-aflicca; ramis acutis; apicibus violaceo-fuscis.

Hab. in truncis putridis Pini in Europa. — Cespites 2½ cm.

latis formans, stipes 5 mm. longus, 2 mm. crassus, ex uno puncto in 3-4 ramos divisis, partim simplicibus, partim horum in 2-3 ramulos divisis.

32. *Clavaria delicata* Fr. Syst. Myc. I. p. 175, Hym. Eur. p. 670, 706 Wearn. p. 507, Oudem. Nat. p. 34. — Tenella, e basi ramosa, candida, deorsum villosa; ramis gracilibus, elongatis, teretibus, aequalibus, erectis, acutis.

Hab. ad ligna macera Fagi in Europa. — 2-3 cm. alta. Eximia.

33. *Clavaria epichnoa* Fr. Epicr. p. 573, Hym. Eur. p. 679, Ic. t. 159, 790 f. 3, Karst. M. F. III, p. 330. *Cl. subcanulescens* Reb. Neom. p. 378 (var. in cortice coturno). — Tenella, alba, basi simplex, glabra, in mycelio byssino late effuso albo gregaria, sursum ramosissima; ramis tenuissimis, vage ramosis, divaricatis recurvisque; apicibus tenuissimis.

Hab. ad ligna putrida raro in Europa. — 2-4 cm. alta; sporis 11 μ . diam. Haud rufescens ut *Cl. byssiceta*, ceterum tenuior et a mycelio discreta.

34. *Clavaria pinophila* Peck 75 Rep. St. Mus. p. 136. — Stipite breviori plus minus caespitosa, pallide ramoso ramis confertis, saepe superne compressis et subuligatim divisis, pallide ochraceis, ramis ultimis longiusculis, subulatis, acutis; sporis oblongis vel sublanco-latis, 10-12 \times 4, albidis.

Hab. ad ligna sub Pinis East Berne Amer. bor. — Caespites circ. 2,5 cm. alti.

- B. *Ochlosporae*: sporis ochraceis vel cinnamonaceis. — Species analogae utriusque sectionis externa facie et colore saepe adeo similes, ut ex icone aegre discernantur. Distinctissimae tamen sunt; ochlosporae spongiosae, teretes, saepe bifurcae et in eburnis effluventia.

* Colore fiteo, subcinnamonaceo, citreoo. Terrestres.

35. *Clavaria aurea* Schaefl. t. 287 ex *Cl. flavescens* t. 285 (in-lign.) 790 Fr. Epicr. p. 574, Hym. Eur. pag. 670, Rez. et Rich. Atl. t. 66, fig. 3-4, Gull. C. F. cum Leone Berk. Outl. pag. 280, Kieck. p. 129, *Cl. coralloide* Hark. t. 272, *Cl. formosa* Krombh. t. 53, f. 7, Sacc. n. 11 (excl. Spatass.). — Trunco crasso, elastico, palelescente, in ramos caubulos, triolos, dimotono-ramosissimos, teretes, obtusos, sublentate, lutos deorsu sporis calpeobolis, 9-12 \times 4-6.

Hab. in panis Europa, aliis regionibus copiosa (Upsallia), aliis 2-3-lobata (Fensja) et in Caroi sub et sub Amer. (Eber.) nec non

N. S. Wales Australiae. — Major 8-10 cm. alta, 7-8 cm. lata, elastico-mollis, non pure flava. Analoga cum *Cl. flava*, quæ vero fragilitate, sporis etc. distincta.

36. **Clavaria rufescens** Schaeff. t. 288, Fr. Epicr. p. 574, Hym. Eur. 7961 p. 670, Oudem. p. 34. — Trunco crasso, elastico, alutaceo, ramosissimo; ramis multifidis, stipatis, subfastigiatis, levibus, alutaceis, apice rubris.

Hab. ad ligna in Europa et Sandlake et Greenbush New York Amer. foeder. (PЕCK), nec non in peninsula malacensi (SCOTTESBURY). — In Slavonia. Hæc ut *C. aurea* in cibariis lenta et insulsa. Spore 10-11 = 4. — Var. **Fondosarum** Bres. in Hedw. 1885, p. 148, difert trunco albo et apicibus non rubris.

37. **Clavaria formosula** Britz. Hym. Südb. Clav. p. 287. n. 18. — 7965 Stipite crasso, elastico, læte carneo; ramis concoloribus; apicibus flavo-sulphureis; carne rufescenti-carnea, nullo odore grato prædita; sporis 8-10 = 4.

Hab. prope Oberstausen Bavariæ.

38. **Clavaria obtecta** Britz. Hym. Südb. p. 288, fig. 19. — Stipite 7966 crasso; ramis æqualibus, brevibus, in dentes acutos, inæqualiter longos abeuntibus, flavescentibus; sporis 6-8 = 3-4.

Hab. in silvis prope Langweid Bavariæ. — Cfr. Krombh. tab. 53, fig. 6.

39. **Clavaria formosa** Pers. Ic. et descr. t. 3, f. 5, Fr. Syst. Myc. I. 7967 p. 466, Hym. Eur. p. 671, Gill. C. F. c. icon., Roz. et Rich. Atl. t. 66, f. 1-2, Krombh. t. 54, f. 21, 22, Holmsk. I, n. 13 cum icone, Corda Ic. III, f. 136, *Clav. flava* Harz. t. 7, fig. infer., Batsch. f. 48 cum præcedentibus. — Trunco crasso, elastico, albido; ramis ramosissimis, elongatis, aurantio-roseis; ramulis obtusis, flavescentibus; sporis latissimis, oblongis, ochraceis, papillatis, 18 = 6 (Wint.), 9-11 = 2,5-3 (Schroet.).

Hab. in silvis Europæ, ad terram in ins. Ceyloa (THWAITES), in Carol. infer. Amer. foeder., New England (SPRAGUE), Victoria, N. S. Wales et Queensland Australiae. — 12 cm. usque alta, 2½ cm. et ultra crassa; variabilis, ut plures icones a typo recedant et Barlæ t. 40, f. 4 dubia.

40. **Clavaria spinulosa** Pers. Obs. 2, tab. 3, f. 1, Fr. Syst. Myc. I. 7968 p. 468, Hym. Eur. p. 671, Berk. et Br. n. 1302, Kickx p. 126, *C. flava* Krombh. t. 53, f. 8. — Trunco crassiusculo, brevi, pallido, ramis elongatis, confertis, strictis, attenuatis, subcinnamomeis (fuligineo-spadiceis sec. Pers.), apice concoloribus.

Hab. in silvis raro in Europa et in Mongolia boreali, Han-hai ad fluv. Chargana (affluentem Eder) ad silvæ marginem in solo (POTANIN). — Cæspites erecti 8-9 cm. alti, 6-7 cm. lati. Sporæ 11-14 \approx 4-5. Hæc magis distincta, quam præcedentes *C. corrugata*, *flaccida* et *abietina*, nec obstat Fries, si ob formas ancipites priores conjungi velint. — **C. eumorpha* Karst. Symb. Myc. Fenn. IX, p. 55: receptaculo ramosissimo, ochraceo-pallido, circiter 9 cm. alto; stipite tenui elongato, ramis elongatis confertis, strictis, attenuatis, rugosis; sporis ellipsoideis, sæpe inæquilateralibus, scabris, ochraceis, sub lente hyalinis. In silvis acerosis, locis umbrosis muscosis etc. in regione mustialensi Fennicæ. A typo differt stipite elongato circ. 3 cm. longo, tenui, circ. 3 mm. crasso, ramis rugosis coloreque.

41. **Clavaria testaceo-flava** Bres. Fungi Trident. p. 61, tab. LXIX, 7969

— Trunco crassiusculo, brevi, 5-6 mm. circiter, pallide-rufescente; ramis subconfertis, teretibus vel subcompressis, levibus v. subrugosis, dichotomo- vel subverticillato-ramulosis, cinnamomeo-rufescentibus; apicibus obtusis vel cristato-multifidis, flavo-vitellinis; carne albida, fracta vel compressa vinosa, odore nullo, sapore subamaro; sporis sub micr. flavis, granulosis, elongatis, 10-14 \approx 4-5, basidiis cylindræo-subcapitatis, 35-45 \approx 4-5.

Hab. in silvis alpinis abietinis gregaria, Campiglio in agro tridentino. — Inter *Clavariam spinulosam* et *Cl. abietinam* media sed ab utraque, præsertim statura minore, ramis apice flavo-vitellinis et carne colorata diversa. A *Cl. condensata*, cui subjungit Quélet, diversissima sec. Bresadola. Totus fungus 3-5 cm. altus latusque.

42. **Clavaria abietina** Pers. Comm. p. 46 (var.), Schum. Saell. p. 402 7970

(typica), Fr. Syst. Myc. I, p. 469, Hym. Eur. p. 671, Gill. C. Fl. c. ic., Pat. Tab. 566, Grev. Scot. t. 117, Fl. Dan. t. 2030, f. 2, Berk. Outl. p. 280, Secr. n. 27. — Ramosissima, ochracea, trunco albo-tomentoso, crassiusculo; ramis confertis, siccis longitudinaliter rugosis; ramulis strictis, acutis; sporis subellipsoideis, 7-10 \approx 4-6.

Hab. in silvis abiëgnis frequens in Europa, in montibus Saisiensibus, in silvis ad terram pr. montem «Borus», 2000 m. alt. in Sibiria asiatica, in Carol. media Amer. fœder., in Sierra Nevada (HARKNESS), Victoria Australiæ. — 5-8 cm. alta. Sporæ, sec. Schroet., 6,5-8 \approx 3-4. Hæc et *C. corrugata* et *flaccida* ad longe

alium typum ac præcedentes pertinent. Forma Persoonii minor, contrita virens. Sapor amarus.

43. **Clavaria corrugata** Karsten Fenn. p. 371, Fr. Hym. Eur. p. 671. 701
— Ramosissima, rugosa, ochracea; stipite tenui, brevissimo, glabro; ramis inæqualiter dichotomis vel verticillato-ramosis, sursam dilatatis, convergentibus, acutis; sporis circiter 6-8 \approx 3-4.

Hab. ad terram arenosam inter Alnos in pineto pr. Mustiala in Fennia. — 1-3 cm. alta. Media inter *Cl. abietinam* et *flaccidam*.

44. **Clavaria flaccida** Fr. Syst. Myc. I, p. 471, Hym. Eur. p. 671, 702
Ic. t. 199, t. 4, Pat. Tab. 39, Klotzsch Herb. Myc. n. 130, Berk. Outl. p. 280. — Tenuis, ramosissima, flaccida, ochracea; stipite tenui, brevissimo, glabro; ramis confertis, levibus, inæqualibus, convergentibus, acutis; sporis ellipsoideo-sphæroideis, 4-5 \approx 2-3.

Hab. supra folia coacervata pinea sat frequens in Europa. — 2-6 cm. longa. Allinis *Cl. abietinae* sed multo tenuior. Ipsa glabra est, sed mycelium floccosum supra folia serpens.

45. **Clavaria crocea** Pers. Ic. et descr. t. II, f. 6, Berk. Outl. p. 280, 703
Fr. Hym. Eur. p. 671. — Minuta, tenuis, crocea; stipite nudo, pallido; ramis ramulisque conformibus, subfurcatis.

Hab. in fagetis Europe rarissime. — 1-1½ cm. alta; sporæ 6-7 \approx 2-3. Ex icone omnino distincta.

46. **Clavaria cervina** Worth. G. Smith. in Journ. of Bot. 1873 March. 704
t. 130, f. 9. — Tenuis, parce ramosa; ramulis obtusis, cervinis, basi brunneis, faretis; sporis ochraceis.

Hab. in stipitibus Filicum arborearum in calidariis Royal Horticultural Society Southkington Angliæ.

47. **Clavaria intricata** Cesati Myc. Born. p. 11. — Cervina, 4 cm. 705
alta, cæspitosa, ramosissima, ramis tenuibus, flexuosis, intricatis, apicibus sæpius penicillatis; sporis ochraceis.

Hab. in Horto botanico Peradeniæ Ceylon (G. J. SYDNER).

48. **Clavaria megalorrhiza** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 675. — Ochra- 706
cea, multifida, e mycelio radiciformi oriunda; apicibus acutis, ut plurimum penicillatis; sporis ochraceis.

Hab. in regione centr. ins. Ceylon (PERWAITE). — Circiter 4 cm. alta. In specimine, quod hujus speciei varietatem esse suspicantur ei. autores, sporæ late ellipsoideæ, fortiter echinulatæ 5-6 \approx 2,5-1.

49. **Clavaria secunda** Berk. North Am. Fung. n. 298. — Caulice 707
crassiusculo cito diviso; ramis curvatis secundis; apicibus apiculatis, sporis flavis.

Hab. in Carol. super. pr. fluvium Santee in Amer. fœder. — Pallide lutea.

50 **Clavaria trichoclada** Sacc. et Paol. F. Malac. n. 74. t. 1, f. 6. — 7978

Alutaceo-lutescens, ramosissima, glabra, flaccida in sicco, 6-7 cm. alta, 3-4 cm. lata; trunco e basi incrassata cylindrico, gracili, 1½-2 cm. longo, 2 mm. crasso; ramis ramulisque repetite di-trichotomis, tereti-filiformibus, prælongis (2-3 cm.), ultimis cuspidatis, tortuoso-intricatis; sporis ellipsoideis, ochraceo-fuscis, 14 ≈ 9.

Hab. ad ramos dejectos, putres. — Sporis ochraceis et majusculis nec non ramulis prælongis a *Clav. crispula* et *epichnoa* mox recedit.

** Colore albido, griseo, violaceo, nigrescente. Terrestres.

51. **Clavaria grisea** Pers. Comm. p. 44, Fr. Syst. Myc. 1, p. 168, 7979

Hym. Eur. p. 672, Weinm. p. 501, Berk. Outl. pag. 234. — Firma: trunco crasso, albido; ramis attenuatis, subrugosis ramulisque inæqualibus, obtusis fuligineo-cinereis; sporis elongatis, 10-12 ≈ 4 (B. tz.).

Hab. ad terram in fœgetis Europæ et Carol. mediæ Amer. fœder. — Forma maxime variabili egre dignoscitur a *Cl. cinerea*, sed clare sporis brunneo-rufis, *Cl. grisea* Barla t. 42, f. 1-2 vix hæc, potius sequentis varietas, sed sporæ dicuntur albo-rufescentes.

52. **Clavaria rufo-violacea** Barl. t. 42, f. 3-13, Fr. Hym. Eur. p. 672. 7980

— Fragilis, trunco tenui, cylindrico, basi albo; ramis laxis, subarcuatis, simplicibus furcatisve, teretibus, subrugosis, amethystinis, apicibus obtusis, bifidis, rufescentibus; sporis brunneo-rufescentibus.

Hab. in collibus Italie. — Ex icone apices ramorum flavi.

53. **Clavaria fennica** Karsten Not. Soc. Fenn. IX, p. 372, Fr. Hym. 7981

Eur. p. 672, Bresad. Trid. p. 24, t. 28. — Trunco crasso, violaceo, basi albo, ramis ramulisque longitudinaliter rugosis, subæqualibus, obtusis, flavescenti-fuligineis; sporis subellipsoideis, ochraceis, 8 ≈ 4.

Hab. in silva abiegna Fennicæ. — *Cl. rufo-violacea* videtur admodum affinis; sporæ subellipsoideæ, ochraceæ.

54. **Clavaria suecica** Fr. Syst. Myc. 1, p. 469, Hym. Eur. p. 672, 7982

Sommærl. Lapp. p. 284, Weinm. p. 502. — Ramosissima, mollis, incarnata, mox alutaceo-pallida; trunco crassiusculo, tomentoso; ramis subverticillato-ramosis, distantibus, levibus; sporis ochraceis.

Hab. in piceis Europæ borealis frequens. — 6-11 mm. alta; caulis 7-9 mm. crassus; sporæ 8-10 ≈ 4-5. Caro mollissima, sed lenta, albida, sapore amaro.

55. **Clavaria condensata** Fr. Epier. p. 575, Hym. Eur. p. 672, *Cl. rubella* Schaff. t. 177 (colore rubello recedens), *Cl. muscoides* Sowerb. t. 157, inter hanc et *Cl. strictam* ambigua. — A basi ramosissima, glabra, alutaceo-rufescens, trita immutata; ramis strictis, parallelo-stipatis, levibus, apice fastigiatis, bi-tridentatis, luteis; sporis ochraceis, ovatis, majusculis, 9 μ . longis.

Hab. in nemoribus frondosis haud raro in Europa. — Mycelium album, membranaceum, inter folia serpens. Cæsperes densissimi, 8-10 cm. alti, absque trunco communi.

56. **Clavaria palmata** Pers. Comm. p. 45, Syn. p. 588. Fr. Hym. Eur. p. 672, *Cl. alutacea* Lasch in Rabenh. exsicc. n. 1519. — Ramosissima, alutaceo-pallescentis; trunco tenui; ramis palmatis, compressis, sursum dilatatis, levibus, apice 2-3-dentatis, albidis; sporis angulato-globosis, ochraceis, 8-12 μ . diam. (Wint.) vel oblongis, curvulis, 8-9 \approx 3-4.

Hab. in fagetis ex Persoon, in pinetis ex Lasch, in Europa. — Stipes 4 mm. crassus, rami 5-8 cm. longi, cæsperes 8 cm. longus et latus.

57. **Clavaria gracilis** Pers. Comm. p. 50, Syn. p. 592, Fr. Syst. Myc. I, p. 475, Hym. Eur. p. 672. — Tenuis, subflaccida, albo-pallescentis; trunco tenui, nudo; ramis inæqualiter et repetito di-trichotomis, strictis, levibus, æqualibus.

Hab. in pinetis inter muscos in Europa raro. — Statura *Cl. subtilis*, sed sporæ ochraceæ; stipes decumbens 2-4 mm. longus, 2 mm. crassus, una cum ramulis flaccidus, subtenax glaber, 2½-5 cm. altus, ramosissimus; sporæ ellipsoideæ, ochraceæ, 5-6 \approx 3 (Karst.). Leviter fragrans.

58. **Clavaria carbonaria** Mont. Guy. n. 425 et Syll. Crypt. n. 597. — Nigrescens, fusco-velutina; caule inferne simplici, brevi, subdichotome aut fasciculato-ramoso; ramis conformibus, ramulis fastigiatis acutis; sporis amygdaloideis 20 μ . long., lutescenti-ochraceis.

Hab. in humidis carbonaceis Guyanæ Amer. merid. (LEPRIEUR).

59. **Clavaria circinans** Peck 39 Rep. St. Mus. p. 43. — Ambitu obconica, explanato-acuminata, subtruncata, pallida vel subalbida, plerumque secus orbis incompletos vel lineas curvas crescens; stipe brevi, solido, dichotome vel subverticillatim ramoso; ramis leniter divergentibus vel subparallelis, longitudine subæqualibus, ultimis in 2 vel plures ramulos acutos breves concolores abeuntibus; sporis ochraceis.

Hab. sub ramulos Abietum prope M. Adirondack Amer. bor.

*** Truncigenae.

60. **Clavaria stricta** Pers. Comm. p. 45, t. 1, f. 1. Fr. Syst. Myc. I, 7938
p. 468. Hym. Eur. p. 673. Fl. Dan. t. 1302, f. 1, Krombh. t. 54.
f. 23. Berk. Outl. t. 18, f. 5. — Ramosissima, lutescenti-pallida,
trita fuscescens; trunco crassiusculo; ramis ramulisque strictis,
levibus, stipato-alpressis, acutis; sporis ovatis, dilute flavis, 6-8
= 3,5-4,5.

Hab. ad truncos vetustos Fagi, Populi etc. in Europa, ad li-
gua in regione centrali ius. Ceylon (Tuwaitas) et in statu Maine
Americae foeder. nec non in pænisula Malacensi (SCORTECUMSI) et
Queensland Australiæ. — Mycelium ut in sequentibus sepius ti-
briliosum, nudum; stipes 6 mm. crassus.

61. **Clavaria apiculata** Fr. Syst. Myc. I, p. 470, Hym. Eur. p. 673, 7939
Weinm. p. 503. — Ochraceo-rufescens; trunco crassiusculo; ra-
mis ramosissimis, subverticillatis, confertis, furcatis, ramulis acu-
tis, virescentibus; sporis oblongo-ovatis, ochraceis, 8-9 = 4-5.

Hab. in truncis putridis abietinis in Europa, Upsaliæ copiose.
— Altitudo 2½-5 cm. Formam recedentem, haud rite explicatam
sistit Jungh. Linn. V. t. 7, f. 3.

62. **Clavaria dendroidea** Fr. Monogr. II, p. 281, Hym. Eur. p. 673, 7990
Ic. t. 200, f. 1. — Ferrugineo-brunnea; trunco indiviso, tomento
denso albo peronato; ramis primariis paucis, secundariis nume-
rosissimis, dense stipatis, apicibus subtrifidis, acutis, luteis; sporis
ochraceo-ferrugineis.

Hab. supra ramos et folia coacervata in pinetis densis in Sue-
cia (O. R. FRIES). — Major, 8 cm. alta, *Clav. byssisedae* tamen
proxima.

63. **Clavaria crispula** Fr. Syst. Myc. I, p. 470, Hym. Eur. p. 673, 7991
Weinm. p. 503, Berk. Outl. p. 281, Kickx p. 127, Oudem. Bull.
t. 358, f. 1, a, b. *Cl. muscigena* et *decurrens* Pers. Myc. Eur.
varr., ut etiam *Cl. canaliculata* Ehrenb. Nov. Act. Nat. Cur. X,
t. 14. — Ramosissima, ex alutaceo ochracea; trunco tenui, vil-
loso-radiculoso; ramis flexuosis, multifidis, ramulis concoloribus,
divaricatis; sporis cremorino-flavis, 5 = 3.

Hab. ad truncorum bases in Europa, Carol. inf. Amer. foeder.,
New England (SPRAGUE), Panurò Brasiliæ (SPRUCE), Northampton
Australiæ. — Tota 2½-8 cm. alta; protea sed bene diversa. —

* **Clavaria soluta** Karst. in Thüm. Myc. un. n. 1308 et Diagn. p.
2: a basi ramosissima, 3-4 cm. alta, ex albo rufescens; trunco brun-

neo, tenui, fibrilloso-radiculoso, nudo, ramis vage ramosis, longitudinaliter rugosis, divaricatis, apicibus obtusis; sporis subglobosis, 2 μ . diam. Ad ramulos foliaque prostrata Abietum et Pini silvestris, Mustiala Fenniae (KARSTEN).

64. **Clavaria byssiseda** Pers. Comu. Cl. t. 3, f. 7, Fr. Hym. Eur. 792
p. 673, Syst. Myc. I, p. 476 c. syn. Pat. Tab. 667, Fl. Dan. t. 1967,
f. 1 (var.), Weinm. p. 507, Holmsk. I, p. 98 c. ic. opt. — Ramu-
losa, junior villosa, pallida, dein glabra, rufescens, e radicalis bys-
soideis repentibus (nec mere fibrillis) adscendens.

Hab. ad ligna Quercus, Fagi etc. in Europa et ad ligna emortua in regione centrali ins. Ceylon (THWAITES) nec non ad Somerset East Africae australioris (MAC OWAN). — Evolutionis gradu varia, sed distinctissima.

C. *Ramariae* sporis coloris ignoti, sec. receptaculi colores dispositae.

*Terrestres.

65. **Clavaria dichotoma** God. in Gill. Ch. France p. 766. — Crespi- 793
tosa, alba, ramoso-dichotoma; ramis elongatis, denuosis, divergen-
tibus, subcompressis, obtusis, rotundatisque vel apice subinde dilata-
tato-compressis.

Hab. ad terram sub Fagis in Gallia. — Homonyma species Desmazierii (Catal. pl. omiss. p. 16) in agro Lillensi, mihi est omnino ignota.

66. **Clavaria alpina** Sauter in Flora et in Winter, Pilze p. 317. — 794
Alba, aquosa, 1.5 cm. alta, leniter viscosa, usque ad medium sti-
pitifformis: ramulis subumbellatis, sursum dilatatis, obtusis, cristatis, glabris.

Hab. prope Gaisstein in Salisburgia.

67. **Clavaria polita** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 116. — A basi ramosa, 795
glabra, albida, sicca rigido-fragilis, pallescens; ramis fistulosis
parce divisis, inaequalibus, acutis.

Hab. ad Zuacapa Mexici (LIERMAN). — Habitus peculiaris, politus, fere *Corallinae* caulis a basi solutus in ramos pauciores, parce subdichotomos, teretes v. in axillis compressos, longitudine inaequales: sicca polita et nitida est, at colorem non mutat.

68. **Clavaria portentosa** B. et Br. F. Brisb. II, p. 65, t. XIV, f. 15. 796
Albida; stipite subcylindrico, scabroso, repetitive ramosissimo; apicibus elongatis, subulatis, rursus obscuris, ipso apice pallidis, hic illic subclavatis.

Hab. inter folia caortua Brisbane Queensland (F. M. Bailey).

— Stipes 6-7 cm. alt., superne dilatatus ubi 2,5 cm. crassus; caput circ. 5 cm. alt. A *Clavaria Botryle* ramorum dispositione diversa.

69. *Clavaria guarapiensis* Speg. Fungi Guar. Pug. 1, n. 83. — In vivo alba, in siccio cinerescens, glabra, levissima, vix inferne, obgranulos arenae epidermide inclusos, sparse verruculosa, intus furcata, alba; stipite e mycelio albo, dense fibroso-floccoso, subgossypino frustula ac humum late areteque adnato-obvolvente oritur; saepius solitario, fere a basi 3-4 partito, ramis primariis longiusculis 2 cm. long. 3 mm. crass., apice 4-13-partitis; ramis secundariis longiusculis, ac crassiusculis, 2 cm. long., 3 mm. crass., apice 4-12-partitis, ramis secundariis longiusculis, medioeribus 1-1,5 cm. long., 1,5-2 mm. crass., erectiusculis, apice 2-partitis, ramis tertiariis, saepius simplicibus, rarius medio 2-partitis, longiusculis ac pro ratione vertice integris v. saepissime breviter bifidis, laciniis divaricatis 1-1,5 mm. long., 0,8 mm. crass., apicibus abrupte rotundato-acutatis, minutissime mucronulatis.

Hab. in silvis ad folia ac ramenta dejecta putrescentia prope Guarapi Americam australis. — Invenitur Clavariae species, nonis per plurimis cum hac conveniens, sed pallioscens, irregularis, tergesta, fragilis; an species altera? specimen nimis manca, Speg. l. c.

70. *Clavaria dealbata* Berk. in Hook. Journ. 1853, pag. 275, Dec. n. 608. — Caespitosa, fastigiata alba, opaca; stipite brevi, tenui, cylindrico, sursum 5-6-furcato; ramis dilatatis, apicibus subnuncis acutis.

Hab. ad terram Panurè Brasiliae (Seneca). — Circ. 5 cm. ultra alta, stipes circ. 2 mm. cr.

71. *Clavaria connata* Berk. in Hook. Journ. 1853, pag. 275, Dec. n. 609. — Sordide alba; stipite subelongato, e pluribus connato, sursum ramoso; ramis hic illic congestis connatisque, apicibus subacutis.

Hab. in umbrosis ad terram Panurè Brasiliae (Seneca). — Circ. 5 cm. alta, *Cl. macropus* simulatur.

72. *Clavaria Spegazzinii* Sacc., *Clavaria Chelonia* Speg. Fungi Guar. Pug. 1, n. 84. (1883) nec Kalkb. — Alba, in siccio albe cartilaginea, glabra, levissima; stipite fere nullo e molle rubro floccoso-fibroso albo abrupte exsurgente, mox dense ramo spartito, ramis primariis 3 cm. long. 1 mm. crass., subsimplicibus v. lenissime flexuosis, ad quartam sursum lantum pectus ramosis;

ramis ramulisque apice dense longiusculeque laciniato divisis; laciniis longiusculis tenuibus 2-3 mm. long. 0,3-0,4 mm. crass. teretibus, simplicibus v. subdichotomis, flexuoso-divaricatis, apice fusciscentibus.

Hab. ad terram in silvis prope Guarapí Americæ australis. — Species pulchella, habitum *Cladonia rongiferina* varietatis ejusdem valde æmulans ac facile in vivo, primo obtutu, pro illa sumenda! Natura tamen fungina, nec lichenina.

73. **Clavaria cirrata** Berk. Dec. of Fungi n. 607, t. V, f. 5. — Cæs- 8001
pitosa, alba, ramosa: ramis subrectis, cylindricis, apicibus rectis curvatisque acutis.

Hab. ad terram pr. M. Cocui Brasiliæ. — 5 cm. alta, ochracea, alba. Primo obtutu *Lachnocl. furcellatum* refert.

74. **Clavaria alcicornis** Zoll. in Flora Arch. Neerl. Ind. 1844, p. 382 8002
et 1847, p. 302, nec Lév. — Gregaria, glabra, vix fragilis, rosea, ramosissima, crassa, caule subdilato, deorsum albicante; ramis bis, terve furcato-divisis, ramulis brevissimis obtusis vel dilatatis, pulcherrime roseis.

Hab. ad terram locis apricis silvaticis Bantam ins. Javæ. — Fungus 2,5-4 cm. altus; stipites 2 mm. cr.; rami subcristati, interdum compresso-truncati sive erosi et tunc flavescentes, intus viridescentes.

75. **Clavaria tetragona** Schwein. Carol. n. 1090, Fr. Epier. p. 572. 8003
— Subsimpler, fragilis, flava; stipite furcato furcisque quadrangularibus.

Hab. ad abrupte umbrosa madida in Carol. Americæ federatæ (SCHWEINITZ) et New England (SPRAGUE, OAKLEY). — Substantia similis *Clavariæ eburnæ*, 3-4 cm. alta, tum apice furcata v. bifurcata, etiam in bifurcationibus conservans formam quadrangularem.

76. **Clavaria pusilla** Peck 25 Rep. p. 83. — Stipite tenui, solido, sub- 8004
tenaci, valde atque irregulariter ramoso; ramis inæqualibus, divergentibus; apicibus acutis.

Hab. ad terram sub Pinis et Abietibus North Elba New York Amer. fœder. — Vix 2½ cm. alta, lutescens. A *C. tetragona* distinguitur stipite tereti atque ramis irregularibus.

77. **Clavaria geniculata** Lév. Champ. Mus. p. 154. — Receptaculo 8005
e basi ramosissimo; ramis teretiuseculis, dichotomis, divaricatis, flavis, axillis compressis, ultimis acutis, subcorymbosis, confertis.

Hab. ad terram, Paramaribo (KÆGEL). — 5-6 cm. alta.

78. **Clavaria chondroides** Berk. in Hook. Journ. 1, p. 140, t. 6, f. 3. 8006

— Cæspitosa, aurea, erecta, deorsum dichotoma, sursum paniculata; ramulis obtusiusculis.

Hab. ad terram Surinam (HOSTMANN). — Circ. 2,5 cm. alta; stipes gracillimus.

79. **Clavaria Leveillei** Sacc. *Clavaria alvicornis* Lév. Champ. Mus. 8007
p. 155 (1846), nec Zoll. — Gregaria: receptaculis stipitatis, ramosis, flavis; ramis vagis, compressis, dilatatis, superne divisis, obtusis.

Hab. ad terram, Java (ZOLLINGER). — A *C. cristata* videtur differre colore flavo ramulisque obtusis.

80. **Clavaria lætissima** Pers. in Linn. Journ. XVIII, p. 386. — Cæ- 8008
spitosa, aurantiaca, repetite dichotoma, compressa; apicibus dilatatis, subdivisis, fuscis.

Hab. in Queensland meridionali Australiæ (HARTMANN, LOCKYER).

81. **Clavaria subcorticalis** Schw. Syn. Amer. bor. n. 1040. — Aluta- 8009
ceo-alba, valde pulverulenta et subvillosa; caule brevi, tenui, sursum dilatato-ramoso; ramis subdivaricato-furcatis, compressulis; apicibus acutis.

Hab. sub cortice in M. Menango-Chunk Jersey America borealis. — 2,5 cm. alta, cornu cervinum æmulatur.

82. **Clavaria panurensis** Berk. in Hook. Journ. (1856) p. 276, Dec. 8010
n. 612. — Aureo-ochracea; stipitibus tenuibus, 4-5-furcatis; ramulis erectis, hic illic lunatis, ultimis teretibus acutis.

Hab. ad terram Panurê Brasiliæ (SPRENGER). — Circ. 5 cm. alta; ramuli ultimi elongati, cylindracei, acuti, rarius superne bifidi, *Clav. pratensi* et *C. muscoidi* affinis. Sporæ videntur ochraceæ.

83. **Clavaria sulphurascens** Schwein. Syn. Amer. bor. n. 1042. — 8011
Tota e sulphureo subfuliginea, delicatesula; stipite tereti, basi incrassato, albo-pruinoso, apice ramoso; ramis subfastigiatis, teretibus; ramulis breviusculis, corniculatis, acutis.

Hab. inter folia putrescentia Bethlehem in Pensilvania America borealis. — Radiculis byssoideis foliis insidens.

84. **Clavaria compressa** Schwein. Syn. Amer. bor. n. 1039, nec Berk. 8012
— Majuscula, flavo-alutacea, e basi crassiuscula, vage ramosa; ramis crassis, non valde divisis, complanato-compressis, fere canaliculatis, apice obtusatis, deorsum attenuatis.

Hab. ad New Jersey America borealis (DR. KAMPFMAN). — Distinctissima species, 5-7 cm. alta.

85. **Clavaria semivestita** B. et Br. F. of Ceyl. n. 677, in Journ. Linn. 8013
Soc. — Fasciculata ochracea, ramis cylindricis furcatis, e trunco tenui oriundis, deorsum tomentosa; apicibus acutis.

Hab. ad terram Ceylon nec non in acervis formicarum ad Somerset East Africae australis (Mac Owan). — An *Lachnocladium?* (FLEWATTS). Medius fungus tomento brevi vestitus; sporae albae, diam. 4 μ . (in exempl. africanis).

86. **Clavaria delicia** Berk. in Hook. Journ. 1856, p. 274, Dec. n. 606. 8014
— Ochracea, caespitosa, delicata; stipitibus brevibus, cylindricis, e mycelio candido membranaceo oriundis; ramis furcatis hic illic divergentibus, ultimis acutissimis.

Hab. ad folia emortua etc. Panurè Brasiliæ (Spruce). — Circ. 12-13 mm. alta, bi-tri-furcata. Habitus *Clav. flaccida*, primo *Theloph. dissectam* Lévl. simulans.

87. **Clavaria Cladoniæ** Kalchbr. in Grevillea X, pag. 105 (1882). — 8015
Terrestria, solitaria, ochraceo-ferruginea: clavulis vix 2,5 cm. altis, sursum dilatatis et in ramulos breves, compressos, subfoliaceos divisis.

Hab. ad Somerset East Africae australis. — Basi mycelio raticuloso albo, supra folia serpente aucta. Clavulae nonnunquam serotino *Cladonia pyxidate* referunt.

88. **Clavaria setacea** Kalchbr. in Grevillea X, p. 105. — Delicatula 8016
caespitosa, e basi filiformi ramosa; ramis setaceis, strictis, ultimis pallidibus acutissimis, ex albido-rufescentibus.

Hab. ad Somerset East Africae australis. — Caespes densus, 12 cm. vel parum ultra altus, basin versus albo-pruinatus, sursum validus, rufulus. A *Clav. delicata* et *Cl. epichnoa* jam colore differt et ramis sub angulo acuto egredientibus, haud divaricatis. *Polyphonium* in memoriam revocat.

89. **Clavaria pusio** Berk. Flora New Zeal. p. 185. — Stipite gracili, 8017
sursum crassiore, ad basin ipsam in ramos paucos ascendentes acutos divisos.

Hab. ad terram in Nova Zelandia (Colenso). — *Clav. chondrioidi* affinis. Color in specimine sicco rufus.

90. **Clavaria flagelliformis** Berk. Fl. New Zeal. p. 186. — Ramosis- 8018
sima, ad basin ipsam divisa; ramis subfasciculatis, fastigiatis, cylindricis, elongatis, furcatis, acutis, apice indivisis.

Hab. in nuda terra, Bay of Islands Novae Zelandiae (Hooker). — *Clav. pusioni* affinis, sed multo amplior. Color in sicco rufescens.

91. **Clavaria Kalchbrenneri** Sacc., *Clavaria dichotoma* Kalchbr. in 8019
Grevillea X, p. 105 (1882). — Ramosa, pallida, rufescens: ramis strictis, repetito dichotomis; ultimis longe furcatis aut subfasciculatis, acutis.

Hab. inter folia putrida, ad M. Boschberg Africae australis. —

Robustior, rigidior quam proximae *Cl. gracilis* et *Cl. stricta*.

92. **Clavaria brunneola** B. et C. Cub. Fung. n. 462. — Helvola; sti-⁸⁰²⁰
pите cylindrico, tenui, parce diviso; ramis 1-2-furcatis, ultimis lon-
gis, obtusis, cylindricis, patentibus.

Hab. ad ripas Cubae Amer. centr. (C. WRIGHT). — Circiter 2½
cm. alta.

93. **Clavaria cyanocephala** B. et C. Cub. Fung. n. 458. — Stipite ⁸⁰²¹
subdiviso; ramis ramulisque furcatis, sursum intense caeruleis; api-
cibus breviter bifidis, obtusis, subfastigiatis.

Hab. inter folia in silvis densis Cubae Amer. centr. (C. WRIGHT)
et in insulis Bonia maris Pacifici. — Circiter 8 mm. alta.

94. **Clavaria arborescens** Berk. Fl. New Zeal. pag. 186. — Sparsa. ⁸⁰²²
amethystina, gracilis; stipite tenui, elongato, simplici; ramis furca-
tis, fastigiatis, ultimis brevissimis acutis.

Hab. ad terram, Waangarei et Bay of Islands Novae Zelandiae
(COLENSO). — Habitus *Cl. macropodis*.

95. **Clavaria chlorina** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 680. — Simplex ⁸⁰²³
vel subramosa, rugosa, viridis; stipite tenui; sporis echinulatis, 1
u. long.

Hab. ad terram inter folia in ins. Ceylon (FRUWAITES). — Saepe
furcata et prolifera.

96. **Clavaria implexa** Lév. Champ. Mus. pag. 151. — Receptaculo ⁸⁰²⁴
basi ramosissimo; ramis nudis, interne vage ramosis; axillis com-
pressis, superne dichotomis, cylindricis, hinc inde tuberculatis, cin-
ereis, inter se coherentibus.

Hab. ad terram Java (ZOLLINGER). — Totus fungus 4-8 cm.
alt.; ramuli basi 2 mm. lat.

97. **Clavaria Dozyi** Lév. Champ. exot. p. 216. — Ramosissima; trunco ⁸⁰²⁵
elastico, sulcato ramisque furfuraceo-spadicicis, patentibus, compres-
sis, elongatis, acutis.

Hab. ad terram, Java. — Totus fungus 4-6 cm. altus.

98. **Clavaria fumigata** Peck 31 Rep. St. Mus. New York p. 38. — ⁸⁰²⁶
Stipite brevi, crasso, mox in densum corymbum diviso; ramis fu-
moso-ochraceis, quandoque lilacino tinctis; apicibus obtusis; spo-
ris 8-13 u. long.

Hab. ad terram in silvis Ticonderoga New York Amer. feder.
— Caespites 10-13 cm. alt. colore fumoso vel fusco notabiles.

99. **Clavaria Surculus** Berk. in Hook. Joura. 1842. p. 151, t. 3, f. 6. ⁸⁰²⁷

— Fusca; stipite æquali, virgato-ramoso; ramulis erectis, solidis teretibus, gracilibus, acuminatis.

Hab. ad terram in insulis Philippinis (CUMING) et in Guyana (LEFRIEUR). — Circ. 7-8 cm. alta; stipes radiceis paucis fibrosis radicans, circ. 2,5 cm. altus, dein furcatus demumque paniculato-ramosus. Teste Mont. Crypt. Guyan. n. 429 est velutina, hinc ad *Lachnocladium* forte referenda.

100. **Clavaria coronata** Schwein. Syn. Amer. bor. n. 1041, nec Zipp. ⁸⁰²⁸
 et Lév. — Subtenax, uda subdiaphana, viscosa et substriata, pallide cervina, ramosissima, jam e basi divisa; ramis primordialibus divergentibus, demum complanatis aut angulato-compressis, apicibus divaricatis truncato-obtusis, truncatura circumcirca processibus minutis *Gladoniae* ad instar coronatis.

Hab. in ligno putri dejecto Bethlehem Americæ borealis. — Statura meliocris, sicca haud cornea. « An *Calocera*? »

101. **Clavaria Lorithamnus** Berk. Austral. Fung. n. 146. — Pallide ⁸⁰²⁹
 umbrina; ramis strictis, apicibus breviter bifidis acutiusculis; sporis verisimiliter albis.

Hab. ad terram Dandenong Australiae. — Circiter 4 cm. alta, habitu *Cl. strichte* sed mycelio filiformi destituta.

102. **Clavaria umbrina** Lév. Champ. Mus. p. 155 (1846), nec Berk. ⁸⁰³⁰
 — Receptaculo breviter stipitato, ramosissimo; ramis confertis, compressis, brevibus, fuscis, apice dilatatis cristatis acutis.

Hab. ad terram, Java (ZOLLINGER).

103. **Clavaria decolor** B. et C. N. Pac. exp. n. 112. — Ex albo um- ⁸⁰³¹
 brina; stipite cylindrico, e fibris ramosis oriundo, sursum subdichotomo, ramis brevibus.

Hab. in elivis collium, Hong Kong. — Affinis *C. abietinae*.

104. **Clavaria leucotephra** B. et C. North Amer. Fung. n. 299. — ⁸⁰³²
 — Caudice communi crassiusculo; ramis strictis, apicibus furcatis acutis brunneis, basi albo-tomentosis.

Hab. inter folia dejecta in Carol. Amer. fœder. — Circiter 5 cm. alta.

105. **Clavaria Zippelii** Lév. Champ. exot. p. 215. — Trunco crasso; ⁸⁰³³
 ramis striatis, dichotomis, levibus, e flavo fusciscentibus, ultimis fastigiatis acutis.

Hab. ad terram in monte Gedkè in insula Java (ZIPPELIUS). — Species formosa, majuscula 20 cm. alta. Apud incolas esculenta et nomine *Maijan* vocata.

106. **Clavaria Thwaitesii** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 674. — Trunco ⁸⁰³⁴

crasso; ramis pluries divisis, apicibus fuscis; sporis subglobosis, levibus, nucleo lato instructis, 9 μ . diam.

Hab. ad terram in regione centrali et Damboul ins. Ceylon (THWAITES) et in ins. Singapore Malesiae (O. BECCARI). — Forma exacte *C. formosa* sed in hac spora late fusiformes atque granulatae. Forma Malacensis ramis undulatis apice acutis.

107. **Clavaria nigrescens** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 116, nec Hoffm. 8035 (forma subterranea). — Ad basin usque divisa, glabra, cinnamomea, sicca lignosa, sulcato-lacunosa, nigrescens; ramis solidis, crassis, subramosis, obtusis.

Hab. in insula Madera (KAMPHÖVENER). — Species insignis, at ut varii fungi carnosus, ad specimina sicca aegre describitur; certe, ut plures species e terris calidioribus in vivo carnosa sed in sicco valde contrahitur et hinc tota longitudinaliter sulcata; color in vivo cinnamomeus; spore desunt.

108. **Clavaria nigra** Lév. Champ. exot. p. 215. — Cespitioso-pulvinata, tuberculosa, atra; pedicellis subfasciculatis dichotomis; ramulis ultimis brevibus, obtusis, umbellatis. 8036

Hab. in insula Sumatra. — Species nobilis formans caespites 2 cm. altos, 2-3 crassos. Spore non visæ. Forte novi generis typus ex Lév.

109. **Clavaria echinospora** B. et Br. Fung. of Ceyl. n. 676. — Re- 8037
petite furcato-ramosa, a mycelio stipitiformi oriunda, sicca nigra; sporis ellipticis, echinulatis.

Hab. ad Peradenya Ceylon (THWAITES). — Procul dubio subaffinis *C. megalorrhiza*; sed spore majores totusque fungus exsiccatione nigrescit.

110. **Clavaria radiata** Lév. Champ. Mus. pag. 156. — Receptaculis 8038
gregariis, pedicellatis, ramosis; ramis fastigiatis nudis, levibus elongatis, sursum dilatatis, margine timbriatis proliferisque.

Hab. ad Vera-Cruz Mexico (GALBOTTI). — Cm. 5-6 alta, pars caulina 1-2 cm. longa.

111. **Clavaria Colensoi** Berk. Fl. New Zeal. p. 186. — Parya, e basi 8039
compressa ramosa, ramis erectis furcatis, subaequalibus apicibus acuminatis, fibrillis brevibus stiposis matrici affixa.

Hab. in terra denudata in Nova Zelandia (COLENZO). — Affinis *Cl. delicata*.

†† Truncicole.

112. **Clavaria filaris** Kalchbr. in Grevillea N. p. 106. — E basi sim- 8040

plici, filiformi vage ramosa, alba, pruinosa; ramis gracilibus, elongatis, filo tenuioribus, acutis.

Hab. in ligno putrido Somerset East. — 2,5 cm. et ultra, *Clav. delicatæ* Fr. proxima, basi flavescens.

113. **Clavaria tenuissima** Lév. Champ. Mus. p. 156 (1846). — Sti- 8041
pите gracillimo; ramis patentibus, cylindricis, filiformibus, pallidis.

Hab. ad ramos in insula Java (ZOLLINGER). — *Cl. secundirameæ* affinis.

114. **Clavaria pallida** B. et C. Cuban Fungi n. 460. — Dendroides; 8042
stipite brevi, tomentoso, sursum diviso; ramis repetite furcatis, gracilibus, apicibus acutissimis.

Hab. ad ligna emortua Cubæ Amer. fœder. — Vix 5 cm. alta. Strictè affinis *Cl. cervinæ* atque accedens *Lachnocladio*.

115. **Clavaria fuscescens** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 156. — A basi 8043
tenui ramosissima, glabra, pallida, sicca fusca; ramis teretibus, solidis, multifidis, filiformibus, levibus, apice subulatis.

Hab. ad truncos putridos ad Mirador reipubl. Mexicanæ (LIEBMAN). — Juxta *C. pyxidatam* videtur inserenda, sed sporæ ignotæ. Admodum gracilis 3,5-4 cm. alta, maxime et repetito-ramosa, sed omnes rami filiformes, undique glabri, sicca mollis et flaccida. Similis species lecta (ad terram)? ad S. Bartolini, Trapede de la Conception, colore non diversa, sed ramis intricatis crispulis, ceterum *C. crispulæ* simillima.

116. **Clavaria? dubiosa** Speg. Fung. Arg. Pug. III, n. 41. — Par- 8044
vula e corticis rimis erumpens, solitaria; ramulis teretibus, simplicibus, utrinque abruptè attenuato-acutatis, 3-5 basi connatis v. eadem basi exsurgentibus, uno centrali erecto, ceteris valde divaricatis, 3-4 mm. long., 0,1-0,2, levissimis, glaberrimis, candidis v. quandoque roseo-subviolascensibus, carnosulo-tenacellis; sporis... non visis.

Hab. ad corticem trunci dejecti putrescentis Salicis Humboldtianæ, in umbrosis uliginosis, Recoleta in Argentina Amer. merid. — Species pulchella, dubie inter *Clavarias* recepta iterum inquirenda.

117. **Clavaria compressa** Berk. Fung. Brit. Mus. p. 383, tab. XII, 8045
fig. 16 (1843), nec Schw. — Pallida; mycelio fibrilloso, niveo; stipite compresso furcato; ramis paucissimis, tenuibus, cylindricis; apicibus acutis.

Hab. in ligno putri in Jamaica. — 3 cm. alta. Léveillé ducit ad genus *Lachnocladium*, sed descriptio et icon l. c. speciem glabram ostendunt.

118. **Clavaria adustipes** Speg. Fungi Guar. Pug. F. n. 87. — **Pu-** 8046
silla, tenuis, rigidula, laxè irregulariterque ramosa, muscoides, cinerescens, glabra; stipitibus solitariis v. fasciculato-connatis, erectis, fusco-nigricantibus, teretibus, plus minusve elongatis, 0,4-1 cm. long., 0,3-0,4 cm. crass., apice et lateraliter laxè ramosis; ramis erectis v. arcuato-ascendentibus sparsis, non vel parèe divaricatis, simplicibus vel vix 1-2 ramosis elongatis, 0,5-1 cm. long., gracillimis, apice longiuscule attenuato-acutis, integris, sæpe flexuosis vel subcirrosis, griseo-cinereis.

Hab. ad truncos emortuos inter muscos in silvis prope Guarapí Americæ australis. — Species a genere *Clavaria* Fr. nonnihil recedens ob rigidulitatem, et, ut videtur, ad *Pterulam* Fr. vergens!

119. **Clavaria coronata** Zipp. in Lév. Ann. Scienc. Nat. 1844, p. 215. 8047
— Cæspitosa, flava; stipitibus elongatis, nudis; ramis ramulisque sulcatis verticillatis in tubum dilatatis, ultimis subdichotomis, apice crenulato-spiculosis.

Hab. ad truncos, Java. — Habitus *Clavariæ pyxidatæ* at gracilior, flava, pedicellis omnino glabris nec tomentosis.

120. **Clavaria Berkeleyi** Mont. Syll. Crypt. n. 598. — Fragilis, e 8048
pallido lutescens; caule ascendente, tenui, ramosissimo; ramis teretibus repetito-trichotomis fastigiatis, ramulis seu divisionibus terminalibus capitato-fasciculatis, purpureis acutisque.

Hab. ad truncos in locis humidis dejectis, Columbus Amer. bor. (SULLIVANT). — Cæspitem efformat compactum. Caulis in ligno decumbens, luteo-pallescens, 6-8 cm. longus. Axillæ rotundatæ, crassitudine pennam corvinam æquantes, sensim ascendendo attenuatæ. Spore ignotæ. Exsiccatione tota planta nigrescit.

121. **Clavaria sparassoides** Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 86. — **Al-** 8049
bo-fulvescens, in sicco glabra; stipite e nodulo minuto tuberculi-formi compacto oriundo, breviusculo, subturbinato-compresso. 5 mm. long., 3 mm. lat., apice 4-9-ramoso; ramis basi foliaceo-alatis, sursum late spatulato-expansis, 2 cm. long., 1 cm. cr., submembranaceis, undulato-plicatulis, apice inciso laciniatis, laciniis erectis, planis, strictiusculis, vertice integro vel rarius eroso-denticulato.

Hab. ad ligna mucida in silvis prope Guarapí Amer. australis. — Species ad genus *Sparassis* notis per plurimis accedens, habitu etiam *Tremellæ* foliaceæ ejusdem sed naturæ, ut videtur (specimina non plane perfecta), verè *Clavariarum*, pulcherrima et distinctissima, iterum tamen inquirenda.

122. **Clavaria Sprucei** Berk. in Hook. Journ. (1856), p. 276, Dec. 8050
n. 611. — Alutacea; stipitibus tenuibus, glabris, e basi contexta
membranacea byssoidea oriundis, sursum 3-4 furcatis; ramulis cy-
lindricis substrictis, apicibus obtusis.
Hab. ad truncos delapsos Panurè Brasiliæ (SPRUCE). — Circ.
3,5-4 cm. alt., gregaria sed non cæspitosa, *Clavariæ flavidæ* si-
milis.
123. **Clavaria secundiramea** Lév. Champ. exot. p. 216. — Ramosis- 8051
sima, luteo-rufescens; stipite gracili simplici; ramis patentibus, ra-
mulis subulatis erectis secundis.
Hab. ad cortices Cocos butyraceæ, in regn. Novo-Granatensi.
124. **Clavaria trichotoma** Lév. Champ. exot. p. 216. — Cæspitosa, 8052
carnoso-coriacea, nuda, fuliginea; ramis trichotomis; fastigiatis, te-
retibus sursum incrassatis, ultimis bifidis.
Hab. ad truncos in insula Borneo (LÉVEILLÉ) et in pæniinsula
Malacensi (SCORTECHINI). — Specimina malacensia eximie repetite
tri-tetrachotome ramosa, ramuli regulariter e basi arcuata verti-
cales, sursum crassiores. Tota planta brunnea, rigidula, hinc po-
tius *Pterula*.
125. **Clavaria Petersii** B. et C. North Am. Fung. n. 300, Ray. Fasc. 8053
V, p. 33. — E communi basi ramosa; ramis strictis, subfastigia-
tis, apice apiculato divisis rufis.
Hab. ad ligna emortua in Alabama Amer. fœder. (PETERS). —
Circiter 5 cm. alta.
126. **Clavaria cervina** B. et C. Cub. Fungi n. 459. — Pallide cer- 8054
vina, cæspitosa, ramosissima; ramis subdivaricatis, axillis inferio-
ribus lunæformibus, apicibus elongatis acutis obscurioribus.
Hab. ad ligna emortua Cubæ Amer. centr. (C. WRIGHT).
127. **Clavaria carnea** Wallr. Flora crypt. Germ. II, pag. 511, Win- 8055
ter Pilze p. 317. — Pileis angustissimis linearibus, cylindricis, te-
nacellis, carneis, a basi inde in ramos conformes dichotomos divul-
sis; ramulis extremis acutissimis, bi-trichotomis, flexuosis, elongatis,
raro simplicibus.
Hab. ad caudices quercinos muscosos in Thuringia Germanicæ.
128. **Clavaria rhodochroa** Mont. Canar. pag. 77. t. 4, f. 3. — Car- 8056
nosa; trunco crasso, erecto, roseo, subdichotomo-ramoso; ramis te-
stipite filiformi, elato, villosa, clavula subglobosa, basidiis tetra-
sporis tecta; sporis ovoideis, elongatis, curvulis, 17 \approx 4.

Hab. in foliis emortuis Caricis, Montuorency Galliae (BOUDIER).

41. **Pistillaria capitata** Pat. Tab. n. 60 (*Sphaerula*), *Pistillina Pa-* 8292
toillardii QuéL. Enchir. p. 226. — Erecta, 3-4 mm. alta; stipite
puberulo, brunneolo; capitulo albo, sphaerico, intus farcto; sporis
ovoides, hyalinis, 6 \approx 3.

Hab. in foliis emortuis Rubi, Poligny Galliae. — Stipes oxala-
to calcico onustus.

PHYSALACRIA Peck in Bull. Torr. Bot. Club 1882, pag. 2 (Etym.
physalis vesica et *acra* apex). — Fungi ceraceo-rigiduli, capitati;
capitulum subglobosum, vesiculoso-inflatum, tenue, tenacellum hy-
menio ubique tectum; stipes discretus, gracilis, teres. — A *Pistil-*
laria differt capitulo vesiculiformi, quod e verbis iconibusque aucto-
ris cavum videtur. Si vero farctum, genus a Sect. III *Pistillarior-*
(Pistillina) vix differret.

1. **Physalacria inflata** Peck Torr. Bot. Cl. 1882, p. 2, t. 9, f. 1-4, 8293

Farlow Crypt. White Mountains p. 248. — Alba, dein flavo tincta, gregaria; clavula subglobosa, submembranacea, glabra, flaccida, plus minus inæquali, 4-8 mm. lat.; stipite gracili, æquali, firmo, rigido, solido, 8-18 mm. alto, subtiliter pilosulo vel subfurfuraceo, plerumque cæspitoso; sporis minutis, subellipticis, 4-5 \approx 2-2,5, hyalinis; basidiis clavulatis, bisporis.

Hab. ad ligna corticesque putrescentes, New York, White Mountains aliisque locis in America boreali. — Specimina quædam præbent tantum cystidia clavata, majuscula, absque basidiis sporiferis.

Fam. 6. Tremellinæ FR. S. M. I, p. 2.

Totus fungus homogeneus, gelatinosus, siccus collabens, irrigatus reviviscens, intus filamentis ramosis percursus, basidiis periphericis terminatis; basidia teretiuscula, indivisa vel apice furcata vel globulosa longit. cruciatim divisa; sporæ subreniformes vel globosæ, continuæ, germinando mox varie septatæ et sporidiola varia gignentis.

Structuram *Tremellinarum* illustravit cel. TULASNE (1853, 1872), recentissime vero O. BREFELD (1888). Adsunt species modo sporiferæ, aliæ disco sporiferæ extus conidiophoræ, aliæ postremo dimorphæ, nempe ex individuis aliis sporiferis, aliis conidiophoris constantes. Quæ e sporarum germinatione cl. Brefeld vocat conidia, ipse sporidiola nuncupo: meo sensu enim conidia e promycelio non oriuntur.

Ad Tremellinas sensu latiore sumptas etiam referenda essent genera sequentia, nunc alibi locata, quæ pileo toto vel saltem ex parte gelatinoso et, ut plurimum, fructificatione tremellinea utuntur.

Ex Agaricinis: *Heliomyces*, *Stylobates*.

Ex Polyporeis: *Laschia* (Sectio *Auriculariella*) *Gleoporus*, *Merulius*.

Ex Hydneis: *Tremelodon*.

Ex Clavariis: *Calocera*.

Ex Thelephoreis: *Sebacinia* (hic Thelephoris inclusa, sed separanda).

Accedit quoque inter Melanconicas genus *Hainesia* (Syll. III, p. 698); sed sectio I. *Epidochii* (Syll. IV, p. 747) vere tremellinea est, hinc species tres ejusdem sub *Tremella* nunc iterantur.

Clavis analytica subfamiliarum et generum.

I. **Auriculariæ** Bref. Unters. VII. Basidia elongata v. fusoidea, transverse plurilocularia.

Auricularia. Fungi coriacei, stereoidei, effuso-reflexi, hymenio gelatinoso reticulato-costato.

Hiraxella. Fungi membranacei, sæpius cupuliformes vel auriformes; sicei cartilaginei subdiaphani, hymenio gelatinoso, levi v. plicato.

Platyglœa. Fungi verruciformes v. effusi, tenues, erumpentes vel superficiales, toti gelatinosi, homogenei.

(*Auriculariella*. Fungi subcampanulati, hymenio profunde plicato-alveolato. Cfr. *Laschia*).

II. **Tremellineæ** Bref. l. c. Basidia globosa v. ovoidea, matura longit. cruciatim 4-partita, rarius continua.

Exilia. Fungi cupulato-truncati vel effusi, sæpe papilloso, homospori; sporæ germinando 2-4-loculare s, sporidiola allantoidea arcu curvata gignentes.

Ulocolla. Fungi pulvinati, gyrosi, homospori; sporæ germinando 2-loculares, sporidiola teretia recta gignentes.

Craterocolla. Fungi globosi vel effuso-lobati, heterospori; sporæ in disco, conidia in excipulo.

(*Sebacinia*. Fungi effusi, minus gelatinosi, heterospori, initio conidia ovoidea, demum sporas reniformes gerentes. Cfr. *Thelephora*).

Femsjonia. Fungi cupuliformes, radicati, compacto-gelatinosi. Basidia globosa (Fries).

Tremella. Fungi pulvinati v. effusi, cerebriformes, heterospori v. homospori. Sporæ, conidia, sporidiola globosa v. ovoidea, semper continua.

Nematelia. Ut *Tremella*, sed intus nucleo carnosio-indurato præditi.

Gyrocephalus. Fungi erecti, spathulati; basidia normalia; sporæ ovato-piriformes, continuæ.

Delortia. Fungi tuberculiformes; basidia ovoidea continua, monospora; sporæ vehementer curvate, 3-loculares.

(*Tremellodon*. Fungi pileati, laterales, toto habitu hydneo, inferne aculeati, fructificatione *Tremellæ*. Cfr. inter *Hydneas*).

III. **Dacryomyceteæ** Bref. l. c. Basidia tereti-clavata sursum furcata, utroque apice sterigma singulum gerente.

Dacryomyces. Fungi pulvinati, gyrosi; sporæ maturæ v. germinatione transverse vel murali divisæ. Conidia (ubi adsunt) catenulata.

Arrhytidia. Fungi effusi v. subspathulati; hymenio subceraceo levi, sine plicis; sporæ oblongæ.

Ceracea. Fungi effuso-agglutinati, plani, tenuissimi, subceracei; basidia furcata; sporæ ovoideæ.

Guepinia. Fungi inæqualiter cupulati, sæpe stipitati, disco sporigero, excipulo (in nonnullis) cellulas (conidia?) catenulatas majusculas gerente.

Dacryomitra. Fungi minuti, stipitato-clavati, clavula plicata, hymenio ubique tecta.

Collyria. Fungi majores, stipitato-capitati, capitulo inflato-bullato, corrugato; stipite cavo.

(*Calocera*. Fungi erecti, elongati, simplices v. ramosi, intus medullati; fructificatio *Dacryomycesis*, habitus *Clavariæ*. Cfr. inter *Clavariæas*).

Genera minus certa.

Hormomyces. Fungi globoso-pulvinati, gyroso-plicati, subgelatinosi; hyphæ radiantibus furcatæ vel ramosæ, sursum sporas continuas catenatas gerentes.

Ditiola. Fungi coriaceo-suberosi, hymenio discoideo gelatinoso; sporæ continuæ, subinde demum 1-septatæ.

Appyrenium. Fungi subglobosi, sessiles, intus cavi, extus subgelatinosi; sporæ continuæ.

Subfam. 1. Auriculariæ BREF.

AURICULARIA Bull. Champ. p. 277, Fr. Ep. p. 555 (Ety. *auricula*).

— Hymenium definite inferum, remote et vage costato-plicatum, udum tumens gelatinoso-tremulum, siccum collabens. Basidia cylindræea, 3-5-articulata, articulis sterigma unicum filiforme emittentibus. Sporæ oblongo-lunulatæ, germinando promycelium ramosum sporidiolis arcte curvatis onustum gerentes. Habitus exacte *Sterei* sed fructificatio omnino diversa.

1. **Auricularia mesenterica** (Dicks.) Fr. Epicr. pag. 555, Hym. Eur. 8204 p. 646, Brefeld Unters. t. IV, f. 10-11, Berk. Outl. p. 272, Kickx p. 260, *Aur. corrugata* Sowerb. t. 290, *Helvella mesent.* Dicks. Bolt. t. 172, *Thelephora* Pers. Syn. p. 571, *Phlebia* Fr. El. p. 151 cum syn., *Oncomyces* Klotzsch, *Auricul. tremelloides* Bull. t. 290, Michel. t. 66, f. 4. — Pileis e resupinato reflexis, integris, villosis, fasciato-zonatis, fascescenti-cinereis; hymenio costato-plicato, fusco-violaceo; sporis oblongo-reniformibus $20 \approx 7$ (Bref.); basidiis cylindræeis pluriarticulatis; articulo sterigma unicum aciculare gerente.

Hab. ad truncos exsiccatos, præcipue *Quercus Æsculi*, *Ulm*i, *Vitis*, *Castanea*, *Fagi* in Europa, Carol. media Amer. fœder., et ad cortices Logan et Queensland Australiæ. — Sec. Karst. et Wint. sporæ minutæ, forte immaturæ visæ. Sec. Schroet. sporæ 13-15 \approx 4.5-5. *Merulius violaceus* Pers. Myc. Eur. 2, p. 21 etiam ad hanc speciem spectat.
2. **Auricularia lobata** Sommerf. in Magaz. Nat. Vidensk. 1827 c. ic., 8295 Fr. Elench. II, p. 34, Hym. Eur. pag. 646, Bref. Unters. t. IV, f. 1-2 et 10-11, Berk. Outl. pag. 272. — Pileo effuso-reflexo, lobato, zonis strigoso-tomentosis, velutinis glabrisque variegato, fulvescenti-albido; hymenio fulvescenti-livido, plicis distautibus reticulato-costato; basidiis sporisque perfecte præcedentis.

Hab. ad cortices arborum, *Fraxini* etc. in Europa, in ins. Ceylon (THWAITES), Bornæ (O. BECCARI), Cubæ (C. WRIGHT), Mexico, Guyana Britannica, Brasilia (SPRUCE, nec non Queensland Australiæ. — Admodum affinis præcedenti.
3. **Auricularia Bresadolæ** Schulz. in Hedw. 1885. p. 148. — Pendula, 8294

repando-infundibuliformis, tenuissima, 0.5 mm., 3,5-5 mm. alta, 5-6 mm. lata, extus albo-grisea brevissime tomentosa, intus fusco-lutea, venis difformibus; sporis albis, cylindracois, interdum curvulis, 6-10 = 2; hymenio genuino; carne ex hyphis valde flexuosis constructa, tempore ad subgelatinosa.

Hab. gregatim ad ramos aridos Populorum in Slavonia.

4. **Auricularia Schulzeri** Quél. et Bres. in Hedw. 1885, p. 148. — 8297

Pileo brevi stipitato, e cyathiformi, concaviusculo-explanato, 8-24 mm. lato, intus ochraceo, sporis pulverulento, raro sublevi plerumque e centro rugato-venoso, extus obscure-fusco, nudo, nec piloso, nec tomentoso; stipite etiam obscure fusco, cylindrico, 2-3 mm. longo, circa 2 mm. crasso, interdum excentrico et compresso; carne tenui, 0.5 mm. coriacea, flexibili, sulphurea; hymenio genuino; sporis cylindracois, plerumque leviter curvatis, 7-10 = 2.

Hab. ad Carpinos Betulos prostratos gregatim in silva Östrovensi Slavoniæ.

5. **Auricularia Syringæ** Fuck. Symb. mycol. App. II, p. 9. — Pileis 8298

sparsis gregarisque, usque ad 2,5 cm. latis, pendulis, coriaceo-carnosis, oblique campanulatis, dein magis dilatatis, subauriformibus, stipite excentrico, brevissimo adfixis seu subregularibus pezizoidis, extus azonis, candidis, subtiliter byssinis, sed marginem versus distinctius tomentosis; hymenio carnosio, fusco, distincte ramoso-costato-plicatis; sporis ovatis, subinæquilateralibus, simplicibus, hyalinis, 8 = 4.

Hab. ad truncos crassiores corticatos Syringæ vulgaris ad Münchau pr. Hattenheim Rhenogoviæ. — Eximia species, habitu *Corticii flocculenti*.

6. **Auricularia Cati** Fr. in Linnæa V, p. 526, Epicr. p. 555. — Pi- 8299

leo sessili, auriformi, azono, fasciculatim hirtio, helyolo-fuscescente; hymenio costis sparsis, vagis, liberis, cinereo-incarnato.

Hab. in insulis hemisphærii australis. — Amat, ut fere omnes congeneres species, clima humidum, maritimum.

7. **Auricularia lenta** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 113. — Pileo orbiculari, 8300

peltato-resupinato, molli, lento, subius velutino azono; hymenio sublevi purpurascenti-umbrino, medio una alterave plica modo costato.

Hab. ad truncos ad Mirador Brasilæ (LIEBMAN). — 1-2,5 cm. lata.

8. **Auricularia Vespertilio** Fr. Nov. Symb. Myc. p. 112. — Resupi- 8301

nato-effusa, cartilagineo-gelatinosa, applanata, umbrino-nigra; hymenio venoso-costato, umbrino-nigrescente.

Hab. ad truncos in Costa Rica (ERZEB). — Eximia species, pagina sterili undique matrici applanata, orbicularis, 7-8 cm. lata, ambitu sublobata, uda *Collematidis nigrescentis* formas magis speciosas referens; costæ hymenii e centro fere radiantes, contiguæ, parce ramosæ, æquales, venosæ, nec adeo elevato-plicatæ; pagina inferior sterilis azona, etiam uda nigra, sicca sericeo-levigata, isabellina, alutacea, marginem versus saltem, fusco-zonata. — * **A. venulosa** Fr. l. c. p. 113, *Phlebia* Berk. mscr.: effuso-reflexa, cartilagineo-gelatinosa, extus flocculosa, subzonata, hymenio nigricante, plicis brevibus interruptis venuloso. In Sikkin Himalayæ. Differt a typo statura minori, pileo reflexo, et præcipue plicis haud contiguis. E caractere potius pro *Phlebia* habetur.

9. **Auricularia albicans** Berk. Austral. Fung. n. 157. — Orbicularis, ⁸³⁰² oxtus albicans, subtus subtiliter pubescens; hymenio nitido, piceo-nigro.

Hab. ad Herbert's Creek Australiæ. — Hymenium siccitate valde nitens.

10. **Auricularia minuta** Berk. Hook. Journ. 1845. pag. 59, Dec. of ⁸³⁰³ Fungi n. 49. — Gregaria, 7 mm. circ. lata, postice effusa; pileis minutis, effuso-reflexis, lobatis, extus fulvo-umbrinis, hispidulo-zonatis; hymenio levi pruinoso, flavo-griseo, sæpe prolifero.

Hab. in ramulis emortuis in Australia occidentali et Tasmania.

11. **Auricularia sordescens** Cesati Myc. born. p. 10. — Effusa; ⁸³⁰⁴ margine pileolatim lobato, inflexo; supra cervina, tomentella; hymenio sordide melleo obiter plicato.

Hab. ad cortices in ditone sarawakensi Bornei Malesiæ (O. BECCARI).

12. **Auricularia pusio** Berk. in Linn. Journ. XVII, p. 386. — Pileo ⁸³⁰⁵ postice adnato, antice reflexo, albo, tomentoso, rugoso, margine lobato; hymenio purpurascente.

Hab. ad truncos arborum in Australia (THOZER). — Parva sed distincta species.

HIRNEOLA Fr. Fung. Nat. p. 21 (Elym. *hirnea* vas v. poculum vinarium), *Auricularia* et *Exidia* spec. Auct. — Fungi cartilagineo-gelatinosi, udi molles, tremuli sed nulla gelatina distenti; excipulum cupuliforme, siccum coriaceo-corneum, humectatum reviviscens, sed vix tumescens. Callus hymeninus superus, discoidens, discolor et diutius maceratus ab excipulo integer solubilis. Basidia bacillaria

vel fuscoidea, transverse plurilocularia, loculis singulis sterigma monosporum gerentibus. Sporæ oblongæ, curvate.

Genus eximium, teste Frieso tam ab *Auricularia*, quam *Exidia* clare distinctum, extra-europæum, unica specie tantum europæa.

A) Subtus villosæ.

*Stipitate.

1. **Hirneola ampla** Pers. in Freyc. Voy. p. 177 (*Auricularia*) *Exidia* 8306
Lév. Ann. Sc. Nat. 1846, p. 159. — Magna, resupinata, substipitata, inferne pubescens lutescente-grisea, superne levis nigricans.

Hab. ad truncos in insulis Mariannis et Moluccis (FREYCIET) ins. Bourbon (COMMERSON), Privatta Guyana Bat. (KEGEL) Japoniæ (SIEBOLD). — Forma et colore ad *H. Auriculam-Judæ* accedit, sed statura major, hymenium leve et stipes distinctus, plura mm. longus.

2. **Hirneola nobilis** (Lév.) Fr. F. Nat. pag. 26, *Exidia nobilis* Lév. 8307
Champ. exot. p. 218. — Cæspitosa; pileo membranaceo, coriaceo, planiusculo, suborbiculari, tomentoso, fusco, stipite brevi, ramoso, concolori, pannoso; hymenio levi, atro.

Hab. ad ligna mortua, in montosis Mossuri supra Dhera-Doum in India.

3. **Hirneola cochleata** Fr. F. Natal. pag. 24, n. 39. — Subcoriacea; 8308
cupula infundibuliformi, inæquali, auriformi, extus fusco-nigra, pilis brevibus dense vestita, basi excentrica stipitato-producta, compressa, plicato-costata, disco levissimo fusco-succineo; basidiis immersis, monosporis.

Hab. ad truncos in terra Natal (WAHLBERG). — Habitus *Peziza cochleate*, 5 cm. circ. lata, margine integro, leviter repando; substantia in sicco contracta, cornea, in aqua mox reviviscens expansaque, flaccida et tremula at nullo modo tumescens vel diffluens; stipes plura mm. long. *H. nobili* affinis videtur.

1. **Hirneola auriformis** (Schwein.) Fr. F. Nat. p. 26, *Pez. auriformis* 8309
Schwein. Carol. n. 1156, *Hirn. Lesueurii* Lév., *Auricularia Lesueurii* Bory. — Cæspitosa, stipitata, glauco-fusca; cupula semiorbiculari, venosa, subtus stipiteque laterali brevi torto sulcato-lacunosa, subpubescenti-velutina; hymenio plicato, fusco-pallescente.

Hab. frequens et gregaria ad ligna Carolinæ in insula Cuba (C. WRIGHT), in Brasilia, Moreton Bay Australiæ (BAILEY) Amer. for-

der. et ad truncos in insula Tahiti maris Pacifici (G. BRUNAUD). — Ad *Hirneolum Auriculam-Judæ* nostratam valde accedit. Cupula auri humante similis, 5 cm. lata, unicolor, fusca, extus canescens. Pagina inferior nudo oculo glabrinscula, sed ad vitra optime argentia pilis pellucidis obsita; superior minutissime papillosa.

5. *Hirneola protracta* Lév. Champ. exot. p. 218 (*Hridia*), Berk. in 8310
Hook. Journ. 1886, p. 277. — Caespitosa; pileo membranaceo, expanso, concavo, velutino, rufescente, in stipitem brevem sublateralem attenuato; hymenio plicato, pallide rufo.

Hab. in America boreali Virginia ad ligna emortua Panuræ Brasiliæ (SPRUCE).

6. *Hirneola polytricha* Mout. in BÉL. Voy. Ind. Or., Crypt. pag. 154, 8311
sub *Ecidia*, Fr. F. Nat. p. 26, *Ecidia purpurascens* Jungh. Java, p. 25, f. 13, *Auricularia polytricha* (Mont.) Sacc. Misc. I, p. 12. — Cupula hemisphærica, expansa, auriculæformi, extus villosa-tomentosa grisea, in stipitem brevissimam obliquum producta; disco levi spadiceo-purpureo.

Hab. ad ligna in India orient. (BÉLANGER), in Java (JUNGHHUN), in Ceylon, in Mexico, in ins. Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT), in Brasilia, pr. Concepcion del Uruguay, Waima Novæ Zelandiæ, Mangaroa, Waitaki, Coromandel, Westland, Ohæawai, Hokianga, Wellington (TRAYERS), in Howe's et Chat's isl., ins. Tahiti. — Pili dorsuales fasciculati, prælongi, 300 \approx 9, continui hyalini; sporæ reniformes, 14 \approx 6; hymenium leve. Ad truncos. In affini *H. Auricula-Judæ* nostrate pili 100-150 \approx 8; sporæ reniformes 20-22 \approx 8; hymenium plicato-inequale. Fungus frequenter comesus.

7. *Hirneola Auricula-Judæ* (L.) Berk. Outl. p. 289, Hussey I, t. 53, Fr. 8312
Hym. Eur. p. 695. *Trem. Auricula-Judæ* Linn. Sp. 1625, Pers. Syn. p. 624, *Peziza* Bolt. t. 107, *Auricularia sambucina* Mart. Erl. p. 159, Bref. Unters. VII, t. IV, f. 3-9, *Ecidia Auricula-Judæ* Fr. Syst. II. p. 221 (ubi synonym. copiosa), Mich. Gen. t. 66, f. 1; B. *lærior* Berk. l. c. t. 18, f. 7; C. *rubescens-fusca* Bull. t. 427, f. 2, Engl. Bot. t. 2417. — Concava, flexuosa, tenuis, demum nigra, utrinque venoso-plicata, subtus tomentosa; sporis reniformibus 20-25 \approx 7-9 (Bref.), 11-15 \approx 5-7 (Schroet.).

Hab. in truncis Sambuci, raro aliis; B. in Ulmo in Europa, Sina boreali (BRETSCHNEIDER), ad ligna emortua et truncos semiptridos in Ohio Amer. fœder. (LEA), Texas (C. WRIGHT), Mexico, Cuba (C. WRIGHT), Panuræ Brasiliæ (SPRUCE), Rio Jurna (FRAILL), pr. fluvium Amazonum, in Tasmania, ins. Borneo, Port. Famine.

— 5-12 cm. lata. Antiquitus celebrata, jam a Clusio depicta. *Auricularia mesenterica* differt pileo coriaceo heterogeneo, hymenio infero et tota facie *Sterei purpurei*, ad quod, mediante *St. roticoso*, fere transit. Fr. l. c. — **H. nidiformis* Leveill. in Ann. scienc. nat., 1811, p. 241, Fr. Hym. Eur. pag. 695: subcæspitosa, nidiformis, lateraliter adfixa, velutina, castanea, intus fusca. Circa Nivernum Galliæ ad truncos mortuos Salicis albæ. Firma, coriacea, elastica, intus venosa, pube tenui vestita.

8. *Hirneola dacryomycetospora* Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 90. — 8313
Hemisphærico-cupulata, 5-10 mm. diam., peziziformis, subparva, sessilis vel minute substipitata; marginæ integro, acuto, in sicco involuto, membranaceo-carnosula, tenax, rigida, extus rubro-vel rufescenti-testacea, minute denseque granuloso-pruinosa, intus atra non vel et glaucescens, glaberrima; contextu dense hyphoideo-prosenchymatico; hyphis dense ramoso-anastomosantibus, fertilibus apice clavulato-inflatis; sporis elliptico-subnavicularibus, inferae e latere acutato-apiculatis, 12-13 \approx 6, grosse 4-guttulatis vel 3-pseudoseptatis, hyalinis.

Hab. ad corticem truncorum Citri Aurantii pr. Guarapi Americæ australis. — Species pulchra, *H. polytrichæ*, ut videtur, valde affinis, habitu *Pezizam hematochloram* Speg. (in eodem substrato vigentem) æmulans. An ejusdem status metageneticus? Sporæ illis *Dacrymycetum* similitinæ.

9. *Hirneola minuta* B. et C. Cub. Fungi n. 483 — Cyathiformis, 8314
subspallicea, demum uno latere hians, subtiliter velutina, glabrescens: hymenio nigro; stipite cylindrico, hispidulo.

Hab. ad ligna emortua in ins. Cuba Amer. centr. (C. WRIGHT). Circiter 6 mm. alta.

10. *Hirneola Wrightii* B. et C. Cub. Fungi n. 482. — Pileo primum 8315
obliquo, demum erecto, cupula-formi, extus stipiteque velutinis rufis; hymenio concolori levi; sporis curvis, 3-septatis.

Hab. ad ligna emortua in insula Cuba Americæ centralis (C. WRIGHT). — Admodum referens *Pezizam* sed fructificatione genuinæ *Eridiæ*.

11. *Hirneola eximia* B. et Cooke Fung. of Brazil. n. 355. — Pusil- 8316
la; pileo tenui, orbiculari, lobato; margine ciliato; stipite gracili, deorsum incrassato, hispidulo.

Hab. ad ligna emortua Lago Cerrado et Rio Yurna Brasiliæ (TRALL.). — Pileus circiter 12 mm. deorsum latus; stipes 12 mm. longus.

** Sessilis.

12. *Hirneola cornea* (Ehrenb.) Fr. Fung. Nat. p. 26, *Aur. cornea* 8317
Ehrenb. Hor. phys. t. XIX, f. 9. — Sessilis, concava, flexuosa, intus venoso-lacunosa pallida, extus lacunosa hirsuta albida.

Hab. in insula O-Wahu inter insulas Sandwich, et in Amer. meridionali. — Gregaria; majora specimina, 5 cm. longa, 5 cm. lata, 2½ cm. alta, 3 mm. crassa, subgelatinosa, sicca cornea, intus venosa, extus lacunosa, venis lacunisque in basi crebrioribus: tomentum paginæ exterioris e verrucis tenuibus cylindricis densis pellucidis obtusis constat.

13. *Hirneola nigra* (Sw.) Fr. F. Nat. p. 27. *Peziza nigra* Sw. Fl. 8318
Ind. Occ. III, p. 1938, *Ex. Auricula-Canis* (Mey.) Fr. Ep. p. 590, *Tremella* Mey. Essequ. p. 306. — Sessilis, ~~contava~~ campanulata, obliqua, subundulata vel auriformis, intus nigrescens, extus subplicata, tomentosa, canescente-brunnea; hymenio venoso-plicato, nigrescente, udo subfusco.

Hab. ad ligna putrida in Essequibo Guianæ et in India occidentali. — Typica *Auricula-Canis* est forma aurito-producta. Tomentum fungum externe vestiens non sericeum olivaceo-griseum, sed nitore expers, fibrillosum, canescente-branneum. Ab æthiopicis comeditur et *Dollehoor* dicitur, quia Canis anglici aurem exacte refert.

14. *Hirneola fusco-succinea* Mont. Cuba n. 364 (*Exidia*), *H. nigra* 8319
Fr. var. *fusco-succinea* Fr. F. Nat. pag. 27. — Ampla, sessilis, conchiformis, dein explanata, margine undulata, intus venoso-reticulata, fusco-succinea, extus costato-rugosa, velutino-canescens.

Hab. ad cortices Cuba (RAMON DE LA SAGRA et C. WRIGHT) nec non ad M. Boschberg Africæ australis (MAC-OWAN) et Clarence River Australia.

15. *Hirneola rufa* (Berk.) Fr. F. Nat. p. 27, *Exidia rufa* Berk. Fung. 8320
Brit. Mus. p. 384, tab. XII, fig. 17. — Cupularis, sublateralis, sessilis, extus setis brevibus fasciculatis rufis vestita; hymenio subplicato, glabro, nigro-fuscescente.

Hab. in insula Ceylon (KÖNIG) nec non in Andibus Americæ meridionalis et ad Mouton Bay Australiæ (BAILEY). — 5-7,5 vel amplius lato.

16. *Hirneola porphyrea* (Lév.) Fr. F. Nat. p. 27, *Exidia porphyrea* 8321
Lév. Champ. exot. p. 218. — Pileo sessili, membranaceo, concavo-expanso, extus rufo-tomentoso; hymenio glabro, levi, porphyreo.

Hab. ad truncos Singapoer Indiae orientalis. — *H. polytrichae*, ut videtur, valde affinis.

17. **Hirneola tenuis** Lév. Champ. exot. p. 219 (*Exilia*). — Papy- 8322
racea sessilis; pileo orbiculari, tenuissime velutino, demum glabro, fusco; hymenio levi, purpurascente.

Hab. ad truncos, Borneo in Archipelago indico. — *H. protractae* affinis, a qua pileo sessili et colore recedit.

18. **Hirneola hispídula** Berk. Exot. Fungi p. 396, *Peziza nigricans* 8323
Hook. in Kunth Syn. Vol. I, p. 13. — Globoso-campanulata, obliqua, sessilis, intus brunneo-atra, extus cervino-colorata pilis lanuginosis, brevibus tecta.

Hab. ad ligna emortua Pedrotallagalla ins. Ceylon (THWAITES, O. BECCARI), Urupa et Rio Mauhes Brasiliae (TRAILL), Victoria Australiae, Nova-Granata (HUMBOLDT), ins. Mauritio (BOER), S. Vincent (GULDING). — Vix *H. Auricule-Judae* affinis.

19. **Hirneola antarctica** Speg. Fung. Patag. p. 20. — Cupulis brun- 8324
neis, hemisphaericis vel vix irregularibus, 2-5 mm. diam., crassiusculis 0.5-2 mm. cr., laxe gregariis, sessilibus, extus dense venoso-plicatis, ad basin praecipue minute laxequae pruinuloso-furfuraceis, margine integerrimo, obtusiusculo, rotundato, intus glabris, levissimis, vix inde undulatis vel subbullosis; sporis... non visis.

Hab. ad ramos emortuos Fagi antarcticae nec non in truncis Berberidis ilicifoliae in silvis prope Voces Bay in Patagonia Amer. austr. — Cupulae aqua immersae mox reviviscentes, extus pallide marino-olivaceae, pellucidae, intus fusco-griseae. *H. cornea* Fr. peraffinis videtur.

20. **Hirneola blepharistoma** B. et C. Fung. of Cuba n. 481. — Pileo 8325
cochiformi, velutino, luteo-fusco, margine setis conspicuis ciliato; hymenio plicato, atro.

Hab. ad ligna emortua in ins. Cuba Amer. foeder. (C. WRIGHT). — Ciliis marginalibus statim ab *H. polytricha* dignoscitur.

B) Extus glabrae.

21. **Hirneola hemisphaerica** Fr. F. Nat. p. 25, n. 40. — Caespitosa; 8326
cupula hemisphaerica, sessili, extus levi, glabra, dilute brunnea, intus plicata, fusco-livida; basidiis immersis, monosporis.

Hab. ad truncos in terra Natal (WALLERA). — Structura, substantia et fructificatio omnino *H. cochlear*: caespites valde irregulares, cupulis lateralibus minoribus, quasi proliferatione enatis; cupulae minores 6-12 mm. latae, arceolato-concaevae, majores ex-

pansæ 2,5 cm. lata, margine tamen erecto; discus distinctus, humectatus gelatinosus, siccabilis, lividus, in paucas costas vagas plicatus. *H. pellucida* subaffinis.

22. **Himeola pellucida** (Jungh.) Fr. F. Nat. p. 27, *Exidia pellucida* 8327
Jungh. Crypt. Jav. p. 26. — Cupularis, sessilis, hemisphærico-expansa, extus venoso-rugosa pallida; hymenio levi, hyalino.

Hab. in insula Java.

23. **Hirneola vitellina** (Lév.) Fr. Fung. Nat. pag. 27, *Exidia* Lév. 8328
Champ. exot. p. 219, Mont. Fl. Chil. VII, p. 393, t. VII, f. 12. — Cupulæformis, sessilis, excavata, obtuse marginata, extus nuda, venosa; hymenio ruguloso, vitellino.

Hab. ad truncos in Chili austr. (C. GAY) et P. Natal (WOOD). — Var. **tasmanica**. Cfr. Berk. Fl. Tasm. p. 262, t. 183, f. 6: pallida, orbicularis, undulata, pusilla; stipite brevi compresso; sporis endochromate multifurcato, 17-21 μ . long. In ligno emortuo in Tasmania (ARCHER).

24. **Hirneola auricularis** Fr. Fungi Nat. pag. 28, *Tremella* Fr. in 8329
Linnæa V, p. 354. — Cupula sessili, uno latere incisa, subdividiata, utrinque levis, glaberrima, fusco-succinea.

Hab. ad ligna putrida Brasiliæ (BEYRICH). — *Pezizam cochleatam* refert, at magis regularis nec contorta, solitaria, 2,5 cm. lat.

25. **Hirneola scutelliformis** B et C. North Amer. Fung. n. 311. — 8330
Minuta orbicularis, subtus candida; hymenio fusco.

Hab. in ramis Liquidambaris, Aiken Carol. inf. Amer. fœder., in ramis Asiminae in Alabama (PETERS). — Circiter 2 mm. lata, *Pezizam* minutam applanatam referens.

26. **Hirneola Catillus** Mont. Fl. Chil. VII, p. 392, sub *Exidia*, Syll. 8331
Crypt. n. 608. — Stipitata, catiniformis, succinea; cupula planiuscula, disciformis, subtus nuda glabra rugosissima, supra rugis paucis crassis anastomosantibus percursa.

Hab. ad ligna Chile (CL. GAY).

27. **Hirneola coffeicolor** Berk. Austral. Fung. n. 45. — Coffeicolor, fo- 8332
liacea, parva, subtus glabra.

Hab. ad cortices Coffeæ Paynter's Vale in Australia.

28. **Hirneola Lancicula** Mont. Guy. n. 439 et Syll. Crypt. n. 607. 8333
— Gregaria, minutula, subpezizoidea, cupula tremelloidea, sessili, plano-concava, centro umbilicata, margine undulata, extas intusque levi unicolori umbino-succinea.

Hab. ad lignum, Cayenna Amer. merid. (LEPRIEUR). — Plicis

1½-2 mm. lat. Videtur *Peziæ* minutula sporophoris nec ascis referta.

PLATYGLŒA Schroet. Pilz. Schles. p. 381 (1887) (Elym. *platys* planus et *glœos* gelatinosus), *Tachaphantium* Bref. Untersuch. VII, p. 78 (1888). — Receptaculum totum gelatinosum, homogœneum, parum viscosum, minutum, verruciforme v. effusum, innato-erumpens v. superficiale, hymenio ubique vestitum. Basidia elongata pluriarticulata ex quoque articulo sterigma singulum bacillare gerentia. Sporæ lunulate, continue, germinando sporidiola nulla (ut videtur) gignentia. Ab *Auricularia* receptaculo verruciformi conidiisque nullis dignoscitur.

1. **Platyglœa Tiliæ** (Bref.) Sacc. *Tachaphantium Tiliæ* Bref. Untersuch. VII, p. 78, t. 4, f. 12-15. — Receptaculis minutis, verruciformibus, innato-erumpentibus, albis, 3-5 mm. diam., gelatinosis; basidiis elongatis, 3-4-articulatis, ad septa constrictis, basi apiceque attenuatis; sporis reniformibus, majusculis, hyalinis, granulosis, 35 ≈ 12.

Hab. in ramis corticatis Tiliæ europææ in Germania.

2. **Platyglœa nigricans** Schroet. Pilz Schles. p. 381, nec *Aggyrium* Sacc. *nigricans* Fr. — Erumpens, peridermio cincta, applanata vel leniter convexa, subcircularis, 2-3 mm. lat., primo sordide albida, ceraceo-gelatinosa, sicca nigrescens; basidiis cylindræcis, septatis, sterigmatibus longis, aciculari-filiformibus; sporis ellipticis v. ovoidis, hyalinis.

Hab. in ramis mortuis Tiliæ in Silesia.

3. **Platyglœa fimicola** Schroet. Pilz. Schles. p. 381. — Applanata v. leniter concava, effusa v. subcircularis, 2-4 mm. diam., membranaceo-ceracea, pallide carnea vel violacea; hyphis tenuibus, pluries ramosis; basidiis elongato-cylindræcis, 26-12 ≈ 5-6, in articulos 4 superimpositos divisis, sterigmatibus acicularibus, 8-11 ≈ 2 longis; sporis ovoidis, 11 ≈ 7, hyalinis.

Hab. in fimo cuniculorum vetusto, Breslau Silesiæ.

4. **Platyglœa effusa** Schroet. Pilz. Schles. p. 384. — Indeterminato effusa, applanata, plura cm. 10), 1-1,5 mm. crassa, ceraceo-gelatinosa, cæculescens vel flavido-alba, margine levi; basidiis septatis, 1-septatis, sterigmatibus longis, angustis; sporis ellipticis, hyalinis.

Hab. ad truncos vetustos in Silesia.

Subfam. 2. Tremellineæ BREF.

EXIDIA Fr. Syst. Myc. II, p. 220 (Etym. *exidio* exsudo). — Fungi gelatina distenti, tremuli, submarginati vel effusi, sæpe papilloso, strato gelatinoso sæpe colorato tecti. Basidia globoso-ovoidea, typice long. cruciatim partita, apice sterigmata subquaterna bacillaria ferentia. Sporæ reniformes diu continuæ, germinando bi-pluriloculares, e quoque loculo filamentum brevissimum sporidiolis arcte curvatis coronatum gerentes.

I. AURICULINÆ Fr. Pezizoideæ, marginatæ.

1. **Exidia truncata** Fr. Syst. Myc. II, p. 224, Hym. Eur. p. 693, Bref. ⁸³³⁸
Unt. VII, t. V, f. 18. — Mollis, gelatina distenta, disco truncato-plano, glanduloso, aterrimo, nitido, demum cavernoso, subtus punctato-scabra: stipite brevissimo; sporis oblongis, curvatis, chlorinohyalinis, 14-16 \approx 5-6 (Karst.), 20 \approx 7 (Bref.)

Hab. in ramis exsiccatis Tiliæ in Europa et ad ramos emortuos in Pennsylvania Amer. fœder. (MICHEREK). — Simili loco lecta *Auricularia truncata* Fuck., sed e specimine ab auct. Friesio communicato haud paullum differt. Circiter 2 cm. alta et lata. Humectata non turgescit, structura *Auriculariæ*, nec glandulas vidit auctor, hinc verisimiliter forma generis *Auriculariæ*.

2. **Exidia recisa** Fr. Syst. Myc. II, p. 223 cum synonym. copiosis, Hym. ⁸³³⁹
Eur. p. 693, Bref. Unt. VII, t. V, f. 19, Weinm. pag. 526, Berk. Outl. p. 289, *Tremella* Dittm. apud Sturm I, t. 13, Pers. Myc. Eur. I, p. 103 et *Tr. salicum* ibidem p. 102, *Tr. agarum* Retz. in Vet. Ak. Handl. 1769, p. 240, *Tr. boletiformis* Engl. Bot. t. 1819. — Mollissima, gelatina distenta, disco truncato-plano, costato, papilloso, subrepando, fusco-succineo, subtus punctato-scabra; stipite brevissimo, excentrico, obliquo.

Hab. ad ramos mortuos *Salicum*, copiose in Europa, *Andromedæ* arboreæ et *Quercus* in Carolina inf. Amer. fœder., Blue Canon in montibus Sierræ Nevadæ. — Gregaria 1-2 cm. lata. Sporæ oblongæ 10-13 \approx 2-3 (Karst.), 20 \approx 7 (Bref.). Antiquitus celebrata.

3. **Exidia straminea** Berk. in Hook. Journ. Bot. III, p. 19, Fr. Hym. ⁸³⁴⁰
Eur. p. 693. — Erumpens, cupulæformis, straminea, basi rugosa, stipitiformi, extus subtiliter pubescens, intus subplicata.

Hab. ad corticem levigatum in Gallia meridionali. Minor, 8-12 mm. lata, stipite brevi, sulcato. *E. recisæ* videtur proxima.

4. **Exidia glauco-pallida** Karst. in Not. ur Sällsk. pro Faun. et Flor. 8341
fenn. IX, 1868, p. 374. — Gelatinosa, tremula, obconoidea, glauco-
pallida, rugulosa; disco levi, convexo-plano, margine subacuto; spo-
ris ellipsoideis, rectis, hyalinis, 6 ≈ 3.
Hab. ad truncum emortuum Alni incanæ prope vicum Kytö
parœciæ Tammela in Fennia. — Circiter 8 cm. alta et lata.
5. **Exidia picea** B. et C. North Amer. Fung. n. 309. — Erumpens; 8342
pedunculo cylindrico, brevi; hymenio cupulæformi, subtus levi.
Hab. in Betula lenta Carolinæ super. Amer. fœder. — Circiter
4 mm. lata.
6. **Exidia bursiformis** Berk. in Hook. Journ. bot. 1851, p. 170, Dec. 8343
n. 348. — Admodum gelatinosa, aquosa, bursiformis, supra lacu-
nosa, subtus subtilissime tomentosa, olivacea, obconico-cupulata,
sicca tenui-membranacea, vix dignoscenda.
Hab. ad muscos truncosque arborum Darjeeling Indiæ (HOOKER).
— Plura decimetra subinde extensa.
7. **Exidia pedunculata** B. et C. North Amer. Fung. n. 310. — Sti- 8344
pite distincto sulcato; hymenio expanso, lobato, demum deflexo.
Hab. ad Pinos in Carol. inf. Amer. fœder. — Circiter 4 mm.
alta. Initio tuberculiformis atque mycelio albo adnexa, quod demum
totum secedit.
8. **Exidia pezizæformis** Lév. Fragm. mycol. p. 127. — Gregaria; pi- 8345
leo carnosogelatinoso, stipitato, concavo, extus tomentoso, albo, di-
sco depresso flavo, albo-marginato, demum expanso; basidiis mo-
nosporis.
Hab. ad ramos querneos et pineos Saint-Germain-en-Laye
nec non Tête-de-Buch pr. Burdigalam in Gallia. — Receptacula
3-15 mm. alta *Exidiæ recisæ* proxima dicitur. Cfr. ad *Femsjo-
niam luteo-albam*.
- II. SPICULARIÆ Fr. Subapplanatæ, immarginatæ, subtus impolitæ, ovidentius
glandulosæ, passim gyrosæ, rarius tuberculiformes.
9. **Exidia Thuretiana** Leveill. in Ann. sc. nat. 1848, p. 127 (*Tremella*), 8346
Fr. Hym. Eur. p. 694. — Erumpens, cupularis, dein effusa, mem-
branacea, alba; ambitu libero, byssoideo; hymenio levi, subundulato.
Hab. ad ramos deciduos Fagi ad Rentilly dittonis Sequanæ Gal-
liæ. — Erumpens monstrat formam cupularem, dein membranæ
instar ramos obducit; sporæ oblongæ, subreniformes.
10. **Exidia glandulosa** (Bull.) Fr. Syst. Myc. II, p. 224, ubi ampla syn- 8347
on. et descript., Hym. Eur. p. 691. Bern. Roch. t. 48, f. 2, Bref.

t. V, f. 2-4, Weinm. p. 527, Hass. I, t. 12, Berk. Outl. p. 289, *Tremella* Bull. t. 420, f. 1, *Tr. arborescens* Huds. Angl. II, p. 563, *Tr. atra* Fl. Dan. t. 881, *Tr. spiculosa* Pers. Syn. p. 624, Engl. Bot. t. 2418, 2452, Var. *Tr. papillata* Kunz. Myc. Heft. I, p. 86. — Effusa, subappplanata, crassa, undulata, nigricans, papillis conicis spiculosa, subtus cinerea, subtomentosa; sporis oblongis, curvatis, hyalinis, 12-14 \approx 4-5.

Hab. ad truncos et ligna emortua ubique in Europa, in cortice emortuo Betule verrucosæ pr. Minussinsk Sibiriae asiaticæ, in Carol. infer. et super. Amer. feder., Maine (SFRAGUR), ad Somerset East Africae australis et in Tasmania et Australia occidentali. — Maxime mutabilis, unde plurimæ vagæ species v. c. *Tr. glandulosa*, atro-virens, umbrina, glauca Sebum. p. 137, 438. Nomen Bulliardii antiquius et aptius, Persoonii præferendum. — * **E. plicata** Klotzsch Bor. t. 475, Fr. Hym. Eur. p. 694, Bref. Unters. VII, t. V, f. 5: pileo e centro ramoso-plicato, glabro; sporis 20 \approx 5; reliqua prioris. Ad truncos Betulæ, Alni etc. in Europa. — Var. **levior** Sacc. Mich. II, p. 565: papillis rarioribus, in cortice quercino, New Jersey Amer. bor. (ELLIS). — * **Ex. strigosa** Karst. M. F. III, p. 349: typo similis, sed subtus nigra, nitida, strigosa. Ad Corylum in insula Runsala in Fennia.

11. **Exidia repanda** Fr. Syst. Myc. II, p. 225, Hym. Eur. p. 694, Bref. 8348 Unters. t. V, f. 6-11, Weinm. l. c. Sommerf. Lapp. p. 308, Karsten Fenn. — Adpressa, subrotunda, levis, carneo-cinnamomea; margine crenulato-crispo; sporis elongatis, curvatis, hyalinis, circiter 14-16 \approx 4.

Hab. ad ramos deciduos Betulæ et Alni in Europa boreali vulgaris. — Gregaria, turgida, pellucida, circiter 3 cm. lata. Plenior descriptio in Fr. Syst. Myc. l. c.

12. **Exidia impressa** Fr. Syst. Myc. II, p. 226, Hym. Eur. p. 694, 8349 Bonord. Handb. p. 153, t. 12, f. 241, *Trem.* Pers. Myc. Eur. I, p. 102, *Tr. rubescens* Ehrenb. (inventoris). — Explanata, impressa, subconchæformis, recens levis, opaca, nigrescenti-fusca; basidiis ovoideis, brunneolis; sporis oblongis, curvatis.

Hab. ad ramos siccos, rarior in Europa et in ramulis Salicis speciei indeterminatæ prope Minussinsk Sibiriae asiaticæ. — 3 cm. lata, crassiuscula, sicca rugosa, rufo-fusca.

13. **Exidia pithya** Fr. Syst. Myc. II, p. 226, Hym. Eur. p. 694, Weinm. 8350 Ross. p. 527, *Tr. Auricula* γ . Alb. et Schw. p. 302. — Effusa,

piana, integra. minute papillosa, supra nigra, subtus rugoso-plicata, læte olivacea.

Hab. ad ramos emortuos Pini in Europa. — *Exidia spiculosa* affinis.

14. **Exidia Friesiana** Karst. Hattsv. II, pag. 199. — Effusa, plana. ⁸³⁵¹
subundulata, 15-30 cm. lat., 2-4 mm. cr., sicca, leviuscula, nitida, tenuicula, nigra, hinc inde minute papillosa, subtus cinerea, nuda leviuscata; sporis cylindræcis, 16-18 = 5-6.

Hab. supra corticem truncorum Abietis excelsæ. Mustiala in Fennia (Dr. P. A. KARSTEN). — Nonnunquam effusa et crassa. Cum *E. glandulosa* et *E. pithya* comparanda, ab illa vero substantia firmiore, imunctata minus turgescente tenuitateque valde diversa; ab hac, cujus specimen originale tamen non vidimus, pagina receptaculi inferiore leviuscula (minime rugoso-plicata) et cinerescente subolivacea, sicca nigrescente recedere videtur.

15. **Exidia albida** (Huds.) Bref. Unters. VII. p. 94, t. 5, f. 14, *Tre-* ⁸³⁵²
mella albida Huds. Angl. II, p. 565, Engl. Bot. t. 2117, Fr. Syst. Myc. II, p. 215, Hym. Eur. pag. 691, Weim. pag. 530, Kickx p. 118, *Tr. cerebrina alba* Bull. t. 386, f. A. *Tr. hyalina* Pers. Myc. Eur. I, p. 105. — Adscendens, tenax, expansa, undulata, subgyrosa, pruinosa, albida, sicca fuscescens; sporis oblongis, obtusis, curvulis, 2-guttulatis, subhyalinis, 12-14 = 4-6 (Karsten), sterigmatibus brevibus.

Hab. ad ramos varios, præcipue fraxineos, passim in Europa, Carol. inf. Amer. fœder. (RAVENEL), New England (SPRAGUE), Sand-lake New York (PECK), Winton et Tasmania Australiae. — Ad latitudinem 3-10 cm. Spora, teste Brefeld loc. cit. 20 = 7, germinando quadriloculares et plura sporidiola gerentes; basidia 16-20 μ . diam. Forte diversa est var. *effusa* Alb. et Schwein. p. 302; est tamen hæc species tam forma, quam colore variabilis.

16. **Exidia neglecta** Schroet. Pilze Schles. p. 393, *Tremella inde-* ⁸³⁵³
corata Somm.? — Conceptaculis e cortice erumpentibus, primo subglobosis, 5-8 mm. lat., dein confluenso effusis 1-2 cm. lat., sordide flavo-brunneis, siccis atro-brunneis, gyroso-plicatis; basidiis 11-13 = 9-10; sporis cylindræcis, utrinque rotundatis, curvulis, 10-12 = 4-5, hyalinis.

Hab. in ramis dejectis Populi et Salicis in Silesia.

17. **Exidia corrugativa** Bref. Untersuch. VII, p. 93, t. 5, f. 15-17. ⁸³⁵⁴
-- Cerebriformis, minute dense gyroso-corrugata, pallide rufescens, subvitrea, 1-1,5 cm. crassa; basidiis ovoideis, longitudinaliter cru-

ciatum partitis, 4-sterigmicis; sporis elongatis, curvulis, 17-18 μ 4-5, germinando mox 2-4-locularibus; sporidiolis arcte curvatis.

Hab. in truncis Betulae in Germania.

18. **Exidia crenata** (Schw.) Fr. Epicr. p. 591, *Tr. crenata* Schwein. 8355
Carol. p. 89. — Effusa, crassa, undulato-applanata, costata, fusco-badia; margine eleganter crenato.

Hab. passim in ramis Carolinae Amer. foeder. — Inter majores species, praecedentibus cognata.

19. **Exidia spiculata** Schwein. Syn. Amer. bor. p. 1101. — Adpressa, 8356
effusa, crassiloba, verrucosa, rugulosa, olivaceo-virens, siccitate parum diminuta, at colore tum nigro; papillis in superficie frequentibus; margine in lobos minores obtusos divisio.

Hab. in disco caesio truncorum Platani, Bethlehem Amer. bor.

20. **Exidia applanata** Schwein. Syn. Amer. bor. n. 1102. — Appla- 8357
nato-expansa, arcte adpressa; margine tantum sublibero; figura oblonga, satis crassula 1-6 mm. longa, sicca atra et quasi pulveraceo-furfuracea, rugis aut venis extus paucis notata; papillis sparsis.

Hab. in interiore cortice Rhois glabri, Bethlehem Amer. bor.

21. **Exidia lurida** Schwein. Syn. Amer. bor. n. 1100. — Effusa, gy- 8358
roso-plicata, lurida, orbiculata, crassiuscula, sicca diminuta, papillis raris adpressa.

Hab. in ramis Celastris, Bethlehem Amer. bor.

22. **Exidia purpureo-cinerea** Mac Owan et Kalchbr. in Grevillea X, 8359
p. 106. — Primo patellaris centro affixa, dein effusa, plana, dense papulosa, purpureo vel caeruleo-cinerea.

Hab. ad truncos, Somerset East, in M. Boschberg Africae australioris (Mac Owan). — A proxima *E. glandulosa* Fr. differt colore et papillis multo minoribus et confertioribus.

23. **Exidia fuliginea** Mont. Syll. Crypt. n. 610. — Effusa, crassa, ge- 8360
latinosa, subapplanata, fuliginosa, sicca atra, papillis conicis spiculosa, centro undulato-gyrosa, gyris confertis, subtus concolor glabra, margine v. ambitu plicato-crenulata; sporis... non visis.

Hab. in lignis emortuis Rancagua in Chili (BERTERO).

24. **Exidia obliqua** B. et C. North Amer. Fung. n. 308. — Nigra, ob- 8361
liqua, expansa, subtus velutina; hymenio levi.

Hab. ad ramos, New England Amer. foeder. (MURRAY).

25. **Exidia tenax** Cooke in Grevillea VIII, p. 57. — Effusa, appla- 8362
nata, undulato-lobata, fuliginea, papillis minimis conspersa, subtus levis; basidiis immaturis clavatis, furcatis (?).

Hab. ad ramos Winton Novæ Zelandiæ. — *E. glandulosâ* delicatior.

26. **Exidia? guttifera** Wallr. Fl. Crypt. Germ. II, p. 557 n. 2809. 8363
— Conceptaculis dein effusis, siccando membranaceis, teneris, plicatis, fusco-rufis, extus corpusculis glanduloso-resinosus, aureis, liberis adpersis.

Hab. ad ligna abietina nuda Thuringiæ.

27. **Exidia epapillata** Bref. Untersuch. VII, p. 87, t. 5, f. 1. — 8364
Gelatinosa, viscosa, subglobosa, 2-3 mm. crassa, minuta sæpe umbilicata dein confluyendo botryoideo-gyrosa, levis, atro-nitens, translucendo læte atro-violacea, ubique æqualis, superne remote papillosa; basidiis globoso-ovoideis, longitudinaliter cruciatim septatis, sterigmatibus quaternis, bacillaribus; sporis oblongo-lunulatis $14 \approx 5$ germinando bi-trilocularibus, loculis filamentum breve, apice sporidiolis arcuatis coronatum gerentibus.

Hab. in truncis Castaneæ in Germania. — Verisimiliter non differt a *Tremella violacea* sed vera *Exidia*.

28. **Exidia guttata** Bref. Untersuch. VII, pag. 93, t. 5, f. 12-13. — 8365
Subglobosa, minuta, 2-3 mm. crassa, alba, nitida, gregaria vel hinc inde congesta, levis, gelatinosa at non viscosa; sporis oblongis curvatis, $10 \approx 4$, germinando filamentum breve sporidiolis arcuatis coronatum gerentibus.

Hab. in truncis quercinis in Germania.

ULOCOLLA Bref. Untersuch. VII, p. 95 (Ætym. *oulos* crispus et *colla*), *Exidia* et *Tremellæ* Spec. Auct. — Conceptacula pulvinato-convexa, gyroso-cerebriformia, gelatinosa, majuscula. Basidia globulosa, mox longit. vel oblique cruciatim partita; sterigmatibus binis bacillaribus. Sporæ diu continuæ, demum biloculares, reniformes, loculi (germinando) filamenta brevissima apice conidiis baculiformibus, capitatis coronata gerentes.

1. **Ulocolla saccharina** (Fr.) Bref. Unters. VII, p. 95, tab. VI, f. 1, 8366
3-8, *Exidia saccharina* Fr. Syst. Myc. II, p. 225, Hym. Eur. p. 694, Weinm. p. 527, Sommerf. p. 308, Kickx p. 119, *Trem. spiculosa* γ. Alb. et Schw. p. 308. — Effusa, tuberculosa, gyroso-undulata, crassa, fulvo-cinnamomea, sublevis; sporis breve reniformibus, $10-12 \approx 5-6$; conidiis in quoque capitulo subquinis, cylindraceis, $10-12 \approx 3-5$, utrinque rotundatis.

Hab. ad truncos Pini et Abietis prostratos frequens in Europa. — Color sacchari crystallizati.

2. **Ulocolla foliacea** (Pers.) Bref. Untersuch. VII, p. 98, t. VI, f. 2, 8367
Tremella foliacea Pers. Obs. 2, p. 98, Myc. Ear. I. p. 101, Fr. Syst. Myc. II, p. 212 cum synonym. et descr., Hym. Eur. pag. 690, Berk. Outl. p. 287, Kickx p. 117, Bull. t. 406. f. A. a; B. *obscurior*, *Tr. succinea* Pers. l. c. p. 101, *Tr. ferruginea* Engl. Bot. t. 1452, *C. violascens* Alb. et Schwein. p. 305. — Cæspitosa. levis, undulata, cinnamomeo-carnea, basi plicata.

Hab. ad truncos vetustos abiegnos atque pineos. rarior in Betula etc. in Europa. Carol. inf. Amer. fœder., New England (MURRAY), Wellington et Tasmania Australiæ (TRAVERS), Ceylon (TRAWAITES) — Junior sub cortice nidulat applanata, rugosa, e basi plana protrudens cæspitem, 2-5 cm. diam. Fructificatio omnino præcedentis, ut cl. Brefeld dubitet an sit potius varietas. Kickx notat varietatem terrestrem.

CRATEROCOLLA Bref. Untersuch. VII, p. 98 (Etym. *crater* calix et *colla*), *Ombrophila* Quél. Pat. Mat. I. p. 161 nec Karst., *Poroidea* Gött. in Wint. Pilzfl. I, p. 271, f. 1-3 (st. conid.), *Ditangium* Karst. Hattsv. II, p. 204 (st. conid.). — Fungi gelatinoso-tremellosi, globosi vel effuso-lobati, dimorphi: *basidiospori*, omnino tremelliformes, basidiis globosis long. cruciatim partitiis, sterigmatibus longis, sporis reniformibus; *conidiophori* magis regulares, firmiores, inæqualiter urceolati vel truncati, sporophoris repetito verticillato-capitatis, conidiis allantoides.

1. **Craterocolla Cerasi** Schum. Saell. II, pag. 438 (*Tremella*), Tul. 8368
 Ann. Sc. nat. 1872, p. 229, t. XI, Bref. Unters. VII, p. 99, t. VI, f. 9-21 (*Craterocolla*). — Pulvinato-repanda, corrugata, mollis, levis, dilute rosea, 2,5-5 cm. cr., sæpe cæspitosa; basidiis globoso-ovatis, long. cruciato-septatis, 10-13 μ . lat., sterigmata 4 filiformia emittentibus; sporis oblongis, curvulis, 12-15 \times 5-7, hyalinis; conceptaculis conidiophoris circa basidiospora generatis, urceolato-globulosis minutis, disco dilute purpureo, margine incrassato saturatiore. sporophoris filiformibus apice subverticillato-ramosis. conidiis in quoque ramulo 4-6-capitulatis, allantoides. 8-10 \times 3-4.

Hab. in cortice putri Cerasi in Gallia, Germania.

2. **Craterocolla rubella** Pers. Syn. Fung. p. 635 (*Peziza*), *Ombrophila rubella* Quél. Ass. Franc. 1882, t. XI, f. 17 (basidiosp.), 8369
 Pat. Tab. Anal. n. 157 (conid.). *Ditangium insigne* Karst. Hattsv. II, p. 204, *Poroidea pithyophila* Gött. in Wint. Pilzfl. I, p. 275 cum icone. — Receptaculis sessilibus, carnosus, firmulis, glabris, 3-4

mm. cr., carneo-abis, orbicularibus, dein subcupulatis, margine undulato; hymenio tremelloideo; basidiis globulosis, sterigmata quaterna acicularia ferentibus; sporis lunulatis, guttulatis, hyalinis, 15 μ . long.; conidiophoris apice verticillato-ramosis, conidis in quoque ramo capitulatis, allantoideis, 12 \approx 3.

Hab. in cortice Cerasi, Pini etc. in Germania, Gallia, Fennia — An diversa a precedente?

3. **Craterocola lilacim** Wulf. in Jacq. Collect. p. 347 (*Elvela*) sec. 837a Quél. Jura II, p. 43, t. 5, f. 12. — Gelatinoso-mollis, globoso-cupulata, altior quam crassa, 1 mm. lata, disco plano, pruinoso, lilacino, madore turgida deformis; basidiis ellipsoideis; sporis (conidiis?) allantoideis.

Hab. in ramis emortuis e. g. Piri ad Klagenfurth Carinthiæ et in Gallia.

4. **Craterocola pura** Per. Obs. I, p. 40 (*Peziza*), Fr. Syst. Myc. II, 837a p. 168 (*Bulgaria*) sec. Quél. Enchir. p. 230 (*Ombrophila*). — Obconica, mollissima, levis gregaria, carneo-pallida.

Hab. ad truncos abiegnos et fagineos in Suecia, Hercynia, Gallia. — Junior obconica, lemum expanso-repanda, tenuior, margine revoluto.

FEMSJONIA Fr. Summ. Veg. Scand. p. 341, Karst. M. F. III, p. 18 (Etym. e loco natali *Femsjo*), *Eridia* sp. Lev. — Fungus cupulæformis, gelatina compacta distentus, heteroplaeus; disco crasso, heterogeneo, levi nec glanduloso. Basidia immersa, globosa; sporis oblongis curvatis. Lignatilis, erumpens, hete coloratus.

Genus elegans, ab *Arrhytidia* basidiorum forma diversum videtur. A *Ditiola* excipulo quoque gelatinoso, nec coriaceo-suberoso, distinctum.

1. **Femsjonina luteo-alba** Fr. Monogr. II, p. 283, Hym. Eur. p. 695. 837a — Radicata, cupula extus villosa, alba, disco primo convexo, dein plano, aureo.

Hab. per epidermidem Betulæ et Quercus erumpens, ad Femsjö Smolandiæ a Fræs lecta. — Forma, magnitudine et gelatina compacta cum *Bulgaria inquinante* convenit, sed radice, statura et coloribus cum *Peziza radiculata* Sowerb. t. 114, quare sub hac descripsit in Syst. Myc. II, p. 81, sed fructificatio exacte genuinarum *Tremellinearum*. Descriptio *Eridia pezizaformis* Leveill. in Ann. sc. nat. 1848, pag. 127 cum hac specie omnino convenit; modo de radice non fit mentio et locus ad ramos quercinos trua-

cosque pineos recedit. Utrum synonyma sit, an altera hujus generis species non liquet. See. Olsen in Bref. Unters. VII, p. 161 huc spectat *Guepinia Femsjoniana* Ols, sed revera basidia in hac linearia nec globosa, ut indicat Fries; observandum tamen in *Guepinis* adesse subinde conidia basidiomorpha.

2. **Femsjonia natalensis** Cooke in Greville X, pag. 123. — Lutea, 8373
sessilis, cupulæformis, gregaria $\frac{1}{2}$ -1 mm. diam., tremelloidea; basidiis globosis, in gelatina immersis; sporis... imperfectis.

Hab. ad truncos putrescentes Inanda, Natal Africae (Wood). — *Mollisiam* refert.

TREMELLA Dill. Hist. Musc. p. 41, Fr. Syst. Myc. 2, p. 210 (Etyrn. *tremulus*). — Fungi gelatina distenti, tremuli, immarginati, plerumque epapilloso. Basidia globosa, longitud. cruciatim quadripartita, e singulo loculo sterigina exserentibus elongatum, liberum, spora simplici globulosa terminatum. Conidia globulosa, racemosa, in conceptaculis sporiferis interdum observantur. Sporæ germinando edunt promycelium sporidiolis globoso-ellipsoideis tectum.

1. MESENTERIFORMES Fr. Cartilagineo-gelatinosæ, foliaceæ, nudæ. *Tr. mesenteriformis* Bull. Champ. p. p. 230.

1. **Tremella fimbriata** Pers. Obs. 2, p. 97. Myc. Eur. I, p. 103, Fr. 8374
Syst. Myc. II, p. 212 cum synonym. et pleniore descr., Hym. Eur. p. 690, Kickx p. 116. *Tr. verticalis* Bull. t. 272, *Tr. tinctoria* Pers. Myc. Eur. I, p. 101; B. *Tr. undulata* Hoffm. Veg. Crypt. I, t. 7, f. 1, Pers. Syn. p. 626. — Cæspitosa, erecta, corrugata, olivaceo-nigrescens; lobis flaccidis, margine incisus, undulato-fimbriatis.

Hab. ad ramos, præcipue Alni, locis humidis dejectos passim in Europa. — Cæspites 5-8 cm. alti atque etiam latiores. Aqua irrigata hanc colore obscure fulvo tingit.

2. **Tremella frondosa** Fr. Syst. Myc. II, p. 212, Hym. Eur. p. 690, 8375
